del Coll.o de la Comp.a de Ihs de Gr.da R/7394

TRACTATVS

# DE CENSIBVS HISPANIAE

CONTINENS LIBRVM VNVM, ET CENTVM & vndecim quæstiones, in quibus materia census per doctę explicatur, & omnia Iura tam Canonica quam Regia, & Cibilia de Censibus loquentia mirifice interpretantur.

*OPVS SANE TAM THEOLOGIS QVAM Iurisperitis in Scholis, & foro versantibus perutile, & necessarium.*

AVTHORE LICENTIATO LVDOVICO VELAZquez de Auendaño in Regia Chancellaria Pinciana Aduocato.

*AD D. PETRVM DE VEGA PHILIPI III. Hispaniarum, & Indiarum Regis, Consiliarium, ac Præsidem, apud Vallisoletum, spectatissimum virum, & omni laude cumulatissimum.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Anno 1614.

CVM PRIVILEGIO.

Ex Typographia Ludouici Martinez Grande, Compluti.

*Expensis Baptistæ Lopez Vibliopolæ.*

# EL REY.

POR quanto por parte de vos Iuan Fernandez de la Flor vezino de la Villa de Alcala de Henares, como marido y conjunta persona de doña Barbara Velazquez de Abendaño vuestra muger, hija y heredera del Licenciado Velazquez ya difunto, nos fue fecha relacion, que el dicho Licenciado Velazquez de Abendaño auia compuesto y acabado vn libro intitulado Tributis & Censibus, el qual era muy util y prouechoso, nos pedistes y suplicastes, os mandasemos dar licencia para le poder imprimir, y preuilegio por el tiempo que fuesse nuestra merced fuesse, lo qual visto por los del nuestro Consejo, por quanto en el dicho libro se hizieron las diligencias que la pragmatica por nos vltimamente fecha, sobre la impresion de los libros dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon, y nos tubimoslo por bien. Por la qual por os hazer bien y merced, os damos licencia y facultad, para que vos, ó la persona que vuestro poder obiere, y no otra alguna, podays imprimir el dicho libro intitulado Tributis & Censibus, que el dicho Licenciado Velazquez de Abendaño compuso, que de suso se haze mencion, en todos estos nuestros Reynos de Castilla, por tiempo y espacio de diez años, que corran y se cuenten, desde el dia de la data desta nuestra cedula en adelante, sopena que la persona, ó personas, que sin tener vuestro poder lo imprimiere, ó vendiere, ó hiziere imprimir, ó vender: por el mismo caso pierda la impresion que hiziere, con los moldes y aparejos della, y mas incurra en pena de cincuenta mil maraue dis; cada vez que lo contrario hiziere: la qual dicha pena sea la tercia parte para la persona q̃ lo acusare, y la otra tercia parte para la nuestra camara, y la otra tercia parte para el juez q̃ lo sentenciare, con tanto q̃ todas las vezes que obieredes de hazer imprimir el dicho libro, durante el tiempo de los dichos diez años, le traygays al nuestro consejo, juntamente con el original, que en el fue visto, que va rubricado cada plana, y firmado al fin del de Iuan Gallo de Andrada nuestro secretario de Camara de los que residen en el nuestro Consejo, para que se vea si la dicha impresion esta conforme el original, o traygays fee en publica forma, de como por corrector nombrado por nuestro mandado se vio y corrigio la dicha impresion, por el original, y se imprimio conforme á el, y quedan impressas las erratas por el apuntadas, para cada vn libro de los que ansi fueren impressos, para que se tasse el precio que por cada volumen obioredes de auer. Y mandamos al impressor q̃ assi imprimiere el dicho libro, no imprima el principio, ni el primer pliego del, ni entregue mas de vn solo libro con el original, al autor, ó persona a cuya costa lo imprimiere, ni a otro alguno, para efecto de la dicha correccion y tassa, hasta que antes y primero, el dicho libro este corregido y tassado, por los del nuestro Consejo: y estando echo, y no de otra manera, pueda imprimir el dicho principio y primer pliego, y succesiuamente ponga esta nuestra Cedula, y la aprouacion, tassa y erratas, sopena de caer è incurrir en las penas contenidas en las leyes y pragmaticas destos nuestros Reynos: y mãdamos a los del nuestro Consejo, y a otras qualesquier justicias dellos, que guarden y cumplan esta nuestra Cedula, y lo en ella contenido. Fecha en Madrid a tres dias del mes de Iunio, de mil y seyscientos y doze años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro señor.

Iorge de Touar.

# TASSA.

YO Iuan Gallo de Andrada ſecretario de Camara del Rey nueſtro ſeñor, de los que reſiden en ſu Conſejo, certifico y doy fee, que auiendoſe preſentado ante los ſeñores del, vn libro intitulado Tractatus de Cenſibus, compueſto por el Licenciado Velazquez de Auendaño, taſſaron cada pliego del dicho libro, a quatro marauedis, el qual tiene ciento y cincuẽta y ocho piegos, que a los dichos quatro marauedis cada vno, monta el dicho libro ſeyſcientos y treynta y dos marauedis, en que ſe ha de vẽder en papel, y dieron licencia para que a eſte precio ſe pueda vender: y mandarõ que eſta taſſa ſe ponga al principio del dicho libro, y no ſe pueda vender ſin ella. Y para que dello conſte di la preſente, en Madrid a veynte y cinco dias del mes de Nouiembre, de mil y ſeyſcientos y trece años.

Iuan Gallo de Andrada.

# CENSVRA LICENTIATI IOANNIS DELGADO & Aguero sanctorum Martyrum Iusti; & Pastoris Ecclesiæ Collegiatæ Complutensis Scholastici, totius Archiepiscopatus Toletanus officialis, & Vicarij generalis, & sanctæ Inquisitionis Toletanus Consultoris, & Commissarij.

IBRVM de Tributis, & Censibus Hispaniæ à Licentiato Velazquez de Auendaño Iuris vtriusque professore, Pinciaque ampliſsimi Tribunalis Regij Aduocato compositũ: ex supremi Christianiſsimi nostri Regis Philipi mandato qua potui diligentia, per legi. In quo nihil, aut fidei nostræ contrarium, aut bonis moribus dissonum reperi: quin potius illum typis digniſsimũ iudico; licet enim de eadem re in alijs huius instituti Codicibus, plures ab eorum autoribus diluantur quæstiones, ita exactæ, & diligenter, & summorum Pontificum antiqua, & noua placita, & Iureconsultorum responsa, difficiliaque Regiarum legum dubia, ad materiam censualem attingentia huiusq́; non vidimus declarata, difficilesq́; articulosæ, & docte, & eruditè, vtiliterq́; per tractat. sicuti vnicuiq́; librum legenti notiſsimum erit. Datum Complutensis die. 30. Octobris, de anno. 1611.

Licentiatus Ioannes
Delgado, & Agueto.

# Muy poderoso señor.

POR mandado de vuestra Alteza he visto el libro de Tributis & Censibus, compuesto por el Licenciado Velazquez de Auendaño, en el qual trata la materia fundamental y doctamente, y por buen estilo, y los capitulos y questiones son muy practicables, y estan con buena y clara disposicion: y assi me parece digno de la licencia que se pide para imprimirle, y que impresso será de mucha vtilidad. En Madrid a 18. de Mayo, de 1612. años.

Licenciado Bernardo Perez, Montemayor.

# Erratas.

FOl.20.pag.3.col.2.lin.19.vbi,leg.ibi.fol.25.pag.1.col.2.li.36.ſoluto.leg.ſolito.fol.29.p.2.col.1.li.21.maior,leg.maiora.fol.37.p.1.col.2.li.28.formites,firmiter.Ibid.p.2.col.2.li.19.redimilem,redimibilem.fo.48.p.1.col.1.li.30.ouus,onus.fo.51.p.1.col.1.vſurarũ,vſuram.ſo.58.p.1.col.2.li.22.ingreſſa,ingreſſu fo.72.p.2.col.1.li.7.ſentia,ſententia.fo.77.p.col.2.li.35.ad,ab.fo.83.p.2.col.li.18.creatur,creatus.fo.89.p.col.2.li 52. nulla,nullam.fo.97.p.1.col.2.li.28.doceat,docent.fo.98.p.2.col.1.li.52.debitorom,debitorem.fo.101.p.2.col.1.li.10.polum,ſolum fo.106.p.1.col.1.li.35.traditiones,traditionis fo.111.p.1.col.2.li.22.voluntatem,voluntate.fo.116.p.1.col.2.li.19.cenſes,cenſus.fo.116.p.2.col.2.li.21.perpetuas,perpetuos.fo.121.p.1.col.2.li.14.nocea,noua.Ibid.col.1.li 40.veli,vel.fo.139.p.1.col.2.li.13.tranſeam,tranſenam.Ibid.li.47.pars,pari.fo.140.p.1.col.1.li.15.ad,an.fo.141.p.2.col.2.li.19.poteretur,peteretur.fo.143.p.2.col.1.li.2.mobilia,immobilia.Ibid.li.22.capium,capiuntur.fo.144.p.1.col.1.li 29.perſonam,perſona.Ibid.li.37.ſit,ſic.fo.147.p.1.col.1.ſcientes,ſcienter.fo.148.p.1.col.1.li.15.hypotecuria,hypotecaria.Ibid.li.30.ſolunioni,ſolutioni.fol.151.p.1.col.1.li.iuros,iura.fo.154.p.1.col.2.li.52.teſtamentum,teſtamento.fo.155.p.2.col.1.li.3.apochtemarũ,apophthecmatũ.fo.158.p.1.col.2.li.10.ſoluis,ſolius.Ibid.li.11.facultatis,facultates.fo.159 p.1.col.2.li.caſus,caſu.fo.165.p.2.col.1.li.14.præcedentibus,præcedenti.fo.170 p.2.col.2.li.35.vegum,regem.fo.181.p.1.col.2.li.10.fructiferas,fructiferæ.fo.183.p.1.col.2.li.28.merito,marito.fo.186.p.1.col.1.li.19.mertes,mortes.fo.188.p.1.col.2 li.12.beneficearum,beneficiarium.Ibid.li.22.follericis,follerius.fo.192.p.1.col.2.li.25.dicute,diuite.fo.200.p.2.col.1.li.42.iurabi,iubari.Ibid.col.2.li.51.in intercuniſſe,interueniſſe.fo.201.p.2.col.2.li.15.faciendo,facienda.fo.208.p.1.col.1.li.8.pretio,puto.fo.231.p.2.col.1.li.32.reſeruatiuum,reſeruatiuo.fo.336.p.1.col.2.li.25.an ſit,an ſint.Ibid.li.30.vi cènſus tenent,vicé ſuſtinent.fo.242.p.1.col.2.li.18.facundo,fauendo.Ibid.li.43.impugnaueris,impugnauerit.Ibid.li.12.iudicum,iudicio.Ibid.li.24.ecudenter,euidentes.fo.244.p.2.col.1.li.6.per funetiriam,per funetoriam.fo.248.p.1.col.2.li.55.emptoris,emptori.fo.252.p.2.col.1.li.14.caſum,caſu.fo.254.p.2.col.2.ll.39.opinioné,opinionum.Ibid.p.1.col.2.li.32.neceſſaria,neceſſariæ.fo.266.p.1.col.1.li.30,poſsidebut,poſidebat.fo.268.p.1.col.2.li.49.cerrum fundam,certũ fundum.fo.271.p.1.col.1.li.5.dominium,dominum.fo.272.col.2.li.39.cum ſit,cum ſi.

Demptis his mendis hic liber de Cenſibus ſuo reſpondet exemplari. Datis Compluti die 16.menſis Iulij,anni 1613.

*Magiſter Sebaſtianus de Lirio.*

# LICENTIATO DON PEdro de Bega Philippi Tertij Hiſpaniarum & Indiarum Regis Conſiliario Præſidi apud Vallem Oleti ſpectatiſsimo viro Ioannes Fernandez de la Flor ſemper ſuus. S. P. D.

NOSTI, clariſsime & nobiliſsime vir, ſocerũ meũ Licẽtiatũ Auendaniũ tibi chariſsimũ, omnibus de ſe incredibili relicto deſiderio, cum hunc de Cenſibus librum tibi Mœcênati ſuo dicatum iam edere decreuiſſet, immatura morte deceſiſſe: qui, ſi viueret, plura tibi pro tua erga eum ſingulari beneuolentia, conſecraturus erat, multa quippe eaq; magnifica de te in eum iucunde commemorari ſolebat, crebro honores, tam apud Salmanticam, quam apud Cordubam, in ſuper & in Regio Senatu, abs te magna cum laude geſtos repetebat, erat enim gratiſsimus vir & in tua beneficia memoria ſingulari. Ego igitur illius extremæ voluntatis fidus interpres, & qui vltimum exhallantis animam ſpiritum excæpi, tibi nobiliſsime vir vigilantiſsimi viri hoſce de cenſibus labores pro mutuo amore in eũ, & in me præcipua magnificentia, quod ille maximum potuit, & quod ego gratuis poſſum, offero, conſecro, & veluti in perpetuum duraturæ memoriæ anathema parietibus templi lubens appendo. Suſcipe, imo, aſpice non deſpicienda munuſcula ea fronte, qua cæteris eſſe ſoles gratiſsimus, & faxit Deus, vt te ſoſpitem multo maiora in communem reipublicæ vtilitatem adeptũ omnes de te benemeriti videamus, cum meritis tuis munificentia regis reſpondeat. Vale.

# ELENCHVS QVAESTIONVM quæ in hoc toto libro de censibus tractantur, & resolbuntur.


CAPVT primum. De diuersis verbi, census, seu redditus, significationibus. fol. 1.

Cap. 2. De redditibus, seu pensionibus, quæ sub verbo, census, tam genericè, quam propriè continẽtur. fol. 2.

Cap. 3. De censu testamentario, & eius forma, atque iustitia. fol. 6.

Cap. 4. Census testamentarius, an temporalis sit, vel perpetuus, quando priuato, vel vniuersitati relinquitur, explicatur circa intellectum l. an vsusfructus. ff. de vsufructu. l. si vsusfructus municipibus. ff. de vsufructu legato cum alijs. folio. 9.

Cap. 5. De censu ex temporis cursu sine causæ concomitantia inducendo. fol. 12.

Cap. 6. De censu ex temporis cursu cum causæ concomitantia inducendo, circa intellectum l. cum de in rem verso de vsuris. fol. 14.

Cap. 7. De censu ex consuetudine soluendi virtute tituli inualidi in futurum inducendo, circa intellectum. l. si certis annis. C. de pact. & l. 1. C. de fideicommiss. fol. 17.

Cap. 8. De censu impositionum dominorum contra vassallos circa intellectum l. 8. tit. 15. lib. 4. nouę Recopilat. vtilissima disceptatio. fol. 20.

Cap. 9. De censu ex pœna conuentionali facto hominis, vel dationi speciei, seu quantitati certæ adiecta creando, circa intellectum l. 10. tit. 1. part. 5. l. 40. tit. 11. part. 5. cum alijs, quæ verè, & nouiter interpretantur. folio. 24.

Cap. 10. De censu, & interusurio promiscuo, & successiuo, ratione dotis promissæ, non traditæ, formando, circa intellectum textus in capit. salubriter de vsuris. folio. 27.

Cap. 11. De censu emphytheotico, & eius forma, atque conceptionibus. fol. 30.

Cap. 12. De censu vassallorum, qui vocantur solariegos, quem ipsi dominis temporalibus ratione soli exoluunt. folio. 32.

Cap. 13. De censu reseruatiuo perpetuo, redimibili, seu ad vitam, & eius forma, atque iustitia. fol. 35.

Cap.14. An in dubio census reseruatibus iudicandus sit perpetuus, vel redimibilis.fol.37.

Cap 15. An census reseruatibus perpetuus, redimibilis, seu ad vitam sit vera emptio, & venditio, locatio, permutatio, vel emphytheosis, explicatur. folio. 38.

Cap.16. De origine, & iustitia census consignatiui in genere. folio. 41.

Cap.17. De natura eiusdem census consignatibi in genere, & qui contractus in eo celebretur. fol.43.

Cap.18. De iustitia census consignatibi perpetui in specie. folio. 46.

Cap.19. De censu consignatibo redimibili, & eius natura. folio. 48.

Cap.20. De iustitia census consignatibi redimibilis ad vitam.folio. 51.

Cap.21. An certitudo vitæ ex qua iustificatur census ad vitam, possit aliquo modo, assecurari. folio. 53.

Cap.22. An in dubio census, emphytheosis, colonia perpetua, vel locatio ad longum tempus præsumatur.fol.56.

Cap.23. An in censu contrahatur hypotheca regularis, vel irregularis, ius nempe seruitutis. folio. 59.

Cap.24. De censu reali formando, legando, vel promittendo pensionem annuam ex fundo, vel de fundo, ex causa alimentorum, seu alia simili, circa intellectum. l. finalis. §. final. ff. de contrahenda emptione. fol.62.

Cap.25. De censu iure personali quomodo concipiatur, & formetur, circa intellectum. l. final.ff.de contrahenda emptione fol.64.

Cap.26. An possessorium, vel petitorium forma se detur in censibus personalibus, quorum in capitibus præcedentibus, meminimus circa intellectum cap. querel. de electione cap. finali, de an integrum restitutione vtilis disceptatio.fol.66.

Cap.27. De pretio naturali in genere, & quando in creatione cēsus reseruatiui, & consignatiui inter uenire possit.fol.69.

Cap.28. De legitimo, & indiuiduo pretio census in genere tam reseruatiui, quam consignatiui, perpetui redimibilis, seu ad vitā. f.71

Cap.29. De pretio census reseruatiui in specie perpetui redimibilis, seu ad vitam.fol.73.

Cap.30. De natura, iustitia, & pretijs census, qui creatur ex pretio rei immobilis venditæ. folio. 75.

Cap.31. De quantitate pretij census consignatiui perpetui.fol.77.

Cap.32. De quantitate pretij census consignatiui redimibilis. folio. 78.

Cap.33. De quantitate pretij census consignatibi ad vitam: circa intelle-

tellectum l. 8. tit. 15. lib. 5. Recop. fol. 80.

Cap. 34. De iustitia venditionis veteris census circa intellectum textus in l. 6. tit. 15. lib. 5. nou. Recop. fol. 81.

Cap. 35. An census reseruatibus perpetuus redimibilis, seu ad vitam, illegitimo pretio constitutus, in totum sit nullus, vel remedio. l. 2. C. de rescindenda venditione rescindendus, aut reduci debeat ad legitimam pretij quantitatem fol. 85.

Cap. 36. An census consignatibus perpetuus redimibilis, seu ad vitam, illegitimo pretio creatus, in totum sit nullus, vel remedio. l. secundæ. C. de rescind. venditione rescindendus, seu ad legitimã pretij quantitatem reducendus. fol. 88.

Cap. 37. An pretium creationis census in pecunia numerata soluendum sit, vel in alijs rerum speciebus solui sufficiat fol. 92.

Cap. 38. De censu pro legitimo debito ex mercantijs, seu alijs rerũ speciebus, contracto, creando, fol. 96.

Cap. 39. De censu reseruatibo, vel consignatibo pro auro seu argento creando fol. 99.

Cap. 40. An census ex sententia cõdemnatoria creari possit, & quãdo. fol. 101.

Cap. 41. An cẽsus a principio iniuste creatus, possit per sententiã cõfirmari, cuius sententiæ in futurum obstet exceptio rei iudicatæ. f. 103

Cap. 42. De cẽsu iuste ex trãsaxtione nobiter creando, vel iniuste creato confirmando. fol. 104.

Cap. 43. An pretium tradendum sit in actu celebrationis instrumẽti corã testibus, ac notario, vel sufficiat si iustum, & integrum antici petur. fol. 105.

Cap. 44. Quibus modis constare euidenter possit de integra traditione, atq; receptione pretij creationis census. fol. 108.

Cap. 45. An vera receptio, & traditio integri pretij cẽsus prouetur per solam confessionem censuarij fol. 110.

Cap. 46. De quantitate pensionis cẽsualis, & an possit cõstitui instrumento, vino, oleo, vel in alia simili specia, seu in pecunia præcisse, sit constituende atque de reductione census frumentari, vtilissima disceptatio. folio. 113.

Cap. 47. De censibus perpetuis fruimentareis constituendis, & antiquis reducendis. fol. 115.

Cap. 48. De censu emphytheotico præcisse creando super certis rebus immobilibus soli, circa intellectum textus in. §. adeo institut. locatæ, & in l. 28. titul. 8. part. 5. fol. 118.

Cap. 49. De censu reseruatibo præcisse creãdo ex rebus iure immobilibus, circa intellectum cap. cõstitutus de religiosis domibus l. finalis. C. de rerum permutatione fol. 120.

Cap. 50. De censu consignatiuo præ

cisse creando super certis rebus immobilibus circa intellectum extrauagantium.1. & 2. de emptione, & venditione, atque propij motus Pij V. super forma creãdi census. fol.121.

Cap.51. An bona, ex quibus census creatur, debeant esse præcisse immobilia soli, vel sufficiat, si sint simpliciter immobilia circa intellectum extrauagantium, & propij motus Pij V. fol.123.

Cap.52. An bona ex quibus census creatur, licet non sint immobilia soli, vel simpliciter immobilia, possint esse coherentia solo inseparabiliter. fol.125.

Cap.53. De censu creando ex rebus, vel super rebus de sui natura fructiferis circa intellectum extrauagantium.1.& 2. Martini, & Calixti, atque propij motuus Pij V. & l.2.tit.15.lib.5. nouæ Recopilationis. fol.127.

Cap.54. An cẽsus creari possit super alio, vel ex alio censu iam cõstitutio, vtilissima disceptatio. fol.129.

Cap.55. An census possit creari ex officijs, vel super officijs, vel dignitatibus reipublicæ. fol.131.

Cap.56. De censu creando ex bonis, vel super bonis quæ licet nõ sint immobilia soli, neq; simpliciter immobilia, pro immobilibus tamen habentur. fol.133.

Cap.57. An census consignari possit generaliter super omnibus bonis cẽsuarij, vel ne præcisse constituẽdus super certis rebus nominatis designatis. fol.136.

Cap.58. Census consignatibus, perpetuus, redimibilis, seu ad vitam, an possit super sola persona censuari, cõsignari, bulgaris, licet vtilissima disceptatio. fol.138.

Cap.59. An in censu detur personalis obligatio, ita quod censuarius non soluendo capi, & incarcerari possit. fol.143.

Cap.60. An perempta re censuali in totũ, vel in parte, remaneat obligatio personalis, vel in totum extinguatur census. fol.146.

Cap.61. De censu creando ex bonis, vel super bonis propijs, & liberis censuari. fol.150.

Cap.62. De censu creãdo ex bonis, vel super bonis maioratus, cũ Regia facultate, vel sine vlla. f.152.

Cap.63. De his, quæ præcedere debent, atq; sequenda sunt ad expeditionem facultatum regiarum, quæ conceduntur ad census constituẽdos super bonis maioratus, & earum executionem. fol.157.

Cap.64. De cõuertẽdo pretio cẽsus qui super bonis maioratus creatus ex facultate Regia in eã causam propter quã facultas Regia concessa fuit. fol.162.

Cap.65. De census redemptione a possessore maioratus facta an recuperetur cum vsuris ab hæredibus. fol.165.

Cap.66. De censu creando super bonis, vel ex bonis feudalibus. fol.167.

Cap.67. De censu creando super bonis, vel ex bonis emphyteoticis fol.168.

Cap.

Cap.68. De cẽsu creando ex bonis, vel super bonis vniuersitatis, ciuitatis, villæ, seu oppidi. fol. 169.

Cap.69. An census creari possit à domino, vel superficiario super solo, aut superficie rei, vel ex eis reseruari. fol. 174.

Cap.70. An census creari possit ab vsufructuario, vel proprietario, super nuda proprietate rei. fol. 176.

Cap.71. An super vsufructu, seu cõmoditate vsusfructus census creatio consistat. f. 177.

Cap.71. An super vsu, & habitatione census consistat, circa intellectum. l. 24. tit. 31. part 3. f. 178.

Cap.73. An in seruitutibus vrbanis, vel rusticis census consistat. fol. 180.

Cap.74. De censu creando super rebus communibus duorum, vel plurimorum, circa intellectum l. 4. de seruitutibus, & l. 10. tit. 31. part. 3. atque aliarum legum Regni. f. 181.

Cap.75. An census creari possit à marito, vel vxore, vel ab eisdem simul super bonis, vel ex bonis, constanti matrimonio quæsitis, circa intellectum l. 5. tit. 9. lib. 5. nouæ Recopilat. f. 183.

Cap.76. De censu creando super rebus, vel ex rebus sacris, vel prophanis ecclesiarum, ac prelatorũ, fol. 185.

Cap.77. De censu creando super fructibus, vel ex fructibus beneficiorum, seu prebendarum à clerico seu prelato. f. 187.

Cap.78. An monasteria seu loca pia, confraternitates, hospitalia, vel alia similia religiosa sine licentia ordinarij, possint cẽsum creare. f. 189.

Cap.79. De censu creando à marito constante matrimonio super rebus, vel ex rebus dotalibus. f. 191.

Cap.80. De censu creando à patre, vel filio ex profectitijs, aduentitijs, seu castrensibus bonis. fol. 194.

Cap.81. De censu creando super bonis, vel ex bonis infantis, pupilli, proximi, pubertati, seu minoris, cum tutoris autoritate, vel sine vlla. f. 196.

Cap.82. De censu creando super bonis vel ex bonis furiosi, mentecapti, prodigi, muti, surdi, atque cæterorum, quibus non est intellectus. f. 198.

Cap.83. Quomodo probetur, solemnitatem interuenisse in censibus minorum, ecclesiarum, vel earũ personarum, quæ sine solemnitate contrahere non possunt. f. 199.

Cap.84. De scriptura conficienda in constitutione census. f. 201.

Cap.85. De conditione non alienandi rem censui subiectam in scriptura censuali adijcienda. f. 203.

Cap.86. De conditione rectractus in census creatione adiecta. fol. 207.

Cap.87. An dominus census habeat ius retractus, ex l. societatis, vel sanguinis sibi competens. fol. 208.

Cap.

Cap.88. An, & quando censuarius habeat ius retractus communitatis rei.f.210.

Cap.89. De retractu sanguinis in censu admittendo.f.212.

Cap.90. De conditione commissi in censu adijcienda, & eius natura, atque iustitia.fol.215.

Cap.91. An pœna commissi admittatur in censu, si excedat dimidiam, & intellectus ad l.68.tauri, fol.218.

Cap.92. De pacto exigendi salaria, & expensas itineris & exactionis in census creatione adiecto. fol. 220.

Cap.93. An decima, vel gabella debeatur, & soluenda sit ex constitutione census.fol.222.

Cap.94. De correis, vel fideiussoribus censum in solidum obligatis via executiua, vel ordinaria in solidum, vel pro parte á creditoribus conueniendis.f.224.

Cap.95. De hæredibus creditoris, vel debitoris census, quomodo via executiua, seu ordinaria conueniant, vel conueniantur. fol.227.

Cap.96. De tertijs possessoribus rerum censualium via ordinaria, vel executiua, pro redditibus decursis conueniendis.f.230.

Cap.97. De fideiussoribus censum, quales, & quando cum hypotheca, vel sine vlla accedere possint. fol.234.

Cap.98. De via executiua in materia censuali pro redditibus decursis census, breuis compilatio.folio. 237.

Cap.99. De recognitione census, ab hæredibus censuarij possidentibus, vel non possidentibus hypothecas censuales, seu ab alijs tertijs possessoribus rerum censualium præcisse facienda. folio. 242.

Cap.100. De cessionibus, quę à debitoribus fiunt correis, vel fideiussoribus soluentibus sortem, vel pensionem censualem. fol. 245.

Cap.101. De libertate redimendi censum sub ea facultate à principio creationis eius contracta. folio. 247.

Cap.102. De natura, atque forma redemptionis census consignatiui redimibilis.fol.249.

Cap.103. An redemptio fiat per præscriptionem census, & quanto tempore census præscribatur à censuario, vel tertio possessore.f. 252.

Cap.104. An in prescribenda obligatione soluendi in futurum censum necessariæ sint tot præscriptiones, quot præstationes, vel vnica præscriptio sufficiat.f.254.

Cap.105. An prescriptio tertij possessoris rerum censualium currere incipiat a tempore, quo principalis debitor soluere cessauit, vel a quo tertius ipsa possessor est. fol. 256.

Cap.106. De personis, quæ possunt facere redemptionem, & quibus facienda est.fol.259.

Cap.107. De census redemptione in

in totum, vel pro parte facienda. fol. 260.

Cap. 108. De possessionibus, quas correi, seu fideiussores pro sorte, vel pensione censuali bonorum debitoris accipiunt, & an per eas census redimatur. f. 263.

Cap. 109. De tertijs oppositoribus qui pro suo interesse, vel coadiuuando se opponunt executionibus, seu possessionibus creditorum. fol. 265.

Cap. 110. De inope debitore cēsus, qui vel petit dilationem ad soluendum, quę vocatur, esperas, vel rem censualem dereliquit offerendo eam creditori, vel censum extinguere vult, dando bona in solutum æstimata. folio. 267.

Cap. 111. De prælatione creditorum censualium interse, vel cum alijs non censualibus creditoribus. f. 270.

FINIS.

# INCIPIT LIBER DE CENSIbus Hiſpaniæ.

## FINIS, ET INTENTIO HVIVS Tractatus.

INTENTIO, & finis huius libri de Cenſibus non eſt agere de omni cenſu, vt quia quatenus annua penſio ſit, ſub generico verbo cenſus comprehendatur, neq; de intereſſe ſucceſsiuo, & promiſcuo caſuali, vel momentaneo, quod ex mora regulari, vel extra moram ſæpiſsimè cauſatur; neq; de reditibus vſurarijs, qui multoties iuſtè, vel iniuſtè petuntur, & præſtantur, cùm agere de his omnibus non ſolùm eſſet laborioſum, ſed difficillimum, atq; ferè impoſsibile. Sed finis, & intentio huius operis eſt agere tantùm de vero contractu cenſuali emphyteutico, reſeruatiuo, & conſignatiuo, qui non ſolùm propriè ſed ſtrictè cenſus ſunt. Ideò cognita priùs ſignificatione verbi, Cenſus, de qua in cap. 1. & traditis in cap. 2. aliquibus penſionum ſpecie bus, quæ ſubgenerico verbo cenſus, & reditus continentur, in ſequentibus de vero cenſu, iuſtitia, creatione, progreſſu, & reſolutione eius agendum erit.

## DE DIVERSIS VERBI, *Cenſus*, ſeu *Reditus*, ſignificationibus. Caput primum.

### SVMMARIVM.

*Deus eſt vniuerſi operis principium effectiuum, cauſaque cauſarum, & in omni ſcientia principium eſt ſpectandum. num. 1.*

*Cenſus ſignificat æſtimationem patrimonij, & deſcriptionem facultatum ciuium. n. 2.*

*Verbum, vitia, denotat peremptionem cenſus, quæ per alluuionem cauſatur: traduntq; interpretatio ad l. vitia, ff. de cenſibus, & ad l. forma. 4. eod. tit. n. 3.*

*Cenſum agere ſignificat nomina, & facultates ſingulorum ciuium Romanorum recenſere. numer. 4.*

*Vnde cenſores dicti ſint. n. 5.*

*Romæ ſolebat fieri deſcriptio perſonarum, & rerũ ciuium Romanorum, vt ſtatus diſtingueretur ad effectum ſoluendi tributa. n. 6.*

*Alia ſignificationes, & effectus præfatę deſcriptionis traduntur. n. 7.*

*Cenſus aliquando pro ſubſtantia ipſius patrimonij ſumitur. n. 8.*

*Cenſus, adiectiuè acceptus quid ſignificet. numer. 9.*

*Cenſus quandoq; pro codice, in quo bona cenſualia deſcribuntur, vſurpatur. n. 10.*

*Lex 3. tit. 15. lib. 5. Recopilationis quo pacto intelligenda. n. 11.*

*Proprior, & ſtrictior, cenſus, ſignificatio exponitur. n. 12.*

### CAPVT. I.

VIA difficulter bono peraguntur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio, cap. Paul. 1. q. 1. & Deus vniuerſi eſt operis principium effectiuum, & prima cauſa efficiens, qui ſecundum Ariſt. in omni oratione debet eſſe ſuperior, & ſecundum Bald. in proœmio feudorum dat cordi concipere veritatem, cogitare equitatem, & iuſtitiam, eius inuocamus auxilium, atque intemeratæ Virginis Mariæ ſuffragium, vt in hoc cenſuali tractatu veritatem amemus, & inde ad bonũ publicum ſpectet, quia hominis intellectus

tantò magis præsumit de affluentia diuinæ bonitatis, quantò cogitatum suum ad bonum publicum dirigit ; & quoniam in omni scientia principium expectandũ est. l. 1. ff. de orig. iuris, veram tam antiquam, quàm nouiorem huius verbi, *Census*, significationem, quæ passim, licèt non vt oportuerat, ab scribentibus traditur, breuiter adducere decreui.

2 Et primò, verbum, *Census*, significat æstimationem patrimonij, & descriptionem facultatum ciuium Romanorum ad effectum, vt Reges tributum, pensitationem, seu quamlibet aliam contributionẽ eis legitimè debitam cõsequantur; quæ descriptio sermone Hispano vocatur, *Padron, ô repartimiento de pechos*, & hæc significatio, & acceptio ex eo constat, quòd verbum *Census*, deriuatur à censendo, id est, æstimando, quasi censendo hominũ patrimonia æstimentur, ex Cicerone de legibus, dum dicit: *Censores populi ciuitates, soboles, familiasq; censent.* Et ita in eam significationem acceperunt verbum *Census*, Couar. lib. 3. vàri. c. 7. n. 1. Albar. Vaez de iure emphyt. q. 32. n. 1. Ioan. Lupus de vsuris Comment. 2. §. 2. n. 54. qui pro ea sententia referũt, & ponderant. l. vitia. 2. ff. de cẽsib. dũdicit, *Priorum censuum*, & l. forma. 4. ff. eod. tit.

3 Quorum resolutio verissima est, licèt prædicta iura eam malè probent; quia d. l. vitia, ibi: *Priorum censuum*, non significat æstimationem patrimonij, nec verba illa ad vllam facultatum descriptionem adaptari possunt ; sed potiùs verbum, *Vitia*, denotat peremptionem, & extinctionem census, quæ per alluuionem caulatur, vt verba eiusdem legis præsupponunt, ibi, *Euanescunt*, & probat Accurs. ibid. gloss. 1. & 2.

Et similiter. l. forma. 4. eod. tit. quamuis sæpè repetat verbum, *Census*, non denotat patrimonij æstimationem, sed solùm significat contributionem, quæ ex forma censuali Regi, vel domino annuatim est facienda, vt ex eius contextura constat: ideò non benè prædicta iura ponderauerunt Couar. & alij; melius tamen eorum sententia probatur in l. omne territorium. 4. C. de censibus, & censitoribus lib. 11. dum dicit, *Omne territorium censeatur*, quod interpretandum est, id est, *Omne territorium æstimetur*, vt intelligit Cuiat. in rubr. eiusdem tit. vt in l. decreat. F. C. de Episcop. audient.

4 Et hinc vulgariter dictum est, *Censum agere*, id est, nomina, & facultates singulorum ciuium recensere, indeque censores, & censitores, quasi patrimonia, & facultates censerent, & æstimarent; vt vtrumque deducitur ex suprà dictis, & constat ex Varrone lib. 4. de lingua Latina, & fest. lib. 3. quos referens sequitur Othoman. in descrip. Magistratuum Roman. verb. *Census*, & ex Rub. C. de cens. & cẽsitis lib. 11. atq; aduertit Valasc. in d. q. 32. n. 1. Benedict. Bon. in tract. de censib. art. 1. per totum.

5 Qui quidem censores sterilia prædia cum fertilibus compensando, censusq; pro rata valores, & redditus eorum perequando, familias, soboles, pecunias censebant, id est, æstimabant, vt ex earum æstimatione secundum vnius cuiusq; ciuis facultates à quocumq; tributum præstarent, vt prosequitur Benedict. Bon. in tract. de cens. art. 1.

6 Neque verbum hoc, *Census*, descriptionẽ tantùm patrimonij, sed & simul personarum significabat; quæ Romæ solebat fieri ad distinguendos status populi Romani, ad aliaque plurima ad Reipublicæ gubernationem summè necessaria, & nominatim ad hoc vt ex eà æstimatione, & descriptione facultatum, & personarum ciuium status distingueretur, vt notat Budæus in annotat. ad Pandectas circa explicationem. l. fin. de Senatorib. Bon. in d. art. 1. de cẽsib. Cagnol. post Vlderic. Casium in l. 2. §. post, deinde numer. 295. ff. de orig. iuris, vbi Orosc. n. 61. aduertit, & Couar. atque Aluar. Vaez in locis suprà citatis notauerunt.

7 Secundò, ex ea descriptione facultatum, & personarum nascebatur, quòd in omnibus prouintijs, exceptis his, quæ ius Italicum habebant, id est, immunitatem à tributis, de quibus in l. 1. & fin. ff. de cẽsib. & per Sarmient. lib. 1. Selectar. interpret. c. 15. secundum vnius cuiusq; facultatem tributa fideliter, & absq; dolo, & fraude solbeuant. l. liberto. §. fin. ff. de annuis legatis, & vt simul per eam descriptionem deducebant. Census, quid esset auferendum à tributario, ex non solutione tributi, per text. in authent. vt nulli iudicum. §. si verò aliquando.

Tertiò, ea descriptio numerum eorum, qui arma ferre poterant, ostendebat, & pecuniariam magnitudinem, qua bellorum sumptus sustinebantur, indicabat, vt benè considerauit Sigonius de antiquit. iuris ciuilis. c. 14. Ioan. Lup. de vsuris comment. 2. §. 2. n. 54.

Quartò, ea descriptio, & æstimatio cùm nomine fundi, aut rerum æstimatarum infallibiliter designabat bona censualia. l. forma de cens. lib. 1. 2. & 3. C. de cens. & censit. lib. 11.

8 Secundo modo census antiquitus sumebatur pro substantia ipsa patrimonij, teste Iuuenali.

*Protinus ad censum de moribus vltima fiet, quæstio.*

Et

Et secundum hanc acceptionem intelligitur responsum Vlpiani in l. de creationib. C. de Episcop. audient. dum dicit: *Si autem non talis census eius reperiatur, tunc & fideiussio in quantum possibile est, ab eo exploretur.* Et in hunc sensum reperitur apud Ciceronem pro Lucinio, dum dicit. *Census nostros*, & pro Flaco homine egente, & sordido, sine honore, & sine censu, & apud Horat. epist. 7.

*Præconium tenui censu sine crimine notum.*

Et ita interpretantur verbum, *Census*, Zasius in l. 2. §. post deinde. num. 8. ff. de orig. iur. Couar. lib. 3. variar. c. 7. n. 1. Aluar. Vaez de iure emphyt. quæst. 32. numer. 1. vers. *Secundus casus*, Ioan. Lup. in d. §. 2. n. 55. & secundem hãc significationem accipiendus est text. in l. cogi. ff. ad Trebel. & in l. liberto. 21. §. fin. ff. de annuis legat.

9 Tertio modo census sumitur adiectiuè, & in hac significatione, *Diuitem*, significabat, vt habetur per Ciceronem in 3. action. in verum, vt notat Ascens. & ita accipitur in l. Voconia, cuius meminit Iustin. in princ. instit. de l. Falcid. & ibidem scripserunt othom. & alij, & melius Cuiac. & Balduin. ad ll. de iure ciuili, pag. 8. & Couar. in cap. Raynunt. in princip. numer. 23. de testamentis.

10 Quarto modo accipitur verbum, *Census*, pro codice, in quo bona censualia describuntur. l. census de probat. & aduertit Lucas de Pena in rubr. c. de censib. libr. 11. cuius codicis, atque libri professione census probatur, vt resoluũt Cassan. in Consuetud. Burg. rubr. 11. §. 3. Aretin. responso. 36. Ioan. Bapt. Boer. de stat. ciuium gloss. 19. n. 122. & iterum Cassan. cons. 15. n. 4. vbi fatetur, quòd solutio diuturna census patens per libros Ecclesiæ probat ius exigendi pensionem, quod intellexit Panormitan. in d. c. ad audientiam. num. 4. de præscrip. dummodò liber censualis Ecclesiæ reperiatur custoditus, & obseruatus in loco non suspecto. Quod sequitur Roman. consil. 123. & tradit alios referens Auiles c. 19. prætor. gloss. verb. *Esten*, n. 24. quamuis in præiudicium tertij semiplenè tantùm probet, vt post Molinæum resoluit Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 2. casu 3. n. 4. de quo videndus est Aymon. Crauet. de antiq. tempor. 1. p. ca. de lib. officialis. Auend. de exequend. mand. 1. p. c. 21. n. 2. & eleganter Borni. Caualcan. decis. 45. n. 94. vsq; ad fin. & singulis quindecim annis hos libros bonorum censualium Ecclesiarum, & similiũ, reformari consueuisse scribit Alciat. lib. 8. Pareg. c. 1. Ex quo datur intellectus ad constitutionem l. Toleti conditam anno 1539. quæ habetur in l. 3. tit. 15. libr. 5. nouæ Recop. vbi videtur, quòd in qualibet ciuitate vnus codex bonorum censualiũ formetur, in quo describantur, & quasi registrentur contractus cẽsuales, qui in loco creantur, & contrahuntur.

11

12 Denique magis ad speciem accedendo, cẽsus significat, & comprehendit omnem annuam præstationem, contributionem, seu pẽsitationem realem, personalem, vel mixtam Regi, vel priuato debitam, omnesque redditus, & prouentus emptitios, seu ex mercede, vel donatione debitos, & creatos, aut ex tempore, vel quolibet facto hominis inductos, vt bene considerauit Gaspar Roder. de annuis redditib. q. 1. n. 1. vsq; ad n. 13. vbi an partus ancillarum sub nomine census contineantur, explicuit, & n. 14. & 15. pro quacunq; annua pensione, post Bon. & Paris. accipi agnoscit, & statim. q. 2. per totam veram redditus significationem descripsit, & iterũ. q. 2. propriam census designauit. Quod etiam prosequitur Felician. in proæm. de censib. in princ. Quorum resolutio confirmatur ex traditis in cap. quæsitum. 1. q. 3. & notat Gofred. in Summ. eod. tit. Angel. Sylues. & alij Summistæ, Otalora de nobilit. 1. p. c. 2. n. 13. & post eum Valasc. de iure emphyt. q. 32. n. 6. Sed quia plures sunt pensiones censuales, quæ sub verbo, *Census*, largo modo continentur; de pluribus, quæ licèt verè census non sint, sub eo generico verbo, quatenus annuæ pensiones sunt, cõprehenduntur, & deniq; de tribus, ex quibus tractatus iste componitur, quæ magis ad naturam census accedunt, in capitibus sequẽtibus agendum erit.

## DE REDDITIBVS, SEV pensionibus, quæ sub verbo, *Census*, tã genericè, quã propriè continẽtur. Cap. II.

### SVMMARIVM.

*Reditus, seu vsuræ pupillares, quę debentur à tutoribus, seu curatoribus, pupillis, seu minoribus, veniunt sub nomine* census. *n.* 1.

*Reditus, qui à depositarijs quoque prouenium, sub* census *nomine continentur. n.* 2.

*Interusurium promiscuum, & successiuum, quod formatur, quando emptor eligit, vel condemnatur restituere rem venditam cum fructibus, no*



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

*mine* census *comprehenditur n.* 3.

*Vsura, quæ prouenit ex ordinatione montis pietatis,* census *etiam appellatur n.* 4.

*Interesse momentaneum, vel casuale, quod debetur ratione lucri cessantis, aut damni emergentis,* census *etiam dicitur. n.* 5.

*Inter vsurium promiscuum, & successiuum ratione rei venditę, non solutę* census *vocatur. numer.* 6.

*Census creatur, & constituitur ex sententia, & transactione. n.* 7.

*Constituitur etiam ex pœna conuentionali adiecta facti hominis vel dationi quantitatis, vel traditioni certę speciei. n.* 8.

*Decimę quę iure diuino debentur, nomine* census *intelliguntur. n.* 9.

*Gabella venit* census *appellatione n* 10.

*Ex debito promissa non soluta multoties census formatur. n.* 11.

Census *dicitur, quem Vassalli solariegui dominis præstant. n.* 12.

*Impositiones Vassallorum sub nomine* census *continentur n.* 13.

*Formatur etiam ex testamento n.* 14.

*Inducitur quoque non semel ex tempore cum causæ concomitantia, vel sine vlla virtute tituli validi, seu inualidi. n.* 15.

*Pensio locationis ad modicum tempus sub* censu *concipitur n.* 16.

*Quod idem contingit etiam in locatione ad longum tempus. n.* 17.

*In quo differant præfatę pensiones inter se, quo pacto à vero censu distinguantur, & quando per eas dominij directi, vel vtilis translatio fiat ibidem.*

*Pensio quam soluit annuatim colonus pro terra inculta colenda, & fructibus ex ea percipiendis, sub* censu *quoque continetur: & in quo is contractus à locatione, & vero* censu *differat latè discutitur. n.* 18.

*Pensio, quæ ex contractu libellario soluitur, sub* censu *continetur, & cuius qualitatis sit ea pensio, & in quo is contractus à vero censu differat; taxaturque Conanus. n.* 19.

*Pensio, quę ex contractu perpetuario prouenit, perpetuarijque soluunt coloni, qui fundum à Principe seu Republica in vita conductum habent,* census *appellatur, in quo tamen à vero* censu *dissentiat, ostenditur. n.* 20.

*Stipendia, quæ annuatim militibus præstantur, seu officialibus Reipublicę, quæ vocantur militia, sub* census *appellatione contineri, & in quo à vero* censu *distinguantur, exponitur. numer.* 21.

*Pensio, quæ prouenit ex contractu feudali sub* censu *comprehenditur; & in quo à vero censu discrepet, ostenditur. n.* 22.

*Pensio, quam soluit superficiarius pro superficie, sub* censu *continetur, & in quo differat superficiarius à censuario, & vnus cõtractus ab alio. num.* 23.

Census *multoties sumitur pro iuribus regalibus, quæ vulgò vocantur,* Iuros, *& qua ratione inter se differant. n.* 24.

*Census etiam sumitur pro priuilegio percipiendi aliquid annuatim ex iuribus Regalibus, veluti,* de rentas Reales, alcaualas, pechos, y derechos. *n.* 25.

*Census accipitur pro tributo, & quod tributum differt à censu in eo, quod species à genere. numer.* 26.

Census *etiam accipitur pro tributis, quę vocantur,* pechos reales. *n.* 27.

*Emphiteosis comprehenditur sub nomine census, & in quo ab emphiteosi differat. numer.* 28.

*Census verè, & propriè diuiditur in reseruatiuum, & consignatiuum. n.* 29. & 30.

## CAPVT. II.

1 VERBVM, *Census,* genericum est, & non solùm comprehendit veros census, & omnes annuas pensiones, sed & redditus vniuersos, ideò vt contractus verè censuales cognoscantur plures redditus, & pensiones, de quibus in hoc opere agẽdum non est, quæ sub generico verbo, *Census,* continentur: & qui verè censuales sunt, in præsenti enumerantur.

Et primò; sub censu non impropriè continentur redditus, seu vsuræ pupillares, quæ debentur à tutoribus, seu curatoribus, pupillis, seu minoribus suis ratione suæ administrationis, de quibus agit latè Gaspar Rodericus de annuis redditibus. q. 10. per totam, & nos non agimus, quia tantùm de vero censu agere decreuimus: cùm enim Rodericus magis de annuis redditibus, quàm de censu ageret, atque sub verbo, *Redditus,* vsuræ pupillares continentur, meritò de his latè egit, & nos eas vsuras, & redditus pupillares omittimus.

2 Secundò, etiam subgenerico verbo, *Census,* continentur redditus, qui proueniunt à depositarijs, de quibus egit Roderic. dict. lib. tercero. quæst. 11. per totam; sed quia cùm ipse materiam annui redditus, magis quàm veri census scriberet, & nos de vero tributo, & censu agamus, meritò ille de redditibus depositarij, qui sub eo tractatu propriè continebantur, egit, & nos de his nihil dicemus.

Tertiò,

3 Tertiò, non impropriè venit sub censu, & redditu interusurium promiscuum, & successiuum, quod formatur, quando emptor elegit, vel condemnatur restituere rem venditam cum fructibus, & vult sibi restitui pretium cum vsuris, de quo egit Roderic. d. libr. 3. quæst. 7. numer. 115. vsque ad finem, sed quia non est propriè censualis, omittimus eam.

4 Quartò etiam, ordinatio illa Montis pietatis, de qua tractatum composuit Petrus de Vi uio, & egerunt Nauar. in c. 1. 14. q. 3. numer. 66. Ioan. Lup. de vsur. comment. 3. §. 3. num. 8. non impropriè, quatenus continet pensionem successiuam, sub censu continetur, sed quia magis accedit ad redditum vsurarium, quàm ad censum, mitto vos ad ea, quæ dixit Rodericus d. lib. 3. q. 7. n. fin.

5 Quintò, poterat etiam discuti, & tractari, an census aliquando formetur ex interesse momentaneo, & casuali, quod ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, data mora regulari, vel extra moram solet prouenire, de quo ipse Rodericus d. libr. 3. q. 7. n. 21. vsque ad 23. & num. 39. & 94. & q. 5. n. 12. & 20. & q. 9. atque ferè per totum tractatum egit: imò etiam disceptari quid sit, si huiusmodi interesse proueniret ex pacto, vel à lege ipsa, ex quibus iuncta materia moræ, quæ consimilis est, integrum librum, atque tractatum facilè componeremus; sed quia magis spectat ad interusurium redditus, quàm ad materiam census, de his nihil agendum est.

6 Sextò, de censu interusurio promiscuo, & successiuo ratione pretij rei venditæ, non solutæ, qui propriè vocatur *Redditus*, agendum non est, nisi quatenus conueniat ad cognitionem census reseruatiui, de quo latè agemus: sed de interusurio promiscuo, & successiuo ratione dotis non traditæ, quod magis ad censum accedit, suo loco, & capite tractabimus.

7 Septimò, similiter etiam census creatur, & constituitur ex sententia, seu transactione partium, vt quia ex eo quòd aliqui litigant, seu condemnati sunt ad aliquid soluendum, annuatim conuentionem certis modis, clausulis, & conditionibus de præstanda certa pensione in perpetuum, vel ad tempus efficiunt: quæ conuentio, seu condemnatio, donec durat census vocari potest, licet in aliquibus à vero censu differat, ideò de his cēsibus, qui etiá verè redditus sunt, suis locis, atque capitibus agendum erit.

8 Octauò, ex pœná etiam conuentionali multoties annua pensio, seu census annuus formatur, adijciendo pœnam tam facto hominis quàm certæ speciei reddendæ, seu dationi quantitatis pecuniæ præstandæ, & circa formam eius census annui, seu pensionis, quam plures dubitationes se offerunt: ideò quamuis annua pensio inducta ex pœna conuentionali non sit verus, & proprius census, tamen quia sœpissimè adijcitur in fraudem vsurarum; & quando iustè formatur, plurima notatu digna, atque in praxim conducibilia continet, de conceptione, iustitia, & iniustitia eius pœnæ suo loco agendum erit.

9 Nonò, Decimæ, quæ de iure diuino debentur, & sub verbo, *Tributum censuale*, rectè continentur, etiam quatenus præsupponunt tributariam obligationem antiquissimam, & iustitiam, in præsenti tractatu non impropriè includi poterant: sed quia decimarum materia, & requirit peculiarem tractatum, & eam plures, tam antiqui, quàm nouiores, diuersis in locis explicuerunt, de his nihil agendum erit, nisi quatenus ad census consignationem, seu tributi foret necessarium.

10 Decimò, census etiam gabellarius vulgāris est, & cognitus, vt quia sit tributum, quod Regibus præstatur progabella, seu decima venditionis, & permutationis rerum omniū, quæ venduntur, & permutantur. Quod quidem, quatenus est tributum successiuum, & perpetuum, atque sub censu continetur, propriè in hoc opere discuti, & tractari poterat: sed quia eius materia amplissima est, & de gabellis, seu decimis scripserunt Gironda, & Lasarte plurima in praxim conducibilia tradentes, ex quibus quæstiones, quæ contingere possunt, deciduntur, ea tantúm de his dicēda, ac repetenda erunt, quæ ad veram nostri census, seu tributi cognitionem sint necessaria.

11 Vndecimò, census multoties formatur ex dote promissa non soluta in casu cap. salubriter de vsuris, de quo, licèt sub censu propriè non contineatur, suo loco, & capite agendum est, quia passim ea dubitatio contingit.

12 Duodecimò, census etiam dicitur, quem vassalli solariegi dominis præstant, de quo in præsenti agendum non est, egerunt tamen Ioan. Garc. de nobilit. gloss. 18. n. 10. & de expensis. c. 19. fere per totum, maximè n. 61. Petrus Surd. de aliment. q. 56. & 57. fol. 111. Felician. de censibus in proœmio, n. 7. vers. *Vnde effluxit*, Flores de Mena lib. 1. var. quæst. q. 2. n. 2. ad fin. nos enim de cēsibus emptitijs actu ri sumus.

13 Decimo tertiò, impositiones etiam, quas

vassalli ex aliquo titulo, vel præscriptione immemoriali dominis præstant in specie, vel pecunia iure seruitutis, vel alio modo, ad materiam censualem magis accedunt; ideò quia, vt oportuerat, cognitæ non sunt, aliquantulũ de his suo loco agendum erit, vt natura, atq; iustitia earum impositionum agnoscatur, & in quo differant à vero censu & tributo, compertum sit.

14 Decimo quartò, multoties pensio annuà promittitur, & debetur ex testamento, ex diuersis testantium conceptionibus, seu dispositionibus, quæ magis accedit ad nostram materiam censualem, atque sub verbo, *Census testamentarij* rectè continetur: vnde de his nominatim agemus, separando formas creandi similes census, vt ex differentia, & iustitia cuiuslibet apertiùs cognoscatur ipsorum natura, & in quo à censibus emptitijs differant, vt videndum erit in capitibus de censu testamẽtario.

15 Decimo quintò, census etiam multoties inducitur ex tempore cum causæ concomitantia, vel sine vlla virtute tituli validi, seu inualidi, vt quia ex antiquissimo tempore quidquam annuatim præstitum est, ex qua vni formi, & antiquissima præstatione census creatur; vnde de his in tribus capitibus, quæ de censu ex tempore, & eius diuersis speciebus in hoc opere describuntur, agendum erit.

16 Decimo sextò, census vocatur pensio, quę prouenit à locatione simplici, nempe ad modicum tempus, biennium scilicet, vel trienniũ, de qua in tit. ff. & C. locati, & per totum tit. 8. part. 5. quæ pensio, quamuis sub generico verbo, *census*, possit contineri; longè tamen distat à pensione censuali, sicut & locatio differt à censu, quia hi contractus tam circa originem, quàm circa substantiam, & effectum dissimiles sunt, vt ad sensum patet: quia in censu emptio, & venditio formatur, vt suo loco dicemus: in locatione verò simplex tantùm concessio vtendi re conducta contrahitur. Rursus in censuarium reseruatiuum transfertur vtrumque dominium, tam vtile, quàm directum; vt dicendum erit in cap. de censu reseruatiuo, & in locatorem neque etiam vtile transferri constat: l. cùm manu sata. §. fin. ff. de contrah. empt. l. non solet. ff. locati: neque possidet ipse, sed dominus per eum, tanquam per instrumentum. l. peregrè. l. quibus explicitis. l. si quis ante. l. qui vniuersas. §. quod per colonum. ff. de acquirend. possess. & probat eleganter Aluar. Valasc. de iur. emphyt. quæst. 20. numer. 9. & 10. imò etiam circa subiectum, & materiam differunt, cùm locatio consistat quoque in rebus mobilibus, vel se mouentibus, & census in immobilibus tantùm, vel quæ pro immobilibus habentur, vt dicendum erit in cap. de creat. census super re immobili, & fructifera necessariò facienda; vnde cùm pensio locationis longè distet à censuali, de ea non est agendum.

17 Alia species pensionis est, quæ debetur, & soluitur ex locatione ad longum tempus, vt quando res locatur in decennium, vel vltra: nam & illa locatio dicitur ad longum tempus, ex gloss. in cap. 2. verb. *Non modicum*, de rebus ecclesiæ, gloss. in l. 2. in fin. ff. si ager vectigalis, Bart. in l. 1. §. quod autem. ff. de superficieb. Decius cons. 204. Paris. cons. 118. vol. 3. Boer. decis. 234. Couar. lib. 3. variar. cap. 16. numer. 10. Greg. Lup. in l. 18. tit. 8. part. 5. verb. *Su vida*, Antõ. Gom. in 2. tom. de contract. c. 3. n. 8. vers. *Secundò infertur*, & plurimos referẽs Aluar. Vaez de iur. emphyt. q. 29. n. 5.

Vel quando ad vitam locatio contrahitur: quo casu similiter formatur locatio ad longũ tempus. Clement. 1. de reb. Eccles. & resoluunt Bald. in l. 6. ff. de vsufruct. Philipp. Cornel. cons. 55. num. 2. Philipp. Dec. cons. 204. Nicol. Boer. decis. 234. colum. 2. in fin. Nauar. in c. consideret §. desleat. de pœnit. distinct. 1. in 5. notabili. Et hæc pensio locationis ad longum tempus ab ea, quæ prouenit ex contractu censuali, differt, cùm hi contractus, census nempè, & locatio ad longum tempus in quam plurimis differant, & maximè, in eo quod censuarium reseruatiuum in vtrũque dominium rei censualis transfertur, & venditor census consignatiui, non obstante consignatione, adhuc verus dominus est rerum, super quibus census consignatur: ex locatione verò ad longum tempus vtile tantùm dominium, & naturalis possessio transfertur, vt de translatione vtilis dominij habetur in Clemen. 1. vbi omnes de rebus Ecclesia, & per Tiraquel. latè in. 1. part. retractuum. §. 1. gloss. quarta. numer. 79. & 80. de translat. naturalis possessionis, agit text. cum gloss. in l. si quis ante, verb. *Nouissimè*, ibi: *Non ad modicum tempus*. ff. de acquirend. possessio. Bart. in l. 1. §. interdum. ff. vti possidetis. numer. 11. Ias. in l. naturaliter in fin. numer. quinto. ff. de acquirend. possessio. Angustin. Beroius. quæst. 47. numer. 1. Carolus Ruin. cons. 159. numer. 6. lib. 1. Tiraq. 1. part. retract. §. 1. gloss. 14. ex numer. 79. Anton. Gom. in l. 45. Taur. numero. 100. Et sic apertissimè constat differentia inter eas pensiones locationis ad longum tempus, & cen-

censualem. Et hinc confirmatur resolutio dicentium, quòd ex locatione ad longum tempus non debetur gabella, cùm non sit emptio, nec venditio, neque permutatio, sed vera, & propria locatio, vt post Tiraquel. & alios aduertit Ignat. Lasarte in tractat. de decima venditionis, & permutationis. capit. 2. numer. 59. per totum, vbi vtiliter id explicat.

18 Decimo octauò, altera species pensionis est, quam soluit annuatim colonus pro terra inculta colenda, & fructibus ex ea percipiendis, & hæc pensio multipliciter diuiditur; quia aliquando colonus colit terram pro mercede in pecunia numerata constituta; & in hoc casu dicendum est, quod in locatione scripsimus: quia vera locatio, & conductio contrahitur. l. si merces. ff. locati, & resoluit Aluar. Vaez de iure emphyteot. quæst. 20. numer. 5. & ideò ea pensio colonorum à censuali longe distat, sicut & locationis pensio dissimilis est; aliquando tamen colonus terram colit pro certa mercede annuatim constituta, non in pecunia, sed in alia specie, vt pro modio frumenti, vel olei; vel si quis locat fundum pro alia mercede in frugibus consistente; puta, pro certa quantitate frumenti, & in hoc casu plures dixerunt esse contractum innominatum, non verò locationis; & ideò agi præscriptis verbis, ex regula. l. naturalis. ff. de præscrip. verb. l. 1. §. si quis seruũ. ff. depositi, gloss. & Bart. in l. si olei. C. locati, & iterum Bart. in l. si merces. §. vis maior. numer. 10. ff. locati, licèt quandoque ex opinione modernorum, impropriè tamen, appelletur locatio, ex dict. l. si olei. C. locati, & ita Bart. in l. apes. §. item constat, de furtis, & post Aretin. Belon. Felin. & alios resoluit Aluar. Vaez de iure emphyteot. quæst. 20. numer. 5. ad med. & in hunc sensum accepta locatio eius pensio dissimilis erit à pensione censuali, ex rationibus suprà dictis.

Interim etiam quis colit prædium ad decennium, vel vltra, pro mercede in pecunia; vel in certis redditibus, vel pro quota parte fructuum, & eo casu dicendum est, quòd in locatione ad longum tempus scripsimus, vel quòd in emphyteosi dicendum erit, cùm ea locatio ad decennium, vel vltra, æquiparetur emphyteosi, vt resoluit Imola in cap. nulli, & in cap. ad audient. de rebus Eccles. & post Alexandr. Tiraq. Anton. Mart. & alios tradit Aluar. Vaez de iure emphyt. q. 29. num. 19. per totum; ideò colonia hæc ad longum tempus, & censualis contractus dissimiles sunt, & pensiones diuersæ.

Aut colonus colit terram pro certa quota fructuum eiusdem prædij, nempe pro tertia, vel dimidia parte, & dicetur colonus partiarius; quia fructus cum domino pro quota parte diuidit, & hinc non est propriè conductor, nec censuarius, sed magis accedit ad naturam societatis, & eam plerumque sequitur. Ita resoluit Bart. in l. si merces. §. vis maior in princip. ff. locati, Bald. in l. emptorem. numer. 7. C. locati, Panorm. num. 14. Anan. numer. 18. in c. propter sterilitatem de locato, & tradit Signorol. cons. 84. per tot. Francisc. Conan. lib. 7. comment. c. 11. numer. 1. & melius. numer. 13. & hæc societas respectu fructuum tantùm contrahitur, ex Dec. in l. si pascis-cenda. numer. 15. C. de pactis, & adducitur ex dict. §. vis maior in verb. *Quasi*, & ideò apud Catonem habetur de re rustica, *Veteres solitos inire sepè huiusmodi contractus*. Cuius meminit Balduin. in scholijs ad ll. rusticas. numer. 20. qui hunc contractum innominatum vocat; & in hunc sensum accepta colonia, & eius pensio, manifestum est, quòd differt à censu, & pensione censuali, quia ex huiusmodi contractu coloniæ cùm accedat societati, vt suprà diximus, nascitur actio pro socio non locati, neque exempto, ex Bart. numer. 1. Angel. num. 2. in l. si apes. §. 1. ff. de furtis, & iterum Bart. in l. cùm in plures. §. messem, & ibi Fulgos. & Paul. ff. locati. Rursus contractus coloniæ partiariæ morte finitur, neque ad hæredes transit, sicut societas. l. 4. l. nemo. ff. pro socio, Bart. n. 9. Fulgos. n. 2. in d. §. vis maior. Roman. in l. filius familias. §. fin. ff. solut. matrimon. Riminald. cons. 100. n. 15. & 16. lib. 1. census tamen perpetuus est, & ad quoscunq; transit hæredes, satis ex eius natura constat: vnde distat ab omni colonia.

19 Decimo nonò, alia pensionis species est, quæ soluitur ex contractu libellario, qui contractus formatur, quando quis ab eo, qui vtile tantùm dominium habet, accipit prædium pro certa annua pensione soluenda, vt quia fundum in emphyteosim, vel feudum concessum emphyteota, vel feudatarius alteri concessit: quo casu ille secundus non diceretur emphyteota, vel feudatarius, sed libellarius: & in effectu erit is contractus quædam substitutio, & subrogatio emphyteotica, & feudalis, vt probat text. in c. 1. §. fin. de prohibita feud. alienat. per Lotar. Iacob. Belon. & Isernia in cap. 1. de alienat. feud. & post Aluarot. Bart. Negusant. & alios, Aluar. Vaez de iure emphyteot. quæst. 35. ex principio. Et iste contractus manifestum est, quòd differt à censuali, sicut emphyteosis,

cùm in effectu emphyteoticus sit, ex Valâ sc. in d.q.35.num.2. Ex quo meritò reprobatur Francisc. Conan. vir alioquin doctissimus, & accutissimus, qui in Commentarijs iuris ciuilis.c.2.ad finem securè scripsit, contractum libellarium, & censualem non esse dispares: labitur enim Conan. cùm ex censuali contractu vtrumque dominium, tam vtile, quàm directum in censuarium transire certum sit, & in libellarium vtile tantum, & existimo, errori causam præstitisse, quòd ipse Conan. opinatur secundum aliquorum opinionem, nó trãsire vtrumque dominium, vtile, & directum in censuarium. Quæ sententiá vera non est, ex his, quæ ad longum dicenda erunt in cap. de natura & iustitia census reseruatiui vnde Conani æquiparatio de contractu libellario ad censualem non sustinetur.

20 Vigesimo, altera pensionis species prouenit ex contractu perpetuario, quam soluunt perpetuarij coloni, qui fundum à Principe, seu Republica in vita conductum habent, vel etiam ea lege, vt ad illos transferatur; de quo in l.fin.C.de locat.prædior.ciuil.lib.11. vbi constituitur, quòd prædia domus Augustæ locari possunt ad vitam, vel ea lege, vt ad posteros transferantur: cuius legis meminerunt Alciat.lib.1.Parergon.capit.37. & eum non referens Valasc. de iur. emphyt. quæst. 29 num.fin.versic. addendum est: quæ quidem pensio, seu contractus similiter differt à censu; quia secundum Alciat. suprà, hi perpetuarij non consequuntur nisi ius conductionis; censuarius verò vtrumque dominium, vt sæpè dictum est; & si contra Alciat. tenere velimus, quòd hi perpetuarij vtilẽ in rem actionem habeant, ex traditis per Valasc.d.quæst. 29. vel altiùs considerando naturam huius contractus, fateamur, perpetuarios colonos, & emphyteotas nulla in re differre; vel forsan in origine tantum; vt quia originaria causa emphyteoticandi super prædijs sterilibus, & incultis abinitio consideretur, & conductores perpetuarij in publicis fundis constitui solebant. Ea tamen sententia admissa, quam Franciscus Conan. designauit in libr. 7. iuris ciuilis.cap. 12.numer. 2.adhuc constat, quòd is contractus perpetuarius, sicut emphyteosis, differt à contractu censuali: quæ originis differentia deduci potest ex eleganter adductis per Tiraquel. de retract.lignag.§.1.glos. 14.num.84.

21 Vigesimo primô, demum sub nomine, *Reditus*, continentur stipendia, quæ annuatim in alimoniam militibus præstantur, officialibus nempe Reipublicæ, quorum officia militiæ dicuntur. l.omni modo. §. imputari. C.de inofficios. testam. quorum officialium vndecim erant Scholæ, seu ordines, vt constat ex l.fin.C.de locatorib. & conductorib. libr. 11. Brissonius de verb.iuris, verb. *Scholæ*, Cuiac. in rubr.de annonis.num.6 & 7.dicens, quòd similia stipendia vocantur annonæ ciuiles, & in num.5. quòd annona ciuilis vocatur tributum, & in numer.24. quòd sæpenumerò res annonaria, & census confunduntur.

Constituitur enim prædicta annona ciuilis pro remuneratione seruitiorum, meritorũ, atque laborum personarum, absque vllo titulo contractus, vt in toto tit. C. de annonis & capitatione, vbi verbum, *Capitatio*, exponitur pro tributo, quod annuatim soluebatur, debitum à capite, vel capiti, id est, dignitati: & hinc militaris annona dicitur, quę à prouincialibus militibus singulis diebus, aut mensibus expediebatur. l.1. & per totum C.de erogat.inclit.annonæ lib.12. Iaff. in l.placet. nu. 15. C.de sacrosanct. Eccles. inde etiam nonnunquam hæc pensio annonæ vocatur tributum, vt in rubric. C. de annon. & tribut. libr. 10. Et alio nomine annonæ ciuiles appellantur sportulæ. l. nihil proponi 123.ff.delegat.1. vbi verbum, *Sportulæ*, accipitur pro alimentis singulis annis prestandis, vt declarat Budæus in l.1.§.si mulier.ff.de donat.inter vir. Alciat. lib.3.disputationum.cap. 17. Imò & alio vocabulo accipitur. *Annona ciuilis pro soldata, quæ erat præstatio annua gratuita in frumento, vino, oleo, lardo, & cæteris similibus speciebus.* cap.1.in fin.quis sit Dux, vel Marquio in vsibus fœudorum: nam & hæc annona ciuilis in his speciebus præstare consueuerat. l.1.C.de erogat.militaris annonæ lib.12.

Sed hæc pensiones annonariæ, licèt maximam habeãt proximitatem cum censu, & sæpenumerò res annonaria, & census confundãtur, vt in l.2.C.fine censu, vel reliquis, in aliquibus tamen differunt: & primo in eo, quòd annona, quatenus est stipendium, vel sportula, vel aliquid simile, procedit ex gratia, vt suprà diximus; census verò ex emptione, & vẽditione, vel ex translatione vtriusque dominij, si reseruatiuus est, vt probant omnes per text. ibi in cap. constitutus de relig.donib. Valasc. de iure emphyt. q.23.num.7. Molinæus in consuet. Paris. tit.2. §.57. & 58. & dicendũ erit in cap. de censu reseruatiuo: & si cõsignatiuus est, in eo vera emptio formatur, Extrauag. Martini & Calixti.1. & 2. de emptione & venditione, & cõstat ex proprio motu Pij V. super forma creandi census, Couarr. libr. 3. variũ.c.7.num.2.& 3. & dicendum erit in capitibus de censu consignatiuo, & si annona ciuilis pereat, adhuc remanet obligatio personalis,

nullis, quæ principalior est, & cuius virtute debitor tenetur pensionario, vt resoluit Couar. d.c.7.numer.5. quod in censu non procedit: quia cùm in eo formetur vera emptio, & venditio, & vtrumque dominium, directum, vel vtile sortis in censuarium transferatur, necessario sequitur ad eum pertinere periculum, & damnum sortis, & rei, super qua census constituitur, vt si pereat, amplius præstatio non debeatur, sed obligatio soluendi pensionem extinguatur. l. 1. & per totum. C. de periculo, & commodo rei venditę. §. cùm autem, instit. de emptio. & vendit. & in censu dicendum erit in c. an peremptare perimatur, & extinguatur cēsus, & alias inter annonam ciuilem, & emphyteosim differentias constituit Emmanuel Castro in tit. de annonis ciuilibus in repetitione rubricæ per totam, quas ex industria omittimus, cùm de censu agendum sit: qui quidem omnes redditus, licèt sub generico verbo contineantur, cùm tamen verè censuales non sint, sicut hi, qui ex vero censu procedunt, de his nominatim agendum non erit.

22 Vigesimo secundò, alia pensionis species prouenit ex concessione feudali; feudum enim est beneficium, quod ex beneuolentia, alicui datur, vt proprietas rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat: & ideò constat, quòd differt à censu; quia si est species beneficij. c. vnico in fin. in quibus causis feudum amittatur, & census èst contractus emptionis, & venditionis, vt dictum est, notissima est inter eos differentia. Rursus feudum absque fidelitate consistere non potest. c. 1. qualiter iuram. deb. §. nulla, per quos fiat inuestitura: quod adeò verum est, vt quamuis iuramentum fidelitatis remitti possit propter magnam confidentiam feudatarij. d. §. nulla, ipsa tamen fidelitas, quæ de substantia feudi est, remitti non potest. Census tamen nullam fidelitatem requirit, sed pensionis solutionē; ideò differunt interse. Similiter feudum ex natura sua fœminas excludit, nisi aliter pactū sit. c. 1. vers. hoc quoque notandum, de his, qui feudum dare possunt. c. 1. §. filia, de successione feudi. d. c. 1. de natura success. feudi. c. 1. de feudo Marquiæ. Census verò omnes admittit, cuiuscunque sexus sint. Iterum feudum naturales excludit. §. si naturales, si de feudo defuncti, Alciat. cons. 39. num. 2. census verò non. Item in feudatarium vtile tantùm dominium transfertur, nisi pactum sit, quòd vtrumque transferatur. c. 1. §. fin. de inuestitura, de re aliena facta, & post Guillelm. & Claud. aduertit Valasc. de iure emphyt. q. 38. num. 2. In censuarium verò absque vllo pacto vtrumque transferri dominium, certum est, vt sæpiùs diximus: & inter eas pensionis species, censualem scilicet, & feudalem, plures aliæ differentiæ deduci possunt, ex his, quæ refert Valasc. de iure emphyt. q. 38. 39. & 40. per totam.

23 Vigesimo tertiò, alia species pensionis est, quàm soluit superficiarius, vt quando dominus directus, manente apud ipsum pleno iure in solo, concedit alicui in perpetuum, vel ad longum tempus superficiem eius soli pro aliqua annua pensione in recognitionem proprietatis, vel quando vendit, aut donat superficiem solam, etiamsi nihil annuatim sibi præstetur: vel quando simpliciter locat etiam ad modicum tempus, & iste contractus superficiei à censuali distat: quia superficiarius in superficie tantum habet vtilē confessoriam pro seruitutibus, vt est text. & ibi Cuman. in l. si ego. ff. de noui operis nuntiat. habet enim dominus concedens, vel dans plenum dominiū in solo, & directum in superficie, vt per Bart. in l. 1. §. 1. ante num. 1. & in l. fin. ff. de superficiebus, Aluarot. in proæmio feudorum col. penult. & facit text. in l. 1. §. quod autem ait Prætor, ibi: *Habet in re qualem habet in solo.* ff. de superficiebus: censuarius verò in solo, & superficie vtrumque dominium habet, tam vtile, quàm directum rei in censum datæ, & eius, super qua census consignatur; ideò censualis cōtractus à superficiario dissimilis est. Item superficiarius diceretur is, qui non solùm pensionem soluit ex l. superficiario. ff. de rei vendicat. Sed etiamsi nihil annuum præstiterit, sed rem emerit, vt suprà dixi, vel si eā habuerit ex locato, legato, vel donato, vt explicat eleganter Bart. in l. fin. ff. de superficiebus in fin. Ias. in l. 1. §. si ego superficiarius. num. 2. ff. de nou. oper. nuntiat. Alciat. in l. si bonorum. 49. super verb. *Superficiaria.* ff. de verbor. sign. censuarius tamen non diceretur, nisi pensionem annuatim solueret. Item superficiarius pro superficie tantùm recognoscit, vt post Alciat. lib. 1. Perergon. c. 36. explicat eleganter Aluar. Vaez de iur. emphyt. q. 33. num. 14. per totum. Censuarius verò pro solo, & superficie soluit pensionem: vnde hi contractus dissimiles sunt.

24 Vigesimo quartò, verbum, *Census*, multoties sumitur pro iuribus Regalibus, vt nominatim probat text. in l. 6. titul. 15. libr. 5. nouæ Recop. ibi: *Imponer ni vender censoni juro alguno al quitar*: & statim ibi: *Iuros y censos*, & demum ibi: *En los juros que hasta aqui*: quam quidem legem intelligendam esse constat in iuribus emptitijs, quæ ab ipso Rege ad rationē 14. pro vno venduntur, & super iuribus Re-

gabibus consignantur, nuncupati *Iuros*; quia ab effectu iura ipsa Regalia vendita censentur, vt ibi notat d.l.6.ibi: *Vender censo, ni juro alguno al quitar a menos precio de à catarce mil marauedis el millar*: & in eum sensum accepta d.l 6. nouiter ponderatur, vt neque Princeps possit vendere prædicta iura minori pretio, quàm ad rationem 14. pro vno: quia licèt regulariter lex Principem conditorem non cõprehendat. l. Princeps legibus, ff. de legibus, hoc intelligitur secundum communem scholam coactiuè, directiuè tamen ipsum comprehendit: cùm igitur lex 6. pretium indiuiduũ, & legale censibus à priuatis creandis designauerit, & iustitiam pretij Principem comprehendere iustum sit, vt alibi latiùs dicendum erit, meritò dixit *Censos*, comprehendens priuatos, & simul *Iuros*, comprehẽdens Regem ipsum, à quo solo iura ipsa venduntur, vt constat ex l. 9. 15. 17. & 20. tit. 10. lib. 5. nouæ Recopil. & l. 10. tit. 16. libr. 9. Recop. In quibus legibus promiscuè vtitur hoc verbo, *Censos y juros*: quia quamuis in aliquibus differant, vt constat ex dictis legibus: quantum verò ad effectum soluendi annuam pensionem vniformem, interse non differunt.

25 Vigesimo quintò, Multoties vocántur Regia priuilegia emptitia, vel gratiosa, vt quia alicui nobili, priuatoue à Rege conceditur priuilegium percipiendi quid annuatim, ex dictis iuribus Regalibus, vt sunt *Priuilegios de tercias y alcaualas y rentas, y derechos reales*, de quibus in d. titul. 10. lib. 5. nouæ Recopil. Quæ quidem priuilegia si à Regibus vendantur in effectu, & substantia verè census nuncupantur, & in his emptitijs priuilegijs intelligenda est d.l. 6. titul. 15. lib. 5. Sin verò non ex venditione, sed ex Regia libera concessione proueniant, licèt sub nomine, *Census*, quatenus annuatim præstantur, contineantur, à censu tamen in quàm plurimis differunt, quia multoties reuocari possunt, vt differentiæ colliguntur, ex dictis legibus 9. 15. 17. & 20. titul. 10. d. lib. 5. & quæ ibi latè tradit Azebed. & anteà tradiderat in l. 2. eiusdem titul. quod quidem non est nostrum examinare, cùm esset procedere in infinitũ; sed tantum veram significationem verbi, *Census*, ostendere; ideò de his iuribus Regalibus, quæ sub nomine, *Census*, continentur, vltra iura suprà dicta vide Lasarte de gabellis. c. 10.

26 n. 76. vsque ad finem.

Vigesimo sexto, verbum, *Census*, accipitur pro tributo, quod annuatim Regibus soluitur à Republica, vel priuato in recognitionẽ subiectionis, atq; superioritatis. Ita loquitur Matth. 22. *Licet censum dare Cæsari*, & Luc. cap. 20. vbi omnes verbũ, *Census*, pro tributo acceperunt: & ita exponit ibi verbum illud Nicolaus de Lyra, atque cùm de ea re ageret D. Ioannes Euangelista, dixit: *Licet tributum dare Cæsari*; & de iure ciuili, atque canonico id ipsum probatur; de iure nempe ciuili ex l. 2. C. sine censu vel reliquis, gloss. & D D. in rubric. de censib. & censitor, lib. 11. & C. sine cõsu, vel reliquis, & C. si propter publicam pensationem, & in l. competit. de præscrip. trigin ta, vel quadraginta annorum. §. coges autem, in authent. de mandatis Principũ: de iure canonico, vt traditur per Innocent. in cap. præterea, vbi glos. verb. *Transactione*, de trãsact. & in cap. magnum. 2. q. 1. & in cap. tributum. quæst. 8. & vtrumque probant Angel. in l. 3. C. de naturalib. liberis, Alexandr. consil. 34. volum. 4. Bald. in d.l. 3. & in l. data opera. C. qui accusare non possunt, & authent. quibus modis naturales efficiuntur sui. §. si quis, & aduertunt Couarr. Lupus, & Valasc. suprà, Ottalora de nobilita. c. 2. numer. 4. Benedict. Bonn. de censib. artic. 4. numer. 14. Quorum sententia probatur nominatim in l. 8. titu. 22. part. 1. ibi: *Censo, ô tributo*. l. 2. tit. 15. ibi: *Censos, ó tributos*, & ferè per totum tit. 15. lib. 5. nouæ Recop. Ex quo reprobatur Zasius, qui libr. 2. singulariũ intellectuum. cà. 3. credidit in hũc sensum non reperiri acceptum verbũ, *Census*, in toto iure ciuili. Eamque significationem inuentam fuisse à iure canonico in cap. peruenit. cap. prohibemus. cap. significauit de censibus. cap. magnum. 11. quæst. 1. Secundo deducitur, non benè dixisse Dominic. de Soto lib. 3. de iustit. & iure. articul. 7. col. 2. censum à tributo differre, tam ratione materiæ, quàm ratione finis, ex eo quod tributum de fructibus terræ Regi, vel Reipublicæ in subsidium datur, & census pro capitibus ad profitẽdam subiectionem soluitur: videmus enim contrà Sotũ, quòd cẽsus etiã pro rebus præstatur. l. 2. l. ætatem, versic. *Rebus*, ff. de censibus: & è cõuerso, quòd tributum in signum subiectionis soluitur ex sententia D. Augustini relata in cap. omnis anima de censib. ibi: *Ideò enim tributa præstantur, quia hæc est probatio subiectionis*: differunt tamen tributum & census in alĩ quibus: quia tributum iustum à iure diuino deriuatur, vt sæpè dictum est, census verò à iure positiuo, vt etiam est certum. Rursus tributum à solo Rege ex iuxta causa imponitur, census verò inter priuatos contrahitur: demũ in alijs conueniunt, atque differunt, quæ apertiús ex infra dicendis constabunt.

27 Vigesimo septimò, census propriè dicitur tributum, quod vulgus nũcupat *Pechos reales*, vt probat nominatim text. in l. 8. tit. 22. par. 1.

ibi;

ibi: *Censo ô tributo es llamado pecho señalado,* & sub ea significatione verbi, *Pechos*, comprehẽduntur omnia seruitia ordinaria, vel extraordinaria, quæ Regibus annuatim dantur, de quibus in titul. 14. lib. 6. nouæ Recop. vt latè per Molinam in peculiari tractatu de tributis per totum. Quæ quidem seruitia cùm annuatim Regibus præstentur, non impropriè sub nomine census comprehenduntur. Ita colligitur ex text. in l. 6. tit. 29. part. 3. ibi: *Tributos pecho, ô rentas, ô otros derechos qualesquier.* l. 9. ibi: *Censos de las Iglesias,* & l. 21. ibi. *Crecer no puede censo,* l. 12. ibi *Tributo, ô censo,* tit. 22. part. 1. aliæq; ll. eiusdem tit. de quo censu Regio, id est, *Pechos y seruicios reales*, infrà suo loco dicendum erit.

28 Vigesimo octauo, emphyteosis etiam verè & propriè census vocatur, ita quòd non solũ comprehenditur sub verbo, *Census*, sed quòd verè census sit: sed quia de contractu emphyteotico plures peculiarem tractatum fecerunt maximè Aluar. Valasc. de iur. emphyt. illud tantùm eius cognitionem, & differentiam cerni quod tractus necessarium sit, referendum, & explicandum in omnibus capitibus huius operis erit.

29 Vigesimo nonô, reseruatiuus census verè, & proprie census est, imò licèt à paucis cognitus, ita vulgaris, & summe necessarius, vt sine curè possit affirmari, quòd non solùm in Hispaniarum, sed exterorum Regnis frequentissimè reperitur, & vsitatur, sed quòd cæteris omnibus censibus frequentior est; & ita videmus, quòd Ecclesiarum, vniuersitatum, collegiorum, maioratuum, seu priuatorum bona ex censibus emphyteotico, & reseruatiuo, magis quàm ex alijs facultatibus cõstat. Ideò de eo cõtractu, natura, iustitia, forma, & attributis: quorum scribentes non meminerunt, neque forsam cognouerunt, in hoc opere ad longum agendum erit.

30 Trigesimô, demum census consignatiuus perpetuus, redimibilis, seu ad vitã propria species census est: de quo in hoc opere agẽdum erit: & quamuis Felicianus de censibus peculiarem tractatum compõsuit, de reseruatiuo paululum, aut nihil scripsit. Gaspar etiam Rodericus, qui etiam librum de annuis redditibus edidit, frequentiùs de vsuris, de redditibus pupillarib⁹ depositarij hæreditatis de interesse momentaneo, & promiscuo, ac de alijs similibus, quàm de verò censu egit, & similiter de reseruatiuo paululum scripsit. Qui quidem duo nostræ facultatis meritissimi professores, quamuis anteà scripsissent, & in lucem libros suos de censibus, & annuis redditibus edidissent; priùs tamen quam cæperunt, ego meum posteà datum consumaueram, vt ipsi, de quorum veritate cõfido testarẽtur. Quod desidero notetur, vt certificentur tam prædicti doctissimi amici mei, quàm cæteri omnes qui negligentẽ me dicerent, non mea culpa, sed ex alijs iustissimis causis tardum fuisse, quibus iudicando, & patrocinando fui impeditus. Iam ego desiderans filium hunc (ne dicam abortiuum) Regnicolis, & cæteris gratissimum dare, diuisum in tres partes, de census creatione progressu, & resolutione, libenter offero.

## DE CENSV TESTAmentario, & eius forma, atque iustitia, Cap. III.

### SVMMARIVM.

*Census in testamento, & per donationem constitui potest Felicianusque declaratur. numer. 1. & sequentibus.*

*Qua ratione rectè contrahi posse, traditur. n. 2. declaratur. n. 3. testamento possit contingere, de*

*Quandoque nulla sors, neque recipientis censum interuenit, varias partere tiones instituendi censum testamentarium afferuntur. n. 4.*

*Census testamentarius ad alimenta constitutus, an duplicem hypotecam habeat. n. 5.*

*Legare Petro centum annua, iustum est, legatumque alternatiuum formatur, in quo principale exigi non potest. n. 6. & sequentibus.*

*In censu testamentario per modum annui legati constituto, nullo pacto vera vsura reperiri potest n. 7.*

*Neque interpretatiua n. 8.*

*Pœna adiecta hæredi: si decem annua Titio non dederis, eidem centum soluere tenearis, non inducit vsurã: quod secus in contractibus contingit, & quare num. 9. & 14.*

*Traditur intellectus ad l. 3. §. si cui certa quantitas, De annuis legatis. n. 10.*

*Census testamentarius sub hac conceptione: lego Titio certum, & interim, dum præstantur, decẽ annua, an iustus sit. n. 11. & sequent.*

*Legatum vxori factum interim, dum dos sibi præstetur, an valeat. 12. & 16.*

*Amplius expenditur text. in d. l. 3. §. si cui certa quantitas. De annuis legatis. n. 13.*

*Idem prosequitur. n. 14.*

*In legato, & fideicommisso post moram hæredis vsurę*

*vsurę debentur.n.15.*
*Verius est valere legatum annuum interim, dum vxori dos restituitur.n.16.*
*Difficultas text.in d.l.3.§.finali.declaratur. num.17.*
*Prohibitio vsurarum ad contractus, non ad testamenta prætenditur.n.18.*
*Feliciani intellectus ad text.in d.§.finali refellitur.n.19.*

## CAPVT III.

1 CENSVM testamentarium cõstitui, & creari posse certum est, vt Rodericus aduertit de annuis reddit.lib.3.quæst.6.num.1.vsq; ad 4.vbi.num.3.ad fin.refert Aymonem, Menchacam, & Dominicum à Soto illud tenentes, quod extendit ad donationem vt donando constitui possit census, & reprobat Felianum, qui contrarium dicit tenuisse in tract.de censib.lib.2.cap.5.num.18.vbi Felicianus id non tenuit, sed solũ resoluit, quòd solo titulo emptionis, & venditionis census creatur, imò & anteà num.8.dixit hęc *vanita Ipse verò licèt pro certo habeam, vltra reddituum, re relinqui, & constitui* ex testamento posse &vbi non negat.credit, quòd licèt census sit, quoad nomine, ratione, & substantia differt à vero censu, quidem an verum sit, latiùs dicemus: igitur si census in testamento creatur, & resistentia non datur ex parte testamẽti, neque testantis, videamus, an ex forma, & conceptione creandi censum aliqua subsistat.

2 Et primò exemplificari potest in censu emphyteutico, vel reseruatiuo, vt quando testator dat alicui in testamento rem immobilem, fructiferam, cum reseruatione pensionis hæredibus, vel alicui in futurum soluendæ: quia eo casu creatus erit census emphyteuticus, vel reseruatiuus secundum naturam contractus, de quo ageretur, vt quia in testamento rectè contrahi potuisset, vt ex gloss.in l.hæredes palam.§.fin.de testam.resoluit, & plures refert Felicianus d.numer.8.ad med.& casus iste dubitabilis non est, ex Roderic.suprà.n.1.vsque ad 4.

3 Secundò exemplificatur in censu consignatiuo, vt quando in testamento census per contractum creatur consignando ius percipiẽdi pensionem super rebus immobilibus pro legitimo pretio secundum leges eius contractus: quia ea dispositio & sustinebitur, & erit verè contractus censualis ex eadem ratione, quòd in testamento rectè cõtrahitur, vt post Mieres, & alios aduertit Roderic.d.numẽ.4. Et est mirandum, quòd resoluens Felicianus in d.num.8.post plures, posse contrahi in testamento, neget hunc censum consignatiuũ in testamento posse formari, cùm respectu testantis nulla detur maior resistentia in censu, quàm in alijs contractibus, si secũdum leges testator disponat, vt aduertit Roderic.num.4.& ante ipsum plures, qui eum censum testamentarium iustum esse dixerunt, vt constat ex Benedict.Bonn.in tract.de censib.art.35. Dominic.à Soto de iust.& iur.lib.6.quæst.5.art.1.col.3.Iacob.Menoch.libr.3.præsumpt.107.numer.7.vsque ad numer.10.& ita post Bald.& Alexand.resoluit Foller.in praxi cẽsuali, gloss. verb. *huiusmodi sensus* numer.66.& 68.imo & ipse Felician.in d.ca.5.in princ. cum Aymone consil.227.num.4.resoluit cẽsum testamentarium esse verum censum: ergo dubitandum non est de iustitia, sed de forma, de qua in sequentibus casibus agendum est.

4 [illegible] quando [illegible]ors, neque pretium ex parte percipientis censum interuenit, sed cẽsus formatur ex legato & in hac specie non stat difficultas in potestate disponendi, sed in forma dispositionis, vt quia simpliciter legatur, *quid annuum*, vel *centum*, aut *decem annua*, seu *censum & interim dum prastantur, quid annuatim*: vel quando vsque ad certum tempus annua pensio peti potest, & non legatum, post tempus tamen vtrumque. Ad quas quatuor casus reducuntur conceptiones, census testamentarij, qua contingere possunt. Et in primo casu dubitari non potest de iustitia census, si quidem esset dubitare de iustitia legati annui, quod regulariter validum est, ex toto tit.ff.de annuis legatis, maximè quando is census annuus legatur ex fundo, vel de fundo in perpetuum, vel ad tempus, vel quando nominatim eum censum designauit, & supposuit super rebus immobilibus fructiferis: quę quidem duæ cõceptiones testamenti scilicet *de fundo, vel ex fundo*, aut super fundo inducerent cẽsum reẽlem, nempe conceptio super fundo, ex natura verbi, *super*, conceptio verò ex fundo, vel de fundo, non tam ex natura conceptionis, quàm ex dispositione testamenti, quę hypothecam producit, vt vtrumque infra dicetur ad lõgum. Et est certissima iuris regula, cùm ex testamẽto competat hypothecaria.l.1.C. communia deleg.l.26.titu.13.part.5.de quo latè egerunt Paul.& Alexand.in l.quæreba-tur ad l.Falcid.Alciat.libr.3.Pareg.capit.1. Rip.in l.1.n.38.delegat.1.Fanus de pignoribus.2.p.4.membro.n.157.& 3.mẽbro n.29.

Couar-

Couarr. in c. Raynuntius. §. 1. num. 2. de testamen. vbi Benedict. in verb. *si absque liberis.* 2. numer. 159. & 155. & in specie, census testamentarij infrà dicemus; & probat Aluar. Vaez post Constaleon. & modernos, Paris. in tract. de iur. emphyt. quæst. 32. num. 21. Benedict, Bon. art. 25. num. 51. ad medio. Foller. in eod. tract. verbo, census.

5 Quod à fortiori procederet, imò duplex competeret hypotheca si census testamentarius relinqueretur ad alimenta, vna ex capite testamenti, alia ex lege alimentorum, vt de hypotheca ex testamento diximus suprà: & de producta ex causa alimentorum primò dicemus, & post speculat. & Guid. probat Valasc. in d. quæst. 31. num. 20. & vtroque casuis census testamentarius à sola dispositione testatoris prouéniens iustissimus est, cùm in eo casu non detur vsura formaliter, neque secúdum intentionem, aut interpretatiuè: quia nó adest mutuum, neque aliquid simile mutuo, aut reducibile in mutuum, neque legatarius pro creatione similis census aliquid præstet loco sortis, sed solùm formetur annuum legatum à iure comprobatum, ex tit. ff. de annuis legat. & de alimentis, & cibar. legat. ideò ad aliam conceptionem accedamus.

6 Quartò potest verificari, quando testator dixit: lego Petro centum, vel decem annuatim: quo casu principale nunquam exigi potest, sed legatum est alternatiuum, & in hac specie dubitauerunt scribentes de iustitia similis casus: & non esse licitum scripserunt Aretin. consil. 151. & post Bart. & alios Iass. in l. 1. lectura. 1. numer. 59. & 69. C. de summa Trini. & in l. vnica col. 2. C. de his, qui pen. nomin. Cagnol. in l. 2. col. 1. C. de pact. inter emptor. & ita consuluit Barbac. consil. 66. lib. 2. & tenet Lancelot. Decius in l. 3. §. si cui certa quantitas. ff. de annuis legat. a quo fundamentum, licèt malè, deduxerunt.

7 Contrariam tamen sententiam in hoc casu existimo veriorem esse, ex eo quòd in hac census testamentarij specie impossibile videtur posse dari vsuram, cùm nullum sit mutuũ, verum neque interpretatiuum, neque quidquam reducibile in mutuum, nulla pactio, nulla extorsio, seu negotiatio, nullum opus legatarij, neque vlla sors ex parte recipientis pensionem, sed solúm testantis voluntas relinquẽtis legatum annuum; ex quo deficiunt substãtialia vsuræ.

8 Rursus in eo casu non datur vsura, non solùm vera, sed neque etiam interpretatiua incontinenti, neque ex post facto post acceptationem legati: quia non adest materia vsuræ, tam ex eo quòd deficiant substantialia vsurarum, vt suprà diximus, quàm quòd hæres in specie huius legati annui non est obligatus præcisse ad sortem relictam, neque legatarius poterit eam præcisse ab hærede inuito exigere, sed legatum est alternatiuum respectu hæredis, cùm centum, vel decem annua relinquantur, & eo ipso, quòd hæres eligit soluere pensionem, non possit variare soluendo sortem. l. huiusmodi. §. si stichum deleg. 2. apud Aufidium. ff. de optione legata: ergo non benè consideratur vsura eius, quod non præcisse debetur, sed alternatiuè, cúm de natura vsurarum sit multiplicatio obligationis, non alternatio, gloss. & Bart. in l. Lucio de legat. 2. si militer ex parte legatarij, vt dictum est, nulla sors proficiscitur, neque ê conuerso ex parte hæredis sors vlla est soluenda præcisse, sed alternatiuè: ergo vsura dari non potest, quia vbi non est sors, non est vsura. 14. quæstion. 3. per totam, & est principium infallibile vsurarum.

9 Denique plures notauerunt, quòd in hac conceptione legati propriùs formatur pœna hæredis nolentis, seu negligentis soluere legatum, quàm vsura, cùm legatum sit de solu ẽ do cẽtum, vel decem annuatim: quæ quidem pœna simplex committenda in defectũ quantitatis legatæ soluendæ, quamuis in contractibus videatur adiecta in fraudem vsurarum. l. Iulianus, §. Idem. 3. ff. de actionib. empti. l. cùm allegat. C. de vsuris. l. pecuniam. l. pœnam. de vsuris: cùm tamen in vltimis voluntatibus non ita fraus præsumatur, sicut in contractibus. l. ex hoc edicto. §. 1. ff. de alienat. iudic. mutand. causa. facta. quamuis ea pœna adijceretur valeret relictum nomine pœnæ. §. fin. instit. de leg. l. 1. C. de his qui pœne nomine, & vtrobique scribentes, & Bald. in l. rogasti. §. si tibi, col. fin. versic. *sed nunquid*, ff. si cert. petat. resoluens, quod in vltimis voluntatibus pœna non censetur adiecta in fraudem vsurarum. Ex quibus fundamentis sic nouiter congestis hanc sententiam existimo veriorem, & eã tenent, licet non ita comprouaberint, Paul. de Castro in l. 1. C. de sum. Trinit. num. 14. Bald. in l. 1. numer. 38. C. de his, qui pœn. nomin. & iterum Paul. Castr. in l. 2. num. 3. eod. tit. Roman. consil. 510. Alciat. lib. 1. Paradox. c. 20. id notãter Socin. in d. l. 2. C. de his, qui pœnæ nomine, dicens noluisse consulere contra legatarium, & quòd posteà causa ventilata Florentiæ in eius fauorem fuit patrocinatum. Idem Socin. consil. 41. lib. 4. Ripa in l. nemo potest. num. 23. delegat. 1. Petr. Anguisol. consil. 39. per totum lib. 6. Socin. in l. pœnam. num. 7. ff. de his, qui pœnæ nomine, Couarr. lib. 3. variar. cap. fin. ad fin. &

licèt

licèt non his fundamentis, idem resoluit Felician. de censib. lib. 2. c. 5. numer. 2. & 3. Menchaca de succes. creat. lib. 1. §. 6. num. 24. Peregrin. de fideicommiss. art. 8. num. 78. Ex quibus hæc est verissima, & recepta sententia.

10 Qua fiemiter retenta non obstant fundamenta in contrarium adducta. Et primò doctrina Aretini, & cæterorum, deducta, ex d. l. 3. §. si cui certa quãtitas: ff. de annuis legat. quia textus ille, à quo fundamentum sumpserunt, apertissimè loquitur, quando sors, id est, quantitas legati peti potest, & ad eius solutionem hæres præcisè compellendus est; ita quod legatum sortis non sit alternatiuum, sed præcissum, vt constat ex Vlpiano. d. §. si cui, dum dicit: *si cui certa quantitas legatur, & quoad præstetur.* Quo casu, cùm hæredi non detur electio soluendi sortem, vel vsuras, neque legatum sit alternatiuum, sed præcissum, non benè textus ille adaptatur ad casum nostrum, in quo legatum alternatiuum est, & sors nunquam peti potest; sed ex electione hęredis soluendi pensionem extinguitur obligatio soluẽdi sortem, vt probat conceptio ipsa legati, dum dicit: *lego Petro centum, vel decem annua.* Vnde mirãdum non est de Aretino, cæterisque, dũ eum text. contra nostram conceptionem census testamẽtarij ponderauerunt; imò si rectè cõsideretur textus ille etiam in legato annuo præcisso, *vt quando certa quantitas legatur, & quoad præstetur, certum quid annuatim promittitur*, non reprobat, neque vsurarium facit legatum anuum, sed potiùs nominatim illud confirmat, dicens: *legatum valet*; & quantum ad vsuras eas admodum probauilem vsurarum restringit, dicens: *in vsuris eatenus debet valere, quatenus modum probauilem vsurarum non excedit*: Ergo non solùm in legato annuo alternatiuo, sed in præcisso non committitur vsura, de quo in sequenti casu agendum erit; & consequenter malè Aretin. & sequaces deduxerunt fundamentum suæ opinionis, ex text. in d. §. si cui certa quantitas.

11 Quintus casus verificari potest, quando testator reliquit Petro centum, & interim dum præstantur decem annua: in qua specie stat propriè responsum Vlpiani in l. 3. §. si cui certa quantitas. ff. de annuis legatis: sed quia eius propria conceptio est, quando legatur certa quantitas, & quoad præstatur, certum quid annuatim soluendum, eam census testamentarij conceptionem examinandum elegi: dicit enim Vlpianus: *Si cui certa quantitas legetur, & quoad præstetur, in singulos annos certum quid, veluti vsuras iusserit testator præstare.* Per quem text. resoluunt plures notabiles viri, quòd legatum annuum per dinumerationem temporis quãtitatis certæ Petro restituendæ relictum vsurarium est, siue legatum annuum apponatur quantitati aliàs debitæ nempe doti restituendæ, siue quantitati aliàs non debitæ, nempe legato voluntario; quia vtroque casu credunt vsurã formari, cũ non sit legatum alternatiuum, sed præcissum, legatariusque, & vxor recipiant aliquid vltra sortem principalem. Ita resoluunt Bart. in l. cũ stipullari. ff. de verb. oblig. Bald. & Salic. in l. cùm allegas. C. de vsur. Ancharr. in cap. peccatum, & in c. nemo potest, col. 3. de reg. iur. & consil. 33. num. 139. Paul. Castr. consil. 101. lib. 1. Alexand. in l. diuortio in princip. ff. solut. matrim. & in consil. 29. lib. 4. Socin. cõsil. 56. libr. 3. Lancelot. decis. in l. apud Iulianum. §. fructus, col. 2. notabili 4. de legat. 1. Purpurat. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. petat. Aym. Crãuet. consil. 89. & alij per Crot. in l. nemo potest col. 1. vbi Gutierr. num. 104. de legat. 1. Cagnol. in l. 2. num. 8. C. de pact. inter emptorem & venditorem, Palac. Rub. in cap. per vestras notabili. 6. num. 8. & 9. & dicit communem post Socinum Couarr. libr. 3. variar. c. 10. n. 9. Didac. Perez in proœm. tit. 2. lib. 6. Ordinam. pag. 21.

12 Et ita in simili legato vxori facto interim dum dos sibi restituitur, quod est legatũ præcissum. Et non alternatiuum, vsuram committi tenent Ancharran. consil. 97. verb. *Statuti*, & consil. 93. verb. *Testamenti*, & consil. 193. Alexand. consil. 27. num. 4. lib. 6. Aym. Crauet. consil. 89. num. 1. ergo à fortiori idem dicendum est in legato annuo præcisso, licèt sit voluntarium, in quo vtrumque, sors, & vsura promittuntur, cùm causa dotis fauorabilior sit cuicunque legato.

13 Ego tamen nouiter nonsiderãbam, quomodo suprà dicti scribentes potuerunt pro hac sententia inducere, & ponderare text. in d. l. 3. §. si cui certa quantitas, cùm si verba eius cõsiderantur, contrarium potiùs nominatim probant: quia postquàm Vlpianus dicit: *si cui certa quantitas legatur, & quoad præstetur, in singulos annos certum quid veluti vsuras iusserit testator præstare*, subdit in continenti; *Legatum valet*: ergo non solùm id non probat, sed contrarium inducit, nisi cõsideres verba finalia d. §. ibi: *sed & in vsuris eatenus debet valere, quatenus modum probabile vsurarum non excedit*: vt intelligas, quòd sicut de iure ciuili non permittebatur vsura, nisi intra legitimum modũ vsurarum, ex distis verbis ita existiment scribentes hodie in totum prohiberi, cùm in totum vsuræ prohibeantur, vt in hunc modum acceptus text. in dict. §. si cui certa quantitas aliquantulum probet suprà dictam sententiã.

Sed

14 Sed adhuc nihil obstante Vlpiani responso in d.§.si cui, neque communi sententia suprà relata, contrarium in vtroque casu legati annui quantitatis debitæ, vel indebitæ, verius existimo & quātum ad legatum annuū quantitati indebitæ adiectum, vt quia testator reliquit Petro centum, & interim decem annuatim, peculiaris, & euidens ratio versatur, scilicet, quòd ex parte legatarij nulla fors progreditur, vltra qua dicatur accipere pensionem; vel cum quā vsuræ sint computandæ, neque aliud interim, quod succedat loco sortis, sed totum factum proueniat ex dispositione, & mente testatoris volentis præstare sortem legati, & iterim dum præstetur, decem annua deberi, ac solui, cuius voluntas omnino seruāda est, ac si sortis, & vsurarum simul vnicum tantum legatum fuisset, ex l. cùm illud 25. in princip. ff. quando dies legati cedat: l. si illud 27. ff. de legat. 2. vel tanquam si fecisset duo legata, vnum purum sortis, & aliud conditionale vsurarum: l. cum fine. 19. ff. quando dies legati cedat: quare in legato annuo adiecto quantitati indebitæ hoc est securum fundamentum, & in vtroque legato ratio vrgens versatur, nempe quòd hîc non formetur mutuum, neque aliud simile mutuo, aut reducibile in mutuum, sed mera liberalitas testatoris, non ex necessitate & pacto legatarij prouenies, sed ex libero eius arbitrio producta, & animi tantùm nutu formata, cuius liberalitatis effectus non impeditur à lege, sed potiùs quantum est possibile iuuatur, neque ex parte legatarij resistit possibilitas petendi sortē, cùm è conuerso, imò & fortiùs condemnet hæredem facultas restituendi illam, ex cuius negligentia resultat iustitia soluendi pensionem, cum negligente hærede soluere sortem, non vt fructus sortis annua decem præstentur, sed in pœna, hæredis recusantis, & negligentis soluere legatum: valet enim in vltimis voluntatibus pœna, & relictum nomine pœnę, §. fin. instit. de legatis, & l. 1. C. de his, qui pœnæ nomine, & probat notanter Bald. in l. rogasti. §. si tibi col. fin. versic. *Sed nunquid* ff. si certum petatur. Vnde hanc sentētiam in specie nostri legati annui probant Paulus in rubr. C. de his, qui pœnæ nomine in fin. & in l. 1. col. 3. C. de summa Trinit. Roman. consil. 510. col. 1. Alciat. lib. 5. Paradox. c. fin. Veroi. in rubr. de vsuris. num. 46. & post Roman. cōsil. 100. col. 10. & alios, resoluit Felicia. de censib. lib. 2. c. 5. num. 5 licèt fundamenta nostra non referat. Ex quo reprobatur sententia Ioānis in l. 1. C. de sum. Trinit. Guillelm. Benedict. in cap. Raynūtius, verb. *si absque liberis* num. 329. in distinctè dicentium non valere pœnam dationi quantitatis appositam in testamēto, quorū in aduertentia reijcitur ex suprà dictis: & hæc nostra sententia iterum duobus potissimum fundamentis confirmatur.

15 Primò, quòd in legato & fideicommisso post moram heredis debētur vsurę, vt omnes in l. Titio. §. vsuras, & in l. si quis seruor. de legat. 2. l. si cui, de condict. & demonstrat. l. 1. C. de vsuris & fructibus legatorum, & latè agit Cephal. consil. 620. num. 52. & sequentibus. vol. 4. Iass. in §. ex maleficijs. numer. 23. instit. de actionib. si enim vsuræ legatorū debentur à tempore moræ, nihil noui, neque cōtra iuris regulas induceret testatoris dispositio volentis, quòd interim dum legatum ab hærede soluitur, quid annuatim legatario præstetur: habemus etiam, quòd in legatis postquàm dies cessit, fructus efficiuntur legatarij, vel anteà si gratia eius dilatio fiat, vt per Iass. in l. si quis bonorum num. 2. de legat. 1. & in l. domus num. 98. eodem tit. & in l. nō amplius. §. cùm bonorum nume. 17. eodē tit. Mier. in tract. maioratus. 4. p. quæst. 36. num. 3. & hi fructus à morte testatoris legatario debentur, vt resoluit Gregor. Lop. in l. 37. titu. 9. part. 6. verb. *los frutos*, & latissimè Burgos de Paz in l. 3. Tauri. num. 943. cum alijs, & nouissime Ioan. Matienço in l. 1. tit. 4. lib. 5. nouæ Recōp. gloss. 4. num. 30. Quibus rationibus consideratis mirum non est, si ex dispositione expressa testatoris interim dum legatū soluitur, quid annuum legatario præstetur, cùm ex legis prouidentia fructus, & vsuræ eidem debeantur.

16 Et similiter quatenus ad vxorem tangit, longè verius est valere simile legatum annuū interim dum sibi dos restituitur, ex resolutione Ioan. Andr. in cap. salubriter de vsur. Ancharran. consil. 194. & resoluunt Grammat. decis. 70. & 101. & melius Foller. in tract. de contractibus vsurarijs, gloss. magna num. 77. & 78. qui tractatus habetur in 6. volu. tractatuum fol. 145. cui veritati accedat, quòd quādo per mulierem non stat, quominus dos sibi ab hæredibus restituatur propter moram ipsorum, atque rationi lucri cessantis, & damni emergentis, poterit cum hæredibus conuenire, vt interim dum dos sibi restituitur, certū quit annuatim percipiat. Ita resoluunt Paul. Castrens. consil. 449 num. 4. lib. 2. Alexand. in l. diuortio in princip. num. 24. ff. solut. matrim. & in consil. 181. num. 6. lib. 5. Aym. Crauet. consil. 189. numer. 7. versic. *Certus casus*, Cagnol. in l. 2. num. 17. C. de pact. inter emptor. Plotus in l. si quando. §. 11. num. 27. de in litem iurand. Couar. lib. 3. variar. cap. 1. num. 3. versic. 6. ad med. ergo longè maiori ratione defen-

defendi posset legatum annuum, dum quid interim legatario præstatur, cùm & inconuentione vxoris factum eius, & intentio lucrandi interueniat: quod quidem maxime procederet nostris tẽporibus, in quibus passim mulieres inuenire possent censuum venditores, à quibus cum pecunia, si statim eis restituerentur, eandem, vel forsan maiorẽ redditus quantitatem emissent, vt considerat Ancharran. consil. 149. Alex. consil. 200. num. 3. libr. 6. & in l. diuortio. num. 25. ff. solut. matrim. Neguisant. de pign. 5. mẽbro. 5. p. ad fin. Palac. Rub. in repet. c. per vestras. §. 8. num. 4. dicens hãc opinionem communem Crauet. consil. 189. num. 7. Cagnol. in d. l. 2. num. 16. Plot. in d. l. si quando. §. 11. num. 23. imò & secundo marito competeret contra hæredes prioris ius petendi interesse dotis retardatæ, vt resoluit Gratus consil. 56. col. 2. num. 3. & post Bart. & alios Plotus in §. 11. numer. 26. Angelus in in summa verb. *Vsura*, num. 19. & consequenter fortiùs id procederet, quando à priori marito vxori relictum esset quid annuum ad alimenta, interim dum dos sibi restituitur. Ex quibus iam constat, quòd legatum annuum, census, nempe testamentarius ita conceptus, *lego Titio centum, & quoad præstentur, decem annua*, iustissimus est: quia licèt legatũ non sit alternatiuum, sed præcissum, pendet tamen à voluntate, & negligentia hæredis debentis soluere legatum.

17 Quà sententia retẽta, nihil obstat Vlpiani responsum in d. §. si cui certa quantitas. l. 3. ff. de annuis legatis: quia si diligenter consideretur, potiùs probat nostram sententiam: non enim efficit vsurarium legatum annuum, interim dum quantitas certa præstatur relictũ, sed vsuras, quas testator quoad id legatũ præstetur, solui iussit, non excedere probabilem modum vsurarum, constituit his verbis: *Legatum valet, sed in vsuris eatenus debet valere, quatenus modum probabilem vsurarum non excedit*, sentiens Vlpianus legatum illud quantitatis certæ sub ea conditione relictũ, *vt quoad id præstetur, certum aliquid annuum legatarius accipiat*, vsque ad probabilem modum vsurarum sustinori; & ita eum text. intelligit Antonius Anguis. in consil. 39. per totum lib. 6. ex ipsiusque textus litera, atque contextura constat; & vt clariùs percipiatur verus intellectus. d. §. fin. aduertendum est, quòd eius difficultas non consistit in eo, quòd legatum quantitatis & vsurarum sit præcissum, cũ adhuc textus dicat: *Legatum valet*, sed in eo tantùm, quòd vsuræ excedant, vel non excedant legitimam vsurarum quantitatem, vt dicunt verba ibi: *Sed in vsuris eatenus debet valere, quatenus modus probabilem vsurarum non excedit.* Et ratio dubitandi eius textus fuit: quia cùm vsuræ relinquerentur in testamento, quoad legatum præcissum quantitatis præstaretur, videbatur dicendum, non contineri sub regulis vsurarum, cùm deficeret sors ex parte legatarij, è conuersò verò, cùm in eo legato præcisso quãtitatis detur sors, & interim vsura præstetur, etiamsi totum, sors, & vsura à testatore & testamento proueniat; cùm tamen correspondentia vsurarum ad sortem, quæ iusta, & legalis deberet esse, foret excessiua, vsura non sustinetur, vt noster text. nominatim probat, quia sic est intelligendus ex l. placet. 29. ff. de vsuris, & ita intelligitur Accurs. ibid. gloss. fin. & Bart. atque alij, & Angnisola, quem suprà retulimus: si enim difficultas non consistit in conceptione legati annui, an scilicet concipiatur sub ijs verbis; neque interest quidquam, an legatum quantitatis sit alternatiuum, vel præcissum, sed in excessu vsurarum consistat, nihil obstabit d. §. fin. contra nostri census testamentarij conceptionem, imò potiùs pro iustitia legati expressus est.

18 Ex quo respondetur ad confirmationem suprà adductam. num. 3. quòd non benè sequitur, sicut anteà de iure ciuili non permittebãtur vsuræ, nisi intra legitimũ modum vsurarũ per text. in d. §. fin. ita & hodie cùm in totum prohibitę sint in totum prohibẽtur, & in nulla quãtitate permittũtur: quia præterquã q illa prohibitio antiqua & noua loquitur incõtracti b°, & nõ in vltimis voluntatibus in quib° etiã hodie non prohibentur vsuræ, nisi in excessu legitime quantitatis vsurarum, per text in d. §. fin. qui hodie remanet incorrectus: tamen etiamsi illud in vltimis voluntatibus procederet (quod negandum est) non est bona consequentia, quòd hodie in totum prohibeantur, ex eo quòd tempore Vlpiani conditoris. d. §. fin. in excessu prohibitæ essent: ergo nihil obstat noua consideratio suprà relata. numer. 5.

19 Ex quo reprobatur euidente intellectus, quem Felician. in lib. 2. cap. 5. numer. 5. tradit ad d. §. fin. dicit enim, quòd verbum, *Vsuras*, de quo ibi, non significat veram vsuram, sed annuam pensionem de iure permissam: quia verbum, *Vsura*, æquiuocum est, & analogum, atque largo modo ibi sumptum pro quocumque incremento, vel superabundantia, sentiens Felicianus, quòd textus ille fortissimus erat, si intelligeretur in vsuris. Cuius intellectus apertè reijcitur ex sequentibus. Primò. dum omnes suprà relati, qui reprobauerunt legatum quantitatis, præcissum cum textum

intelli-

intelligunt in vsura, & non in incremento: imò, & ipse Felicianus in d. lib. 2. cap. 5. num. 9. apertè intelligit eum textum, quando legator expressit se legare loco census, & vsurarum. Secundò reijcitur eiusdem Feliciani intellectus ex verbis eiusdem §. fin. ibi: *Veluti vsuras*, vbi Vlpianus nominatim exemplificat legatum annuum in legato vsurarum, dum dicit, *Veluti*, quod est verbum exemplificatiuum. Tertiò reijcitur ex verbis sequentibus ibi: *Sed in vsuris eatenus debet valere, quatenus modum vsurarum non excedit.* Ergo loquitur Vlpianus de vsuris, quæ excedunt modum probabilem vsurarum; & sic de prohibitis, & non de annuo legato, interesse, vel incrementò permisso. Quæ omnia intelligenda sunt in censu testamentario temporali: vnde quid in perpetuo dicendum sit, videamus.

# CENSVS TESTAMENTARIVS an temporalis sit, vel perpetuus, quando priuato, vel vniuersitati relinquitur, explicatur intellectus l. an vsusfructus. ff. de vsufructu. l. si vsusfructus municipibus. ff. de vsufructu legato, cum alijs.

## Cap. IIII.

## SVMMARIVM.

*Legatum annuum vsusfructus vsufructuarij morte finitur, & quantum ad perpetuitatem, & extinctionem vtrumque legatum, & vsusfructus, & annuum æquiparantur. n. 1.*

*In quibus differunt. n. 2.*

*Census testamentarius, vel legatum annuum, si directè respiciat personam legatarij, vsusfructus est: sin verò personam hæredis soluentis, legatum annuum dicetur: traditurque intellectus ad l. si quis ita legauerit. 20. de vsufructu, & ad l. defuncta. 58. vers. Sempronio. eod. tit. n. 3.*

*Census testamentarius, in quo de vsufructu mentio fit, vel de annuo legato, eius naturam non mutat, & si certum est ad quem eius solutio referatur, an ad legatarium, an ad hæredem. numer. 4.*

*Census testamentarius directus ad censuarium contra quemlibet possessorem actione confessoria petendus est: directus verò ad rem, vt de fundo, vel ex fundo actione personali petitur. num. 5.*

*Censuarius ex testamento, si sit vsufructuarius, tenetur reficere prædium, & tenebitur ad onera tributaria prædij: sin verò legatarius sit, ad id nullo pacto constringitur. n. 6.*

*Censuarius testamentarius, si vsufructuarius, sit capit propria auctoritate censum, quod si legatarius esset, non faceret. n. 7.*

*Censuario vsufructuario habitatio debetur, non verò legatario, quod ex natura vtriusque census, vsusfructus, & legati proficiscitur. numer. 8.*

*Census testamentarius ad vsumfructum relictus, si res, ex qua præstari debet, pereat, quoq; peribit: relictus verò vt annuum legatum conseruatur. n. 9.*

*Census testamentarius ad vsumfructum relictus, confiscato vsufructu, confiscabitur, quod secus in annuo relicto contingit. n. 10.*

*Census testamentarius vniuersitati, vel Municipibus relictus, quando temporalis, seu perpetuus iudicandus sit; explicanturque text. in l. si vsusfructus Municipibus. De vsufructu leg. n. 11.*

*Exponitur text. in l. annua. 20. §. fin. De ann. leg. num. 12.*

*Legatum vsusfructus, & annuum legatum in quis differant; afferunturque intellectus ad l. an vsufructus. 56. De vsufr. & ad l. si vsusfructus. 8. De vsufructu. legat. n. 13.*

*Auctoris sententia, circa præfatum differentiam adducitur. n. 14.*

*Legatum vsusfructus, vel annuum Reipublicæ relictum perpetuum, esse contra Couaruuiam nouiter defenditur: nouusque intellectus ad l. si vsusfructus Municipibus. De vsufr. traditur, num. 15.*

*Nouus quoq; intellectus ad l. cùm quidam. 23. De ann. leg. affertur. n. 16.*

*Expenditur lex. 26. tit. 31. part. 3. & elegantes explicatur. n. 17.*

## CAPVT IIII.

IN capitè præcedenti scripsimus naturam, & iustitiam census testamentarij, & eius ordinarias conceptiones designauimus, in præsenti agendum est, an temporalis, vel perpetuus sit, & quando illud cognosci possit: in quo duo casus principales considerandi sunt.

Primus, in censu testamentario priuatiuo relicto subaliqua conceptione de contentis in capite præcedenti.

Secundus in censu testamentario Reipublicæ, ciuitati, ecclesiæ, collegio, hospitali, monasterio, vel cuilibet vniuersitati

relicto.

In primo casu aduertendum est, quòd legatum annuũ, & vsusfructus in perpetuitate, & extinctione æquiparantur: quia sicut legatum vsusfructus priuato relictum morte vsufructuarij finitur. §. fin. instit. de vsufructu. l. corruptionem. C. eod. l. 24. titul. 31. part. 3. ita legatum annuum morte legatarij extinguitur. l. 4. l. in singulos. ff. de annuis legatis. l. cùm Titio. ff. ad l. Falcid. & hoc quia legatum annuum sicut vsusfructus censetur relictum ad alimenta. l. cum ij. §. si in annos. ff. de transact. & inde census testamentarius priuato relictus conceptus per verba denotantia annuum legatum, vel importantia vsumfructum, quantum ad perpetuitatem, & extinctionem eodem iure regulabitur, & eiusdem naturæ, atque potestatis erit, & quoad hunc finem omninò colligata æquiparantur.

2 In aliquibus tamen differunt, & primo, quando verba census testamẽtarij legati sunt directa ad legatarium, vt quia velit testator eum propria autoritate fructuum census percipere, tunc censetur relictus, & formatus vsusfructus, non annuum legatum: sin verò verba non directè ad legatarium referantur, sed constet testatorem voluisse, quòd legatarius de manu alterius, vel de fundo, aut ex fundo legatũ percipiat, tunc census non erit vsusfructus, sed annuum legatum. Ita probat glos. in l. si ita quis legauit. 20. ff. de vsufructu, & gloss. verb. *Differentiam*, in l. fundi Trebatiani. ff. de vsufructu legato, quę communis est, secundum Alexand. consi. 214. num. 1. libr. 6. Afflict. decis. 252. num. 1. & 3. & tradit Pinel. de bon. matern. 2. par. num. 11. explicat Coraf. libr. 5. Miscellanearum. cap. 8. num. 6. Conan. lib. 4. Commentar. c. 3. n. 4. in fin. & nu. 5. in effectu dicentes, quòd si census testamẽtarius referatur directè ad legatarium, vsusfructus sit: sin verò ad alium, vt ipse legatario censum præstare debeat, vel de fundo, aut ex fundo præstandus sit, annuum legatum iudicetur: & rationem eam esse dicunt, quia ex qualitate dispositionis colligitur mens disponentis. l. non codicillum, vbi Corn. notab. 3. C. de testam. en. & secundum hanc differentiam conceptionis census testamentarij per verba importantia vsumfructum, vel denotantia annuum legatum, inferunt Scribentes ad intellectum text. in l. si quis ita legauerit. 20. ff. de vsufructu, vbi dicunt Vlpianum probare, nihil differre legatum annuum, à legato vsusfructus.

3 Sed quamuis eorum resolutio vera mihi videatur, & ad plurimã conducibilis, vt infrà dicetur, malè tamen probatur, atque deducitur ex l. si quis ita legauerit: quia Vlpianus ibi nullam constituit differentiam inter legatum directum ad legatarium, vel ad alium: neque ê conuerso similitudinem inducit inter eas conceptiones legati annuum, & vsusfructus; sed cùm in rubr. ageretur de vsufructu, dubitatum fuit, an ex ea conceptione legati, *Fructus annuos fundi Corneliani Caio Seiodo, lego*, formaretur legatum vsusfructus, vel annuum: & cùm testator fructus annuos legasset, meritò Vlpianus respondit, non esse legatum annuum, sed vsusfructus his verbis: *Perinde accipi debet hic sermo, ac si vsusfructus fundi esset legatus*: ideò malè omnes ponderauerunt eum textum ad inducendam similitudinem legati annui, & vsusfructus, cùm de solo legato vsusfructus loquatur. Et consequenter nihil obstabit contra differentiam, quam Accursius, & alij constituerunt inter legatum per verba directa ad legatarium, vt constituant vsumfructum, & ad alium, vt constituant annuum legatum: quæ differentia probatur nominatim in l. defuncta. 58. vers. *Sempronio*, ff. de vsufructu, vbi Scæbola subdit: *Sempronio dolego ex redactu fructuum oleris, & porrinæ, quæ habeo in agro Farreriorum, partem certam*: & statim quærit, an his verbis vsusfructus legatus videatur? respondetque eleganter: *Non vsumfructuum, sed ex eo, quod redactum est, partem legaram*, decidens apertè ibi: *Dolego ex redactu fructuum*: quòd quando legatum non dirigitur ad personam legatarij, vt ipse propria autoritate illud capiat, sed ad aliam personam, vel rem, ex qua præstetur, non dicetur legatum vsusfructus, sed legatum annuum. Quem intellectum ad text. in dict. §. Sempronio, licèt non ita clarè deductum post Bart. in dict. l. fundi Trebatiani in princip. designauit Conan. libr. quarto. Commentar. capit. 3. numer. 4.

4 Quæ resolutio, & differentia verissima est, quamuis in legato vsusfructus fiat mentio de annuo legato, & è conuerso in legato annuo fiat mentio de vsufructu: quia si verè constat, censum annuum directum esse ad legatarium, diceretur vsusfructus: sin verò ad aliam personam, vel rem, diceretur legatum annuum: quia sicut quando legatum est certum, causa adiecta in fauorem legatarij illud non mutat, neque restringit, vt in l. si mulier, vbi Cynus, Bald. Salicet. & Alberic. C. de iur. dot. Bart. & Scribentes in l. cùm

cùm tale. §. 1. de condit. & demonstrat. ita vsusfructus directus ad rem magis ponitur ad designandam, aut obligandam rem ipsam, ex qua redditus præstari debent, quàm ad inducendum formalem vsumfructum. l. Lucius, & l. penult. §. fin. in fin. de aliment. & cibar. legat. & facit, quod tradit Paulus de Montepico in l. Titia §. Titia cùm nuberet. num. 83. ff. deleg. 2. Mantica de coniectur. libr. 9. tit. 5. in fin. num. 6. & sic verbum, *In vsufructu* relatum ad rem exponi debet, ideſt, ex fructibus illius rei, Aym. consil. 222. quem refert Simon de Prætis lib. 2. de interpretat. vltim. volunt. fol. 223. numer. 24. solut. 1. Quæ quidem omnia eleganter probant differentiam Accursij, & aliorum, quam designauerunt inter legatum directum ad legatarium, vel ad aliam personam, aut rem, vt ex ea differentia cognoscatur natura census testamentarij.

5 Et primò ex ea differentia deducitur, quòd census testamentarius directus ad censuarium, & sic relictus ad vsumfructum actione possessoria petitur contra quemlibet possessorem. §. æquè si agar. instit. de action. l. vti frui, vers. *Verum*. ff. si vsusfructus petatur: directus verò ad rem, vel redditus rei, tantú petitur actione personali. l. fin. §. fin. ff. de cõtrahend. empt. nisi accedat consignatio super re, vel ex causa alimentorum relinquatur de fundo, vel ex fundo, secundum ea, quæ latè scripsimus in capitibus præcedentibus, & scripsit eleganter Carol. Ruyn. cons. 144. libr. 1. incipit, *De pluribus*, & explicat Paul. in l. vt pomum. ff. de seruitutibus, Cepol. de seruit. vrban. c. 2.

6 Secundò, dominus census ex testamento si sit vsufructuarius, tenetur reficere prædiũ, ex quo census præstatur, & simul tenetur ad onera & tributa. l. hactenus ibi: *Quia alia onera cognoscit*. ff. de vsufructu. l. nihil in fine. ff. de impensis in rebus doralibus factis: explicat Molin. in Consuetud. Paris. tit. 1. §. 22. numer. 156. Pinel. de bon. matern. 2. part. cap. 1. numer. 72. Balasc. de iure emphyt. quæst. 17. Sin verò dominus census non sit vsufructuarius. sed verè legatarius, vt quia census solutio dirigatur ad rem, non tenetur reficere prædium, ex quo eidem fructus præstantur. sed potest compellere hæredem, vt illud reficiat, vt notatur in d. l. fundi Trebatiani, & obseruat. Bald. in l. vnica §. libertatibus. C. de cad. tollend. & eleganter resoluit Affict. decis. 252. & in fortioribus terminis Molina de Hispan. primogen. capit. 27. numer. 9.

7 Tertiò, si censuarius testamentarius vsufructuarius sit, capit censum propria autoritate, quod non facit legatarius, cui census annuus relictus est, non ad vsumfructum, vt notat gloss. per text. ibi in l. fundi Trebatiani, verb. Differebriam. ff. de vsufructu legato: Alexand. Affict. & Pinel. quos suprà retulimus. numer. 2. & facit text. in l. legabis, ibi: *Fideicommissi petitione*. ff. de annuis legat.

8 Quartò, censuario vsufructuario alicuius rei, qui verè vsusfructuarius est, debetur habitatio. l. 7. item. l. sed si quid. ff. de vsufructu: legatario verò annuæ pensionis, qui verè vsusfructuarius non est, habitatio non debetur, vt in d. l. fundi Trebatiani. 2. responso, & ibi tradunt Doctores, qui de hac re meminerunt.

9 Quintò, si census testamentarius ad vsumfructum relictus sit, & res, ex qua præstari debeat, pereat, census ad vsumfructum finitur. l. si cui insula. ff. de vsufructu. l. repeti. §. 2. ff. quibus modis vsusfructus amittatur: sin verò censuarius non sit vsufructuarius, sed verè legatarius, vt quia legatum dirigitur ad rem, ex qua nascitur personalis, finita re non extinguatur annua pensio, cùm eo casu obligatio personalis sit principalior, ex l. fin. §. fin. ff. de contrahend. empt. & resoluit Gigas de pensionib. quæst. 62. quod in censu testamentario, vbi datur vera, & propria personalis, verum existimo: in censu tamen emptitio contrarium tenendum est, vt vtroq; casu, peremptare censuali, census extinguatur; vt latè dicendum erit in capit. an, reperẽpta, extinguatur obligatio soluendi cẽsum.

10 Sextò, & vtiliter, si census testamentarius ad vsumfructum relictus est, ita quòd censuarius sit verè vsusfructuarius, confiscato vsufructu, confiscabitur ipse census ad vsumfructum relictus, vt notanter resoluit Franc. Marc. decis. 833. num. 1. Bornin. Caualcan. de vsufructu mulieri relicto. num. 232. sin verò censuarius non sit verè vsufructuarius, sed & proprius, & verus legatarius annuæ pensionis ad alimenta de fundo, vel ex fundo relictæ, non confiscabitur is census, etiam viuente alimentario, quia damnatus capax est alimẽtorum. l. is qui. ff. de aliment. legat. l. in metallum. ff. de his, quĩ pro non scriptis habentur; tradit Salicet. in l. si ademptis. C. de sententiam passis, A Egid. Bos. in tit. de publicat. bonorum. num. 72. Peregrin. de iure Fisci. lib. 5. tit. 1. num. 123. Ex quibus constat de natura census testamentarij in fauorem alicuius priuati relicti circa primum casum huius capitis, scilicet perpetuum non esse, sed

morte censuarij finiri, ad instar legati annui priuato relicti, ex l. 4. ff. de annuis legat. l. in singulos eod. tit. l. cum Titio. ff. ad l. Falcid. cùm legatum annuum sit relictum ex causa alimentorum. l. cùm ij. §. si in annos. ff. de transact. & legatum ad alimenta hæredibus legatarij non debetur. l. cum præfinitione. ff. quando dies legati cedat, & aduertit Couarr. lib. 3. variar. c. 9. in fin. Vnde ad secundum casum census testamentarij vniuersitati relicti transeamus.

11 Et in eo secundo casu principali videbatur dicendum, quòd si testator Ecclesiæ, ciuitati, collegio, hospitali, monasterio, vel cuilibet vniuersitati censum annuum in perpetuum soluendum reliquerit, huiusmodi census perpetuus non sit, sed quòd centum annorum curriculo tantùm finiatur, & extinguatur, probat Bart. in l. annua. §. à Titia. ff. de annuis legat. & in l. an vsusfructus. ff. de vsufructu, & in l. si vsusfructus. ff. de vsufructu legato Iacob. de Raiuena, Andr. de Pisis, Nicol. de Neapol. in l. annua. ff. de annuis legat. Cardin. consil. 66. Federic. de Sen. consil. 12. Ancharran. in cap. fin. de testam. Alexand. in l. 2. in princip. ff. soluto matrim. vbi Iaff. Rip. Decius, Claudius, & Ruyn. consil. 143. volum. 4. numer. 11. Decius consil. 378. dicentes, quòd legatum annuum, & vsusfructus equiparantur. l. in singulos. ff. de annuis legat. dum dicit Caius: *In singulos annos relictum legatum simile est vsufructui, cùm morte finiatur:* sed legatum vsusfructus Reipublicæ relictum centum annis tantùm durare existimant. l. an vsusfructus. 56. ff. de vsufructu, ibi: *Et placuit centum annos tuendos esse municipes.* l. si vsusfructus municipibus. 8. ff. de vsufructu legato ibi: *Vnde centum annos obseruandos esse constat*: ergo non malè argumentando de legato vsusfructus Reipublicæ facto ad legatum annuum eidem relicto resoluunt, legatum annuum, censum nempe testamentarium vniuersitati in perpetuum relictum centum annorum tempore extingui, & finiri. Vnde hanc sententiam sequuntur plures, quos refert Couarr. libr. 3. variar. capit. 9. numer. 10. in principio, dicens post Cardin. Alex. Boruin. & alios, hanc esse communem opinionem, licèt ipse eam non sequatur, sed potiùs contrariam, vt ex infrà dicendis constabit.

12 Contrariam tamen sententiam, ideſt, censum testimentarium legatum, nempe annuum vniuersitati in perpetuum relictum perpetuum esse, & non temporale, neque centum annorum tempore finiri, sed in perpetuum durare probant Roger. relatus ab Accurs. & alijs in l. vsusfructus. ff. de vsufructu, Abb. in cap. fin. de testam. Barbacia consil. 20. volum. 4. Angel. Cuman. & Salicet. in l. 3. §. fin. ff. ad l. Falcid. Corn. consil. 12. numer. 19. volum. 3. Pontanus, & Ripa in d. l. an vsusfructus de vsufruct. legat. Alber. Cuman. & din. in l. in singulos 2. ff. de annuis legat. & plurimos referens hanc sententiam eleganter comprobat Couarr. libr. 3. variar. cap. 9. numer. 10. per totum: quorum sententiam nominatim probat text. in l. annua. 20. §. à Titia. ff. de annuis legat. vbi Scæuola Iurisconsultus in ea conceptione legati: *Quis quis mihi hæreserit, fidei eius committo, vt det ex reddito cœnaculi mei, & horrei post obitum sacerdoti, & Hierophilaci, & libertis, qui in illo templo erunt, denarios decem die nundinarum, quas vbi posui*, resoluit legatum esse perpetuum, & decem annua in perpetuum præstanda esse, decidens dubitationem in fine text. ibi: *Respondi in perpetuum.* Ego tamen considerabam, quod licèt textus ille probet hanc sententiam, non tamen procedit ex sola natura annuæ pensionis, aut legati perpetui, sed ex eo principaliter, quòd ibi decem annua relicta fuerunt per fideicommissum perpetuum, vt præsupponit in principio text. dicens: *Attia fideicommissum his verbis reliquit.* Imò, & non solùm ex natura fideicommissi, sed quia templo datum fuit, quod perpetuitatem præsupponit, vt probant verba text. ibi: *Ministerium quidem nominatorum designatum cæterum templo datum*; cùm enim in eo textu plurima simul, quæ perpetuitatem important, concurrant, vt annua pensio perpetua, & templum, cui relinquitur, quod perpetuum est, atque iure fideicommissi pensionem annuam relictam esse mirum non est, si legatum annuum perpetuum sit nullo tempore perituru. Secundò probat suprà dictorum sententiam text. notandus in l. annuam. 6. ff. de annuis legatis, vbi Modestin. in legato ad ludos ciuitatis relicto respondit in perpetuum Reipublicæ præstandum esse, ibi. Modestinus: *Respondi, fideicommissum quotannis in perpetuum Reipublicæ præstandum esse.* Quamuis in eo textu etiam posit considerari natura fideicommissi, dum dicit tex. *Ad tempus fideicommissum an perpetuo præstari voluerit.* Probat etiam text. in l. cùm quidam. 23 ff. eod. titul. de annuis legatis ibi: *Non esse verisimile testatorem de vno anno sensisse, sed de perpetuo legato.* Facit etiam text. in l. cùm erat. 24. eodem tit. ibi: *Diui Fratres & Antoninus rescripserunt,*

*ferunt, videri perpetuam pensitationem requisisse testatorem.* Neque aduersus prædicta obstabit dicere, quòd verbum, *Perpetuo*, potest intelligi vsque ad centum annos : quia eius verbi interpretatio apertè reijcitur ex eo, quòd si legatum annuum priuato relictum, ita quidem vt eius hæredibus debeatur, in infinitum, & perpetuò durat, etiam vltra centum annos. l. annalibus, vbi gloss. C. de legatis, à fortiori si Reipublicæ decem annua perpetua legentur, legatum erit perpetuum, siquidem in legatis priuatorum non ita ampla interpretatio, sicut in legatis Reipublicæ relictis est efficienda. l. hæreditatis. ff. ad l. Falcid. ergo legatum annuum ciuitati relictum perpetuum est : & ita interpretatur verbum, *Perpetuò*, Couar. in dict. libr. tercero. cap. 9. numer. 10. in principi.

13 Neque aduersus hanc veritatem obstabũt text. in l. an vsusfructus. 56. de vsufructu, & in l. si vsusfructus. 8. ff. de vsufructu legato: quia loquuntur in vsufructu legato, & in legato annuo: inter quæ legata plurimæ differentiæ constituuntur, vt constat eleganter ex Couarr. d. libr. 3. cap. 9. numer. 10. per totum : quæ differentia ad nostrum casum rectè adaptantur, & principaliter differentia consistit in eo : quia quamuis legatum vsusfructus, & annuum si priuato fiant, equiparentur, & morte legatarij finiantur, vt in legato vsusfructus suprà probauimus, & notissimum est, & in legato annuo constat ex l. 4. l. in singulos. ff. de annuis legatis. l. cùm Titio. ff. ad l. Falcid. equiparatioque probetur in l. cum ij. §. si in annos. ff. de transact. ex eo quòd vtrumque legatum censetur relictum ad alimenta : si tamen fierent Reipublicæ, longè diuersa essent, quia legatum vsusfructus respiceret principaliter vitam eorum, qui Rempublicam gererent, annuum tamen respiceret temporis perpetuitatem: ideò primum durabit centum annorum spatio. l. si vsusfructus. ff. de vsufructu legato, & d. l. an vsusfructus. ff. de vsufructu : secundum verò perpetuum erit. d. l. in annuam, & d. l. annus. §. à Titia, cum similibus. ff. de annuis legatis : quod in effectu resoluunt Couarr. in d. libr. 3. cap. 9. numer. 10. per totum, vbi circa naturam legati annui, & vsusfructus plurima notatu digna adducit.

14 Ego tamen considerabam contra Couarr. & alios, nullam constitui differentiam inter legatum annuum, & vsusfructus priuato, vel reipublicæ relictum : sed vtroque casu existimo verius legatum esse perpetuum, nullo tempore etiam centum annorum periturum. Pro qua sententia pondero textum in l. cùm fuerat. 24. ff. de annuis legatis, vbi nulla alia ratio, ne legatum, de quo ibi, perpetuum fuit, nisi quia Reipublicæ, quæ perpetua est, relictum erat, vt præsupponit Marcellus, dum dicit : *Cùm erat pecunia certa, idest, centum Reipublicæ Sandinorum relicta* ; & statim dum in decisione subdit : *Diui Verus & Antonius rescripserunt, videri perpetuam pensitationem reliquisse testatorem*. Vbi non consideratur à Marcello alia ratio ad efficiendum legatum perpetuum, nisi quòd Respublica, cui relinquitur, perpetua est. Idem præsupponitur in l. annuam. 6. ibi: *Ad ludos ciuitatis relinquit*, & in l. annuam. §. fin. eodem titul. Neque si ex parte legatarij, aut legatariæ, aut ex parte conceptionis legati defficeret perpetuitas, legatum esset perpetuum : ergo si perpetuum est, ab ea parte recipit perpetuitatem. Si enim legatum annuum priuato relictum morte legatarij ad instar vsufructus finitur, & perit, ex eo quod vtrumque legatum ad alimenta relictum censetur, nisi fortè testator perpetuum esse nominatim, & expressè dixerit, eadem ratione relictum Reipublicæ, quæ perpetua est: quamuis legatum vsusfructus sit ad instar legati annui, perpetuum erit, cum vtroque casu testatorem considerasse perpetuitatem legati existimetur : non enim sustineri, neque fateri potest, quòd legatum annuum ex sua propria natura magis perpetuum sit, quàm legatum vsusfructus: neque etiam tentari valet, quòd legatum vsusfructus, si natura, aut conceptio perpetuitatis accedat, temporale sit: ergo vtroque casu, & in vtroque legato annuo, & vsusfructus dicendũ est, quòd relictũ Reipublicæ, in qua datur perpetuitas perpetuum sit. Vnde Barbacia in consil. 20. lib. 4. in vtroque legato dari perpetuitatem resoluit : & plures ex his, quos suprà retulimus, in vtroque legato id verum esse presupponunt. Vnde hanc esse verissimam sententiam existimo.

15 Et ad text. in l. si vsusfructus municipibus. ff. de vsufructu legato, quem Couarr. suprà numer. 10. in principio retulit ad probandam, quòd legatũ Reipublicæ relictũ centũ annorum tẽpore finitur, nouiter, licèt verissimè respõdetur, quod loquitur in legato vsusfructus nõ Reipublicę relicto, sed municipibus Reipublicæ facto, vt fatetur Caius Iurisconsultus, dũ dicit: *si vsusfructus municipibus*

*legatus sit*: ideò mirum non est, si tempore cẽtum annorum legatum finiatur: quia cùm id tempus longissimum vitæ spatium viuentiũ sit. l. fin. C. de sacros. Eccles. finitis municipibus finietur legatum, vt pro ratione considerat ipse Caius in finalibus verbis, dum postquàm dicit: *Vnde centum annos obseruandos esse constat*; subdit rationem dicens: *Qui finis vitæ longissimus est*: & idem probat ipse Caius. in l. an vsusfructus. 56. ff. de vsufructu, ibi: *Municipibus dari debeat*, & ibi. *Et placuit centum annos tuendos esse municipes, quia is finis vitę longæui hominis est*. Vbi Consultus ex eadem ratione, quod longissimum viuendi spatium sit centum annorum, resoluit, quòd vsusfructus municipibus legatus eo tempore finitur.

16 Neque aduersus hunc intellectũ, atque iura suprà dicta obstabit Marcelli responsum in l. cùm quidam. 23. ff. de annuis legatis, vbi legatum decurionibus relictum perpetuum esse Marcellus fatetur: quia præterquam quòd textus ille loquitur in legato annuo, intelligendus est, quando legatum relictum fuit decurionibus, dandum tamen in die natiuitatis legantis, vt constat ex text. ibi: *Dari voluisset die natalis sui*: cùm enim legatum decurionibus relictum annuatim die natalis præstandum esset, & consequenter ex adiectione diei inducitur perpetuitas, meritò legatum, quod respicit temporis perpetuitatem, perpetuum erit.

17 Vnde nihil obstabit text. ille contra nostram resolutionem: sed quamuis de iure communi hæc videatur recepta sententia, obstat tamen de iure Regio fortis text. in l. 26. tit. 31 part. 3. dum dicit: *A ciudad ô villa, seyendo otorgado vsufruto*, iunctis verbis sequentibus, ibi: *Deue durar cien años, y no mas*: ergo legatum vsusfructus non municipibus, sed ciuitati relictum centum annorum tempore finitur, & consequenter differentia inter legatum annuum, & vsusfructus, quam infrà trademus, verissima videtur, & intellectus nouus ad l. si vsusfructus municipibus, sustineri non videtur, nisi respondeas ad dict. l. partitæ, quòd quamuis dicat: *A ciudad ô villa, seyendo otorgado vsufruto*: intelligitur tamen de legato municipibus ciuitatis relicto, vt præsuponunt verba sequentia, ibi: *Esto es por razon, porque el vsufruto, que es otorgado señaladamente al comun de algun lugar, por la muerte de todos se pierde, ê aſmaron los sabios, que en el tiempo de los cien años pueden ser muertos quantos eran nacidos el dia que fue otorgado el vsufruto*: ergo verba: *A ciudad ô villa*, interpretantur per verba sequentia, ibi: *por la muerte de todos se pierde*, & ibi: *pueden ser muertos todos quantos eran nacidos*, vt sic interpretatis verbis dictæ legis, idem erit relinqui legatum communitati, quòd relinqui municipibus ciuitatis, vt vtroque casu legatum finitis personis finiatur: sin verò in legato nulla consideratio principaliter habeatur ad personas communitatis, sed ad præsentes, & futuros municipes, & ad ipsam communitatem, ciuitatemque, & personam fictam, legatum etiam vsusfructus non finiatur per centum annorum spatium, sed perpetuum sit, ex dict. l. cùm erat 24. & l. cùm quidam 23. cum similibus. ff. de annuis legat: vel intelligi potest suprà dicta controuersia, & conciliari valent prædicti iura, vt in legato annuo semper dicendum sit, si fiat vniuersitati, perpetuum esse, vt suprà diximus: & idem in legato vsusfructus vniuersitati relicto intelligit Gregor. ibi: gloss. verb. *Cien años*: sin verò legatum annuum, vel vsusfructus municipibus, & non ciuitati relinquatur, perpetuum non sit, sed centum annorum tempore extinguatur, ex dict. l. si vsusfructus municipibus, cum vulgatis: quæ omnia notatu digna sunt ad recognitionem census testamentarij, an scilicet perpetuus, vel temporalis sit. Vnde ad censum ex consuetudine inducendum transeamus.

## DE CENSV EX TEMPORIS CVRSV SINE CAVSÆ CONCOMITANTIA INDVCENDO. Caput. V.

### SVMMARIVM.

*Census ex temporis cursu sine causę concomitantia quando possit induci, & intellectus ad l. cum de in rem verso. De vsuris. n. 1. & sequentibus.*

*Tempus sine vlla causę concomitantia, quando possit inducere, vel tollere obligationem n. 2.*

*Verior in hac re sententia ostenditur, traditurq; intellectus ad l. obligationum ferè. §. placet. De obligat. & action. n. 3.*

*Annuæ præstationes ad inducendam obligationẽ in futurum debent esse causatæ, & non simplices, neque in solo temporis cursu fundatæ, exponiturq; intellectus ad d. l. cum de in rem verso. n. 4. cum sequentibus.*

*Satis fit obiectioni contra præcedentem doctrinã. num. 5.*

Tempus

*Tempus solum non est causa inducendi obligationem, sed neque ipso tantùm probari potest obligationem inductam fuisse. numer. 6.*

*Debitum an, & quando per decennium præscribatur, afferturq; intellectus ad l. 63. Tauri, & ad l. 6. tit. 5. lib. 4. nou. Recop n. 7.*

*Intellectus adducitur ad pragmaticam, quæ salaria famulorum trienio præscribi, constituit, habeturq; in l. 9. tit. 15. lib. 4. Recop. & ad aliam Madriti conditam anno 1567. referturq; in d. l. 9. n. 8.*

*Per tempus immemoriabe sine alterius causæ concomitantia induci posse census obligationē prò bant nonnulli. n. 9.*

*Oppositam sententiam veriorem esse suadetur. numer. 10.*

*Confirmatur allata sententia. n. 11.*

*Rursus præfata sententia stabilitur. numero. 12.*

*Sine sorte non datur vsura, neque fructus. numer. 13.*

*Qua de causa census frumentarij antiquissimi per leges ad pecuniam reducti fuerint, interpretaturq; tex. in cap. peruenit. de censibus, & quid sit census ignorantia explicatur. numer. 14.*

## CAPVT V.

1 MVLTOTIES contingit, censum non constare emptione, neq; venditione, neq; ex testamento, neq; ex alia hominis dispositione, sed prætendi formatū esse ex solo temporis cursu soluendi, & exigendi pensionem censualem, absq; vlla causæ concomitantia: vnde cùm in capitibus præcedentibus de censu testamētario egerimus in præsenti, & in sequentibus de inducendo ex temporis cursu agendū est, vt quando quis ex eo quòd tempore ordinario, vel longissimo censum percepit, eundem in futurū percipere cōtendit, nullo titulo, neque causa percipiendi allegatis, sed in solo temporis cursu fundans perceptionem: & in hac specie videbatur dicendum, censum in futurum ex solo temporis cursu creatum esse, & exigi posse, & hoc per text. express. in l. cùm de in rem verso. ff. de vsuris, vbi Papinianus ex Antonino resoluit, ideò soluendas in futurum vsuras, quòd longo tempore præstitæ, & solutæ fuissent, dicens Anton. in dict. l. cum de in rem verso: *Ideò soluendas vsuras iudicauit, quòd eas ipse dominus, vel pater longo tempore præstitisset*: ergo dum Papinianus subdit: *Ideò soluendas*, iunctis verbis sequentibus, ibi: *Quòd eas ipse dominus, vel pater longo tempore præstitisset*, manifestè sentit, quòd ex sola temporis diuturnitate absque tituli allegatione deducitur præsumptio solemnis stipulationis, quam aliter præcessisse non constabat: & ita textum illum acceperunt Iass. in l. si certis annis. num. 7. C. de pactis, Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 32. numer. 2. Bernard. Diaz reg. 26. Socin. reg. 82. & in specie census eam sententiam sequitur Benedict. Bon. in tractat. de censib. lib. 1. art. 1. n. 67. ad med. dicens, quòd ad inducendam obligationem soluendi censum in futurum non requiritur titulus, neq; causa, ex Bald. in l. de quibus. ff. de legib. Alexan. conf. 123. lib. 5. quos ipse refert: quoniam in dubio fatetur, præsumi iustam causam inducendi consuetudinem soluendi pensionem præcessisse, ex d. l. cùm de in rē verso, credēs securè Bonnius, quòd ex consuetudine valemus censum petere, & si nullus titulus, neque causa, cur debeat, præcedat: sat enim esse credit, quod ita semper sit solutum, atque longum tempus sufficere, tam ex Cæsareo, quā Pontificio iure existimat, ex l. litibus. C. de agricol. & censit. ex Ioanne Fabro in §. præiudiciales col. 10. instit. de actio. respondens ad text. in cap. peruenit de cens. quód res, proqua census penditur, satis causa iudicatur, vt firmat Bart. & Cassān. in Consuetudin. Burgund. tit. de censibus rubr. 17. §. 2.

2 Cuius Bened. Bon. sententiæ, quāmuis ex eo videatur impugnari, quòd tempus non sit causa inducendæ, vel tollendæ, l. obligationū fere. §. placet de actionib. & obligat. l. creditor. C. de vsuris. l. si certis annis. C. de pactis. l. operis. ff. de operis libertorum. l. quod de bonis. §. non id circo. ff. ad l. Falcid. ex tempore tamen probat, sublatam, vel inductam esse obligationem, ex Bald. in l. si ex cautione. numer. 14. C. de non numer. pecunia, Alex. Iass. Dec. Riminald. in l. si certis annis. C. de pactis; & hoc in effectu scripsit Bald. in l. vnica. numer. 7. vers. Prætereà. C. quando non petentium partes, dicens, quòd quamuis tempus non inducat, neque tollat obligationem, quia res humanæ tempore solo non formantur, est tamen comes, cuius concomitantia creantur, & perficiuntur; & iterum in l. præcibus numer. 24. C. de impuber. subdit, quòd tempus non est causa effectiua, sed occasionalis, & in l. si cum hermes. C. locati, quòd tempus non ponitur inter causas, sed inter mensuras, & in l. A Emilius Largianus 2. lectura. numer. 22. ff. de minoribus: quod tempus non ponitur inter causas, sed inter media strēmorum; quasi dicat, quòd tempus non causat

actus humanos, sed est comes ipsorum: ergo licèt in specie nostri casus tempus solum non inducat obligationem soluendi in futurum, cùm tamen actus humani accedant, præstationes nempè annuæ vniformes ex eà concomitantia temporis cũ eisdem, non immeritò induceretur obligatio soluendi eas, quæ per decennium solutæ fuerunt.

3 Contrariam tamen sententiam omninò veriorem existimamus, per text. in d.l. obligationum fere. §. placet. ff. de act. & obligat. ibi: *Nam cui alicui deberi cœpit, certis modis deberi desinit*, quasi dicat Consultus, quòd cùm in iure nostro certi constituantur modi ad tollendam obligationem, tempus inter eos non connumeratur, quasi sufficiens non sit ad eam tollendam: ergo neque ad inducendam ex correspondentia verborum Consulti. Facit etiam text. in princip. & per totum tit. instituit. quibus modis tollitur obligatio, vbi tempus computatur inter res, quæ obligationem tollunt, vel inducunt. Facit etiam text. notandus in l. operis. ff. de operis libertorum, ibi. *Aliquo tempore præstiterit, compelli ad præstandas, quas non promisit, non potest*, vbi Modestinus ex solo tempore non induci obligationem probat, quamuis ingeniosè ad eum textum possit responderi, quòd verbum, *Aliquo tempore*, potest intelligi de non legitimo ad inducendam obligationem, sicut l. creditor. C de vsuris, ibi: *Neque enim si aliquandò ex consensu præstitę sunt, obligationem constituunt*: qui etiam potest accipi pro tempore illegitimo. Ideò hanc sententiam tenet Bart. in l. cùm de in rem verso, vers. Primo casu. ff. de vsuris, vbi Florian. numer. 9. Salicet. numer. 3. & 5. Curt. iun. in l. si certis annis. numer. 14. C. de pactis, Balb. de præscrip. 1. part. tertiæ partis principales, quæst. 2. numer. 7. vers. *At verò*, Couarr. in reg. possessor. 1. part. §. 4. numer. 2. Menchaca controu. illust. cap. 84. numer. 41. & omnes infrà referendi, tenentes in sequenti casu principales præstationes debere esse causatas, & non simplices, neque in solo temporis cursu fundatas, & dicentes, quòd annua præstatio, neque quilibet actus humanus quidquam probat, nisi quatenus de necessitate inde inferatur, sentientes temporis cursum absque causa non efficere, quòd annuæ præstationes producere possint obligationem soluendi in futurum. Idem in effectu resoluit, atque latè prosequitur Rodericus, licèt prædictas considerationes non referat de annuis redditibus libr. primo. capit. 15. ex princip. vbi numer. 3. reddit rationem, dicens, quòd annua præstatio, vel quilibet alius actus nihil probat, nisi quatenus de necessitate ab eo inferatur, ex l. ad probationem. C. locati, Menoch. Surd. & alij, quos ipse refert.

4 Neque aduersus hanc veritatem obstabit text. in d.l. cùm de in rem verso: quia si diligenter consideretur obligatio soluendi in futurum, neque præstationes vsurarum, de quibus ibi, non fundantur in solo temporis cursu, neque simplices fuerunt, sed vniformes, & causatæ, cùm eas specificè tanquam vsuras sortis mutuatæ dominus vniformiter mutuanti soluisset, vt constat ex verbis text. ibi: *Ideò soluendas vsuras iudicauit*; iuncta ratione verborum sequentium, ibi: *Quòd eas ipse dominus, vel pater, longo tempore præstitisset*, sentiens Papinianus, quòd sententia Antonini fundata fuit in decennali præstatione specificè facta ex causa vsurarum, & consequenter vniformi, & causata: qua ratione mirum non est, si ex temporis cursu cum causa resultet præsumptio tituli solemnis, nempe promissionis vsurarum, & inde formetur obligatio soluendi in futurum vsuras, vt dicendum erit ad longum in sequenti casu principali, vbi de vero intellectu d. l. cùm de in rem verso agendum est: quem sic intelligendo singularem esse constat.

5 Et magis notandum mihi videtur, dum præsumptio tituli solemnis stipulationis, & promissionis vsurarum resultat contra filium, vel seruum, ex decennali præstatione domini. Cui nouæ considerationi respondetur, quòd cùm de in rem verso cum hærede patris, vel domini ageretur, & in effectu centum filio, vel seruo sub vsuris mutuata in rem suam dominus conuerteret, atque ex eo solutiones vsurarum annuas præstiterit, nimirum si ex domini solutione resultaret præsumptio tituli solemnis stipulationis, & promissionis contra seruum, cùm in effectu idem esset solutas fuisse vsuras à domino, in cuius vtilitatem centum mutuata conuersa fuerunt, ac si à seruo, vel filio soluerentur.

6 Minus etiam obstabit dicere, quòd quamuis tempus non sit causa tollendæ, vel inducendæ obligationis, ex tempore tamen probatur, sublatam, vel inductam esse obligationem: quia ea resolutio, qua Baldus, & alij suprà fortiter nostram sententiam impugnant, pro ea non violenter retorquetur: si enim tẽpus est comes humanorum actuum, & occasionalis causa ipsorum non effectiua, neque ponitur inter causas actuum, sed inter media stremorum, quasi non sit causa ipsa,

sed

sed ipsorum actuum concomitantia, vt in effectu Bald. in locis suprà citatis considerat, necessariò infertur, quòd ex solo temporis cursu absque alicuius actus concomitantia non solùm non inducitur obligatio, sed neq; probatur esse inductam: & inde Ioan. Gutier. in l. nemo potest delegat. 1. postquam in numer. 194. vsque ad num. 198. prædictas Baldi doctrinas retulit, & explicuit, statim, nume. 199. respondit ita ad l. cùm in rem verso, firmiter tenens, non fundari in solo temporis cursu.

7 Ex qua verissima resolutione primò infertur ad intellectum legum Regni, quibus constituitur, quòd debitum decennio, vel alio legitimo tempore præscribatur, seu hypotheca, vel actio realis extinguatur, vt habetur in l. 63. Tauri, & in l. 6. tit. 5. lib. 4. nouæ Recop. Quæ quidem leges intelliguntur, quotiescũque ad præscriptionem non solùm tempus adducitur, sed causa & titulus solutionis, vt quia debitor allegat solutionem, & ad eius probationem excipit de temporis cursu decem, viginti, vel triginta annorum: quia eo casu temporis cursus cum causæ, atque tituli solutionis concomitantia præscriptionem legitimam induceret: sin verò solutionem non allegaret, sed in solo tempore fundaret exceptionem, certè succumberet, & leges Regiæ non procederent, quæ solo tempori non dederunt eam potestatem. Ita aduertit Ioann. Gutierr. in l. nemo potest. num. 200. & 201. ff. de legat. 1.

8 Similiterque infertur ad intellectum pragmaticæ, quæ salaria famulorum triennio præscribi constituit, quę habetur in l. 9. tit. 15. lib. 4. nouæ Recopil. & ad aliam Matriti conditam anno 1567. quæ habetur in l. 9. titul. 15. libr. 4. nouæ Recopil. quæ triennio quoque præscribi debita pharmacopolæ probat, vt intelligatur; quando præscriptio non in solo temporis cursu fundatur, sed simul in solutione, vt quia ex causa solutionis pro eo tempore præscriptum esse debitum constet, vt aduertit ipse Ioannes Gutierr. In d. l. nemo potest. numer. 202. & 203. vbi numer. 204. post alios existimat in his præscriptionibus necessariam esse bonam fidem: quod etiam post eum resoluit Azebed. in dict. l. 9. suprà relata.

9 Quæ quidem omnia restringenda præcisè erunt, vt non procedant, quotiescumque præscriptio fundatur in solo cursu temporis immemoriali quia licèt regulariter quodcunque tempus non inducat, neque tollat obligationem absque causæ concomitantia, & inde inferatur, quòd ex solo temporis cursu etiam longissimo soluendi pensionem infuturum census non formetur; tempus tamen immemoriale ex eius longitudine sine vlla causa soluendi, & causam legitimam præcisè præsupponit, & formaliter necessariam ad actum interueniisse probat, & denique pro causa ipsa habetur; atque inde si ex iuris fortissima præsumptione causæ concomitantiam secum habet, priuilegiumque, titulum solennem, & Regiam concessionem probat, atque omnia formaliter necessaria ad cuiuslibet actus perfectionem interuenisse præsupponit, ex vulgata. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana & æstiua. cap. super quibusdam. §. prætereà de verborum significat. cap. 1. de præscriptionib. lib. 6. mirum non erit, si absque vlla tituli allegatione, vel causæ concomitantia efficere possit, vt census ex eius perceptione per tempus immemoriale in futurũ formetur? Ita in specie resoluit Felician. de censib. libr. 2. cap. 5. num. 2. versic. *Cessaret, aut hoc in præstatione*, vbi refert Cynum. Angel. Paul. Iass. Couarr. & Mascard. Et latè id comprobat Anton. Gabr. libr. 5. comm. opin. tit. de præscript. conclus. 1. num. 45. vsque ad num. 54.

10 Hoc tamen de consuetudine immemoriali, quòd sola sine allegatione tituli, neq; causæ sufficiat ad inducendam obligationem soluendi in futurum, nunquam mihi placere potuit, imo firmiter existimo, quòd tempus solum etiam mille annorum ad id sufficiens nõ sit. Quod in effectu tenuit Bened. in ca. Raynuntius verb. *& uxorem nomine Adelasiam*, numer. 6. credens præstationem annuam esse impræscriptibilem: quod intelligo ex solo tempore sine causæ concomitantia: sed clarius loquitur Menchaca libr. 2. controuers. c. 84. qui tenet, quòd etiam per cursum mille annorum census non inducitur sine causa: quem reprobat Roderic. de annuis redditibus lib. 1. quæst. 15. n. 4. ex ea ratione, quòd quando adest immemorialis, non solùm non est necessarium probare titulum, sed neque necesse est, titulum allegare, ex gloss. in cap. super quibusdam. §. prætereà, versic. *Non extat*, & ibi Hostiens. & Cardin. de verbor. signific. Aymon. de Antiquit. 4. p. §. de absolutis differentijs. num. 49. Ex quo Roder. non benè respondit ad resolutionem Menchacæ, quia Menchaca accedente immemoriali neque requirit tituli probationem, nec allegationem, sed solam causam, in qua fundentur annuæ præstationes: vt quia solum tempus sine causa non possit inducere obligationem successiuam soluendi annuam pensionem; & ad hoc de causæ defectu non respondit Roderic. imò si rectè consideretur eius reso-

lutio

lutio, potiùs confirmat, quàm excludit opinionem Menchacæ. dicit enim Rodericus cum Mascard. de probat. conclus. 1372. nume. 28. quòd illud de præscriptione immemoriali, vt non requirat probationem, neque allegationem tituli, limitatur, quando immemorialis causatur ex sola potentia, & possidens est incapax illius iuris, quod prætendit quæsitum sibi esse præscriptione: si enim non admittit immemorialem inductam ex sola patientia: ergo apertè excludit inductam sine causa, quæ fundatur in sola patientia. Rursus si excludit immemorialem, quando præscribens est incapax eius iuris: ergo & inductam sine causa, quæ neminem potest efficere capacē, excludit: vnde non benè reprobat, neque intelligit Menchacam.

11 Demum Menchaca non loquitur, quando possidens est incapax adquirendi præscriptione: quia tunc ex alio capite corruit præscriptio, scilicet ex initio vitioso, ex quo etiam immemorialem reprobauerūt plures, vt post Paulum, Cranetam, Couarr. aduertit ipse Rodericus dict. quæst. 15. nu&. 8. sed solùm impugnat consuetudinem mille annorum sine causa inductam, vt quia solum tempus sine causa vera, vel præsumpta allegata non sufficiat ad inducendam obligationem successiuam. Quod quidem diuersum est, cum longè distent allegare & probare titulum censualis contractus, & allegare, & probare, causam percipiendi pensionem ad titulum præsumptiuè inducendum: potest enim dari titulus sine causa, & causa sine titulo; ideò cùm in præsenti agatur de defectu causę, vt quando quis per centum, vel plures annos percipit pensionem, & in futurum prætendit eam percipere, non tamen allegat causam percipiendi, dicēdo, quòd ratione census perpetui, vel temporalis, aut emphyteosis, seu coloniæ, vel alterius similis contractus sub quidquam annuatim debetur; sed solùm fundans se in tempore longissimo, etiam immemoriali sine vlla causa, meritò in eo resolutio Menchacæ procedit, vt scilicet solum tempus etiam mille annorum non sit sufficiens ad inducendum obligationem. Quod ex eo confirmatur: quia quando allegatur causa, præsumitur præcessisse ex tempore; quando verò ignoratur, & non allegatur, si nulla dicitur præcessisse: ergo nulla præsumi potest: igitur si nulla præsumitur, ergo à solo tempore nulla induceretur. Quod iterum suadetur, quia si in contractibus causa est origo & principium, à cuius radice oritur obligatio, ex Bald. in l. 1. versic. *Quęro quomodò*, C. de falsa causa adiecta legato, quem refert & sequitur. Tiraquel. de cessante caus. n. 34. vbi hoc elegānter probat ex n. 36. vsq; ad 47. ergo sine causa mediāte solo tempore impossibile est quòd inducatur: factum enim nudum præstandi, atque recipiendi, quamuis innumerabilibus præstationibus repetitum sit, si tamen causam non habeat, imò potiùs in repetitis præstationibus defectus causæ detur, eam non inducit, sed potiùs probat à principio nullam fuisse, cùm non sit verisimile, quòd si præcessisset, obliuioni tanto tempore traderetur: igitur causa vera, vel præsumpta necessaria est.

Quod ex eo iustificatur: quia si solùm tem-
12 pus, absque causæ concomitantia induceret obligationem, sicut immemorialis, sufficeret in his, quæ requirunt immemorialem; sufficeret etiam ordinaria in his, quæ prescribuntur tempore ordinario, cùm in vtroque casu prescriptio respectibe habeat eandem potestatē; sed certissimum est, quod ordinariæ prescriptiones soluendi quid infuturum requirunt præstationes causatas, vt dicendum est in capit. sequenti: ergo immemorialis eandem causam veram, vel presumptam requirit.

Quæ quidem omnia in materia census à
13 fortiori procedunt, cùm omnes requirāt prosubstantia sortem, pretium nempe, respectu cuius prestentur vsurę, quia sine sorte non datur vsura, neque fructus. 14. quæstion. 3. per totam, & constat ex præceptis iustitiæ commutatiuę, quæ prohibent, ne quis locupletetur cum iactura alienа: ergo necessarium est, quòd in censibus detur sors, & pretium, nempe in emphyteotico, vel reseruatiuo res immobilis, cuius respectu pensio præstetur, & in consignatiuis pretium pecuniarium, quod dupliciter probetur interuenisse, aut verè, & realiter, vel presumptiuè, allegando titulum & causam; vt quia causa ipsa, quę allegatur, & presumptiuè probatur, precisse succedat locō sortis; igitur vt sors non deficiat, alleganda, & probanda est.

Rursus si extincta re censuali, etiam em-
14 phyteotica, extinguitur census, vt alibi dicendum est; quantò maiori ratione deficiēte causa à principio, vt quia intelligatur sortem non precessisse, cùm census reperiatur in constitu à quo incipere non potuit; in hoc enim fundantur omnes leges, quæ census frumentarios etiam antiquissimos ad pecuniam reduxerunt, quia cùm deuenissent ad eum iniustitiæ statum, à quo incipere non poterant, ne tantò maior, esse iniustitia, quantò magis in eo statu durarent, & in totum non rescinderentur, tanquàm iniusti, neque in totum sustinerentur, tanquàm antiquissimi, inuenerunt prædictæ leges suauissimum reductio-

nis

nis mediũ. desiderantes ne sors & causa in eisdem censibus deficeret. Ex quibus omnibus aperte constat, causam esse necessariam, veram, & probatam, seu allegatam, & præsumptam. Qui quidem discursus nominatim probatur in cap. peruenit de censibus, vbi agens Pontifex de his antiquissimis censibus sine causa inductis, subdit, *qui census ignorantiæ neque diuinis, neque humanis legibus inuenitur*, verbum enim *census ignorantiæ* exponitur, id-est, cuius causa ignoratur, vt aduertit glos. 1. ibi: *ignorantię*, id-est, cuius causa ignoratur, & glos. verb. *inuenitur* subdit: supleque, *solui debeat sine causa* vbi idem omnes cõmuniter aduertunt & Antonius de Butrio n. 4. Guidõ Papæ quæst. 408. per quem tex. Hostiens. in summa titul. de censib. §. si quis census, dicit, quòd si agatur tantùm ex tempore, succumberet agens, vt quia nullum tempus sit causa inducendæ obligationis: quem sequitur Gregor. in l. 12. tit. 22. verb. *Que ha quarenta años*, vbi Greg. per totam illam glos. & per glos. 1. atque per totam l. probat, quòd licet per longissimum tempus non teneatur quis causam, & titulum probare, tenetur tamen eam allegare, vt allegata præsumatur: imò text. ille in l. 12. notandus est, dum agens de isto censu ignorantiæ subdit: *Hamenester, para que lo hagá con derecho, que mueſtre con que razon lo deue auer, ê en que tiempo se lo deuen dar*, sentiens, ibi: *Que mueſtren*, & ibi: *Que crean que fue pueſto*, quòd requiritur probatio originis, inductionis, & causæ: quæ tamen lex est notanda, dum priuatis quoad possessorium seruitiorũ sufficiunt quadraginta anni, ibi: *Solamente que prueue, que ha quarenta años que le tomaron el, ê los que fueron antes del*: ergo si in præscriptione quadraginta annorum requirit causam, & titulũ in immemoriali saltem causam allegari præsupponit: Rursus dicta lex probat expresse nostram opinionem; quia admittit immemorialem, quando non probatur titulus & causa, ibi: *Tanto tiempo, que no se acuerden dello quando fue pueſto, ô quando se lo dieron primeramente*: ergo si non requirit probationem tituli, & causæ, quam anteà regulariter requirebat, non tamen ipsius causæ allegationem necessariam non esse probat, sed potiùs requiri præsupponit.

Ex qua resolutione, licet noua existimẽtur, obtinui in Regia Pinciana Chancellaria: quomodò tamen intelligatur hoc de causa, vel de præstationibus causatis, dicendum erit in cap. sequentibus.

(.2.)

# DE CENSV EX TEMporis cursu cum causæ concomitantia inducendo circa intellectus l. cùm de in rem verso de vsuris. Cap. VI.

## SVMMARIVM.

*Emphyteosis vel census reseruatiuus, an præsumatur, vel inducatur ex tempore cum causę concomitantia. num. 1. vbi an ex tempore præsumatur scriptura ipsius contractus.*

*Census consignatiuus an probetur ex decennali præstatione vniformi cum causę concomitantia. numer. 2. & 3. & quid formaliter requiratur ad eius census inductionem; atque verus intellectus ad l. cùm de in rem verso.*

*Qualitas contractus probãda est & nullus actus probat, nisi quatenus de necessitate â causa infertur, & sublata causa corruit obligatio. numer. 4. Et quòd causa specialis sit alleganda, & probanda. nu. 5. & quòd ex ea causa immediatâ, & specifica annuę præstationes factę fuerunt. num. 6.*

*Causa non accipitur pro titulo, sed pro causa immediata, contra Salicetum & Alexandrum, num. 7. & sola canonis præstatio causata inducit subiectionem. n. 8.*

*Annuæ præstationes simplices non sufficiũt ad inducendam obligationem soluendi in futurũ etiamsi sint triginta annorum. numer. 9. vbi ad longum probatur, quòd debent esse causatæ etiam in causis Ecclesiarum. numero 10. & numer. 11.*

*Solutio primi & vltimi anni decem annorum an sufficiat ad inducendam obligationem soluendi in futurum in terminis legis cùm de in rem verso. nume. 12.*

*Probatio decem annorum ex quibus annuæ præstationes factæ sunt, an recipiat probationem in contrarium. num. 13. & an sufficiat iuramentum. num. 14.*

## CAPVT. VI.

1 RESOLVIMVS in capite præcedenti, censum ex solo temporis cursu non formari, vt quia solum tempus sine causæ concomitantia non sufficiat ad inducẽdam obligationem soluendi in futurum: vnde in

in præsenti agendum est de censu cum causa inducendo. Et primo emphyteoticus, & reseruatiuus, qui quoad hunc effectum similes sunt respectu Ecclesiæ, vel priuati, quo tempore per annuas prestationes inducantur, trâdit Roderic. de annuis redditibus lib. 1. q. 15. numer. 53. vsque ad 55. vbi refert opiniones varias circa temporis longinquitatẽ, ex quo hi contractus inducuntur, & nume. 56. resoluit prestationes debere esse causatas, prestitas nempe expressa causa soluendi: & demũ quatuor formaliter debere concurrere credit, vt ex tempore emphyteosis inducatur. Primum, quòd emphyteota possideat per lõgissimum tempus, nempe triginta, vel quadrâginta annorum; secundùm, quòd eo tempore solueret vniformiter pensionem; tertium, quòd allegetur inuestitura, seu titulus emphyteosis: Quartum, quòd prestatio sit causata: quibus concurrentibus presumptiuè probari emphyteoticum contractum firmiter resoluit, & num. 57. obijcit ipse Roderic. dicendo, quòd cùm in eo contractu necessaria sit scriptura, non videtur induci posse presumptione: cui respondet, quòd satis ipsa scriptura præsumitur præcessisse ex tempore, argum. §. fin. instit. de fideiussorib. l. sciendum, ff. de verb. & ex Iaff. in l. 2. numer. 155. C. de iur. emphyt. Quod ego non admitto; quia resultarent duæ presumptiones fortissimæ; prima, contractus emphyteotici; secunda, scripturæ ipsius contractus: quæ difficilior est, vt quia nudum factum presumatur. Vnde credo quòd contractus præsumatur, scriptura verò non, sed ex præsumptione compellatur emphyteota conficere scripturã presumpti contractus, vt dicendum erit in cap. de scriptura conficiẽda in constitutione census; aliàs enim sequeretur, quòd in emphyteosi præsumpta haberet locum commissum: quod negandum est, vt in capit. de commisso dicemus.

2 Quoad censum verò consignatiuum contingere potest dubitatio, quando agitur de inducendo censu infuturum soluendo, & allegatur titulus solennis stipulationis, donationis permissionis, concessionis, seu alterius cuiuslibet legitimi contractus; & tamen non specificè probatur, sed probari prætenditur præsumptione iuris fortissima resultanti ex annua census prestatione vniformiter facta per decennium: quo casu cùm non fundetur quis in solo temporis cursu, sed in titulo presumpto, & in eius legitima causa, quam allegat, verissimum est, & titulum præsumptione probari, & obligationem soluendi censum in futurum ex decennali prestatione vniformi formari, & induci. Et hæc est verissima resolutio, quam sequuntur omnes in dict. l. cùm de in rem verso. ff. de vsuris, vbi Bart. n. 14. versic. *Sed si non soluisset simpliciter*, Fulgos. numer. 9. Floria. 11. Salicet. 4. & 11. & in l. si certis annis. numer. 7. C. de pactis, vbi Iaff. num. 7. Bald. in l. cùm falsa. num. 5. C. de iuris & facti ignorantia, & in l. si certis annis, num. 6. Decius. nu. 2. Iaff. 7. Iacob. 12. Curt. Iunior. 12. Butrius in c. peruenit 15. de censu, Paul. Castr. consil. 5. lib. 2. Panorm. consil. 6. num. 3. lib. 2. Alexand. consil. 113. num. 2. lib. 1. Felin. in c. cum causam ad med. de rescriptis. Aym. Crauet. consil. 226. numer. 22. Balb. de præscript. 2. part. tertiæ partis principalis quæst. 10. num. 22. cum præcedentib. Molinæus in consuetud. Paris. §. 7. numer. 9. Rub. consil. 13. num. 7. Ruyn. consil. 61. nume. 11. & consil. 75. num. 6. lib. 3. Gozadin. consil. 4. num. 28. Couarr. in reg. possessor. 2. part. §. 4. num. 2. Ioseph. Mascard. de probat. conclus. 101. num. 3. cum alijs volum. 1. Menchaca lib. 2. controuers. illust. cap. 56. numer. 16. Iacob. Menoch. qui elegantissimè id prosequitur in tract. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 131. num. 59. cum alijs, & referens Iacob. Benench. de annua præstat. & alios, aduertit Felician. de censib. libr. 2. capit. 5. nume. 24. versic. Igitur constitutio.

3 Quæ receptissima sententia ab omnibus deducitur ex text. in d. l. cùm de in rem verso de vsuris, quam ab aliquibus impugnationibus liberat Ioannes Gutierr. in d. l. nemo potest. num. 199. & melius, atque elegantius Iacob. Menoch. d. præsumpt. 131. nu. 59. versic. *Et hæc quidem*, vbi reprobat Angeli intellectum, & alium subtilem Duareni in commẽtar. de vsuris cap. 3. resoluens ibi præcisse requiri annuas præstationes vniformes causatas, ex quibus cum temporis cursu decem annorum deducitur præsumptio tituli solennis stipulationis, ex quo infuturum formatur obligatio: & statim ipse numer. 60. post Salicet. in dict. l. cùm de in rem verso. numuer. 4. considerat pro ratione dicẽdi eiusdem legis, quòd in ea sequẽtia cõcurrunt. Primum, causa soluendi; quia nemo præsumitur iactare suum. Secundum, finis soluendi; quia solutio decennalis facta fuit ad liberationem inducendam, & illam supponit. Tertium, materiã & causa; quia cùm annuæ præstationes solutæ sint vt debitæ, præsupponitur materia, & causa debiti. Quartum forma; nam reiteratio frequens soluendi pensionem annuam vniformem inducit formam soluendi in futurũ, atque recognitionem solutionis: & ob id soluens contrauenire non debet. Quibus cõcurrenti-

rentibus, vt verè concurrunt in d.l.cùm de in rem verso, mirum non est, si præcedentes annuæ præstationes vniformes, & causatæ, inducant infuturum obligationem soluendi censum. Quam sententiam sic darè deductã probat etiam text. in l. litibus in princip. de agricol. & censit. lib. 11. ibi: *Eos tamẽ dicimus, qui non ex longo, prolixoque tempore vel ex longi qua, & inueterata redditum subiectione sufficientem habent cautelam.* Facit etiam text. in cap. peruenit de censib. ibi: *Oportet quippe, vt omnis census ad quid, & quando persolui debeat, perspiciatur:* qui quidem text. ad nostrã resolutionem notandus, & vnicus est, vtrumque enim complectitur, & quòd census ex solo temporis cursu non inducitur, & quòd causa soluendi interuenire debeat. Primum, dum Gregorius dicit: *Quòd census ignorantiæ neque diuinis, neque humanis legibus inuenitur* Verba enim, *Census ignorantię*, verificantur in censu, cuius causa ignoratur, vt aduertit gloss. ibid. verb. *Census ignorantiæ*, quam omnes ibi sequuntur: quem censum neque diuinis, neque humanis legibus inueniri probat Gregorius ex sola ratione ductus, quòd tempus solum non inducit, neque format obligationem: & statim causam requirit, dum dicit: *Oportet quippe, vt omnis census ad quid, & quãdo persolui debeat, perspiciatur*: verba enim, *Ad quid, & quando*, causam inductionis, atque solutionis census respiciunt. Quod etiã probat text. in l. 12. tit. 22. part. 1. vbi text. in d.c. peruenit.

4 Quæ verissima resolutio iterum suadetur ex eo, quòd qui prætendit ex annua vniformi decennali prestatione censum infuturum sibi deberi, negari non potest, quin fundetur in præsumptione tituli censualis præcedẽtis, cũ ex causa censuali præstationes factas fuisse præsupponat: ergo titulum calificarum, & causam annexam, cuius concomitantia titulus iustificatur, allegare, & probare debet, tã ex his, quæ de probatione cuiuscunque qualitatis tradiderunt passim scribentes, maximè Aymon consil. 80. num. 17. Tiraquell. de retract. lignag. in fin. nume. 98. cum alijs, quàm ex eo, quòd si specificè id non constaret, presumendum non est, cùm ex alia causa, quàm censuali, possint fieri præstationes, & nullus humanorũ actus quidquam probet, nisi quatenus de necessitate à causa infertur. l. neque natales. C. de probation. l. ad probationem. C. locati, cum vulgatis: ergo causa censualis alleganda & probanda est, tanquam formalis præstationis census, & sublata causa corrueret obligatio. l. nam origo. ff. quod vi, aut dã, cum vulgat. Ita nominatim resoluit Bart. in d.l. cùm de in rem verso. numer. 1. dum dicit, quòd vsus præstationis annuæ non producit effectum, nisi in eo tantùm, quòd necessariò ex illo infertur. l. 1. §. si quis hoc interdicto. ff. de itinere, actuque priuato, & bene resoluit Menoch. in tract. de recuper. possess. remed. 5. nume. 64. Quam considerationem, licèt Bart. neque Menoch. referat, adducit Felician. d. lib. 2. de censib. cap. 5. nu. 24. versic. *Igitur constituo.* Rursus, si certissimum est, ex his, quæ suprà diximus, quòd ex solo temporis cursu census non formatur: ergo ad eius creationem titulus saltem presumptus, & causa creationis accedere debet.

5 Quæ quidem omnia de verâ causę concomitantia intelligenda sunt, vt vera & specialis causa allegetur, non verò solus titulus, dicendo generaliter. quòd ex causa census sibi debetur: quia cùm census contineat plurimas species, de quibus diximus in capit. 2. huius operis, non diceretur causa specialis, sed generalis, & vaga, quæ non sufficeret, imò diceretur eo casu census ignorãtiæ, de quo suprà diximus: qua ratione specialis alleganda, & probanda est, ex Ant. de Butr. nu. 20. in c. peruenit de censib. Guid. Pap. quæst. 408. dicens quòd licèt in actionibus realibus, sufficiat allegare causam propinquam, puta dominiũ; in personalibus tamen causa remota allegãda & probanda est, scilicet contractus specialis. Ex quo insurgit obligatio: gloss. in l. 2. §. circa ff. de doli except. & in c. seruitium. 18. quæst. 2. & nominatim, quòd causa remota, ex qua debetur & præstatur census, exprimenda, & probanda sit, probat Cynus in d.l. si certis annis. num. 12. C. de pactis, vbi Salicet. quæst. 1. Alexand. consil. 113. numer. 1. libr. 1. Balb. de præscript. 1. p. tertiæ partis principalis, quęst. 10. num. 22.

6 Imò non solùm probanda est causa immediata, & specifica, sed etiam probari debet, quòd ex ea annuæ præstationes factæ fuerũt alias in specie non concluderet. Quod in specie tenuerunt Carol. Ruyn. consil. 61. numer. 11. consil. 75. nume. 9. lib. 1. Aym. in tract. de antiquit. tempor. 2. p. 4. p. princip. numer. 55. sequitur Balb. vbi supr. vbi cum Saliceto aduertit, hanc fore difficilem probationem. Idem resoluit Menoch. 1. part. præsumpt. lib. 3. præsumpt. 131. numer. 33. Mascard. concl. 279. n. 18.

7 Ex quo reprobantur Salicet. & Alexand. dicta l. cùm de in rem verso, existimantes causam accipiendam esse pro titulo, quos meritò reprobat Roderic. libr. 1. de annuis reddit. q. 35. num. 31. cum alijs. & ex suprà dictis vrgentius reprobantur.

Venit

8 Venit etiam ex his intelligenda alia recepta, & communis sententia dicentium, quòd per canonis præstationem inducitur probatio subiectionis, de qua per Bart. in d. l. cùm de in rem verso, & in l. litibus. numer. 2. C. de agricol. & censit. libr. 11. & per Iul. Clar. in §. fœudum. quæst. 19. per Ioseph. Mascard. de probat. conclus. 258. *Canones præstationem*, vt procedat, quando canonis præstatio fuit causata & vniformis: sin verò simplex, & in solo temporis cursu fundata, nullam recognitionẽ importabit.

9 Ex qua resolutione deducitur veritas alterius communis, & veræ resolutionis dicentiũ sufficere cursum triginta annorum ad inducendã obligationẽ soluendi censum infuturum. Quã resolutione post Carolũ Molinæũ, Couarr, & Foller. tradit Felic. d. lib. 2. c. 5. numer. 24. versic *Quòd si præstationes*, & vltra Felician. eam sententiam probat specul. in tit. de restit. Spoliator. §. nunc dicamus, Guid. Pap. quæst. 407. Balb. in l. solent. §. fin. in fin. ff. de offic. pro consil. Roman. in l. qui in aliena. ff. de acquirend. hæred. Barbac. consil. 8. nume. 25. volum. 1. Anton. de Butr. in cap. peruenit. de censib. Alexand. cõsil. 5. volum. 5. Bened. in capit. Raynuntius verb. *& vxorem nomine Adalasiam*. num. 101. & magis in specie Alexand. consil. 124. libr. 4. Quorum sententia, vel est intelligenda quando titulus allegatur & probatur, vel quando allegatus præsumitur ex triginta annorum cursu, & annuæ præstationes vniformes, & causatæ sunt: quia si simplices sint in solo temporis cursu fundatæ, non sufficeret triginta annorum tempus ad inducendam obligationem infuturũ, cum si tempus non est causa, sed concomitantiæ causa inducendæ obligationis, non accedente causa distinguendum non erit inter ordinarium, & triginta annorum: quia licèt solennitas per id triginta annorum tempus præsumatur, titulus tamen & causa, hoc est, subsantia ipsa obligationis non præsumitur, vt latissime explicando text. in l. sciendum. ff. de verbor. tradit Menoch. lib. 3. de præsumpt. præsumpt. 132. per totam, & consequenter obligationis substantia per id tempus induci non poterit absque vlla causæ concomitantia, vt supra dictum est. & hoc modo sunt intelligenda quæ tradit Mascard. de probat. concl. 279. *Censum probare*. num. 2. & 8. dicens, quòd quãuis de iure canonico quadraginta annorũ tempus requiratur ad probandum censum, hoc non procedit in rebus priuatorum, sed Ecclesiarum tantùm, sentiens, quòd in priuatorum rebus sufficiunt triginta anni. Cuius sententia sic est accipiẽda, vt non solum tẽpus triginta annorum non sufficiat sine causæ concomitãtia, sed quod causa accedere debeat euidenter probata, vel saltem allegata, & præsumpta ex temporis cursu triginta annorum, secundum ea, quæ suprà dicta sunt.

10 Deducitur etiam interpretatio ad aliam receptam sententiam dicentium, quòd sicut de iure ciuili decẽ annorum cursus cum causa inducit obligationem infuturum, ita de iure canonico in rebus Ecclesiæ necessarium sit quadraginta annorum tempus ad eam inducendam. Quam latissimè resoluit Ioseph Mascard. in d. concl. 279. *Censum probari*, per totam, maximè num. 9. & 10. & anteà scripserat concl. 101. num. 1. vt eius resolutio intelligenda sit accedente causa, quæ præstationes annuas vniformes causatas efficiat, secũdum ea, quæ suprà dicta sunt. Ex quo datur nouus & verus intellectus ad text. in l. 12. titul. 22. p. 1. ibi. *Que ha quarenta años passados*; qui text. dum facit mentionem de tempore quadraginta annorum, & non de causa, intelligendum est non de præscriptione quadraginta annorum, quę causam requirit, vt dictum est, sed de præscriptione immemoriali; quæ cum causam omnem legitimam præsupponat, nullam requirit specialem probari: & hic intellectus apertissime deducitur ex eà l. dum dicit: *Tanto tiempo que no se acuerdã dello quando fuesse puesto o quando se lo dieron primeramente*; vbi Gregor. in verb. *Que ha quarenta años*, intelligit vt non referatur ad præscriptionem, sed ad testes, qui in probatione immemorialis debent deponere de visu quadraginta annorum vt & nos latè scripsimus in l. 41. Tauri: ergo etiam in rebus Ecclesiæ necessarię sunt annuæ præstationes causatæ cum tempore quadraginta annorum.

11 Et cùm contra Ecclesiam præscriptio ordinaria sit, quæ annorum quadraginta tempore formatur, mirandum est de doctissimo Menochio, qui lib. 3. de præsumpt. præsumpt. 131. numer. 61. vsque ad 67. circa explicationem text. in d. l. cùm de in rem verso, existimauit legem illam locum habere aduersus Ecclesiã quoad res tamen temporales, vt si Ecclesia, prælatus ve per decennium aliquid præscripsissent, ex eo tempore ordinario præsumatur titulus verus, & quod Ecclesia in posterum obligata sit ad eandem præstationem annuam exoluendam. Refert Menochius, Salicetum, Alexand. Riminald. Iass. & Alciat. dicentes, quòd Ecclesia quoad res temporales vtitur iure communi, ex gloss. in capit. peruenit de censib. cuius Menochij resolutio etiam de iure ciuili vera non est, vt quia eo iure contra Ecclesias necessaria sit præscriptio ordinaria quadra-

quadraginta annorum, authent. quas actiones C. de sacrosanct. Eccles. vbi in omnibus casibus, in quibus contra priuatum datur ordinaria præscriptio, contra Ecclesiam comperit quadraginta annorum, vt probant verba ibi: *Hæc si loco religioso competant, quadraginta annis excluduntur.* Ex quo reperio, quòd ipse Menoch. in d. lib. 3. præsump. præsump. 108. explicans quando præsumatur emphyteota possediſſe. num. 3. cum alijs, & reprobatis Salicet. in d. l. cùm de in rem verso, cum Ancharran. Angel. & Paris. resoluit, quòd in emphyteosi Ecclesiæ præsumenda necessariò est præscriptio quadraginta annorum, sentiens, quòd cætera omnia, quæ ibidem tradit, intelligenda sunt in rebus priuatorum: ideò rectè dicit poterit, quòd eius sententia in dict. præsumpt. 131. n. 61. cum alijs, tenenda non est cõtra Ecclesiam. & eius bona.

12 Similiter ex vero intellectu d. l. cùm de in rem verso reijcitur opinio Paul. Castren. consil. 51. prope medium. lib. 2. dicentis, satis esse si probetur solutio primi, & extremi anni, vt præsumatur solutio cæterarum decem annorum, qui inter medio tempore fuerunt: & ex eo conuincitur, quia si probatis extremitatibus media præsumerentur. plurima priuilegia concurrerent contra l. 1. C. de dotis promiſ. Vnde Paulus reprobat Tiraquell. de præscript. rubric. 1. gloss. 5. nu. 5. versic. *illud tamen* Menchac. controuers. illust. c. 58. numer. 11. Mascard. de probat. concl. 101. num. 6. vsque ad num. 8. & Felician. d. lib. 2. de censib. capit. 5. prope fin. Quorum sententiam confirmat nominatim ea consideratio, quòd præsumptio dict. l. cùm de in rem verso procedit, & admittitur, quando singulis annis facta fuit vniformis præstatio, vt omnes securè tenent: & inde resoluit post Cyn. Dec. & alios Menoch. in d. præsumpt. 131. num. 84. & 85. quòd vna sola præstatio pensiones semel tantum facta pro omnibus pensionibus decem annorum nullo casu sufficeret, cùm plures sint formaliter necessariæ: & iterũ aduertit ipse Menoch. ante num. 12. & 13. & statim. nume. 59. versic. *Et hęc quidem recepta sententia*, & post Cyn. Bald. Paris. & Foller. Mascard. de probat. concluſ. 179. *Censum*, nume. fin. si enim præstatio decem annorum debet esse continua, & vniformis: quæ ratione ex prima, & vltima solutione continuum & vniforme factum induci possit, ignoro.

13 Ea tamen iuris præsumptio fortissima, quã ex suprà dictis omnibus confirmatam reliquimus, vt scilicet cẽsus probetur, & in futurum quis ad eius solutionem obligatus existat, quando per decennium continuum soluit pẽsionem vniformem, & cãusatam, intelligẽda est, vt quamuis ex allegatione tituli & causæ cũ temporis cursum decem annorum ea præsumptio inducatur, sit tamen titulus allegandus & causa, ex qua prẽstationes factas fuisse prætenditur, euidenter probanda, vt omnes huius nostræ resolutionis sequaces, quos suprà retulimus, nominatim probant, & alij, quos refert & sequitur Felician. in d. lib. 2. c. 5. nume. 24. versic. *Igitur constituo*, & melius Iacob. Menoch. in d. præsumpt. 131. num. 72. & 73. imò & ea præsumptio, atque probatio causæ præstationis reciperet aliam probationem in contrarium, ex Cyn. in dict. l. si certis annis, vbi Iaſſ. Alexand. & fere omnes, atque Couarr. in d. §. 4. nume. 3. ab eadem concluſ. Menchac. in d. lib. 2. controuers. illust. ca. 56. num. 16. & 58. & numer. 14. Mascard. in dict. cõcl. 279 num. 19. & suprà num. 20. & meliùs omnibus Iacob. Menoch. in d. præsumpt. 131. num. 74 & 75. vbi in fine infert ad declarationem regulę Chancellariæ de triennali possessore, vt quamuis pro eo præsumatur, quod iustè possidet, admittatur tamen probatio in contrarium: & post Bald. Alexand. & alios existimat esse probationem in contrariũ Mascard. d. concluſ. 279. numer. 16. & 17. quando soluens pensionem annuam, licet vniformem protestatus fuerit eam non soluere ex causa census, neque in futurum obligatus existat. Cuius resolutio periculosa mihi videtur, cũ protestatio contra sequentem actum contrarium solutionis nihil efficiat, vt vulgaria iura probant: in d. enim l. cùm de in rem verso cõsideratur continuatio solutionis, pensionis; allegatio tituli & causę, probatio, vnde cõtra hæc omnia nihil, aut parum importet protestatio soluentis. Ex quibus omnibus euidenter iam constat materia. d. l. cùm de in rem verso; & quòd ad inducendam obligationem soluendi censum in futurum necessariæ sunt annuæ præstationes vniformes, & causatę cũ tempore ordinario decem annorum, vel immemoriabilis absque titulo & causa.

14 In omnibus tamen casibus, in quibus titulus præsumitur ex cursu decennij, debet accedere iuramentum ex parte præscribentis, de quo latè per Ioseph. Mascard. de probat. concluſ. 1377, numer. 122. cum alijs fol. mihi 290. Andr. Tiraquel. de præscript. gloss 8. numer. 1. fol. 561. sin verò agatur de censu formando & inducendo ex consuetudine soluẽdi pensionem vniformem, allegato titulo, aliàs inualido, quando, & quomodò posit induci, videndum erit in cap. sequenti.

(.?.)

De

# DE CENSV. EX CONsuetudine soluendi virtute tituli invalidi infuturum inducendo, circa intellectum. l. si certis annis. C. de pact. & l. 1. C. de fideicommissis. Caput. VII.

## SVMMARIVM.

*Census quando inducatur consuetudine soluendi virtute tituli invalidi si invalidus est, favore tantùm soluentis. numer. 1. & 2. & an hoc procedat in censu testamentario. numer. 3.*

*Titulus allegatur ad inducendam obligationem soluendi infuturum ex decennali solutione, si invalidus sit, odio recipientis, an census inducatur. n. 4.*

*Titulus, qui allegatur ad inducendam obligationem soluendi infuturum ex decennali præstatione, si invalidus sit, autoritate iuris publici propter solennitatis defectum, vt in causa testamenti, vel alia simili, an inducatur census, latè, & eleganter n. 5. & 6.*

*Census, vel annuæ præstationes quæ per decennium præstantur virtute alicuius tituli invalidi an, & quando sufficiant ad inducendam obligationem soluendi infuturum, & intellectus ad l. si certis annis. C. de pactis, & ad l. 1. C. de fideicommissis numer. 7. & 8. vsque ad finem.*

*Actus voluntarij, & spontanei non inducunt necessitatem, neque extenduntur vltra voluntatem agentium. n. 9.*

*Tempus sicut non est modus inducendæ obligationis, ita neque invalidæ confirmandæ, quamuis posset esse modus probandæ obligationis efficacis allegatæ, & intellectus ad l. si certis annis. numer. 10.*

*Annua præstatio facta animo se liberandi quando inducat liberationem, & intellectus ad l. si certis annis. n. 11.*

*Præstatio annua limitata ex vnica causa, vel ratione vnius debiti, an aliquid operetur, vel inducat extra eam causam, vel debitũ, & intellectus ad l. si certis annis n. 12.*

*Titulus vitiosus si allegatur cum annuis præstationibus, an inducere possit infuturum obligationem soluendi, & intellectus ad l. si certis annis. num. 13. & quid si cum titulo vitioso alleguetur immemorialis. numer. 14. 15. & 16.*

## CAPVT. VII.

1 IN capite præcedẽti scripsimus censum infuturum soluendum formari ex consuetudine soluẽdi vniformem pensionem, allegando titulum validum præcessisse, & probando eum præsumptiuè ex annuis præstationibus vniformiter factis per decennium, circa intellectum l. cùm de in rem verso. ff. de vsuris: vnde in præsenti agendum est de censu inducendo, & formando ex consuetudine soluendi pensionem vniformem, allegato aliàs inualido: & in hac specie sequẽtes casus considerandi, ac dicendi sunt.

Primus, quando titulus, qui allegatur, inualidus est, fauore tantum soluentis censum, vt quia ipse valebat solutionem recusare, neque virtute alterius tituli compelli ad præstationem poterat: quo casu si per decennium continuum soluit vniformem pensionem, per subsequentes præstationes conualidabit titulum inualidum, qui non ex alio capite inualidus erat, quam ob eius soluentis fauorem. Hæc est Bartholi resolutio in l. cùm de in rẽ verso. num. 1. ff. de vsuris, vbi, postquã egit de intellectu l. 1. C. de fideicommiss. & l. si certis annis. C. de pactis, quæ inter sepugnare vidẽtur, ad earum conciliationem, atque materiæ resolutionem quandam elegantem distinctionem his verbis designat. *Quandoque titulus est invalidus fauore præstãtis, & tunc titulus invalidus confirmatur per sequentẽ præstationem, vt in authent. sed cùm testator ad l. Falcid. l. 2. C. si mator factus ratũ habuerit. l. filio præterito. ff. de inuicto rupto. l. penult. in fin. & l. fin. de inoffic. testam.* Et cum hoc residet Bart. cuius resolutionem confirmat ibi Florian. num. 9. & eleganter Iacob. Menoch. in tractat. de præsumptionibus præsumpt. 131. num. 1. & 2. & ex eo confirmatur, quia approbatio cuiuscunque actus facto approbantis deduci certum est, vt respondit Socin. consi. 194. lib. 4. Alex. consil. 101. versic. *Et hoc clariùs.* lib. 6.

2 Ea tamen Bart. resolutio, quam intrepidè sequitur doctissimus Menoc. sustineri posse non videtur, ex eo quòd quando expressè allegatur titulus inualidus, impossibile est, quòd præsumptio tituli validi, quæ nascitur ex decennali præstatione, formetur, neque inducatur, cùm veritas inualiditatis tituli allegati excludat præsumptionẽ nascituram in contrariũ; & inde præsumptio, quæ aliàs ex decẽnali præstatione nascitur, induci nõ possit. Ita in simili casu respondit Bellamera cõs. 10. *Factum tale est*, sub numer. 29. & latissimè id prosequitur Ioseph. Mascard. in tract. de proba-

probationib. concl. 1377. vbi postquam in principio designauit regulam illam, quòd titulus præsumatur ex diuturnitate temporis, eam limitat n. 63. quando expresse producitur, vel allegatur titulus inualidus, & latissimè id comprobat vsque ad n. 82. malè ergo Bart. Flor. & Menoch. eam resolutionem tradiderunt, nisi eos intelligas, quando quis censuarius, nempe sciens titulum inualidũ esse, adhuc soluit censum: quia eo casu videtur approbasse titulum inualidum, & ex eius consensu, atq; scientia, censum soluisset, quasi fauori suo renuntiaret. Quem intellectum deduco ex eodem Bart. in d.l. cum de in rem verso. n. 1. ff. de vsuris in 1. dist. dum dicit. *Quod intellige, si ille prestans est talis conditionis, quòd possit renuntiare fauori suo, aliàs secus, argum. l. doli mali exceptio. ff. de nouationibus.* Cuius Bart. satisfactionem post Florian. in d.l. cùm de in rem verso. n. 9. confirmat Menoch. in d. præsumpt. 131. num. 2. & declarat Aymon in tract. de antiquit. 4. p. sect. Incipit, *Materia ista. n. 15. vers. Hanc tamen. 12. q.* & post Gabr. sic intelligit Ioseph. Mascard. in d. cõcl. 1377. n. 83. & 84.

3 Ea tamen Bart. resolutio sic acceptã & intellecta adaptari potest ad censum testamentarium, vel ad alium personalem ex sola voluntate promittentis creatum & institutũ, cuius iustitia notissima est, vt diximus in capitibus precedentibus de censu testamentario, in quibus censibus cùm nulla sit forma creationis inuiolabiliter obseruanda, neq; requisita, quæ in censibus emptitijs necessaria sunt, formaliter debeant interuenire, sed tota ipsorũ censuum substantia à voluntate, atq; dispositione promittentis eos pendeat, & consequenter publicam vtilitatẽ, atq; solemnitatẽ principaliter non respiciat, atq; inde debitores eorũ censuum renuntiando fauori suo, titulum inualidum præstando pensionem confirmare possint, mirum non est, si per subsequentes præstationes vniformes titulus inualidus allegatus confirmetur: sin verò census, qui prætenditur deberi, atque ex annuis præstationibus formatur, & titulus inualidus allegatus, quem ex eisdem annuis præstationibus confirmatum dicit, emptitius sit, ea Bart. & Menoch. resolutio non procederet, neq; persequentes præstationes titulus inualidus allegatus validabitur: quia cùm in eius census emptitij creatione plurima formalia interuenire debeant, pretium nempe integrũ, & traditio vera eius, vt sic detur sors, vnde vsura iusta proueniat, sequentes præstationes titulum inualidum allegatum non confirmabunt, cùm neq; censuarius tacitè, scilicet præstando pensionem, neq; expresse fauori suo eo casu renuntiare possit, vt quia fauori publico potiùs eo casu renuntiare videatur, qui versatur in iustificatione creationis, similis census, vt scilicet vsurarius nõ sit, neq; iniustus, sed ab omni labe vsuræ alienus; cui fauori, atq; solemnitati publicæ renuntiari non potest, vt infra in sequentibus casibus dicendũ erit. Et hoc in effectu resoluũt Bart. Flor. & Menoch. suprà relati, dum limitant confirmationem tituli inualidi, quando inualidus est, fauore tantũ prestantis, non tamen fauore publico; quod in effectu idem est: ac si dicerent, quòd in censu emptitio, in quo publica solemnitas, atq; fauor & ius versatur, eorum sententia non procedit.

4 Secundus casus considerari potest, quando titulus, qui allegatur inualidus est, non tamen fauore præstantis, sed odio tantum recipientis censum: & in hac specie resoluit Bart. in d.l. cũ de in rem verso. n. 1. quòd etiam eo casu titulus inualidus confirmatur persequentes præstationes, ibi: *Quando, procedit titulus inualidus & inhabilis, odio eius, cui prestatur, & tunc idem, quia titulus inhabilis confirmatur persequentem prestationem, vt in l. cum fidem. C. de non numerata pecunia, & suprà ad Macedonia num. l. sed Iulia. §. fin. cum l. sequenti.* Cuius Bart. resolutionem sequũtur Florian. ibid. d. n. 9. Curt. Iun. in l. si certis annis. n. 18. C. de pactis, & meliùs Iacob. Menoch. in d. præsumpt. 131. n. 3. & 4. Quod quidem existimat Fulgos. (quẽ sequitur Curt. Iun. in d.l. si certis annis. n. 18.) contingere, ex eo quòd per subsequentes præstationes, & solutiones presumit. l. precessisse pecuniæ numerationem, vt post Socin. Sen. in cons. 143. n. 18. lib. 1. aduertit Menoch. d. n. 3. vbi n. 4. post Bart. & Flor. intelligit verũ, quando recipiens prestationem talis est, quòd possit iuri suo renuntiare, atq; sibi preiudicare, sicut in casu precedẽti scripsimus: sed ea resolutio, quę in suo casu verissima est, ad nostrũ censum malè adaptatur: quia si titulus allegatus, qui ex sequentibus prestationibus validari prætenditur, inualidus sit, odio recipientis censum, census quidem sustineri, neq; validari potest, cũ respectu recipiẽtis eũ requisita omnia ad eius creationem formaliter necessaria interuenire debeant, & nullam inualiditatem, neq; iniustitiam creatio ipsa & constitutio patiatur, nisi fortè casus iste exemplificaretur in censu testamentario, vel personali, de quibus egimus in capitibus precedẽtibus, sicut præcedẽs casus exẽplificatur: quia eo casu etiãsi titulus allegatus inualidus sit odio recipiẽtis cẽsum, vt quia ex aliqua causa recipere cũ nõ poterat

cõualidabitur, & cõfirmabitur inualiditas per sequentes præstationes, vt Bart. Florian. & Menoch. resoluunt.

5 Tertius casus considerari potest, quando titulus præcedés, qui allegatur, inualidus est, autoritate iuris publici propter solemnitatis defectum, & tamen in solutione census ex eo titulo prouenienti aliquis ex annuis præstationibus sequentibus conualidatum esse prætendit, fauor publicus versatur: vt quia ex causa alimentorum, vel ex dispositione testamenti census debetur, & præstatur: & eo casu dixerunt communiter Scribentes, quòd titulus inualidus allegatus ex fauore publico validatur, & confirmatur, non solùm per plures, sed per tres tantùm annuas præstationes sequentes. Quam sententiam tradit Bart. in d.l. cùm de in rem verso. n. 1. vers. *Primo casu*, vbi Florian. n. 9. Pro qua sententia referunt text. quem dicunt esse expressum in l. 1. C. de fidei com. vbi fauore vltimæ voluntatis, & aliméto rum in testamento inualido relictorũ, ita triénalis præstatio titulum legati inualidũ conualidat, vt in futurũ hæres ad alimenta præstãda teneatur. Quẽ text. ita cõmuniter intelligunt Iaſ. in l. si certis annis col. 1. vbi Dec. n. 7. Cur. iun. n. 15. Cur. sen. 6. Gozad. 5. & post Placidiũ Seyseltũ Alex. Platcã, & alios resoluit Menoch. de præsumpt. d. præsumpt. 131. n. 5. & Ant. Padill. in d. l. 1. colum. 2. C. de fideicommiss. Menchac. controu. illustr. cap. 84. num. 42. is tamen intellectus ad text. in d. l. 1. C. de fideicom. Licèt communis & verus in se sit, non tamen literæ text. conuenit, cùm in eius cõtextura nullum verbũ reperiatur, quod ad testamentum referri possit, imò potiùs constet, dispositionem extra testamẽtum fuisse factam, dũdicit text. *Si probaueris Demetrium petijsse*, iunctis verbis sequentibus, ibi: *Eamq; secutam voluntatem filij sui permultum tempus, ideſt, nõ minus in tali causa triennio ea præstitisse*. Quæ verba ex petitione Demetrij filij matrem præstitisse alimenta, & vestuarium euidenter probant: ergo non ex legato testamenti, cũ filius testando non peteret à matre, sed iuberet; & deniq; cùm in eo textu nulla fiat mentio de legato, non est, cur ad dispositionem testamẽtariam eum referamus.

6 Vnde Philipp. Dec. in l. si certis annis. n. 22 vers. *Primò vltra*, cõsiderauit ingeniosè, quòd in l. 1. C. de fideicommiss. alimenta promissa erant menstrua, id est, singulis mensibus præstanda, & quòd ideò præstita fuerunt triginta ex vicibus, & vestuarium annuum triplici anno continuo: qua ratione mirum non est, si ex tot. tantisq; alimentorum præstationibus vniformibus inducatur in futurum obligatio soluendi. Cuius intellectus probatur ex eod. text. ibi: *Alimenta menstrua, & vestuarium annuum præstaret*; quem intellectum ponderat etiam Menoch. suprà n. 5. reprobans intellectum eiusdem Philip. Dec. dicentis, quòd licèt in d. l. 1. Legatum alimentorum non erat relictum in minus solemni testamento, erat tamen incertum, & quòd ideò ex annuis præstationibus sequentibus certificatur: qui intellectus Philippi Decij fuit Curtij senioris, vt refert Curt. iun. in d. l. si certis annis. n. 4. & eum reprobat Menoch. dicens, quòd si incertum fuisset legatum, ex vnica præstatione efficeretur certum, cùm vnus actus declaret voluntatem, ex l. Paul. ff. rem ratam haberi. Ego tamen existimo, omissis interpretationibus Acurs. in d. l. si certis annis, quòd ex eo verisimè procedit, quia præter fauorem alimentorum plures præstationes vniformes secutæ fuerunt, vt sic intellectus communis, & alius Philippi Decij simul procedant: eam tamẽ resolutionem octo modis declarat & intelligit Menoch. in d. præsumpt. 131. ex n. 6. vsque ad num. 20. Quæ omnes, licèt ad intellectum & interpretationem d. l. 1. C. de fideicom. proficiant, ad nostrum casum emptitium non benè adaptantur, neq; in eo procedere possunt, sed in censu tantùm testamentario, vel ad alimenta relicto: quia in censu emptitio, in cuius creatione versatur fauor publicus, totq; requisita formalia necessaria sunt, titulus inualidus ex præstationibus sequentibus confirmari nõ potest, secundum ea, quæ in casibus præcedentibus dicta sunt, & in sequentibus dicenda erunt; ex quibus veritas clariùs constabit.

7 Quartus casus, & ad nostram census materiam conducibilis considerandus est, quando quis allegat titulum creationis census minus solemnem, vel inualidum, & eum conualidare prætendit ex annuis præstationibus sequentibus: in qua dubitatione nominatim loquitur, & præcedit text. in l. si certis annis. C. de pactis, vbi sequentes præstationes non confirmant titulum inualidũ præcedentem. Quem text. ponderat ad id Bart. in l. cùm de in rem verso. n. 1. ff. de vsuris, ibi: *Aut fauor non versatur, & tunc nulla præstatione confirmatur, vt in l. si certis annis. C. de pactis*, resoluens, quòd quãdo titulus est inualidus autoritate iuris publici, & nullus versatur fauor, annuæ præstationes confirmare non possunt titulum inualidũ allegatum, neq; inducere in futurum obligationem soluendi pensionem, quem ibi sequũtur Salicet. col. 1. Ruyn. consil. 156. num. 15. libr. 1. & plurimos referens Menchac. controu. illustr. cap. 84. n. 41. Quæ resolutio ad

nostrum

noſtrum cenſualem contractum propriè adaptatur: quia cùm titulus inualidus creationis cenſus autoritate iuris publici inualidus ſit, vt quia publicus fauor verſetur in iuſtitia creationis eius, merito per annuas pręſtationes ſequentes non conualidabitur. Sed hæc reſolutio à d.l. ſi certis annis deducta crudelis, & dura videbatur; quia debitor ſoluendo ſponte præſtationes annuas principaliter agnoſcit, & confirmat debitum: ergo virtualiter titulum inualidum conualidat, ſicut in ſpecie l. 1. C. de fideicomm. vbi triennio confirmatur inualidus titulus allegatus, vel ſicut in d.l. cum de in rẽ verſo, vbi iuris præſumptione probatur titulus allegatus: & inde poterat inferri ſic eſſe obſeruandum in d. l. ſi certis annis: quare ad eum text. ſequentes dantur intellectus.

8 Primus, quòd text. ille ideò procedit, quia fuit allegatus titulus inefficax, hoc eſt, pactũ nudum, quod de iure ciuili actionem non producit. l. iuris gentium. §. igitur nuda. ff. de pactis. & quòd ideò cùm in ea cauſa fauor nõ verſetur ſicut in l. 1. C. de fideicommiſ. mirum non ſit, ſi quamuis conſtet, quem multis annis ſoluiſſe penſionem, ad ſoluendam eam in futurum non remaneat obligatus; conciliantque text. illum cum l. cum de in rem verſo dicentes, quòd ibi allegatur titulus efficax ſtipulationis, ex quo agi poterat ad annuam præſtationem in futurum ſoluendam: quæ quidem ſtipulatio cùm excurſu decem annorum ſoluendo penſionem vniformem præſumatur, non eſt mirandum, quòd titulo præſumptione iuris priuato obligatio exigendi cenſum formetur. Quem intellectum ad d.l. ſi certis annis, & conciliationem ad prædicta iura tradiderunt Bart. vtrobique Salicet. dicens communem. n. 4. Iaſſ. 6. Alex. 7. Decio. 12. Curt. iun. 18. Riminald. colum. pen. Curt. ſen. num. 14. Ludou. Gozadin. numer. 7. in d. l. ſi certis annis. C. de pactis Bart. in l. tollent. §. 1. num. 4. ff. de offic. Proconſ. & legati, vbi Orozc. num. 13. dicit communem, & poſt alios Ioan. Gut. in l. nemo poteſt. num. 199. ff. de legat. 1. Menoch. d. præſumpt. 131. numer. 21. qui intellectus deducitur ex verbis d.l. ſi certis annis ibi: *Quod nudo pacto conuenerat, datum fuerit.* Quæ apertè præſupponunt pactum nudum ibi interueniſſe, & in ſequentibus verbis, *Niſi placitis ſtipulati interceſſiſſet*: quæ ſimiliter præſupponunt, ſtipulationem efficacem eſſe allegandam, vt contingit in d.l. cum de in rem verſo. Iſte tamẽ intellectus communiter patitur magnam difficultatem, quia ex eo ſequeretur cautela euidens, & nimis præiudicialis, qua ſemper homines vterentur, ſcilicet, quòd quis nunquam allegaret titulũ inefficacem & inualidum, ſed potius validum & efficacem ad effectum, vt ex ipſius allegatione, cùm temporis diuturnitate longiſſimus præſumatur. Cui conſiderationi non potuit ſatisfacere Decius ibi n. 12. Secundò, quãuis in d.l. ſi certis annis allegaretur titulus efficat, vt donationis. l. ſiquis argentum. §. penult. C. de donat. adhuc procederet eius diſpoſitio: quia licèt conſtet, quem ex cauſa donationis multis annis ſoluiſſe, non teneretur ſoluere in futurum. l. operis. 31. ff. de operis libertorum: ergo non ex eo, quòd titulus inualidus ibi allegatur, per annuas præſtationes ſequentes non confirmatur. Tertiò, licèt pactũ nudum, de quo ibi fit mentio, ſit titulus inefficax de iure ciuili, multoties tamen producit actionem, vt traditur in c. 1. de pactis, & in l. pacta nouiſſima. C. eod. tit. & plures caſus refert Ioan. Gratian. reg. 16. per totam, Ioa. Matien. in l. 2. tit. 16. lib. 5. nou. Reco. per totam: perquam l. videtur corrigi d.l. ſi certis annis, & quando pactum nudum geminatũ eſt, actionem producit, vt tradunt omnes in l. legem, & in l. ſi pacto, quo pœnam. C. de pactis: ergo quamuis in d. l. ſi certis annis pactum nudum interueniſſet ex præſtationibus per decennium, deliberata voluntas promittentis colligitur ex l. mulier. C. ad Velleianum, & pactũ nudum veſtiretur, atque conſequenter intellectus communis videtur procedere non poſſe.

9 Vnde ſecundus intellectus ad d. l. ſi certis annis eſt, quem tradit Salicet. in d. l. cum de in rem verſo. num. 4. dicens, quòd cùm ibi ſemel per pluries quis præſtiterit ex ſola ſua voluntate, ac ſponte ad id, quod de iuris rigore compelli non poterat, actus illi voluntarij & ſpontanei neceſsitatem non debent importare, cùm ſimiles humanorum actuum voluntarij & ſpontanei non extendantur vltra voluntatem agentium, neque quidquam operentur, niſi illud tantum, quod ab eiſdem de neceſsitate infertur. l. 1. §. ſiquis hoc interdicto, vbi Bart. in fin. ff. de itinere, actuque priuato. Menoch. de recuper. remed. 5. numer. 64. quem intellectum, ſuppreſſo nomine Saliceti ſibi vendicauit Curt. Iun. in d.l. ſi certis annis numer. 2. ſed hic intellectus reijcitur ex eo, quòd regula, quòd actus voluntarius non concludit, niſi quatenus de neceſsitate infertur, procedit in actibus omnino ſpontaneis, ac voluntarijs, & vbi nulla ciuilis, neque naturalis obligatio concurrit, ex qua poſsit agens compelli. l. Lucius. §. teſtator de legat. 2. l. tutori C. de negot. geſt. l. voluntarię. C. de excuſat. tutor.

l. 2. C. de his, qui sponte munera publica subeunt, lib. 10. at verò in d. l. si certis annis naturalis obligatio interuenit: ergo præstationes sequentes ad eius obligationem sufficiunt. l. fin. C. ad l. Falcid. Vnde eum intellectum Saliceti, & Curtij iunioris improbauit Ioa. Corr. lib. 3. Miscellan. iuris. cap. 15. num. 7. Rursus Salicetus nihil noui adducit, sed in effectu priorem intellectum communem cõprobat: quia dum dicit, quòd actus præstationum, de quibus in d. l. si certis annis, non inducunt necessitatem, idem est, ac si diceret, quòd quia pactum nudum interuenit necessitate iuris, soluens in futurum cõpelli non potest; vt cõmunis intellectus præsupponit.

10 Vnde tertius intellectus ad text. in d. l. si certis annis traditur à Paul. Castr. & Iass. ibi dicentibus, quòd sicut tempus non est modus inducendæ obligationis. l. obligationum fere. §. placet. ff. de act. & oblig. ita neque inualidæ confirmandæ ex d. l. si certis annis, quamuis possit esse modus probandæ obligationis efficacis allegatæ, ex d. l. cùm de in rem verso. ff. de vsuris. Qui quidem intellectus sustineri non potest; quia præsupponit in d. l. si certis annis solum tempus cõsiderari posse ad confirmandam obligationem, quod falsum est, cùm interuenerit pactum nudum, vt ex d. l. constat, simulque dantur annuæ præstationes. Ex quibus dubitatur, an confirmatio præcedentis tituli inualidi sequatur: neque in d. l. si certis annis dubitari poterat, an ex solo temporis cursu obligatio soluendi pensionem in futurum induceretur, cùm ex regula, quam omnes deducunt ex l. obligationum fere. §. placet, illud anteà constitutum erat: qua ratione eum intellectum improbauit Corras. libr. 3. Miscellan. cap. 15. numer. 5. Et mirandum est de Paulo Castr. aliàs diligentissimo, qui contra verba, & mentem d. l. si certis annis eum intellectum considerauit.

11 Quartus intellectus ad l. si certis annis traditur à Bald. Alber. & Castelio. ibidem dicentibus, quòd temporalis illa præstatio, de qua in l. si certis annis facta fuit à debitore ad effectum se liberandi ab obligatione naturali, qua se legatario astrictus erat: vnde soluendo singulis annis non debet obligationem reuocare, vt in futurum eam inducat, ne producatur ad vnum effectum, & finem, liberationis nempe, contrarium effectum, hoc est, obligationem in futurum producant. l. legata inutiliter. ff. delegat. 1. l. in numerationibus. ff. de solut. & ne actus agentium quidquam operentur contra. l. præter eorum intentionem. l. non omnes. ff. si cert. petatur. Sed hic intellectus apertè diuinatorius est; quia non solùm ex eo textu deduci non potest, quòd præstationes factæ sint à debitore ad se liberandum, sed potiùs euidenter constat factas fuisse in vim pacti antecedentis: quod quidem pactum saltem naturaliter, etiá in futurum obligabat; si enim pacto nudo quis promisit dare singulis annis quo modo, quaque ratione ex eo pacto deduci potest, quòd dedit ad se liberandum, & non ad in futurum se obligandum? cùm in consequentiam dandi si titulus, aut causa legitima fuisset, non solùm soluens se non liberaret, sed in futurum obligaretur, ex l. 1. C. de fideicommiss. ex l. cùm de in rem verso. ff. de vsuris: negari tamen non potest, quòd hic intellectus ingeniosus sit, licèt ex text. non colligatur: quia qui tenetur vinculo naturali soluere singulis annis, soluendo videtur agere ad se liberandum, & non ad inducendam de nouo obligationem, seu veterem in futurum confirmandam, nisi dicas, quòd cùm pacto nudo ibi deberetur, deberi non dicetur; ideò soluendo non se liberat, sed confirmat titulum inefficacem; & quia etiam is titulus inefficax est, autoritate publica confirmari non potest, vt suprà diximus. Rursus intellectus Castelion. reijcitur ex l. fin. & authent. sed cùm testator. C. ad l. Falcid. vbi hæres, qui falcidia vti poterat, soluerat integrum legatum, vt se liberaret naturali obligatione, qua legatario astrictus erat: & tamen soluendo adeo fortificat obligationem præcedentem, vt falcidia nullo modo vti possit, non solum cõtra eum, sed neque contra alios legatarios; ideò Castelionis intellectus ad l. si certis annis verus nõ est.

12 Vnde quintus intellectus ad l. si certis annis post longam disputationẽ traditur à Corras. lib. 3. Miscellan. iur. c. 15. numer. 9. dicit enim, quòd cùm ex annuo debito quidquam soluitur, habet solutio causam limitatam; tam ratione rei, quàm tẽporis; soluit enim, quod debet, illo anno dumtaxat: vnde solutio, & obligatio soluendi non debet recipere extensionem in futurum. l. quod de bonis. §. non id circò. ff. ad l. Falcid. Neque solutio vnius debiti infert obligationem ad aliud. l. fin. C. neque vxor pro marito: neque obligatio concepta in vnum tempus ad aliud extenditur. l. si quis ita. ff. de vulgar. cùm limitata causa limitatum producat effectum. l. in agris limitatis. ff. de adquir. rer. domin. Ex quo deducit Corras. quòd cùm solutiones factæ in casu. l. si certis annis limitatæ sint, respectu cuiuslibet anni, non debeant confirmare pactum nudum, vt in futurum obligatio-

gatio-

gationem producant. Quem sensum ad eam. l. antea sensit Conan. lib. 5. comment. iuris. cap. 3. numer. 7. sed etiam is intellectus meritò reijcitur; quia dum præsupponit, quòd ex eo datio in futurum non extenditur; quia limitata fuit, sustineri non potest: quia si obligatio ex pacto nudo inualida fuit fauore præstantis, præstando debitor pensionem, diceretur obligationem conualidare, vt ex Bart. suprà retulimus, & sic in futurum extenderetur: ergo non ex eo quòd limitata fuit, obligatio nõ extenditur. Rursus, conualidare, & prorrogare in futurum obligationem præcedentem, est quid indiuiduum, cùm pactum nudum cõ ualidari non potest respectu præteriti, & non futuri temporis; quia esset pro vna parte, & tẽ pore effici validum, & pro altera inualidum, contra l. cum qui ædes. ff. de vsucapio: ergo vel in totum validatum fuit, aut in totum nul lum. Neque pro consideratione Corrasij quid quam facit. l. quod de bonis. §. non id circo. ff. ad l. Falcid. vbi solutio legati sine detractione falcidiæ non infert obligationem in futurum, vt ex alijs detractio impediatur: quia præterquàm quòd Papinianus ibi loquitur, quãdo legatum primo, & secundo anno sine detractione falcidiæ fuit solutum, vt constat ibi: *Quòd primo aut secundo anno sine vlla detractione fuisset legatario soluta*; & inde ad solutionem vniformem, & continuam decem annorum extendi non possit, vt gloss. ibidem nominatim aduertit. Loquitur etiam, quando nullus procedit titulus, seu obligatio, aut promissio non detrahendi falcidiam; ideò non accedente promissione, neque causa non detrahendi ex sola vnica aut duplici solutione legati sine detractione, obligatio non detrahendi in futurum induci non potest: quamuis enim in testamenti, & alimentorum causa solutio inualida sit fauore præstantis, sufficiunt tres solutiones, vt in l. 1. C. de fideicomm. duæ tamen nunquam sufficiunt, vt in d. §. non id circo; ideò intellectus Corrasij subuertitur. Demum præsupponit Corras. quòd in d. l. si certis annis præstationes fuerunt factæ simpliciter & limitatè, atque sine vllo animo soluendi in futurum: quod omninò falsum est; quia præstationes per decennium de perse, maximè si causatæ sint non præcedente titulo inualido fauore publico præsumptionem soluendi in futurum inducunt, vt diximus in l. cùm de in rem verso, & in l. 1. C. de fideicomm. ergo in d. l. si certis annis, non ex eo quòd fuerunt limitatæ in futurum non extenduntur, vt Corras. malè existimauit.

13 Vnde nouiter & verè dicendum est, quòd in d. l. si certis annis actum fuit de inducenda præscriptione soluendi pensionem annuam in futurum ex decennali vniformi præstatione: quæ quidem præscriptio induci non potuit; quia cùm pro fundamento allegetur initium vitiosum, titulum scilicet inualidum pacti nudi, contra initium vitiosum & inualidũ inchoari neq; perfici potuit. l. quemadmodũ. C. de agric. & censit. lib. 11. l. fin. §. sin autem. C. communia de legat. bonus text. in l. fin. ff. pro donato, reg. qui contra iura de reg. iur. lib. 6. gloss. in l. 2. C. de fidem strum. & iur. astæ fisc. lib. 10. Iaff. in. §. item si quis in fraudem. n. 45. instit. de action. Boer. decis. 1. n. 54 Tiraq. de retract. Lign. in fin. n. 42.

14 Quæ quidem omnia non solùm procedũt in præscriptione ordinaria, vel maiori, sed in immemoriali; quia si constat, titulũ vitiosum præcessisse, non conualidabitur ex immemoriali tempore, imò tantò iniustior erit præscriptio, quantò maior & antiquior, vt quia tantò maiora sint peccata, quantò diutiùs detinent infelicem animam alligatam. c. fin. de cõsuet. & aduertit Alberic. in rubr. C. de vsuris: cùm igitur agatur de continuanda vsura & iniustitia, nulla videtur admittẽda præscriptio, quia quantò magis fœnus illicitum continuatur, tantò grauius peccatum committitur, quia non solùm tempore non purgatur, sed potiùs augetur, ex d. c. fin. & post Purpurat. Dec. & alios constituit pro regula Ant. Gabr. libr. 3. tit. de præscript. concl. 6. numer. 12. Ioann. Lup. de vsuris, cõment. 2. §. 3. n. 102. pro quo facit l. 6. tit. 15. lib. 5. Reco. quæ agens de purganda iniustitia antiquissima census; & reducendo contractus ad æqualitatem & iustitiam subdit: *No embargante que sean antiguos, y de mucho tiempo impuestos.*

15 Et ideò quòd principium vitiosum excludat immemorialem, resoluunt Paul. cons. 423 Cauet. de antiquit. 2. p. quartæ partis principalis. n. 60. vers. *Contrarium*, Couar. reg. possessor. 2. p. §. 8. n. 4. ad fin. Menoc. de præsumpt. præsump. 131. num. 49. Mench. controu. illust. lib. 2. c. 84. num. 10. Mascard. de probat. concl. 1372. num. 28. Burg. de Paz cons. 15. numer. 17. Quamuis enim immemorialem non excludat titulus contrarius, vt diximus in l. 41. Taur. gloss. 1. num. 13. initium tamen vitiosum eam excludit ex omnibus suprà dictis: & consequenter cùm pactum, de quo in d. l. si certis annis, in quo fundatur perpetuatio obligationis soluendi pensionem in futurum, initium vitiosum sit, vt quia nullam producebat actionem, mirum non est, si præscriptio, quæ contra soluentem induci prætendebatur, formari nõ potuisset, neq; ab eõ titulo

inualido, initioque vitioso incipere. Qui quidem intellectus parum impugnatur ex eo, quòd suprà diximus circa impugnationē prioris communis intellectus, scilicet quòd sequeretur, quòd in omnibus casibus, in quibus pactum nudum actionem produceret, procederet d.l. si certis annis: quod libenter fatemur; quia si pactum nudū titulus validus esset ad producendam actionem, negari non posset, quòd ex eo titulo vero, & legitimo produceretur obligatio, cùm ex præsumpto allegato producēda sit, vt in d.l. cū de in rem verso. Neq; minus obstabit, vt etiam suprà diximus, quòd poterit quis timore.l. si certis annis allegare semper titulum validū; quia nullū est inconueniens præsumi validū ex annuis præstationibus, cùm vt suprà diximus in cap. præcedenti circa declarationē.l. cū de in rem verso, ea præsumptio tituli solemnis admittat probationē in contrariū, vnde his intellectus videtur mihi verior, quāuis in effectu, & substantia prior intellectus communis, quem suprà retulimus, idem importet.

16 Iterum etiam, & nouiter, considerabam, ad text. in d.l. si certis annis, quòd ibi præstationes annuæ causatæ fuerunt ea nempe causa, quæ nascebatur ex pacto nudo, aquo & causa, & præstationes nascebantur, ac descendebant; cùm enim & initium vitiosum fuit, titulusq; inutilis, & annuæ præstationes illud vitium per actus reiterationem, atq; frequentiā confirmārēt, imò & multiplicarent; quia quælibet annua præstatio vitiosa erat, nullo modo per decennium, neq; per longissimi temporis cursum prestationes inducere possent infuturum obligationem.

## DE CENSV IMPOSITIONUM dominorum contra vassallos circa intellectum l. 8. tit. 15. lib. 4. nouæ Recop. vtilissima disceptatio. Cap. VIII.

### SVMMARIVM.

*Impositionum species quæ præstantur dominis huius Regni à vassallis, referuntur n. 1.*

*Impositiones dominorū contra vassallos in proprietate, vel possessione, quo tempore præscribātur, traditur. n. 2. & per totum caput, vbi n. 2. refertur, an sufficiant duo actus præstationis in possessorio, & n. 3. an sit necessarium quadraginta annorum tempus, & n. 4. & 5. cum precedentibus. an causa soluendi sit necessaria in præscriptione immemoriali, vel nulla requiratur.*

*Impositiones dominorū contra vassallos in proprietate an præscribantur per immemorēalem. n. 6. vsq; ad finem vbi quòd non sufficit immemorialis, & quòd datur resistentia ex parte ipsarum impositionum. n. 7. & ex parte dominorum. n. 8. & n. 9. quòd sufficiat immemorialis, vbi probatur, quòd immemorialis habet vim tituli, & inducit præsumptionem, quòd vassalli soluunt, non ex tyrannide, & extorsione, sed spontanea voluntate.*

*Vassalli an præsumantur soluere impositiones ex tyrannide, & coactione dominorum, vel spontanea voluntate. n. 2. & n. 10. cum precedentibus & sequentibus; & an ea præsumptio procedat in vassallis dominorum, qui non recognoscunt superiorem. n. 11. & 12. & an immemorialis excludat prouationē in contrarium. n. 13. & quid quando vassalli compelluntur à iudice. n. 14.*

*Vassalli si soluunt prestationes ratione alicuius fundi, seu terræ, an præsumatur coactos soluisse, vel ex voluntate. n. 15. & an exclusa omni prescriptione, excludatur immemorialis. n. 16. & quid in præscriptione quadraginta annorum cū titulo. n. 17.*

*Impositiones dominorum contra vassallos an præscribantur per tempus triginta annorum. n. 18. & quid in præscriptione ordinaria cum titulo. n. 19. & 20. vbi an habeat locum in impositionibus. l. cum de in rem verso.*

*Fiscus an censeatur priuilegiatus in terminis. l. cūm de in rem verso, vel vt aturiure priuati. n. 21. & seruitia personalia quo tempore prescribantur. n. 22.*

*Prescriptio etiam immemorialis an requirat contradictionem, & à quo tēpore currere incipiat. n. 23. & 24.*

### CAPVT. VIII.

1 IN capitibus præcedentibus egimus de censu inducēdo in futurū ex consuetudine soluendi eū vniformiter virtute tituli validi, seu inualidi, in his tamen annuis præstationibus, quæ iuris resistentiam non habent, sed iustè fieri possunt: vnde in præsenti agendum est de his obligationibus in futurū inducendis, quibus ius commune resistit, vt de impositionibus dominorum contra vassallos; in qua disceptatione duo casus distinguēdi, ac considerandi sunt.

Primus, quantum ad possessorium exigendi impositiones.

Secundus, quantum ad proprietatem percipiendi eas.

Et

Et primò aduertendum est, quòd de his impositionibus egerunt text. in l. 12. titul. 22. part. 1. & l. 12. tit. 1. part. 2. & 8. titul. 15. libr. 4. nou. Recop. l. 19. tit. 6. lib. 3. Recop. & Latiùs hæc materia impositionis habetur per totum titulũ. 11. lib. 6. nou. Recop. in quo titulo per discursum legum eiusdem referuntur plures impositionum species, ex quibus plures, quæ in iure exempli causa referuntur, vt clariùs, & leges Regni in casibus, quibus loquuntur, verificentur, & intelligantur, & materia impositionis deinceps facilè cognoscatur.

Prima species impositionis nuncupatus sermone Hispano, *Portazgos*, de quibus egit text. in l. 19. tit. 6. lib. 3. nou. Recop. l. 1. 2. 4. 5. 6. 7. 11. 13. 14. tit. 11. lib. 6. nou. Recop. l. 19. titul. 7. lib. 1. l. 19. tit. 5. lib. 3. ¶ Secunda vocatur *Almojarifazgos*, d. l. 19. tit. 6. lib. 3. l. 11. tit. 11. libr. 6. quæ quidem impositio vocatur à nobis portagium, id est *Portazgo*, vt aduertit gloss. per tex. ibi in l. 5 tit. 7. p. 5. verb. *El ochauo*, de quibus habetur in nou. Rec. in tit. *De los almojarifazgos*, & Latiùs in Repor. nou. Rec. in verb. *Almojarifazgo*, per discursum totius verbi. ¶ Tertia vocatur Castillares, vt habetur in d. l. 19. tit. 6. lib. 3. nou. Rec. l. 1. 4. 11. lib. 6. tit. 11. ¶ Quarta appellatur *Vorras*, vt habetur in d. l. 19. ¶ Quinta species vocatur *Assaduras*, vt habetur in d. l. 19. tit. 6. libr. 3. nou. Recop. & in l. 11. tit. 11. lib. 6. ¶ Sexta vocatur *Varcages*, de qua in d. l. 19. & 10. tit. 11. lib. 6. ¶ Septima vulgariter dicitur *Estancos*, d. l. 19. l. 10. 12. & 13. tit. 11. lib. 6. de qua impositionis specie agit Anilesin c. 12. prætor. n. 12. lib. 1. Azebed. in l. 12. tit. 11. lib. 6. post Roland. cons. 22. & sub hac impositionis specie aliæ continentur, de quibus infrà dicendum erit, nẽpe omnes prohibitiones dominorũ, ne vassalli ad furnũ, molendinũ q; eant, vel quid aliud faciant. ¶ Octaua species impositionis vocatur *Reages*, l. 1. & 2. tit. 11. lib. 6. nou. Rec. ¶ Nona species vocatur *Rodaz*, l. 1. l. 4. & 11. d. tit. 11. lib. 6. ¶ Decima nuncupatur *Pontages*, l. 2. l. 4. tit. 11. libr. 6. nou. Recop. ¶ Vndecima cõprehendit tributos l. 3. & 4. tit. 11. lib. 6. & sub ea rectè continentur, *Diezmos, Alcaualas, ſiſas, repartimientos, y otros tributos*, & similiter quælibet impositio, quę imponitur super fructibus. l. 3. tit. 11 lib. 6. ibi: *Ni en frutos, ni en esquilmos.* ¶ Duodecima species impositionis verificatur, *En las cargas y bestias*. l. 4. tit. 11. libr. 6. nou. Recop. ¶ Decimatertia nuncupatur *Passage*. l. 4. tit. 11. lib. 6. & est quędam species portagij, vt suprà diximus. ¶ Decimaquarta impositio vocatur *Carreterias*. l. 4. tit. 11. lib. 6. ¶ Decimaquinta vocatur *Mercaderias*. l. 4. tit. 11. lib. 6. vt quæ venduntur, exportantur, & trahuntur. ¶ Decimasexta verificatur, *En los mantenimientos*. l. 4. tit. 11. lib. 6. ¶ Decimaseptima verificatur, *En los ganados*. d. l. 4. tit. 11. libr. 6. ¶ Decima octaua exemplificatur, *En el passo de la madera por el agua*, d. l. 4. tit. 11. lib. 6. ¶ Decimanona appellatur *Martiniegas*. l. 8. tit. 11. lib. 6. ¶ Vigesima appellatur *Tantares*. l. 8. tit. 11. libr. 6. ¶ Vigesimaprima verificari potest in officijs tabellionatus. l. 8. ibi: *Escriuanias*, tit. 11. lib. 6. nou. Recop. ¶ Vigesimasecunda species impositionis dicitur prohibitio exigendi, vel reficiendi pontes, *Por razon de los vareages*. l. 9. tit. 11. libr. 6. ¶ Vigesimatertia impositio est, *Llenar los derechos de los rios*. d. l. 19. tit. 11. lib. 6. ¶ Vigesimaquarta comprehendit venationem, atque ius, & prohibitionem venandi, de quo per Roland. à Valle consil. 22. numer. 17. lib. 2. & præter alios, qui de materia venationis egerunt, scripsit peculiarem tractatum Sebast. Med. Florent. in tract. de venat. piscat. & aucupat. & de piscat. egit Roland. suprà numer. 28. in quibus propriè cadit impositio dominorum, vt quotidie videmus. ¶ Vigesimaquinta impositio verificatur, vt suprà diximus in prohibitione eundi ad aliud molendinum, quàm ad domini iurisdictionis, de quo egit latè Roland. in d. cons. 22. & Couar. in reg. possessor. §. 4. n. 6. per totum. ¶ Vigesimasexta impositionis species considerari potest in consuetudine recipiendi hospites, de qua egerunt Roland. in d. cons. 22. & Couar. in d. §. 4. maximè n. 6. vers. *Etenim*, Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 131. n. 81. vsq; ad n. 83. ¶ Vigesimaseptima impositio verificari potest in prohibitione eũdi ad furnos priuatorũ, quæ sub nomine *Estanco*, continentur, de qua per Couar. in d. §. 4. n. 6. vers. *Atq; ideò vassalli*, Roland. suprà.

In his enim casibus, & in alijs, quæ contingere possunt, & generaliter in omni exactione, atque coactione dominorum contra vassallos verificatur hoc verbum *Impositio* nequę quidquam interest, an agatur de adquirendo iure exigendi eas impositiones, vel præstationes, quarum exactiõ propriè ad principium competeret, & quoddam summi principatus priuilegio ad ipsum spectaret, vel tantùm de inducenda obligatione in futurum soluendi eas præstationes annuas, vel seruitia, quæ licèt non sint de principibus reseruatis, atque ipsis iure principatus competentibus, sunt tamen seruitia, quæ quodammodò recognitionem, atque solutionem important; quia in his omnibus verificatur verbum, *Impositio*, cùm in eis concurrat prohibitio, atque iuris resistentia, præsumptioque metus, violentiæ, & extorsionis, atque subiectionis, &

reuerentiæ vassallorum, de quibus infrà dicẽdum erit.

2 In his enim impositionum speciebus, & in alijs omnibus, quæ excogitari possunt, verificatur huius nostri capitis dubitatio; & quantum ad possessorium dicendum est, quòd si quis per spatium decem annorum sit in possessione percipiendi eas pensiones annuas vniformes impositionum, cuiuscunq; qualitatis sint, tuendus, & manutenendus est in ea possessione percipiendi eas in futurum, donec actum sit de iustitia proprietatis: quod nominatim probat text. in l. 8. tit. 15. lib. 4. nou. Recop. dum dicit: *Mandamos a todos aquellos, que por espacio de quarenta años han estado en possession de lleuar algunas imposiciones, no sean quitados ni priuados de la dicha possession por jueces de imposiciones, ni otros algunos, saluo que sobre la propiedad se haga justicia a los que pretendieren tenella.* In quo quidem videtur lex illa correctoria; quia in possessorio percipiendi alias annuas præstationes, quæ impositiones non sunt, receptum est sufficere duos actus præstationis vniformes, ad hoc vt recipiens manuteneatur in possessione, de quo latè videndi sunt Guillel. Bened. in c. Raynuntius, verb. *vxorem nomine Adalasiam.* numer. 100. Guid. Papa quæst. 407. in fin. Cassan. in consuet. Burg. rub. 11. §. 2. numer. 26. & prædicta fol. mihi. 351. col. 3. Rodoan. de reb. Eccles. rubr. 16. num. 76. Petr. Foller. in praxi censuali. num. 101. Bened. Bon. in tract. de censib. art. 37. per totum, Tiraq. eleganter, & latiùs de retract. Lignag. §. 1. glos. 6. num. 11. & 12. Bornin. Caualcan. decis. 45. num. 87. ne tamẽ videatur hæc nostra l. 8. correctoria iuris communis, intelligi potest strictè in casu, de quo loquitur, scilicet in possessorio percipiendi in futurum impositiones, & non in cæteris præstationibus annuis, quæ non sunt impositiones; & hoc quia cùm contra dominos impositiones exigentes sit iuris resistentia, præsumptio q; metus violentiæ, reuerentiæ, atq; extorsionis, iustissimum fuit in possessorio quadraginta annorum tempus requiri, & in petitorio titulum, vel immemorialẽ, vt prædicta l. 8. probat, & nos infrà in secundo casu petitorij ad longum probauimus.

3 Ego nouiter considerabam circa intellectum d. l. 8. quòd quamuis suprà dicta ratio decidendi de iuris resistentia, & metus præsumptione iuridica sit, ad eam tamen legem alia propriùs, & veriùs adaptatur, scilicet quòd dicta l. procedat, etiamsi annuæ præstationes quadraginta annorum causatæ non sint, sed tantùm vniformiter simpliciter fiant, & in solo tempore quadraginta annorum fundentur, absque vllo titulo vero, & præsumpto; quia sicut petitorium, quod non nisi ex annuis præstationibus causatis, vel titulatis ex decem annorum cursu formabatur, per immemorialem non causatam, nec titulatam inducitur; ita possessorium, quod per duas tantùm vniformes, & causatas, aut titulatas præstationes inducebatur, vt suprà diximus, per text. in d. l. 8. ex solo tempore quadraginta annorum inducatur, & formetur. Quæ consideratio videtur probari in d. l. 8. dum in petitorio dicit: *Sea auida en lugar de titulo bastante*, & sic præsupponit, quòd immemorialis, (vt prædicta iura probant) non requirit titulum verum, neque præsumptum, nec consequenter causam exigendi, & sic idest dicendum in possessorio quadraginta annorum, cũ l. æquiparet eos duos casus petitorij, & possessorij. Rursus inconuincibiliter id suadetur; quia si cum tempore quadraginta annorum concurreret titulus, vel causa, sufficeret ad inducendum non solùm possessorium, sed petitorium, cùm certum sit, quòd quadraginta annorum tempus cum titulo, vel causa habet vim immemorialis, etiam in terminis d. l. 8. ergo eadem l. 8. loquitur de possessorio quadraginta annorum, etiam sine titulo, & causa ex solo temporis cursu, cùm aliàs esset petitorium, & non possessorium. Qui nouus intellectus etiam suadetur ex l. 1. tit. 11. lib. 6. nou. Recopil. ibi: *No teniendo carta de priuilegio*, & ibi: *No auiendo priuilegio ni carta de los Reyes donde nos venimos*, & statim; *Porque es contra derecho, y daño de la misma tierra*: ergo accedente priuilegio non est necessaria immemorialis, & è conuerso, accedente immemoriali non est necessarius titulus, neque causa priuilegij, sed solus vsus, atque cursus immemorialis, ex eadem. l. 1. ibi: *O no lo auiendo ganado por tiempo que se pueda ganar por derecho*, scilicet per immemorialem præscriptionem ex d. l. 8. ergo eadem l. loquitur, & est intelligenda in possessorio percipiendi eas impositiones à solo cursu temporis quadraginta annorum inducto absq; vllo titulo vel causæ allegatione; quia ea omnia præsumuntur per illud temporis lapsum.

4 Hic tamen intellectus atq; discursus verus est quantum ad titulum, vt etiam non allegato, neq; probato procedat. l. Regni: sed quantum ad causam non existimo verum; quia licèt nudæ præstationes annuæ sine causa sufficiant, in possessorio per quadraginta annorum tempus, & in petitorio per immemorialem, debet tamen causa allegari, licèt titulus non allegetur; vt quia sine

causa

causa nulla detur obligatio, neque origo obligationis, & sine tituli dari possit, vt ita allegãdo causam præsumptiue probetur in possessorio, & petitorio per tempus illius. l. & hinc causæ allegatione non detur ea præsumptio, siquidem quod non dicitur, nec allegatur, præsumi non potest. Quod probatur ab ipsa lege ibi; *En possessión de llevar algunas imposiciones*, interpretando prædicta verba, id est, *Cum causa vera, vel præsumpta*; quam causam, etiamsi non præcessisset, dummodò allegetur, lex ipsa præsumere potest, licèt non possit efficere, quòd existat causa, quæ non fuit, nec allegatur; quia nunquam lex operatur impossibile; & clariùs probatur ibi: *Y sea auido en lugar de titulo bastante*; non enim dixit lex, *En lugar de causa bastante*, vt quia allegata causa, etiamsi titulus non allegetur, cùm tamen ex causa titulus nascatur, possit lex efficere, vt ex tempore titulus causæ, quæ, allegatur, præsumptiuè probetur; quòd est summè notandum ad verum intellectum huius legis, quibus accedant, quæ diximus in capite præcedenti.

5 Ex quo reprobantur omnes, qui existimauerunt, immemorialem causam non requiri ad præscribendas annuas impositiones, vt videtur tenuisse Couarr. in reg. possessor. 2. p. §. 4. num. 4. & post plures Burgos de Paz cõsil. 15. num. 17. Auiles cap. 24. prætor. gloss. 1. num. fin. & plures per Anton. Gabr. titul. de præscript. concl. 1. num. 47. & quamuis Rodericus de annuis redditibus lib. 1. quæst. 15. numer. 70. sequatur Couarr. & alios, existimo ex eiusdem Roderic. sententia antea num. 62 illud subuerti, vbi resoluit, quòd in præscribendis impositionibus requiritur iusta causa quando aliàs non debentur de iure communi, vt quia in his impositionibus exigendis semper præsumatur violentia. Sed sic est, quòd prædictæ impositiones non præscribũtur, nisi tempore quadraginta annorum in possessorio, & immemoriali in petitorio, ex d. l. Regia: ergo in his præscriptionibus causam requirit Rodericus, & consequenter contrarius est sibi ipsi in n. 62. & 70.

6 In secundo verò casu principali, quando agitur de præscribendo iure percipiendi impositiones in proprietate, aduertendum est, quòd plures dixerunt non sufficere immemorialem sine titulo verò, vel allegato & præsumpto ex aliquibus adminiculis, seu præsumptionibus. Ita resoluit Menes. in l. si aquam. num. 38. C. de seruitut. ib. Gregor. Lup. in l. 6. tit 25. part. 4. gloss. magna: & hoc quia similes impositiones præsumuntur per vim ex tortę, & quòd vassalli propter reuerentiam dominorum subiectionem, atque metum, & forsan violentiam & extorsionem, quibus passim domini contra eos vtuntur, impositiones solnissent, vt latè resoluit Roderic. d. quæst. 15. nu. 65. & deducitur ex l. fin. §. si iusto. ff. quòd metus causa. Quam præsumptionem metus & violentię in specie fortissimam dixerunt, Innocent. in capit. bone. 2. de postulat. prælat. EAgid. Bellamera, & cæteri Scribentes in c. diligenti de prescript. Ioan. Fauer in §. aquæ si agat in stit. de act. 3. quæst. principali ad fin. Bald. in cap. 1. §. pactiones de pace constantiæ, Aretin. consil. 14. col. 11. Guid. Pap. consil. 1. num. 7. & consil. 65. num. 2. Ioan. Andr. & Domin. in c. 1 de prescript. lib. 6. & iterum Guid. Pap. in tract. de præsumpt. quæst. 106. & in decis. 407. & ex nostratibus aduertit bene Couarr. in reg. possessor. §. 4. numer. 5. 2. part.

7 Quæ resistentia non solùm datur ex parte dominorum, sed ex parte ipsarum impositionum, vt quia omni iure prohibitæ sint. capit. quanquam de censib. lib. 6. l. 1. & 2. C. noua vectigalia. d. l. 1. tit. 11. libr. 6. nouæ Recopil. ibi; *Porque es contra derecho y daño de la misma tierra.*

8 Imò & etiam datur resistentia ex parte dominorum, qui non possunt suis vassallis imponere tributum, seu collectam, vt quia eius impositio sit de Regalibus, vt diximus in tract. de tributis, maximè in c. 1. & in c. 4. cum sequentibus, & probatur in l. 1. & in l. 6. 8. & 19. atque fere per totum tit. 11. libr. 6. nouæ Recopil. & post Iul. Clar. Grammat. Cephal. & alios resoluit Azeb. in l. 1. & 2. d. tit. 11. libr. 6. consideratque ingeniosè Menoch. de præsumpt. præsumpt. 131. numer. 76. vsque ad num. 83.

9 Sed adhuc tenendum est, quòd immemorialis sufficiat ad præscribendas impositiones in proprietate, ex eo quòd immemorialis prescript. seu consuetudo non solum habet vim ac potestatem specialis priuilegij à Principe legitime concessi, & tituli solennis, sed habetur pro vero titulo, imò & pro veritate, atque totius metus, violentiæ, & extorsionis præsumptionem excludit, vt hæc omnia, & alia plurima peculiaria immemorialis tradit Ant. Gabr. lib. 5. comm. opin. tit. de præscript. conclus. 1. per totam, vbi vndecim effectus notabiles immemorialis adducit, & Ioseph. Masc. in tract. de probat. concl. 1220. *Diximus.* num. 42. vsque ad num. 55. Ludouic Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 6. per tot. vbi plurima de huius immemorialis potestate tradit, & nos etiã multa tradidimus in l. 41. Tauri per totam. Vnde hanc sententiam ex nostratibus tenuerunt Aucnd. de exequend. mãdat. Re-

gum cap.4.num.9.& 10.Couarr.in d.§.4.nu-mer.5.per totum.Burgos de Paz in consil.15 n.31.& consil.33.n.26.Ioan. Garc.de expēs. & meliorat.c.9.num.23.Olan.in Anthinom. litera d.num.41.& 42.& his non relatis Melchior.Mier.in tract.maior.4.p. q.2. num.55. per totum,dicentes, quòd accidente immemoriali consuetudine, vel præscriptione, credendum est,vassallos dominis seruitia præstitisse,non ex tyrannide,metu,vel extorsione, sed ex libera spontanea voluntate ex natura ipsa immemorialis , quæ omnem veritatem præsupponit. Imò immemorialis potentior est priuilegio , difficiliusque tollitur ius ex ea quæsitum,quàm ex priuilegio concessum, vt dicit Innocent.in capit.accedentibus de priuileg.Aymon.de antiq.1.p.in princip.nu. 42. Ex quo dicebat eleganter Bald. consil. 439.in fin.lib.3. *Quòd immemorialis est alterũ ius naturale,quod immutari non potest*;cuius doctrinam sequitur Aym.consil.238.numer. 8. & 9. ergo contra immemorialem nihil obstabit præsumptio metus. Et demum quòd probata immemoriali cesset omnis præsumptio metus & violentiæ , resoluit Ioann.Andr. in addit.ad Speculat.in tit.de prescript.§.1.col. 5.num.26.versic. *Sed vbi*,& versic. *Quid ergo*, Lucas de Pena in l. hac lege.colum. 2. versic. *Et nota quòd collecta*.C.de aquæ duct.libr. 11. & post Ioan.Andr.Burg.de Paz in consil.15. num.34.& hæc opinio probatur in l.8.tit.15. lib.4.Recop.ibi; *Si pouaren la immemorial costumbre por la manera,y con las calidades y circũstancias,que por derecho y leyes destos Reynos se deue prouar,sea auida en lugar de titulo bastãte*; text.etiam in l.1.tit.11.lib.6.ibi:*O no lo auiendo ganado por vso de tanto tiempo,que se pueda ganar segun Derecho*.l.19.tit.6.libr. 3.ibi: *Que no tienen titulo ô prescripcion immemorial,para que de derecho las puedan llenar*,& facit.l.5.titul.2. lib.5.ibi *O por costumbre antigua,que el Derecho iguala à priuilegio*.l.2.tit 3.lib.6.ibi: *Les sea guardado el vso y costumbre,que huuieren en esta razon de tanto tiempo aca,que memoria de hombre no sea en contrario*.

10 Non obstat præsumptio metus,seu violentiæ,deducta ab Innocentio & alijs in c. quod latent;quia respondetur, quòd ea præsumptio excluditur per immemorialem,vt probatur in l.3.titul.1.lib.4.Recopil.& id aduertit Couar.d.§.n.4.5.Auend.de exequēd.2.p.c. 4.num.10.versic. *Et in hoc casu*, Burg. de Paz consil.15.n.33.& 34.Ioan.Garc.de expens.c. 9.num.23.

11 Et ea præsumptio metus, atque violentiæ procederet in vassallis eorum dominorũ, qui non recognoscunt superiorem, vt aduertunt Lucas de Pena in l.litibus.C.de agricol.& cēsit.Burg.de Paz d.consil.15.num.35.& latè confirmat Roder.lib.1.de annuis redditibus, quæst.15.nume.69.per totum, vbi eos dominos vassallorum,quos domicillos subalternos vocat,terribiles & crudeles existimat esse.

12 Quam conclusionem ampliabis , etiamsi à dominis non probetur,quòd vassalli libenter atque sine metu & violentia seruitia præstitissent; quia sola immemorialis liberat eos ab onere probandi vtquia aliàs nihil importaret præsumptio legis,& fortissima,quam producit immemorialis, nec habere , sicut habet, vim priuilegij. Ex quo aduertendũ est,quòd plures dixerunt non sufficere immemorialē, nisi simul & specificè à dominis exigentibus eas probetur,quòd non ex metu, neque violentia,aut extorsione,sed spontè,libere, & sine vlla coactione vassalli impositiones vniformiter soluissent. Quod ex eo manifestè dicunt, quia cùm in his annuis præstationibus, ac censibus,qui vocantur *Impositiones*,potiùs vim,ac coactionem præsumi, quàm subditorum libertatem probauerimus, vt constat ex l.1.C.ne licear potentiores.l.1.& 3.ff.de alie nat.iudicij;& plures referens tradit Mascard. deprobat.concl.1307.*Seruitia indebita*, meritò libera,& spontanea voluntas, atque consuetudo soluendi absque vlla tyrannide, vi, coactione, vel metu probanda est. Ita dixit Gregor.Lup.post alios in l.6.tit. 25. part. 4. glos. magna per totam , maxime in versic. *Vnde benè aduertendum est*, dicens , quòd alias domini contra vassallos non obtinerent. Idē probat Orozc.in l.solent.numer.18.ff. de offic.Proconsul.& legat.Menchac.dicens cōmunem lib.2.controu.illust.c.83.num.27. & eleganter id comprobat Fr. Antonio de Cordo. in tract. *De casos de conciencia*.quæst. 112. per totam,& infortiori casu Padilla in l.2.numer. 34.C.de seruit.& aqua,vbi defendere tentauit non sufficere immemorialem, etiam probata voluntate soluendi. Ex quorum resolutione,si vera esset,intellectus nouus deduceretur ad text.in d.l.19.tit.6. libr. 3. & ad l.8. tit.15.lib.4.nouę Recop.& ad alias leges Regni, quæ probant præscriptione, aut consuetudine adquiri posse ius percipiendi eas impositiones, vt prędictæ leges intelligunt, quando ex parte dominorum probatum sit contra vassallos,spontaneã, atque libera voluntate eas soluisse;quia cùm metus , reuerentia, subiectio,vis,atque extorsio præsumatur,hæc omnia deficere in actibus soluendi,& spontaneã voluntatem interuenisse,probandum esse videbatur.Quorum resolutio ex dictis legibus Regni veram non existimo ; quia cùm stante

præs-

præscriptione immemoriali excludãtur omnis præsumptio metus, atque violẽtiæ, & pro dominis præsumatur, quòd impositiones sine vlla coactione perceperunt, meritò ab onere probandi spontaneam vassallorum soluendi voluntatem liberantur, & vassalli onere probandi metum & violentiam obligari existũt. Si enim Gregorius, & alij suprà relati requirunt dominorum probationem spontaneæ voluntatis soluendi, ideò est, quia solam immemorialem non admittunt; cùm enim immemorialis sufficiens sit; ergo ea probatio necessaria non est.

13 Temperatur tamen ea resolutio, vt quamuis immemorialis excludat præsumptionem metus & violentiæ, non tamen excludat probationem in contrarium, sed quòd vassalli cõtra dominum metum, violentiam, & extorsionem probare possint vno ex modis, quibus metus probatur, quos refert latè Ioseph. Mascard. de probat. concl. 1055. vsque 1057. incipiunt, *Metus*: quia quamuis regulariter verũ sit, quòd immemorialis, & præsumptio tituli solennis, quæ deducitur ex ea, omnem probationem, quæ in contrarium admitti potest, cuiuscunque sit qualitatis, excludat, vt diximus in capitibus præcedentibus, & probat Anton. de Butr. in cap. peruenit, versic. *Adtertium*, de censib. Felin. in c. cum nobis, versic. *Sciasetiam*, de rescript. Gozadin. consil. 8. num. 37 Cassan. consil. 34. numer. 37. Marian. iunior. cons. 115. num. 38. & sequenti col. 2. Aym. de de antiquit. tẽpor. 4. part. n. 155. & 165. tamen in his, quę iuris habent resistentiam, vt impositiones censuales dominorum, iustissimum est, quòd in contrarium probationes admittantur, & ratio patet ad sensum, quia præscriptiones, vel consuetudines earum rerum, quæ contra iuris præcepta præscribuntur, quamuis immemoriales sint, in locum ordinariarũ præscriptionum successerunt; cùm enim contra iuris resistentiam ordinariæ non sufficerẽt, vt quia ordinarię nullã iuris resistẽtiã præsupponant, ad excludendas regulas iuris præscriptiones excludẽtes immemoriales necessarię erant & cõsequẽter in locũ ordinariarũ eo casu successerunt: ergo sicut contra præsumptionem tituli solennis, quæ deducitur ex annua præstatione decennali vniformi admittitur probatio in contrarium, vt diximus in capitibus præcedentibus, & probant Cyn. in l. si certis annis. quæst. 19. Iass. col. final. C. de pactis, Alexandr. consil. 113. libr. 1. & post Bald. aduertit Couarr. in d. §. 4. numer. 2. versic. *Ab eadem conclusione*, contra eam præsumptionem iuris, & de iure productam ex immemoriali, quę contra iuris resistentiam formatur, iustissimum est, quòd probatio in contrarium admittenda sit; quia licèt immemoriali tẽpus sit causa inductiua obligationis soluendi in futurum censum; cùm tamen iuris resistentia detur, & præsumptiones metus, extorsionis, aut violentiæ, ex natura ipsius rei considerari possint, vt in censu impositionis leges Regni considerauerunt, tempus solum, licet non accedente probatione in contrarium sit causa inductiua obligationis, interueniente tamen metu, violentia, aut extorsione, hisque allegatis, quę quasi naturaliter, ex natura nempe rei præstationibus impositionum insunt, non erit tempus solum inductiua; & formalis causa obligationis, cum eius inductio ex præsumptione naturali allegata & probata turbetur, & quasi impediatur, saltem quoad hunc effectum, vt probationem in contrarium excludat. Sic enim sunt intelligendi, qui longissimum tempus admittere probationem in cõtrarium crediderunt, nempe gloss. 1. in cap. 1. in verb. *Nisi*, de præscript. in 6. decis. Neapol. 368. num. 9. Felin. in capit. de quarta, versic. *Considero duo*, de præscript. Cępola de seruit. Vrban. prędior. cap. 19. vers. *Et ideô non credo*, Socin. consil. 16. num. 51. vol. 2. Paris. cõsil. 27. num. 120. vol. 1. & 13. num. 23. eodem volum. Quis enim negabit, quòd hęc metus præsumptio, atque violentię, & reuerentię ex naturâ subiectionis fortissima sit, & quasi naturalis, cùm reuerentiam sequatur? si enim quasi naturalis est, sicut ea, quę arte & natura constãt, nobiliorem, & fortiorem alijs esse constabit, & consequenter præferenda erit præsumptioni accidentali. l. qui habebat in fin. ff. de titulis: de qua quasi naturali præsumptione quidquã egit Ioseph. Mascard. de probat. in princip. quæst. 10. num. 18. vsque ad num. 26. Vnde mirum non est, si contra immemorialem inductiuam impositionum probatio admittẽda sit, quamuis regulariter contra aliam immemorialem non admittatur, maximè quia nonnulli etiam regulariter tenuerunt, immemorialem non excludere omnem probationem contrariam, vt tradunt plures per Anton. Gabr. d. concl. 1. num. 50. cum alijs, Mascard. de probation. concl. 377. Titulum. numer. 33. & 39. & à fortiori quando agitur de præscriptione impositionum, vt tradunt plures per Burgos de Paz consil. 15. fere per totum, maximè numer. 29. vbi refert Innoc. illud tenentem; ideò mirum non est, neque contra iuris præcepta constitutum, quòd in his impositionibus censualibus immemorialis probationem in contrarium admittat. Ex quibus omnibus hæc est vera, & communis resolutio, quòd ad inducendum censum impositionis in proprie-

tate

tate necessaria est immemorialis cum qualitatibus a iure requisitis legitimè probata.

14 Ampliatur suprà dicta conclusio, quamuis vassalli probarent, soluisse compulsos à iudicibus dominorum; quia non dicitur compulsio, quæ à iudicibus sit, neque vim, seu coactionem facit, qui in iudicio recuperat, quod sibi debetur. l. extat. ff. de eo quod metus causa: non enim præsumitur, quem in iudicio vim passum esse, ex Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi Prætori. nume. 14. ff. de noui operis nuntiat. & ita declarat Boer. decis. 125. numer. 5. Dec. in cap. fin. num. 1. de appellationib. quãuis contrarium videatur tenere Garc. de expens. cap. 9. num. 36. & 37. Quod ego non admitto, vt quia coactio & violentia non præsumitur in actibus iudicialibus, imò semper pro iudicibus præsumendum est, quòd iustè procedunt, & quod vassallos ex causa condemnant.

15 Limitá tamen omnia suprádicta, quòd quãdo vassallus soluit ratione fundi, seu terræ dominij, quia neque præsumitur coactio, neque est necessaria immemorialis, sed sufficit decenniũ, cum ea causa expressa, ad hoc vt in futurum compellatur, ex Bart. in l. cùm de in rẽ verso de vsuris. Bald. in l. si certis annis. num. 8. C. de pactis, Couarr. in reg. possessor. 2. p. §. 4. num. 2. Menoch. controuer. illust. lib. 2. ca. 84. num. 16. Burgos de Paz. consil. 15. numer. 20. Quod intelligendum est, dum vassallus possidet fundum, cuius ratione consueuit dominis soluere pensionem, quia præstatio & respectiua, & ideò sequitur possessorem. l. munerum. §. præterea. ff. de munerib. & honoribus. Bart. in d. l. cùm de in rem verso col. fin. Auend. de exequend. 2. part. capit. 4. numer. 19.

16 Ex quibus infertur intellectus ad omnia iura, quæ probant; quod similes impositiones nulla iustificari possint cõsuetudine, vel præscriptione, vt non contineatur sub ea prohibitione immemorialis, quæ nunquam exclusa censetur. Quæ resolutio propriè ad nostrum casum impositionum adaptatur, cùm de iure communi tot, tantæque iuris præsumptiones impositionibus resistant, atque prohibitiones aduersentur; & nihilominus dictæ leges Regię non solùm immemorialem non excludũt, sed nominatim admittunt; quod est vniuersale præceptum, & ad intellectum plurimarum sacri Concilij Tridentini constitutionum vtilissimum & conducibile; passim enim in decreris sacri Concilij reperiuntur verba, *Nulla obstante præscriptione*, quorum prohibitio non excludit immemorialem, gloss. est notanda in authent. vt de cætero non fiant commutationes in verb. *Præscriptio*, quam communem & veram dixerunt Boer. & Ottalor. Couar. Tiraquell. Menes. Auend. & Mier. quos retulimus in l. 41. Tauri gloss. 1. numer. 6. Mascard. de probatio. conclus. 337. verb. *Titulum*. numer. 45.

17 Secundò infertur, quòd cùm præscriptio quadraginta annorum cum titulo etiam, vt vulgariter dicitur, colorato, & aliàs inualido, æquiualens sit immemoriali. capit. 1. de præscriptionib. lib. 6. sufficeret ea quadraginta annorum titulata ad inducendam obligationem soluendi in futurum impositiones. Quod nominatim probat Couar. in d. reg. possessor. 2. p. §. 4. num. 5. verfic. *Quadragenariam præscriptionem*, immemorialem & quadragenariã eam resolutionem tradiderunt Bart. Alexãd. Iass. & alij, quos retulimus in l. 41. Tauri gloss. 6. num. 6. & 7.

18 Tertiò infertur, quòd cùm in prædictis legibus Regni ad inducendam obligationẽ soluendi in futurum impositiones formaliter necessaria sit immemorialis probata legitimi, ac cum qualitatibus legum Regni, vt prædictæ leges Regiæ nominatim probant, non sufficerent centenaria, qnamuis plures eundem effectum habere; imò potiorem, atque potentiorem esse tenuerint, vt constat ex latè traditis à Molina libr. 2. de Hispan. primog. capit. 6. numer. 43. vsque ad numer. 50. Mier. de maiorat. 4. p. q. 2. nume. 43. & 44. & ante ipsum referens plures Ant. Gab. titul. de præscript. concl. 1. numer. 71. & 72. Quorum sententiam apertissimè probant omnes, qui formalem esse ordinem probandi immemorialem tenent, de quibus per Mieres d. q. 20. numer. 43. & nos latè diximus in l. 41. Tauri gloss. 7. Quorum resolutionem ego intelligerem, nisi in ea præscriptione centenaria qualitates immemoriales concurrant, & principiũ simul deficiat; quia cùm in eo casu vim & potestatem immemorialis obtineat, vt intelligit Molina lib. 2. de Hispan. primogen. cap. 6. nu. 50. & nos rectè diximus in l. 41. Tauri, gloss. 1. numer. 15. & 16. meritò centenaria sufficiens erit.

19 Quartò, ex eà receptissimà sententia infertur, quòd quamuis regulariter verum sit, præscriptionem ordinariam cum titulo vero, vel præsumpto, & decennali præstatione vnĩ formi inducere obligationem soluendi pensionem in futurum, ex his, quæ latè diximus circa intellectum l. cùm de in rem verso de vsuris, in ea tamen impositionum censualium materia non sufficit sola ordinaria ad eius obligationis soluendi in futurum inductionẽ, quia cùm ius, imò & plures iuris regulæ natiuitati

uititi si nullis impositionum resistant, vt supra pleniùs scripsimus, succedit reg. text. in d. cap. 1. de præscript. lib. 6. quòd quando resistit ius præscriptioni, necessaria est immemorialis, & consequenter ordinaria sufficere non potest; & ita præterquàm quod ea sententia & consideratio receptissima est, probatur nominatim à Couar. in d. §. 4. num. 4. & 5. qui vtuliter in propositum loquitur.

20 Quintò infertur intellectus ad communẽ & receptam sententiam dicentium, quòd regula text. in l. cùm de in rem verso locum habent, etiam in rusticis & muliere, vt resoluit Bart. in d. l. cùm de in rem verso num. 14. ff. de vsuris, & in l. litibus. C. de agricol. & censit. lib. 11. Couarr. in dict. §. 4. numer. 2. versic. *Tertio probatur*, qui testatur hanc esse communem opinionem, & alij plurimi, quos refert & sequitur Iacob. Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 131. n. 70. vt hæc opinio & resolutio vera non sit, & contraria omnino verior, vt tradit Cyn. in d. l. si certis annis. C. de pactis, Bald. in l. solent. §. 1. ff. de offic. Proconſ. & legat. Roman. in l. qui in aliena in princip. ff. de acquirend. hæred. Guid. Pap. quæst. 407. Alexandr. in consil. 50. libr. 5. in fin. Socin. Senior. consil. 145. col. 2. lib. 1. Ripa de peste tit. de remed. præseruat. contra pestem. nume. 243. vel vt prædictæ sententiæ ad concordiam reduci possint, intelligantur, vt quando agitur contra rusticum à priuato, de inducenda nempe obligatione soluendi censum in futurum locus sit regulæ. d. l. cùm de in rem verso: sin verò agatur de inducendis impositionibus à dominis vassallorum, non procedat ea sententia, cùm ius omnino resistat, ex his, quæ latè suprà diximus, & quæ aduertit Couarr. in d. §. 4. fere per totum, maximè ex n. 20. versic. 3.

21 Sextò infertur ad declarationem alterius communis, & receptæ sententiæ dicentium, quòd cùm in specie d. l. cùm de in rem verso non reperiatur fiscus priuilegiatus, dicẽdum est contineri sub generalitate illius legis disponentis ex decennali præstatione, & titulum allegatum præsumi, & in futurum obligationem soluendi censum induci. Quod tenuerũt Florian. post Butricarium in d. l. cùm de in rẽ verso. num. 5. vbi Salicet. num. 2. Iaſſ. in d. l. si certis annis. num. 14. vbi Decius. numer. 13. & in specie resoluit Menoch. d. præsumpt. 131. num. 68. & 69. Pro quibus vrgenter facit regula, quòd fiscus in dubio vtitur iure priuati, & consequenter iure communi, nisi reperiatur specialiter priuilegiatus, per text. notãdum. in l. idem. ff. de compensat. & in l. cùm vitioſè. ff. de pignorib. & in l. de contract. C. de rescind. vend. l. iustas. C. de vete fisci, de quo latissimè egerunt. Marc. Anton. Peregr. de iure fisci lib. 2. cap. 1. per tot. ex principio Menoch. de præsumpt. libr. 2. præsumpt. 72. num. 3. & per totam, vt hæc resolutio æquiparantium fiscum priuato in terminis d. l. cùm in rem verso procedere non possit in materia impositionum contra iura fiscalia, patrimonium nempe Regale; quia cùm nominatim designatum sit tempus tam possessorij, quàm petitorij, ex qno per annuas præstationes vniformes inducatur obligatio soluendi censum in futurum, corrigaturque per leges Regias illud tempus designantes; atque regula & materia d. l. cùm de in rem verso, merito contra fiscum impositiones non inducerent minori tempore, quàm eo, quod ab eisdem legibus designatur, atque simul interuenientibus qualitatibus à iure requisitis.

22 Septimò ex ea verissima resolutione deducitur veritas alterius communis opinionis dicentium, quòd quando agitur de obligando aliquem ad ius personale, & subiectionis, vel vassallagij, nempe quando quis alicui seruiuit tanquàm vassallus, & præstitit pensionem annuam vniformem per tempus triginta annorum, titulus & causa per illud tempus præsumatur, & obligatio soluendi in futurum seruitia inducatur. Quam resolutionem tenuerunt Bart. in l. cùm de in rem verso in fin. ff. de vsuris, & in l. solent. §. 1. ad fin. ff. de offic. Proconsulis, & in l. litibus. C. de agricol. & censit. lib. 11. Iacobin. in d. l. si certis annis. num. 22. vbi Bald. col. fin. & Iaſſ. ead. col. fin. Petr. Foller. in praxi censuali, verb. *Huiusmodi*. numer. 91. versic. Quartò limitatur, Roman. in l. qui in aliena. ff. de adquirend. hęred. Barbacia cõsil. 8. num. 25. volum. 2. Anton. de Butr. in capit. peruenit de censib. Alexandr. consil. 5. vol. 5. & magis in specie consil. 124 lib. 4. Guillelm. Bened. in cap. Raynuntius, verb. *Vxorem nomine Adalasiam*. nume. 1001. & alij plures, quos referens sequitur Menoch. præsumpt. 131. lib. 3. num. 90. Ioseph. Mascard. de probat. cõclus. 1377. verb. *Titulum*. num. 113. & 114. vbi dicit hanc communem, vt ea sententia in impositionibus hodie non procedat; quia cum prædictæ leges Regiæ suprà relatæ ad possessorium quadraginta annorum tempus, & ad petitorium immemorialem requirant, atque hunc ordinem inducendi obligationem soluẽdi in futurum impositiones designauerit forma inuiolabiliter seruanda est, & immemorialis debet interuenire, & communis sententia suprà dicta correcta manet; quamuis eo tempore, quo præscriptione triginta annorum omnia inducebantur, & extinguebantur, & obserua-

obseruabatur; & inde secluſa dicta præscriptione, aut consuetudine triginta annorum hodie necessariam esse immemorialem, reproba to consil. Alexand. 124. resoluit Couarr. in d. reg. possessor. 2. p. §. 4. numer. 5. intelligens, quòd ipse ante à dixerat. numer. 3. & sic sunt intelligenda, quæ resoluit Menchaca controu. illust. cap. 84. numer. 21. cùm præcedentibus & sequentibus.

23 Quibus sic vtiliter adductis ad intellectum prædictarum legum Regni examinandum se offert, an illud tempus quadraginta annorum in possessorio, & immemoriale in petitorio requirat contradictionem & resistentiam vassallorum, & incipiant currere à tempore prohibitionis. In qua necessaria dubitatione distinguendum est inter actus affirmatiuos & negatiuos; affirmatiui enim sunt veluti soluere pensionem annuam ratione alicuius rei, vel quid aliud fieri, ad quod in futurum faciendũ affirtiuè quis compelli possit: negatiui dicuntur omnes illi actus, qui operantur prohibitionem respectu alicuius personæ, ne quid fiat, vt contingit in seruitute, ne altiùs ædifices, ne alteri quàm mihi seruitia, vel censum præstes, ne furnum, vel molendinum facias, nec ad aliud, quàm ad meum eas, ne me vt ex puteo tuo aquam deducere possim prohibeas & in similibus seruitutibus negatiuis, quæ principium habent voluntarium seruiendi: in affirmatiuis enim nõ datur prohibitio ex parte petentiũ, sed potiùs coactio ad faciendum, vel soluendum: vnde à primo actu faciendi incipit præscriptio, quæ legimè inducitur modo supradicto: in negatiuis verò cùm præsupponant prohibitionem, à prohibitione incipere videtur, etiamsi sit immemorialis; quia cùm secluſa prohibitione actus remaneant voluntarij, & spontanei, absque vlla necessitate, neque causa faciendi, dicerentur facti mera voluntate, ac facultate, & iure familiaritatis, potiús quàm necessitatis, & consequenter non inciperet currere præscriptio, nisi à tempore prohibitionis; ita in actibus meræ facultatis negatiuis probat gloss. quam omnes sequũtur in l. qui luminibus. ff. de seruit. vrban. prædior quam sequuntur plures, quos refert Balb. de præscrip. 4. p. quintę partis principalis. quęs. 5. num. 3. vsque ad finem, vbi postquàm constituit, quòd in præscriptione immemoriali quæruntur ea, quæ sunt meræ facultatis, denique resolnit incipere præscriptionem à tẽpore prohibitionis. Tradit etiam plures Couarr. in 2. p. relict. reg. possessor. §. 4. nume. 6. versic. *Quibusdam*, in princip. & latiùs versic. *Huic sanè obiectioni*;, & meliùs eam sentẽtiam prosequitur Roland. a Valle in cõsil. 22. vol. 2. n. 23. vsq; ad fin. Sebast. de Medic. qui pulchrè loquitur & id prosequitur in tract. de venatione, piscat. & aucupat. 2. p. q. 1. per totam; & in specie præscriptionis, vel consuetudinis immemorialis, plures ex eisdem loquuntur, & id prosequuntur, nominatim Cæpola de seruit. vrban. præd. c. 50. Ripa in cap. cùm Ecclesia Suttrina num. 68. de causa possess. & propriè Boer. quæst. 225. Aym. Crau. in tract. de antiquit. tempor. 4. p. c. *materia ista*. num. 98. Afflict. decis. 388. Roland. a Valle d. consil. 22. num. 25. & 34. Burg. de Paz. consil. 10. nu. 32. Quorum ratio eà potest assignari; quia cùm actus suà natura meræ facultatis, ac voluntatis sint, si ex prohibitione non efficiantur necessarij, adhuc voluntarij existimarentur, & consequenter iure familiaritatis facti censendi erunt, ac proinde succederet regula, quòd nulla præscriptione, etiam immemoriali formari possint, ex l. fin. ff. quemadmod. seruit. admittant. l. qui iura familiaritatis. ff. de adquirend. possess. & tradunt ferè omnes supra dicti, & latè Mascard. de probat. concluſ. 1220. *Diximus de præscriptione*, numer. 1. cum alijs, vbi num. 11. & 12. tradit huius communis sententiæ euidentem rationem, quam etiam considerauerunt Roland. & alij suprà, & meliùs Sebastian. de Medic. qui eleganter id prosequitur.

24 Contrariam tamen sententiam veriorem plures existimauerunt dicentes, quòd immemorialis nullam requirat contradictionem etiam in actibus negatiuis, & meræ facultatis, quia ex tempore præsumitur quæsita quasi possessio præcedentibus legitimis, qualitatibus, atque requisitis, tam iuris, quàm facti ad eius immemorialis perfectionem necessarijs, & consequenter prohibitionibus, atque contradictionibus, ex quibus incipere posset præscriptio, vt deducitur ex Decio consil. 271 num. 14. & 15. Aym. consil. 111. col. penul. Salicet. qui nominatim id tenet. l. autoritatem. C. vnde vi, & idem in effectu sentit Felin. in cap. cùm M. Ferrarien sis. nume. 7. de constit. in cuius sententiæ confirmationem ego considerabam, quòd si immemorialis deberet incipere à tempore contradictionis, nunquam posset probari, vel si antiquissima præscriptio probaretur, non esset immemorialis, quæ semper caret principio: ergo incipere non potest ab actu contradictionis, neque ab alio, qui principium præsupponat. Rursus immemorialis ex solo temporis cursu nascitur, & perficitur absque vlla causæ concomitantia, vt suprà latè probauimus: ergo non requiric pro causa contradictionem, sed solum temporis cursum. Demum immemorialis non requi

ric

rit scientiam, neque patientiam aduersarij, neque titulum, vel initium; quia hæc omnia supplet, ac præsupponit longissimum illud, atque immemoriale tempus; vt vulgaria infra probant; & in specie quòd non requirat scientiam, neque patientiam aduersarij, probat latissimè Ant. Gabr. in communis opin. tit. de præscript. conclus. 1. num. 61. & latissimè plures referens Ioseph. Mascard. de probat. conclus. 1220. incipit; *Diximus*, de præscript. nu. 42. cùm alijs: ergo si non requirit scientiam, neque patientiam, à fortiori neque vllam contradictionem; ex quibus hæc videtur receptior sententia. Couarr. tamen in d. §. 4. num. 6. versic. *Posterior*, ad med. existimat, quòd licèt verum sit non incipere immemorialem à tempore contradictionis, debent probari aliqui actus contradicendi, saltem ex tempore quadraginta, vel quinquaginta annorum, cuius medium, & conciliatio ad eas oppositiones cõtrarias suaue quidem est, sed non existimo de iuris rigore verum; quia aut immemorialis debet incipere à tempore contradictionis, & vera non est resolutio Couarr. aut non est necessaria contradictio, & similiter non procedit: ergo vtroque casu admittenda non est, & securè tenendum, immemorialem tam contradictionem, quàm cætera omnia etiam formalia & præsupponere, & præcisse probare. Ex quo ad ea, quæ in contrarium dicta sunt, facile respondetur.

## DE CENSV EX POEna conuentionali facto hominis, vel dationi speciei, seu quantitati certæ adiecta creando, circa intellectum l. 10. tit. 1. part. 5. l. 40. tit. 11. part. 5. cum alijs, quæ verè & nouiter interpretantur. Cap. IX.

### SVMMARIVM.

*pœna dupliciter accipitur, legalis & conuentionalis. num. 1. & ea, quæ adijcitur facto hominis, seruanda est. num. 2. & 3. sed an reducatur ad legitimum interesse. n. 4. & 5. & quid accidente iuramento. n. 6.*

*Pœna adiecta dationi certę speciei quando sit obseruanda. n. 7. & quid si resultet excessiua vltra legitimum interesse. n. 8. & quid si factum hominis, vel datio speciei non præsupponãt interesse, sed nudum factum. n. 9.*

*Pœna adiecta dationi quantitatis certæ ex testamento, vt quando testator legauit Petro centũ & interim dum sibi præstantur, decem annua, an valida sit. n. 10.*

*pœna adiecta dationi quantitatis certæ in contractibus an & quando valida sit. num. 11. & 12. cum alijs, & quid si adijciatur inter solitos fœnerari, vel per dinumerationem dierum, mensium seu annorum. num. 13. & 14. & an ea differentia inter solitum, vel non solitum fœnerari procedat in mutuo. n. 15.*

*Pœna adiecta dationi quantitatis certæ per dinumerationem dierum, mensium, vel annorum, an possit excedere legitimum interesse. num. 16. & anteà num. 3. cum alijs, & num. 17. vbi agitur de salario excessiuo, & expensis, quę superant legitimum interesse.*

*Pœna adiecta facto hominis, vel dationi speciei, seu dationi quantitatis certæ in contracto nullo an sit obseruanda. num. 18. & quid si promittitur non allegare nullitatem contractus. nũmer. 19.*

*Pactum seu pœna, vt interim dum soluitur pretiũ rei venditæ res sit locata pro tali pretio, an vã leat. num. 20.*

### CAPVT IX.

1 DIXIMVS in capite præcedenti, aliquando censum formari ex pœna conuentionali, adijciendo eam facto hominis, vel dationi certæ speciei, seu quãtitatis; ideò ad eius census, seu pensionis cognitionem præ notandum est, quòd pœna dupliciter accipitur, alia est legalis, quæ à lege ipsa exprimitur, cuius materia traditur in l. omues, in fin. de actionibus & in rub. de perpetuis & tẽporalibus actionibus, de qua agit Menoch. de arbitr. lib. 3. centur. 3. casu 260. per totum, & nos non agimus; altera est conuentionalis, quæ ex partium conuentione proficiscitur. §. conuentionalis, instit. de diuersis stipulationib. l. 3. §. conuentionales. ff. de verb. & post plures resolùit Menoch. nu. 1. quæ proprius ad nostram censualem materiam adaptatur; de quibus pœnis, tam legali, quam conuentionali egerunt Menoch. supra, Rebuf. in l. vnica C. de sentent. quę pro eo quod interest, Soto de iustit. & iure lib. 6. q. 1. art. 3. col. 1. Nauarr. in Manuali cap. 17. numer. 225. Villaguta in tract. de vsur. quæst. 20. Mascard. de probat. 2. part. concl. 1172. Ioan. Gutier. de iuramen. confirmat. 1. part. c. 36. Ioan. Garc. de expens. cap.

cap.9.nume.66.Roderic.de annuis redditib. lib.3.quæst.5.fere per totam.Greg.per text. ibi in l.fin.tit.5.p.5.& in l.7.tit.18.p.3.Olan. in anthynom.litera P.ex nu.16.Thom. Parp. in repet.l.si quis maior.C. de transact.n.104. ibi Padilla.n.56.Rebuf. 3. tom.ad leges Gallicas,tit.de arbit.glos.5.l.23.& l.fin.tit.4.p.3. Afflict.decis.135.Osasc.decis.Pedamōt.70. Grammat.decis.56.& alibi passim:nos autem accedēdo ad speciem nostræ dubitationis,casus,in quib⁹ proprie verificatur,designabim⁹.

2 Et primò potest hæc nostra dubitatio verificari,quando Ioannes promisit Petro domū intra certum tempus ædificare,vel molendinum,seu aliud simile ædificium perficere, quòd ex tempore vsquedum peerficiatur decem annua soluere teneatur; & in hac specie securè dicendum est,quòd sustinetur contractus,& pensio censualis iustè formatur,atque pęna soluēda sit,vt omnes probāt per tex.ibi in l.4.§. Cato.ff.de verb.& in l.sed & si quis. §.fin.ff.si quis caution. Rom.cōs.510. Crot. cōs.86.Capra consi.7.n.28.Rebuf.in d.l.vnica. C. de sentent. quæ pro eo quod interest. nume.266.Menoch.suprà numer.23.Petrus Surd.decis.259.nume.10.& 11.vbi numer.5. fatetur; ita in senatu fuisse iudicatum, Mascard.qui plures alios refert de probat. concl. 1172.num.19.fol.115.col.4.in fin.Ioan. Gutierr.de iuram.confirm. c.36.num.11. Ioan. Garc.de expens.cap.9.num.66.& probat nominatim text. in l.40. titul.11. part.5. ibi: *Declarò de hazer alguna cosa,obligandose a pena cierta,si no cumplieren aquello que otorgan, o prometen*; & melùs in decisione eiusdem,ibi: *E porende dezimos,que si la pueſta sobre cosa, que promete alguno de fazer, que cae en ella aquel que fizo la promißion,e que es tenudo de la pechar si non faze aquello,que promete de fazer,aßi como diximos en las leyes antes desta.* Et ratio secūdum Petrum Surdum d. decis. numer.11.est, quia cùm vsura formalis detur in solo mutuo in hac facti obligationem cadere non potest, & consequenter neque cadit suspicio. Refertur Ambrosius in cap.salubriter.nume.92.de vsura,Imol.in c.dilecti de arbitr.Rodulph.& Rebuf.eius sententiæ sequaces.

3 Ex qua communi sententia infertur ad pœnam compromissi,quæ cùm videatur adiecta facto hominis, omnino seruanda est, etiamsi adijciatur à soluto fœnerari. Ita aduertunt plures ex suprà relatis, & Franc. Marc. decis.411. p.1. Menoch.d.loco.numer.23.& 43.& in vtroque foro hanc esse receptissimā, & communem sententiam, testatur Thom. Parp.in repet.l. si quis maior. C. de transact. num.104. & ibi Padilla numer. 56. Rebuf. 3. tom.ad leges Gallicas tit.de arbitr.gloss.5.numer.23.& l.fin.tit.4.part. 3. ergo si facto hominis adijciatur pœna soluendi quid annuatim interim dum factum ad impletur,contractus annui,& non ex implemento facti resultans iustus erit, neque ex pœna redderetur suspectus de vsura.

4 Quod tamen intelligunt plures, vt pœna sit obseruanda, quatenus probetur interesse partis,non verò vltra id, quod interest,existimantes à vero interesse pendere obseruantiam,& iustitiam huius pœnæ. Ita declarat Afflict.decis.135.nume.3.Ioan.Garc. de expens.c. 9.numer.63.& 64. Auendaño in suo dictionario verb.*Pœna conuentionalis*,& referendo Pedamont.& alios,resoluit Gasp. Roder.de annuis redditib.lib.3.quæst.5.numer. 10.& 11. Sed in hac casus specie, scilicet, quando pœna adijcitur facto hominis,verius existimo non pendere iustitiam conuentionis à verò interesse partis, sed pœnam omnino esse seruandam,etiam vltra id, quod interest,vt resoluit Rom.cons. 510. n.18.reprobās Angelum contrarium tenentem; cuius Romani sententiā sequitur Mascard. de probat. cōclu.1172.n.23.Ioan.Gutier.de iuram.cōfirm. cap.36.1.p.numer.10.& 11.quem malè refert Roder.pro suā opinione: quia si rectè consideretur,loquitur quando duo simul concurrunt,scilicet nihil partes interesse,ex quo eidem præiudicium sequeretur ex non implemento pœnæ,& quando pœna ex consuetudine non obseruatur: ergo his duabus deficientibus etiam vltrà id,quod interest,admittit Gutierrez pœnæ obseruantiam. Idem in effectu decidit Osascus decis.Pedamont.70. numer.7.12.& 13. cum alijs, quam etiam pro sua opinione ponderat Roderic. distinguit etiam Osascus inter stipulationem pœnalem merè conuentionalem, quæ ex cōuentione vtriusque partis concipitur,& stipulationem iudicialem,siue prætoriam, vt in prima conuentione non consideretur interesse. In secūda verò sit habenda eius ratio. Eodem etiam modo intelligenda est alia decis.Pedam.Ant. Thesaur.79. qui loquitur in pœna à iudice adiecta,& alia decisio Ant.Thesaur.99. quas etiam pro sua opinione ponderat Gaspar Roderic. Quæ quidem decisiones non loquuntur in pœna verè conuentionali, sed iudiciali & prætoria,& quamuis Anton.Thesaur.in d. decis.99.num.4. loquatur in conuentionalibus,solùm dicit,quòd Bursat.in cons.53.numer.12.& 14.refert opiniones contrarias, & quòd Sarmiento select.interpretat.lib.3.ca. 6.num.11.vult saltem damnum aliquod inesse,non tamen reprobat pœnam vltra id,quod interest.

interest: ergo cõtrà Rodericũ verius est, iustitiam huius conuentionalis stipulationis non pendere ab int'resse, sed etiam vltra id, quod interfit, seruandam esse. Rursus sententia Roderici apertè est contra iuris regulas; quoniã pœna conuentionalis debetur, licèt nil interfit stipulatoris seruari principalem stipulationem. l. fin. ff. de prætorijs stipulat. & aduertit in terminis Grammat. decis. 58. num. 6. vbi dicit, quòd etiam in foro conscientiæ hæc est vera sententia, & Cornel. consil. 69. num. 36. volum. 2. & respondit Grammat. quòd decis. Afflict. posset procedere, quando non esset taxata certa quantitas soluenda, & etiam procederet sententia Afflict. in casu Ioann. Gutier. d. cap. 36. n. 11. & 12. scilicet quando duo copulatiuè concurrerent, deficere nempe interesse & damnum, & subsistete consuetudinem non exigendi similem pœnam: ergo his deficientibus pœnam conuentionalem, maximè adiectam facto hominis omnino seruandam esse cõstat. Quod fortificatur ex his, quę in sequentibus difficilioribus casibus dicẽda sunt, quæ à fortiori procedunt in hac nostra pœna adiecta facto hominis.

6 Et sine dubio præcedentia procederent, quoties in contractu interuenit iuramẽtum, quia accedente non consideratur id, quod interest, Ancharr. consil. 149. Roman. cõs. 510. num. 12. Ioan. Gutier. d. c. 36. nu. 11. Menoch. post alios casu 160. ex nu. 29. vbi ad hoc allegat text. in l. si quis maior. C. de transact. & à fortiori quando pœna fuit oppositа propter contemptum conuentionis, vt verificari potest in compromissis ex pluribus per Menoch. vbi sup. numer. 38. & Rebuf. in tit. de arbit. gloss. 5. num. fin. & repet. l. vnica. C. de sentent. quæ pro eo quod interest. num. 568. & melius dixit Abb. in c. dilecti. numer. 14. de arbitris vers. *Quinta pœna*, & in vers. *Et vltima pœna*, quem refert & sequitur Grammat. d. decis. 58. n. 6. vbi dicit communem: ergo apertè constat, quod promissio cõuentionalis de soluendo quid annuatim adiecto facto hominis, non solùm venit sub verbo *Census*, sed iustè inducit obligationem soluendi pensionem annuam, donec factum adimpleatur, etiam vltra id, quod interest, vt infrà dicam in hoc c. n. 15.

7 Secundus casus, in quo verificatur hæc nostra dubitatio, est, quando pœna adijcitur dationi certæ speciei; ita quod si species non tradatur intra certum tempus ex tunc quolibet anque mense, seu anno quid annuatim soluendum sit; in quo casu dubitauerunt Scribentes, an pensio annua, quæ resultat ex adiectione similis pœnæ, & sub generico verbo *Census*, quatenus pensio est; contineatur iustè promittatur, & exigenda, atque soluenda sit: & denique resoluunt Scribentes, quòd pœna, quæ dationi certæ speciei adijcitur, sicut ea, quæ facto hominis adiecta est, valet, & iustè solui, atque exigi potest, vt probat Roman. dict. consil. 510. Gaspar Roderic. in dict. lib. 3. quæst. 5. num. 5. ad medium, qui refert Mascard. de probat. conclus. 1167. & est 1172. numer. 25. vbi Mascard. reprobans Angelum id existimat verum esse, non solum in eo quod interest stipulatoris conuentionem adimpleri, sed etiam vltra id quod interest, sicut anteà diximus in casu præcedenti, quando scilicet pœna adijcitur facto hominis; cum videatur eadem ratio in vtroque casu militare, vt quia adiecta pœna facto hominis, vel dationi speciei, non detur mutuũ verum, neque interpretatiuum, neque consequenter dari possit suspicio vsuræ formalis: ergo census interim dum species traditur, ex pœna rectè formatur. Quod probat eleganter in mutuo tex. in l. 10. tit. 1. part. 5. ibi: *Que aquel que toma la cosa prestada*, & ibi: *En demandar la cosa que se prestò*, & l. 4. titu. 11. ibi: *De dar, é de fazer alguna cosa*.

8 Quam sententiam tam in casu præsenti, quàm in præcendenti limitandam existimo cum Angelo, qui sit intelligendus: est, quando pœna non solum excedit legitimum interesse, sed est nimis excessiua, quia exorbitans, & nimis excessiua, præsumptionem continet vsuræ, licet non formaliter, fictè tamen & simulatè, siue dationi speciei, siue facto hominis, aut quantitatis dationi, adijciatur in soluto, vel non solito fœnerari, vt resoluunt plures, nempe Romanus consil. 510. post Iacob. Butr. in l. cum allegas. C. de vsuris, Ioan. Andr. & alios, & hanc esse veram, & communem opinionem in iudicando, & consulendo resoluit Crot. in consil. 82. numero 5. versiculo 6. quem referens dicit etiam communem Ioseph. Mascardus de probat. conclus. 1172. numer. 20. excessus enim legitimi interesse moderatus, & exorbitans pœnam efficeret iniustissimã, vt quia summam inequalitatem contineat.

9 Ex quo ego in vtroque casu cõsiderabam, quòd si factum hominis, vel datio speciei, cui pœna adiecta sit, nullum contineat interesse stipulationis, sed nudũ factum respiciat, eius nempe voluptatem, vt quia promittatur factum alicuius picturæ, vel traditio alicuius rei infructiferæ, non exequetur pœna facto, vel dationi speciei adiecta; quia licèt pœna facto hominis, vel dationi speciei

adiecti, possit excedere interesse, dummodò non sit nimis excessiua, non tamen poterit sustineri, nisi aliquod interesse præsupponat, cùm in effectu & substantia ea, quæ non præsupponit interesse, nimis excessiua dicēda sit, vt sic in ea procedat sententia Romani, & aliorum, quos suprà retulimus.

10 Tertius casus est, quando pœna adijcitur dationi quantitatis certæ ex testamento, vt quia testator legauit Petro centum, & interim dum sibi præstantur, decem annua: quo quidē casu receptissimum est, legatum annuum nō esse vsurarium, sed iustum, & omnino præstandum; quia sicut pœna dationi quantitatis adiecti in contractibus inducit suspicionem vsurarū, vt infrà dicendum erit, ea verò, quæ adijcitur dationi quantitatis in testamento, nullā producit, ex Paulo Castr. in l. 1. C. de summa Trinit. n. 14. Bald. in l. 1. n. 38. C. de his, quæ pœnæ nomine notantur, Socin. in l. 2. C. de his qui pœnæ nomine, dicens, noluisse consulere pro legatario, & quòd postea causa vētilata Florentiæ in eius fauorem fuit pronuntiatum, Ripa in l. nemo potest n. 23. de legat. 1. Petr. Anguisol. cons. 39. per totū, Couar. l. 3. variar. c. fin. ad fin. Felician. de censib. lib. 2. c. 5. n. 2. & 3. Menchaca de succes. creat. lib. 1. §. 6. n. 24. Peregrin. de fideicom. art. 8. nu. 77. & latiùs dicendum erit in capitib. de censu testament. ergo annua pensio, quæ formatur ex conceptione similis pœnę in testamento, non solùm, quatenus est annua pensio, continetur sub generico verbo, *Census*, sed iusta erit omnino, & exequenda.

11 Quartus casus, & in quo tota difficultas cōsistit, est quando pœna adijcitur dationi quantitatis certæ in contractibus, vt quia Petrus promisit soluere centum ad certum tempus, vel ex tunc quid annuum præstandum, & in hac specie dixerunt plures regulariter vsurā præsumi. l. rogasti, §. si tibi. ff. si certum petatur gloss. in l. cùm allega. C. de vsur. latè post Rebuf. & alios resoluit Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 260. num. 41. Petrus Surd. decis. 259. in princip. Ioseph. Mascard. de probat. concl. 1172. numer. 16. vbi plures refert, qui hanc dicunt communem opinionem. Resoluit etiam Gaspar Roder. de censib. lib. 3. q. 5. n. 6. quòd maiori ratione procederet, quando non solùm ponitur pœna pro vna vice, sed adijcitur quantitati per dinumerationem dierum, mensium, seu annorum, quia eo casu fortiùs præsumeretur vsuraria, vt quia lucrum repetatur, ex Bart. in l. cùm stipulati sumus. numer. 3. de verb. Anania in cap. fin. de vsuris, Villaguta de vsuris. quæst. 2. numer. 10. & post Gregor. & Gutierr. adnuertit Roderic. d. q. 5. numer. 8. & quæst. 8. num. 5.

12 Sed quia hæc materia confusè traditur ab Scribentibus, & Rebuf. in l. vnica. C. de sentent. quæ pro eo quod interest in gloss. *Præferuntur*. n. 9. refert duodecim opiniones, Gutier. de iuram. confirm. 1. p. q. 36. atq; Roderic. alios cumulat, firmiter teneo distinctionem Innocentij in c. 2. de pœnis dicentis, quòd solitus fœnerari præsumitur adijcere pœnā dationi quantitatis in fraudem vsurarum, & quòd ea præsumptio in eo, qui solitus fœnerari non est, non datur. Cuius sententiam sequuntur tanquam verissimam Rom. in d. cōs. 510. num. 53. & cum sequitur Crotus in cons. 8. Bart. in l. stipulatio ista. §. alteri, vbi Alex. numer. 11. de verbor. Bened. Capra consil. 50. numer. 28. vbi dicit communem Ioan. Gutierr. de iuram. confirm. 1. p. c. 36. num. 10. vers. *Rursus*, vbi refert gloss. in l. pœnam, verb. *Potest*, ff. de vsuris, & in l. alteri, verb. *Quantitas*, & gloss. fin. in l. vtrum. ff. de petit. hæredit. & gloss. in cap. illo vos de pignorib. Quam distinctionem probat text. in l. 10. tit. 1. part. 5. dum dicit: *Toma la cosa prestada, si non la torna a la saçon que deuia, que tenudo es de pechar aquella pena â que se obligô.* vbi Gregor. in verb. *Aquella pena*, sequitur eam distinctionem etiam in mutuo, in quo loquitur l. partitæ. Probat etiam eam distinctionem l. 7. titul. 18. part. 3. quæ dum generaliter loquitur, intelligenda est secundum prædictam distinctionem, quam verbis expressis probat l. 40. titul. 11. part. 5. ibi: *Si aquel que recibe la possession, es ome que aya vsado de recebir vsura, estonce non es tenudo de pechar la pena el que hizo la promission, maguer non la cumpla al plaço: pero si el que recibe la promission fuesse â tal ome, que nunca huuiesse recebido vsura, estonce tenudo seria â pechar la pena el que fizo la promission, si non diesse aquella que auia prometido de dar.* vbi Gregor. in verb. *Vsura*, aduertit, quòd l. illa approbat opinionē Innocentij.

13 Ex qua verissima distinctione inter solitū & non solitū fœnerari infertur, quòd etiam si pœna adijciatur dationi quantitatis per dinumerationem dierum, mēsium, vel annorū, adhuc in non solito fœnerari non præsumeretur in fraudem vsurarum adiecta, per dictas leges Partitæ, quæ nimis generaliter loquuntur: quamuis Gregor. in dict. l. 40. verb. *Vsura*, ad medium, referens solum Bart. in l. cùm stipulati sumus de verb. credidertit, quòd lex illa procedit, quando pœna apponitur pro vna vice, non verò si apponeretur per dinumerationem præstationem. Cuius

Greg p-

Gregorij auctoritas circa legum Partitarum interpretationem magna semper mihi visa fuit, sed in hac limitatione ad leges Partitæ existimo lapsum fuisse : debuerat enim aduertere, quòd de iure communi diuersæ opiniones erant, quarum vnam meliorem, & iustiorem leges Partitæ elegerunt, & similiter quòd l. Partitæ fin. ibi: *Que si non cumplieren aquello que otorgan è prometen,* non fundatur in dinumeratione præstationum, sed in non implemento conuentionis. Rursus, verba ibi: *Por llenar alguna cosa como en razon de vsura,* apertè præsupponunt pœnam adiectam fuisse dationi quantitatis perdinumerationem præstationum, siquidem vsura præsupponit reiteratas annuas præstationes. Quod iterum præsupponit l. dum dicit: *Que aya vsado de recebir vsura;* vnde Gregor. in l. fin. titul. 1. part. 5. verb. *Aquella pena,* absque vlla distinctione, an pœna adijciatur, vel non perdinumerationem dierum, seu mensium, sequitur opinionem Innocentij.

14 Quam ego indistinctè verissimam existimo, considerans, quòd nulla possit dari ratio differentiæ respectu eius, qui non est solitus fœnerari inter pœnam adiectam voicæ tantùm solutioni, vel pluribus repetitis : quia cùm vtroque casu suspicio vsuræ deducatur ex consuetudine fœnerandi, quæ fuit vnica causa suspitionis, vt leges Partitæ præsupponunt, ex parte nempe fœnerantis, & non conuentionis, meritò conuentio, in qua vnica ratio militat, scilicet consuetudo fœnerandi, siue vnicam, siue plures præsupponat solutiones, iustissima debet esse ex parte ipsius, aliàs daretur, quòd census, seu pensio iusta ex sola vniformitate, & pluralitate præstationum contineret suspicionem vsuræ : quod quidem absurdum est; quia nullus census ex parte præstationis continet iniustitiam, neque vlla pensio repetita & vniformis ex parte ipsius præsupponit suspicionem, cùm sequeretur, quòd etiam iusta ex sola repetitione redderetur iniusta: pendet enim iustitia à creatione, à pretio, ab æqualitate, à præceptis nempe iustitiæ commutatiuæ, non ab vniformitate, singularitate, seu pluralitate: ergo nihil efficit singularitas, neque pluralitas, sed sola veritas, & iustitia: & consequenter distinctio Innocentij indistinctè vera est.

15 Secundò infertur, quòd quamuis eam distinctionem inter solitum, vel non solitum fœnerari non procedere in mutuo aliqui existiment, vt quia in mutuo detur vsura formalis, vt tenet gloss. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si certum petatur, Bald. in l. cùm allegas. C. de vsur. Roman. d. consil. 510. numer. 13. quos sequitur Mascard. de probat. concl. 1172. num. 21. Rebuf. in l. vnica, gloss. 1. numer. 60. C. de sentent. quæ pro eo quod interest: contraria tamen sententia verior semper mihi visa fuit; quia, cùm iustitia pœnæ, non pendeat à natura contractus, vt quia mutuum de se licitum sit, sed à consuetudine fœnerandi, cùm solitus fœnerari extra contractum mutui possetaliquando recipere aliquid vltra sortem, & è conuerso non solitus fœnerari etiam in mutuo posset non committere vsuram, meritò natura mutui non inducit suspicionẽ, neq; iniustam reddit pœnam: ideò contra gloss. tenent Domin. Sot. de iust. & iure, quæst. 1. art. 3. concl. 1. vbi scripsit licere mutuanti stipulari aliquid pœnæ nomine mutuatario, si non soluerit statuto die, dummodò non sit solitus fœnerari. Conrad. de contractib. quæst. 21. col. 1. Gaspar Roder. d. libr. 3. q. 5. num. 7. ad medium vsq; ad n. 9. vbi respondet ad text. in cap. plerique. 14. q. 3. & in d. num. 7. aduertit, quòd ex dictis legibus hodie id constitutum, & obseruandum est, & n. 3. ad medium fatetur, Theologorum sententia illud fuisse confirmatum, posseq; in mutuo moderatam pœnam stipulari. Quòd si rectè considerentur prædictæ leges Partitæ, dũ loquuntur in mutuo, apertè probant, & est verissima resolutio.

16 Tertiò, & notanter infertur, quòd quamuis in casu permisso, vbi pœna adijcitur facto hominis, dationi speciei, vel quantitatis, existiment plures, regulari obseruantiam ad instar quantitatis interesse, vt quatenus interest stipulatoris, & non vltra, pœna præstetur, vt constat ex Matthæo de Afflict. decis. 135. Ioan. Garc. de expens. cap. 9. numer. 63. Gutierrez, Auend. & alij, quos referens sequitur Roderic. de annuis redditib. lib. 3. q. 5. nume. 10. & 11. tamen ex legibus Partitæ contrariam sententiam existimo veriorem, scilicet quòd quamuis pœna excedat interesse, dummodò non sit multum excessiua, obseruanda & exequenda sit, ex his, quæ suprà latè diximus de obseruantia & potestate pœnæ conuentionalis. Quod apertissimè probatur in d. l. fin. tit. 1. part. 5. quæ etiam loquitur in mutuo, ibi: *E si pena non fuere puesta, deue pechar los daños è interesses:* ergo damna & interesse succedunt loco pœnæ, vt quando non adijcitur pœna, soluenda sint, & consequẽter si adijciatur, non est reducenda ad solũ interesse, sed etiam vltra id, quod interest, obseruanda, dummodò excessiua non sit: quæ quidem lex caulari non potest, neque recipit aliam

interpretationem; text. etiam in l. 40. tit. 11. part. 5. dum agens lex illa de pœna conuentionali, subdit: *Seanmas acuciosos en cumplir la promission por miedo de la pena*: ergo implementum non pendet ab interesse, sed à metu pœnæ. Quare omnes, qui ad instar interesse pœnam regulandam esse credunt, procedunt absque dubio; quando pœna non adijcitur ex conuentione expressa, sed tantùm subintelligitur à lege, & hoc est, quod voluit d. l. partitæ fin. ibi: *E si pena non fuere puesta, deue pechar los daños ê interesses.* Ex quibus omnibus iam constat, quòd etiam quando pœna adijcitur dationi quantitatis per dinumerationem dierum, mensium, seu annorum, à non solito fœnerari, etiam in mutuo formatur census ex pœna iustè, atque præcisè soluendus.

17 Constat etiam, quòd quamuis in eo censu ex pœna adijciatur conditio, vt si certa die pensio non soluatur in domicilio emptoris, quoddam salarium pro expensis præstetur, conditio, seu pœna seruanda erit, etiam vltra id quod interest, dummodò nimis excessiua non sit, & quamuis contrarium existiment Ioan. Gutierr. de iuramen. confirm. cap. 36. numero. 10. Roderic. libr. 3. quæst. 5. numer. 10. & 11. eos intelligo in censu emptitio consignatiuo, in quo quidem cùm pretium debet esse indiuiduum & legale, quamuis conditio, seu grauamen salarij & expensarum in eo censu sustineatur (vt in cap. de salario census dicendum est) iustum erit prædicta salaria, seu expensas ad legitimum interesse, seu damnum creditoris reducendas esse: in censu verò ex pœna, de quo agimus, cùm pretium nõ sit indiuiduum, sed sola pœna, dummodò nimis excessiua non sit, obseruari debeat, merito salarium ex pœna impositum reducendum non est.

18 Quintus casus est, quando pœna adijcitur facto hominis, vel dationi speciei, seu quantitatis certæ in contractu nullo, vt quia census illegitimo pretio fuit constitutus, vel absque iuris solemnitate creatus: & in hac specie non posse pœnam validare contractum certum est, tam ex parte pœnæ, quàm ipsius contractus, ex gloss. celebri in l. si patronus, verb. *Fauiana.* ff. si quid in fraudem patroni, dicente, quòd vbi contractus est nullus, & à lege reprobatus, pœnæ adiectio tanquàm accessoria nihil valet, iuxta reg. accessorium, de reg. iur. in 6. & in l. cum principalis. ff. eodem, quam gloss. & eius resolutionem dicunt communem plures referentes Ioan. Gutierr. in l. nemo potest. numero. 400. ff. de legatis. Xuar. in l. quoniam in prioribus, ampliat. 7. C. de inofficioso testam. Anto. Gom. in l. 17. Tauri. numer. 15. & in l. 45. numer. 3. & alij per Ioan. Gut. de iuram. confirm. 1. part. cap. 36. numer. 6. vsque ad numer. 9. vbi numer. 6. ad finem refert pro hac opinione text. expressum in l. 38. tit. 11. part. 5. & respondet ad ea, quæ in contrarium adduci poterant.

19 Et quamuis numer. 9. limitet eam sententiam, quando simul cum pœna promittit quis non allegare nullitatem contractus, vel adiectum est iuramentum, in hac nostra specie non procedit eius limitatio: quia quando pœna iusta non est, vel contractus iniustus, nihil operatur consensus, cùm agatur de consentiendo contractus simulato & fraudulento, in quo vel datur vsura formalis, vel paliatur; & consequenter nihil etiam operabitur promissio de non allegando nullitatem, vt ipse Gutierr. aduertit in d. l. nemo potest. numer. 378. in d. cap. 36. num. 9.

20 Solent etenim aliqui loco pœnæ adijcere pactum conuentionale, vt interim dum pretium rei venditæ soluitur, res sit locata pro tali mercede, cuius pacti colore recipiunt annuas pensiones; quod si promittatur in fauorem illius, qui solitus est fœnerari, vel aliter probetur simulatio, contractus iniustus erit: sin verò secluſa omni simulatione contrahatur, ex natura sua rectè sustinebitur, ex text. in l. sicut emptio. §. fin. ff. locati, vbi Consultus respondet, quòd si quis emat fundum pro certo pretio, donec soluat pretium, eundem fundum pro mercede certa conducat, valet contractus conductionis, & emptor obligatur ad soluendam mercedem. Ita respondet Alexandr. consil. 121. *Et ponderatis omnibus*, libr. 1. Alexand. refert Decius in consil. 119. sub numer. 4. & numer. 12. Angel. in summa verb. *Emptio*, vers. 5. similiter etiam quando datur dilatio ad soluendum pretium, & dominium non est translatum, donec pretium soluatur, atque certum quid singulis annis promittitur, contractum licitum esse tenet. Abb. consil. 66. *Viso quodam instrumento*, quem sequitur Socin. senior consil. 176. col. vlt. vol. 2. quod est repetitum in vol. 4. sub numer. 103. idem comprobat Cagnol. in l. curabit. numero. 63. C. de action. empt. de quo videndus est Gasp. Roderic. in libro. 1. de annuis redditib. quæst. 3. numer. 62. vsque ad numero. 64.

DE

# DE CENSV, ET INTERusurio promiscuo, & successiuo ratione dotis promissæ, non traditæ, formando, circa intellectum text. in cap. salubriter de vsuris. Cap. X.

## SVMMARIVM.

*Inter usurium promiscuum reprobatum est omni iure. n. 1. nisi sub nomine interesse lucri cessantis, & damni emergentis.*

*Interesse ratione dotis retardatæ quando peti, ac solui possit, & intellectus ad text. in c. salubriter de vsuris. n. 2. vsque ad fin. cap. & an in eo textu à principio fuisset necessaria promissio certæ dotis, & traditio certi fundi. nu. 2. 3. 4. & 5.*

*Onera matrimonij faciunt, vt gener possit recipere fructus dotis retardatæ interim dū sibi soluitur, absq; labe vsurarū, & quomodò hoc verificetur, & intelligatur. n. 6. vsq; ad finem.*

*Fructus dotis retardatæ si excedant onera matrimonij, an in excessu computentur in sortem, vel non sit considerandus excessus, sed fructus, quantumcunq; excessiui, non computentur. n. 8. cum alijs.*

*Maritus non sustinens onera matrimonij fructus non lucratur, vt quia deficiat ratio text. in d. c. salubriter. n. 11. & quid si nulla dantur genero pignora, sed solū interuenit dotis promissio. n. 12. & quid quando à principio ad id actum non fuit pactum de lucrandis fructibus. n. 13.*

*Gener an lucretur fructus, etiamsi à principio non fuit promissa certa pensio, interim dum dos præstatur. n. 14. & etiamsi à principio constitutionis dotis quantitas certa non destinetur. numer. 15.*

*Quando dominus à vassallo recipit fundum in pignus, & percipit fructus, an teneatur compensare: & verus intellectus ad text. in c. 1. de feudis traditur. n. 16. & annis text. habeat locum in emphyteota. n. 17.*

*Gener an faciat fructus suos, quandiu sibi dos promissa non traditur, si promittatur ab extraneo. n. 18. & quid in vidua. n. 19. & quòd hæc omnia non protedant ex priuilegio dotis, sed pro oneribus matrimonij sustinendis, n. 20.*

*Gener si distulerit petere dotem, an sibi præiudicet, & quomodò hoc intelligatur. n. 21. & quid in marito solito negotiari. n. 22.*

## CAPVT. X.

1 AD veram cognitionem māteriæ huius capitis prænotandum est, interesse dupliciter fore accipiendum, aliud est causale & momentaneum, aliud successiuum, & promiscuum. Momentaneum & causale formatur, quando simul & eodem tempore pro vna tantùm vice causatur. Promiscuum & successiuum est, quando totum non incurritur simul, sed successiuè, nempe annuatim: quæ quidem duo in aliquibus differunt, & primo in eo, quòd momentaneum & causale nunquam debetur, nisi post moram, culpam, vel dolum debitoris, & quatenus probatur, vel iuramento partis liquidatur. Promiscuum verò, & successiuum citra moram debitoris causari potest. Vnde cùm causale & momentaneum non præsupponant successiuam pensionem, de successiuo & promiscuo in præsenti agendum est.

Et primò est aduertendum, quòd census annuus ex eo successiuo & promiscuo interesse regulariter creari non potest, vt quia istud interesse sit improbatum omni iure, vt Couarr. aduertit lib. 3. variar. cap. 1. numer. 3. Quod in mutuo verissimum est, etiam ex mora, vel ex pacto, quia vsuræ non possunt peti, nisi sub nomine interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, ex gloss. & comm. in cap. conquestus de vsuris, & prosequitur latissimè Barbosa in l. de diuis. num. 5. ff. de solut. matrim. in alijs verò contractibus citra mutuum solet aliquando haberi ratio interusurij ex aliquibus iustis causis, quæ diffiniri, neque cumulari possunt, cùm à varijs negotiorum, seu casuum circunstantijs pendeant, inter quos reperitur celebre, licèt vulgare Innocentij III. responsum in cap. salubriter de vsuris, vbi in effectu formatur quoddam successiuum & promiscuum interesse, quod non improprie vocari potest census ex dote, cum genero, cui pro dote possessiones pignori obligatæ fuerunt, fructus, quos perceperat, non recipiat in sortem principalem, sed eos pro oneribus matrimonij sustinendis iustè retineat.

2 Quod quidem interesse iustum credide-
runt Scribentes, dummodò seruetur in eius conceptione forma illius text. scilicet quòd à principio conuentum sit non solùm de certa summa dotis soluenda, vt ita detur certa sors, respectu cuius præstentur vsuræ, sed etiam quod conueniatur de certo fundo fructifero, cuius fructus fortunæ subijciantur,

interim dum dos soluitur tradendo & fruendo, nulla data dotis soluendæ dilatione, existimantes quòd extra illum casum neque textus ille procedit, neque vllam interesse successiuum formari potest. Ita intelligunt & resoluunt Ioan. Andr. in d. cap. Salubriter, quem sequuntur Ant. Ioan. de Lìnian. ibi, Laurent. de Rodulph. in cap. consuluit. 2. p. q. 56. de vsuris, Alex. cõs. 27. lib. 4. & cõs. 74. & 141. & lib. 5. Socin. cons. 88. libr. 4.

3 Ego tamen considero, quòd prædicti Scribentes præsupponunt duo, quæ non probantur in text. dicunt enim, quòd fundus fructiferus genero pro dote constituta traditus fuit, & in eo text. solùm probatur, quòd fundus pro dote fuit pignori obligatus ibi: *Quæ sibi à socero sunt pro dote connumerata pignori obligata.* Secundò dicunt, quòd fuit traditus pro dote constituta, & tamen text. probat, quòd fuit pignori obligatus pro dote numerata, ibi: *Pro numerata dote pignori obligatâ.* Si enim dos fuit numerata, non est verisimile, quòd pro dote numerata possessiones genero in pignus tradentur: vnde & duo, quæ præsupponunt Doctores, non probantur in textu; & verba huius textus obscurissima sunt, nisi intelligas, quòd verba textus ibi: *Pignori obligatæ*, præsupponunt post pignorationem possessionum conuentionem factam tacitam, vel expressam inter generum & socerum initam fuisse, & interim dum dos sibi solueretur, eisdem pignoribus fructiferis pro sustinendis oneribus matrimonij vti posset, & virtute eius conuentionis possessiones ipsæ, quæ pignori obligatæ pro dote fuerunt, sibi traderentur, & nisi simul intelligas verba, ibi: *Pro dote numerata*, id est, pro nominatim constituta in certa quantitate, quæ dum traditur in fundo pignori dato non impropriè dici poterit, *Numerata*. His enim præsuppositis, rectè probantur in textu duo, quæ requirunt Doctores, vt eius dispositio procedat.

4 Quæ noua interpretatio confirmatur ex summario eiusdem text. dum dicit: *Maritus dum recipiens pignus pro dote promissa*, ecce quòd verba, *Recipiens pignus*, declarant verba textus ibi. *Pignori obligatæ*, vt adendum sit, *Id est, & verè tradita pro dote*, & dum dicit summarium, *Pro dote promissa*, declarat verba text. ibi: *Pro numerata dote*, vt dicatur numerata, quæ postquam fuit constituta & promissa traditur genero in fundo fructifero: ergo quamuis verba videantur obscura, & difficillima, hoc modo rectè intelliguntur.

5 Sed adhuc admissa ea verborum textus interpretatione, sententia communis suprà relata non sustinetur; quia licèt non concurrant duo illa ab Scribentibus requisita, dummodò subsit eadem ratio, decisio textus extenderetur ad alium similem casum, vt Roderic. post Baldum Nouellum, Petrum Surdum, Barbos. & alios aduertit in tract. de annuis redditibus lib. 3. q. 7. numer. 49. cùm alijs, inferens ex ea resolutione ad plures casus, qui textus si non extenderetur, ex rationis identitate non procederent.

6 Quare vt ab origine cognoscatur casus, textus, & cæteri omnes, ad quos eum Scribentes extendunt, necessarium erit quærere eius decidendi rationem; & omissis, quæ traduntur ab interpretibus ibidem, & ab alijs, quos referunt Cenedo in collect. eiusdem text. collectan. 14. & à Ximenez in alia collectanea sub titulo de vsuris, quos non refero, quia nunquam sola relatione, sed ratione tantùm fui contentus, firmiter credo, *Onera tantùm matrimonij fuisse eius decisionis veram decidendi rationem, vt scilicet pro oneribus matrimonij sustinendis promittatur genero, non computare in sortem dotis promissa fructus, quos perceperat ex possessionibus pignoratis*, vt præsupponit Pontifex ibi: *Cùm frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij supportanda*: & post eum omnes fatentur, ita quòd sit communis, atq; recepta sententia, imò & vulgaris ratio decidendi illius textus.

7 Sed quamuis hanc esse dicant veram rationem decidendi illius textus, non tamen explicant, quomodò sit intelligendum, neq; qua ratione fieri posset, quòd onera matrimonij vsuram formalem excusent. Vnde nouiter, & vltra omnes quos legerim, considero, quòd in eo textu inter generum & socerum formatur quidam contractus censualis hoc modo conceptus, quòd onera matrimonij ex parte generi succedant loco sortis, & fructus pignoris ex parte soceri loco pensionis, quasi pro oneribus matrimonij ematur à genero ius percipiendi fructus pignorum absq; labe vsurarum, & inde resulter, quòd contractus correspectiuus impositioni & sorti iustus sit: si enim Pontifex ibi recognoscens onera matrimonij esse infinita, subdit: *Quia frequenter dotis fructus non sufficiunt ad onera matrimonij supportanda*: quæ sors censualis iustior & opulentior, considerari possit, cuius respectu fructus pignorum iustè percipiantur, quàm ipsa onera matrimonij, obligationesque alendi vxorem, filios, & familiam, ignoro: ergo si ex parte generi recipientis pensionem datur in eo textu iusta sors, scilicet onera matrimonij, mirum non est si ex parte soceri respectu eius amplissimæ sortis promittatur

annua

annua pensio, donec sors præstetur, censusque ex quantitate dotis præmissæ formetur.

8 Quæ noua consideratio cõfirmatur ex eo, quia ad vsuram formalem debet dari pensio ex parte soluentis, & sors ex parte recipientis, ita quòd vbi non est sors, nõ est vsura. 14. quæst. 3. per totam, & similiter census creari non potest sine sorte & pensione: ergo in d. cap. salubriter dicendum est, vel quod nulla sors interuenit ex parte generi, vt inde non detur vsura, vel quòd in locum sortis successerunt onera matrimonij: ergo vtroq; casu iustissima est decisio illius textus. Qua verissima, & noua ratione decidendi retenta infertur ad casus, in quibus Doctores extendunt, & limitant textum illum, & primò ad eum, in quo dubitatur, an si fructus excedant onera matrimonij, gener computabit excessum in sorte; in quo dixerunt plures fuisse computandum, & textum illum restringendum ad onera matrimonij, & probabile interesse, vt fructus vltra id quod interfit, non sit maritus habiturus, tenuerunt Bald. in l. fin. §. prætereà. ff. de iure dotium, Alexand. Ioan. Lup. Philip. Decius, Anania, Ant. de Fano, Dominicus Soto, & alij, quos refert Gaspar Roder. libr. 3. de annuis redditibus. quæst. 7. numer. 48. versic. *Sed contrariam sententiam.* Contrariam tamen sententiam tenuerunt alij non minoris autoritatis Adrian. Medin. Angel. Syluest. quos refert, & sequitur Couar. lib. 3. variar. cap. 1. numer. 3. Balasc. dicens se ita respondisse lib. 1. consultationum, consultatione. 8. numer. 3. Quas opiniones conciliat Rodericus ibi in hunc modum. Quòd si fructus, licèt excedant onera matrimonij, non tamen excedant interesse prouabile, atque verisimile mariti, quòd ex re dotali consequi poterat, non teneatur eos cõputare: sin verò vtrũq; excedant, tam legitimum interesse, quàm onera, computet eos.

9 Cuius conciliatio mihi non satis facit; quia non est verificabile, quando fructus onera matrimonij, vel interesse mariti excedant; si enim matrimonij onera infinita sunt: ergo fructus dotis non possunt esse maiores, & si minores, vel æquales, excessus non dabitur, & consequenter conciliatio verificari non poterit. Ad quod nouiter pondero elegantissima verba Pontificis ibi: *Quia frequenter dotis fructus non sufficiunt ad onera matrimonij supportanda.* In quibus verbis non decidit Innocentius, an fructus dotis possint excedere onera, sed an possint sufficere ad ea supportanda, sentiens, quòd excessus impossibilis erat, defectusque frequens, & contingibilis: ergo si excessus non potest dari, neque liquidari, minus poterit verificari; & ideò conciliatio Roderici subuertitur. Rursus præsupponit Rodericus, quòd potest esse maius interesse, & lucrum proueniens ex industria mariti, cum dote sibi data, quàm onera matrimonij. Quod etiam magis videtur impossibile, quàm verificabile, cùm, vt dictum est, onera matrimonij non solùm incerta, sed & infinita sint: ergo si sunt maiora quàm interesse & fructus, non poterit esse iniustus contractus census ex parte sortis, neque in eo contractu deficerent præcepta iustitiæ commutatiuæ, quæ consistunt in æqualitate, imò semper sors, fructus, & interesse superaret. Qua ratione non est habenda consideratio ad fructus quantitatem, neque ad interesse mariti, sed quamuis fructus opulentissimi sint, iustè reciperet eos maritus, secundum opinionem Adriani, & sequentium.

10 Ex quo etiam subinfertur, quòd si interim dum dos præstatur, promittitur pensio, quæ resultet constituta ad rationem septem, vel etiam quinque pro vno, non erit iniusta, tam ex eo, quòd is census emptitius non est, vt in eo procedant leges Regni, quæ de pretio egerunt, quàm quòd census iste non constituitur pro quantitate dotis promissæ, nec eius quantitati correspondere debet, cùm quantitas dotis non sit sors, neque pretium, pro qua census formatur, sed eius pensionis constitutio respectu veræ sortis consideretur, & reguletur, id est, respectu eius, quod à genero loco pretij, atque sortis datur, scilicet onera matrimonij, quæ cùm sint infinita, nulla pensio respectu eorum resultat iniusta: & inde videmus, quòd multoties soceri promittunt mille pro dote, & interim dum præstantur, alimenta necessaria, quæ si deberent regulari ad instar dotis, forent excessiua; & cùm præstentur pro oneribus matrimonij, quæ loco sortis succedunt, iustissima sunt. Qui quidem discursus deducitur ex Alexandro consil. 121. numer. 8. volum. 2. qui post Castrum in l. insulam. §. vsuras. ff. solut. matrimoni. resoluit, quòd interesse, de quo in cap. Salubriter, non est lucri cessantis, sed damni emergentis, quod transcendere potest consuetas vsuras, & peti non tanquàm vsuræ proportionatæ ad dotem. Sequitur etiam Surdus de alimentis titulo primo.

11 quæst. 42. numer. 2. ¶ Infertur etiam,

quòd si maritus non sustinet onera matrimonij, cessabit constitutio d. cap. salubriter; vt quia deficiat ex parte generi legitima sors, cuius respectu fructus pignoris sibi præstentur, vt ex Bart. Alexand. & alijs resoluit Ioann. Lup. de vsuris comment. 1. §. 4. numer. 78. Boer. cons. 6. numer. 5. latissimè, atque eleganter Petrus Surdus d. tit. 1. q. 42. n. 31. cum alijs.

12 Infertur etiam procedere textum illum, etiam nullis datis genero pignoribus prodote promissa restituenda, ex quibus fructus percipiat, sed solùm promissa certa dotis quãtitate, & interim certa pensio annuatim soluenda; quia cùm census iste non iustificetur ex datione pignorum, neque pignora succedant loco sortis, vt quia vtrumque, & pensio & pignora proueniant à socero: sed vera sors & pretium, quod ex parte recipientis pensionem prouenire debet, sint onera matrimonij, secluſa datione pignorum, ex sola promissione formaretur is census, vt contra Ioa. Andr. resoluit Anchar. Calderin. & Panormit. in d. cap. Salubriter, Bart. Roman. Imola, & Alexand. in d. §. vsuras, Couarr. libr. 3. variar. cap. 1. numer. 3. vers. 4. Molina de primogen. libr. 4. cap. 5. numer. 6. & alij plures, quos refert & sequitur Gaspar Rodericus de annuis redditib. libr. 3. quæst. 7. numer. 44. & benè Petrus Surd. d. tit. quæst. 42. numer. 11. & numer. 23. vbi id latè prosequitur: & ideo, exempli gratia, vt quia ita contingit, fecit Innocent. mentionem de pignoribus, non tamen ex ea ratione, quòd ad alios casus absque pignorum datione eius constitutio non extenderetur, vt prosequitur Barbosa in d. l. de diuisione. numer. 2. ff. solut. matrimon. Surd. consil. 296. num. 7.

13 Infertur etiam textum procedere, quamuis à principio constitutionis dotis non adijciatur pactum de lucrandis fructibus pignorum, sed simpliciter dos promittatur, & pignora dentur: quia cùm non ex pacto, sed pro oneribus matrimonij fructus debeantur, & præstentur, sine vllo pacto ex præceptis iustitiæ commutatiuæ gener eos perciperet. Ita Balasc. consult. 8. numer. 2. Couarr. libr. 3. variar. cap. 1. numer. 3. Barbosa in l. de diuis. numer. 2. ff. solut. matrim. Roderic. suprà numer. 46. vbi reprobat Almain in 4. dist. 5. numer. 2.

14 Iterum procedit textus ille, etiamsi à principio non promittatur certa pensio interim dum dos traditur, sed simpliciter certa dos promissa sit, quia interim dum præstatur, debetur genero legitimum quantitatis interesse, vt quia sustinendo onera matrimonij, illud consequatur. Ex quo cessabunt resolutiones, quæ in contrarium referuntur per Roder. de annuis redditib. libr 3. quæst. 8. fere per totam, maximè numer. 5. 11. 12. 13. & 18. Petr. Surd. d. tit. 1. numer. 50. vsque ad 57. si enim accedente pacto procedit text. ille cur non & simpliciter promissa dote sine pacto de lucrandis vsuris, siquidem non in pacto æquitas illius textus fundatur, sed in præceptis iustitiæ commutatiuæ.

15 Infertur etiam textum procedere, quamuis à principio contractus matrimonij quantitas certa dotis non designetur, sed arbitrio tertij committatur declaranda; quia licèt certa quantitas promissa deficiat, & sic videatur deficere sortem, respectu cuius fructus, seu annua pensio præstentur; cùm tamen, vt dictum est, sors & pretium huius contractus censualis non sit quantitas dotis, sed onera matrimonij, tanquàm si pro his oneribus gener à socero emeret ius illud percipiendi fructus pignorum, vel pensionem designatam, meritò deficiente certa quantitate dotis, vt quia arbitrio tertij conferatur, census dotalis adhuc subsisteret quantum ad alimenta ad instar onerum matrimonij regulanda, ex Cagnolo in l. curauit. numer. 41. C. de actionib. empti, Ruyn. consil. 224. numer. 13. Aymon Crauet. consil. 189. numer. 7. Petr. Surd. cons. 266. numer. 3. Ex quo & meritò reprobatur controuersia dubitantium, an ea pensio censualis possit à principio constitutionis dotis taxari, existimantes, quòd si non taxetur, ad instar legitimi interesse foret regulanda, de quo Cepola consil. 15. Alexand. consil. 63. libr. 3. & consil. 31. libr. 4. Conrad. de contractib. q. 35. concl. 11. & 12. si enim absq; vlla designatione dotis debentur fructus ad instar onerũ matrimonij, frustrà dubitauerunt Scribentes ad cuius quantitatis rationẽ deberent à principio taxari.

16 Deducitur etiam ex omnibus suprà dictis verus intellectus ad text. in cap. 1. de feudis, vbi si dominus à vassallo recipit feudum in pignus, & eius fructus percipit, non tenetur computare fructus in sortem; ad quem text. plures intellectus tradiderunt Scribentes, quos refert & refutat Roder. lib. 3. de censib. quæst. 7. numer. 50. & 51. vbi denique intelligit ideò procedere, quòd vassallus, qui feudum domino pignorauit, cessauit à seruitijs, quorum occasione fructus erat percepturus, ideò dominus eos iustè percepit, vt cum Paris. & Couarr. atque alijs verum existimat, & ex verbis text. eum intellectum comprobat. Cuius Roderici intellectus verus est, sed adhuc indiget declaratione: ideò aduertatis cen-

tum

rum esse, quod vassallus propter seruitia vti-
tur feudo, ita quod in eo feudo ex parte do-
mini terra datur fruenda, & ex parte vassalli
seruitia præstantur, quæ continent recogni-
tionem vassallagij, quasi vassallus pro recogni
tione & seruitijs, quæ loco sortis succedunt,
fructus annuos feudi percipiat: igitur si pig-
norauit domino feudum, & seruire, atque re
cognoscere desinit, sortem ipsam retradidit,
& consequētes fructus, quos pro sorte illa re
cipiebat, perdidit, quasi interim dum seruitia
cessarent, resoluatur, aut suspendatur contra-
ctus: ergo mirum non est, si deficiente sorte
dominus fructus percipiat. Ex qua noua con-
sideratione existimo errasse Paris. & Couarr.
quos refert & sequitur Rodericus, dum exi-
stimant, quòd si fructus à domino percepti
excedāt seruitia, computabitur in sortem ex
cessus. Ego quidem non percipio, quomodò
possit verificari, quòd fructus seruitia exce-
dant: si enim seruitium & recognitio non con
sistit in quantitate, sed in qualitate, vt quia
in feudo non consideratur quantitas pensio-
nis feudalis, sed subiectio seruiendi, & recog
nitio vassallagij, impossibile videtur, in eo
quod æstimabile non est, excessum dari, si-
cut suprà diximus in oneribus matrimonij,
quorum respectu fructus in præsenti percipiuntur; & inde resultabit, dominum inte-
gros fructus rectè percipere absque vlla ex-
cessus computatione.

17 Resultabit etiam, non benè Rodericum re
probasse Romanum in consil. 325. dicentem,
text. in cap. 1. de feudis habere locum in em-
phyteota. Cuius Romani sententiam sequun
tur Imola, Anania, & alij relati à Roderico:
quia quamuis in emphyteota deficiant seruitia, pignorando tamen emphyteota domino
fundum emphyteoticum, cessandoque in so-
lutione pensionis, & consequenter in domi-
nij recognitione, proinde habetur, ac si con-
tractus ipse resolueretur, vel saltem pro tem-
pore cessationis suspenderetur; ideò domi-
nus fructus perceptos non recompensabit,
vt quia tempore, quo recepit eos, cessarent,
vel dormirent effectus omnes directi domi-
nij; & in hunc sensum vera videtur sententia
Romani, & aliorum.

18 Infertur etiam, Decretalem illam non so-
lùm procedere in dote promissa à patre, sed
ab extraneo, vt intelligit Nauar. in cap. si fæ-
neraueris. 14. quæst. 3. nume. 65. & 66. Aluar.
Balasc. consult. 8. num. 2. qui fatetur sic respō
disse. & quamuis contrariam sententiam post
Fortun. Garc. & Sotum teneat Couar. libr. 3.
variar. capit. 1. numer. 3. versic. *Caterum*, Surd.
consil. 269. numer. 10. prima longè verior est,
quia cùm perceptio fructuum non iustifice-
tur ratione interesse, neque respiciat personā
dotantis, sed principaliter reguletur ab oneri
bus matrimonij, certum est, quòd haberet lo
cum in extraneo dotante, in quo militat eadē
ratio. Ita contra Couarr. & Surd. resoluit Ro
deric. d. lib. 3. quæst. 7. num. 52. & ego reperio
eundem Surdum, qui mutato consilio idem
resoluit in tractatu de alimentis d. tit. 1. n. 29.
vers. *Ampliatur pariter.*

19 Infertur etiam, quòd quamuis plures nota
biles viri eum text. ad viduam, cui dos restitu
ta non est, extendant, non tamen in eo casu
text. procedit: quia cùm matrimonium, & cō
sequenter eius onera morte mariti cessarēt,
licèt viduæ danda sint danda alimenta ad in-
star legitimi interesse rationi damni emergen
tis, & respectu dotis restituendæ, quæ in eo
casu succedit loco sortis, non tamen poterit
vidua vti remedio dicti cap. salubriter, quod
opulentius est; de quo videndus est latissimè
Gaspar Roderic. d. quæst. 7. numer. 53. vsque
ad 58. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 44. per to
tam, & quæst. 42. ex num. 111. vsque ad num.
124. & tit. 7. q. 22. vbi de alimentis viduæ præ
standis ad longum agitur.

20 Infertur etiam, non esse in specie illius
text. considerandum priuilegium dotis, cum
neque dotis priuilegio permittantur vsuræ,
vt nominatim resoluit Roderic. d. quæst. 7.
num. 49. neque etiam fauore Ecclesiæ, con-
tra gloss. in c. conquestus, verb. *Nullo iuris co
lore*, fatetur ipse numer. 50. Sed demum pro
oneribus matrimonij sustinendis: ex quo ipse
num. 59. resoluit habere locum in cessiona-
rio. Quod latiùs comprobat Surd. d. quæst.
42. titul. 1. num. 22. post Rolandus. Ioan. Lup.
Nauar. & alios.

21 Procedit etiam decretum illud, etiam si ge-
ner distulerit petere dotem, seu recipere fru-
ctus; quia adhuc sibi deberentur, non à bien-
nio post contractum matrimonij, sed à die,
quo cœpit onera sustinere, etiam ante moram
irregularem; quia quamuis fructus, qui succe
dunt loco interesse, non possint peti ante mo
ram irregularem cum lapsu biennij, vt latè tra
dit Barbosa in l. de diuis. num. 40. ff. solut. ma-
trim. Corn. consil. 145. numer. 8. libr. 2. & alij,
quos refert Roderic. d. quæst. 7. numer. 62. &
latiùs libr. 3. quæst. 5. per totam; cùm tamen
fructus, qui genero debentur in casu cap. salu
briter, non debeantur ad instar interesse, sed
pro oneribus matrimonij sustinendis, non à
mora irregulari post biennium, sed à die, quo
cœperunt onera matrimonij, debentur, &
præstantur; quia sicut non possunt peti pro
tempore, quo prædicta onera non sustinen-



BIBLIOTECA UNIVERSITA

tur, vt suprà diximus; sic è conuerso peti possunt, & debentur à tempore, à quo cœperunt onera matrimonij etiam ante moram. De quo videndus est Surd. d. quæst. 42. tit. 1. num. 13. cum alijs, & num. 125. quod limitat Roder. d. quæst. 7. numer. 69. quando gener recipit dotem, nulla facta protestatione de petendis vsuris, & numer. 65. quando stetit per decennium tacendo sine petitione interesse dotis non solutæ, quia illud censebitur remisisse, vt aduertit. nume. 61. vel nisi maritus dum vixerit, non petierit sibi solui dotis vsuras, vt explicat num. 66. vsque ad num. 68. Hæc enim omnia cùm procedant ab eius voluntate, renuntiatione tacita, vel expressa, possunt remiti, etiá habita consideratione ad onera matrimonij, nisi forsá ignorauerit maritus sibi vsuras deberi, quo casu non videtur renuntiasse, vt aduertit. n. 70.

22 Aliaque plurima circá materiam. cáp. salubriter tradi poterant; sed quia maior nos spectant, sufficiat aduertere, quòd Roderic. d. lib. 3. quæst. 8. num. 17. Petrus Surd. d. quæst. 42. numer. 8. & 9. dubitant, an maritus solitus negotiari recipiat fructus vltra legitimum interesse: quod non indiget explicatione, siquidem consideratis oneribus matrimonij (vt suprà dictum est) vltra id quod interest, fructus percipiantur similiter Surdus d. quæst. 42. num. 43. explicat latè, quid erit, quando maritus ex pacto teneatur alere vxorem, & numer. 64. explicat quid erit dicendum, quando dos non promittitur marito, sed vxori, aliasque vsque ad finem quæstionis dubitationes tradit, quas ex industria omittimus.

## DE CENSV EMPHYteotico, & eius forma, atque conceptionibus. Cap. XI.

### SVMMARIVM.

*Census emphyteotici definitio; & an requirat ad eius essentiam bona immobilia solui. numer. 1. vel solo cohærentia inseparabiliter. numer. 2. non sterilia, sed fructifera á sui natura. num. 3. & 4. vbi quòd á communiter accidentibus sterilia dantur in emphyteosim ad culturam, plantationem, & melioratione.*

*In emphyteosi non venditur res, sed datur cum reseruatione pensionis annuę. n. 5. & 6.*

*In emphyteosi an sit pro substantia contractus reseruanda minima pensio, vel sufficiat, si maxima reseruetur. num. 7.*

*In emphyteosi an trans feratur vtile dominium in emphyteotam, eleganter discutitur num. 8. 9. & 10.*

*Dominus concedens rem in emphyteosim an retineat in se directum dominium. numer. 11. & 12.*

### CAPVT XI.

1 DE census emphyteotici materiá plures egerunt, ideò illud tãtùm, quod ad cognitionem cęterorum cõtractuum censualium necessarium sit, agemus; & vt clariùs agnoscatur, omissis diffinitionibus, de quibus per Aluar. Valasc. de iur. emphyt. quęst. 1. per totam, eam, quæ vniuersam materiam cõprehendit, assignandam, & explicandam elegimus, quæ sic se habet. *Emphyteosis formatur, quando res aliqua immobilis soli, vel solo cohęrens inseparabiliter, fructifera, vel sterilis datur alicui cum reseruatione certæ pensionis minimę annuatim vniformiter soluendæ, cum recentione directe dominy, atque ciuilis possessionis penes concedentem rem in emphyteosim, & translatione vtilis tantum, & naturalis possessionis in emphyteotam.* Quę diffinitio sequentibus modis ad cognitionem eius contractus interpretatur.

Dicitur in diffinitione *Res aliqua immobilis soli*, ad significandum, quòd ad substantiá & essentiam huius contractus bona verè immobilia soli, ex quibus formetur, accedere debent, vt probat text. in §. adeò, instit. locati authent. si quas ruinas. C. de sacros. Eccles. authent. de alienat. & emphyt. per totam. l. 1. & l. 2. per totam. C. de iur. emphyt. c. ád aures de reb. Eccles. l. 28. titul. 8. part. 5. de quo latè dicendum erit in cap. de censu emphyt. creãdo ex bonis verè immobilibus soli, vbi ratio huius primi præcepti cẽsus emphyteotici ád lõgũ tradit; & in hoc rectè conueniunt cẽsus emphyteoticus, & reseruatiuus; quia reseruatiuus creari debet ex rebus etiam immobilibus. cap. constitutus de religiosis domibus, & dicendum erit in cap. reseruatiui census. Imò etiam in hoc conuenit emphyteoticus cum consignatiuo, qui præcisiè assignandus est super rebus immobilibus, Extrauag. 1. & 2. de empt. & vendit. Proprius motus Pij V. super forma creandi census, & dicendum erit in c. de censu consignatiuo super rebus immobilibus creando.

2 Dicitur in diffinitione, *Vel solo cohęrens inseparabiliter*, vt probetur, quòd quãuis regula riter

lariter census emphyteoticos requirat bona immobilia soli, possit tamen formari, & crearirex his, quæ licèt verè non sint immobilia soli, sunt tamen solo inseparabiliter cohærentia, veluti ius percipiendi vectigalia, piscandi, pascendi, decimandi, & alia similia; in quo cē sus iste conuenit cum reseruatiuo, vel consignatiuo, quia vterque potest consistere in his rebus, vt dicendum erit in cap. de censu creādo ex rebus solo cohærentibus: imò quamuis bona non essent cohærentia solo inseparabiliter, sed ab eo separari possint, veluti domus, furnus, molendinum, columbarium, & alia similia, quæ licèt cohæreant solo possunt tamen ab eo separari incendio, ruina, naufragio, vel alia simili causa, adhuc super his census iste consisteret, quia prædicta bona verè immobilia sunt, & verisimiliter duratura, & existentia, atque stabile subiectum habentia. Quod sufficit ad substantiam, & essentiam huius contractus, vt resoluit Aluar. Valas. de iure emphyt. quæst. 12. per totam, & dicendum erit in cap. de censu creando super rebꝰ, quæ pro immobilibus habentur; & in hoc etiam conuenit iste contractus cum censu reseruatiuo, vel consignatiuo; quia similiter creatur ex his bonis.

3 Dicitur in definitione *Fructifera*, quia res, quæ datur in emphyteosim, fructifera debet esse de sui natura, & non sterilis; quia sicut quando datur fructifera, si omnino pereat, vel infructifera effecta sit, omnino extinguitur emphyteoticus census. l. 2. & 2. C. de iur. emphyt. & latè resoluit Aluar. Vaez de iure emphyt. quæst. 27. per totam: ita sterilis de sui natura à principio dari non potest, in quo census emphyteoticus conformis est reseruatiuo & consignatiuo, qui sunt reseruandi ex bonis, vel consignandi super rebus fructiferis de sui natura, vt in censu reseruatiuo cōstat, ex cap. constituit, de religiosis domibus, & in consignatiuo, ex Extrauag. 1. & 2. de empt. & vendit. & ex proprio motu Pij V. super forma creandi census, ibi; De sui natura *fructifera*, & latè dicendum erit in c. de censu creādo super bonis fructiferis.

4 Dicitur in diffinitione, *vel sterilis*, quæ verba durissima videntur, dum præsupponūt quòd bona immobilia sterilia possunt dari in emphyteosim, cùm in numero præcedenti contrarium dictum sit; & quia videtur contra naturale præceptum, quo deciditur, nequis locupletetur cū iactura aliena, de quo meminit Pomponius in l. nam hoc natura 14. l. hæc conditio 66. ff. de condict. indebiti, Vlpian. in l. iure naturæ 207. ff. de regul. iur. si quidē si dominus concedendo rem sterilem de sui natura in emphyteosim reciperet pensionem cum aliena iactura locupletaretur, & ideò cō cessio iniustissima resultaret. Rursus, emphyteotam soluere pensionem pro re sterili, ex qua & ipse fructus non percipit, esset contra præcepta iustitiæ commutatiuæ, quæ consistunt in æqualitate. l. si me & Titiū. ff. si cert. petat. l. curauit. C. de action. empt. ergo ne detur inæqualitas inter commutantes res proprias, sterilia bona dari non possunt in emphyteosim. Demum, si perempta re emphyteotica census extinguitur, ex d. l. 1. & 2. C. de iure emphyt. Valasc. d. quæst. 27. per totam: ergo contractus non potest incipere ab eo statu, in quo non potest sustineri. Sed his considerationibus nihil obstantibus, verbum, *Sterilis*, intelligendum est, non quòd terra, quæ datur in emphyteosim, possit esse de sui natura sterilis & infructifera: quia hoc esset contra præcepta naturalia, & iustitiæ commutatiuæ, quorum suprà meminimus, sed quòd tēpore dationis possit esse sterilis, id est, inculta; vt quia ex prima sua natura emphyteoticandi terra, quæ danda erat in emphyteosim, debebat esse inculta, & sterilis, cùm daretur ad culturam, plantationem, & melioratione m. dict. §. adeò, instit. locati, & aduertunt Alciat. lib. 1. Perergon. iuris. capit. 36. Ioan. Corras. in l. ei qui. num. 20. ff. de seruit. Ludouic. Cel. lib. 7. antiquar. lect. cap. fin. ad finem, Anton. Natta consil. 49. numer. 7. potest tamen ex nouiori forma emphyteoticandi formari census emphyteoticus ex non sterilibus, sed fertilibus prædijs tempore creationis, vt deducitur ex authent. perpetua. C. de sacrosanct. Eccles. bonus text. in cap. perpetuus. 11. quæst. 2. & resoluit Valasc. de iur. emphyt. quæst. 1. num. 5. quamuis enim cultura, plantatio, seu melioratio dederit causam inuentioni huius cōtractus emphyteotici; hæc tamen causa non fuit finalis, sed impulsiua, ita quòd etiamsi deficiat, sustineatur census, vt aduertit Valasc. de iur. emphyt. quæst. 2. num. 5. & 6. Ergo bona fructifera de sui natura danda sunt in emphyteosim, in quo, vt suprà dictum est in præcedenti consideratione, rectè interse conueniūt census emphyteoticus, reseruatiuus, & consignatiuus.

5 Dicitur in definitione *Datur alicui*, vt quia res emphyteotica à domino detur cum reseruatione pensionis non tamen vendantur, vt constat ex d. §. adeò instit. locati ex l. 1. & 2. & per totum. C. de iure emphyt. Valasc. dict. quæst. 1. num. 3. In quo dissimilis est census emphyteoticus à reseruatiuo, vt quia in reseruatiuo non solùm res detur, & non vendatur, & alius longè diuersus contractus formetur,

sed

sed vtrumque dominium, tàm vtile, quàm directum in censuarium transfertur, vt constat ex cap. constitutus de relig. domib. & suo loco dicemus. Differt etiam à censu consignatiuo, in quo neque res censualis datur censuario, neque vnquam fuit domini census, sed semper ipsius censuarij, pœnes quem remanet, licèt super ea census consignetur, & solũ in ea consignatione venditur ius percipiendi pensionem annuam ex fructibus eiusdem rei censualis, vt latè dicendum erit in capit. an in censu consignatiuo formetur vera emptio & venditio, vbi meritò reprobamus dicentes in eo censu vendi bona censualia, qui certè non cognouerunt naturam census: & quamuis in definitione dicatur, *Datur alicui*, est summe notandum, quòd & si non constet de datione per scripturam, poterit census emphyteoticus ex tempore induci, in quo est conformis reseruatiuo & consignatiuo, qui ex temporis diuturnitate multoties inducuntur & creantur, vt latè dicendum in cap. de censu ex consuetudine vel præscriptione infuturum inducendo.

6 Dicitur in definitione, *Cum reseruatione pensionis*; ergo reseruatio pensionis est de substãtia & forma census emphyteotici, ex l. 1. C. de iure emphyt. in quo conuenit is census cum reseruatiuo, cuius datio præsupponit reseruationem pensionis. d. cap. cõstitutus, & differt à consignatiuo, in quo pensio non reseruatur, sed constituitur, & venditur ius percipiendi eam, Extrauagan. 1. & 2. de empt. & vendit. Proprius motus Pij V. super forma creandi census.

7 Dicitur in definitione, *Minimæ pensionis*, non quòd ad substantiam & essentiam huius contractus sit reseruanda minima pensio, sed quia etiamsi minima reseruetur, valet contractus; quia cùm reseruatio non fiat in recompensationem fructum ex redata in emphyteosim percipiendorum, sed in recognitionem directi dominij manentis pœnes concedentem. l. 1. & per totum C. hoc titulo. Minima etiam potest reseruari. Ex quo apertè deducitur, quòd etiamsi minima reseruetur, dummodò fiat reseruatio in recognitionẽ directi dominij, emphyteosis formabitur, vt benè resolui Laurent. Syluan. consi. 41. num. 5. Ex quo infertur, malè dixisse Bart. in l. 1. C. hoc titulo, esse de substantia emphyteosis, quòd reseruetur minima. Cuius Bartoli sententia, quãuis aliquibus sequatur, nulla tamen lege probari reperitur, vt aduertit Aluar. Vaez de iure emphyt. quæst. 1. nume. 8. verum tamen est, quòd communiter reseruatur minima pẽsio; quia licèt sit modica in quantitate, est tamen magnã in qualitate, vt quia reseruatur in recognitionem directi dominij. Inde iustificatur plurima huius contractus attributa, quæ ex retentione directi dominij proficiscuntur vt prohibitio non alienandi rem, solutio decimæ, pœna commissi, acquisitio melioramentorum, & alia similia. Deducitur etiam ex reseruatione minimæ pensionis coniectura cõtractus emphyteotici, potius quam locanis, quia à communiter accidentibus locatio non pro modica, sed pro maxima pensione fit, vt aduertit Valasc. in d. quæst. 1. num. 9. & num. 11. Riminald. iunior consil. 461. num. 23. & 24. vol. 4. Bornin. Caualcan. decis. 46. num. 4. in quibus enim census emphyteoticus dissimilis est à reseruatiuo, quia reseruatiuus pro minima pensione iniustè creabitur, vt quia à cõmuniter accidentibus eius pensio longè maior debet esse quàm emphyteotica, & facilius in eo reseruatiuo admitteretur remedium rescissorium contractus ex læsione, quam in emphyteotico, vt dicendum erit in cap. an in censu habeat locum remedium. l. 2. C. de rescind. similiter etiam in omnibus suprà dictis dissimilis est census emphyteoticus à consignatiuo; quia consignatiuus creari non potest pro minima pensione, cùm si formetur simpliciter redimibilis, vel ad vitam, pretium habet legale & indiuiduum, vt dicendum erit in capitibus de pretio census consignatiui, & cõsequenter minimam pensionem non admittat: sin verò perpetuus sit, maiori pretio creãdus est, vt in cap. de pretio census consignatiui perpetui dicendum erit.

8 Dicitur in diffinitione, *Cum translatione vtilis tantùm dominij, atque naturalis pensionis in emphyteotam*; ergo in creatione huius contractus emphyteotici directum dominium manet pœnes concedentem, & vtile transfertur in emphyteotam. Quæ inueterata, atque recepta trãditio deducitur per omnes communiter à text. in l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectigalis, vel emphyteoticalis, ibi; *Quamuis non efficiantur domini*; & similiter põderant pro hac sententia text. quem existimant expressum in l. possessiones. C. de fundis patrimonialibus lib. 11. Et denique hanc esse receptissimam sententiam probaberunt Bart. & fere omnes in l. si quis vi. §. differẽtia. ff. de adquirend. possess. Bald. in rubr. hoc titulo. C. de iure emphyt. Valasc. in tit. de iur. emphy. & plurimas referẽs ipse Valasc. in d. tract. q. 13. in princip. & latissimè prosequitur noster Felician. in proœm. de cẽsib. num. 12. cum alijs, & inde Acurs. qui fere nihil ignorauit in d. §. qui in perpetuũ, verb. *Domini*, subdit, ideſt, *Directi*, quasi sentiat, quòd licèt domini directi

fecti non efficiantur, efficiantur tamen domini vtilis.

9 Sed quia nihil est tam receptum, quòd ex hominum cauilosa interpretatione non impugnetur, eam vulgarem, veterem, receptissimamque sententiam impugnauerunt vltramontani dicentes, neque etiam vtile dominium transferri in emphyteotam, vt considerat Paul. Castrens. in l. si quis vi. §. differentia in fine. ff. de acquirend. possess. dicens, non esse text. in toto corpore iuris, qui hanc receptissimam probet sententiam, quem in hoc sequitur Valasc. in d. quæst. 13. in princ. vers. *Verùm & hæc tam inueterata*; ego tamen firmiter credo, inueterátam illam sententiam verissimam esse, non tamẽ probari in d. §. qui in perpetuum, neque in d. l. possessores, à quib⁹ eam communiter omnes deduxerunt: & quãtum ad text. in d. §. qui in perpetuum, ex sequentibus hæc nostra impugnatio apertissimè deducitur. Primò certissimum est, quòd Iurisconsultus Paulus in d. §. qui in perpetuũ in distinctè probat, colonos, vel emphyteotas, quorum ibi facit mentionem, dominos non efficiendos, dum subdit: *Quamuis domini non efficiantur*: ergo in distinctè intelligendus est, vt neque vtile, neque directum dominiũ habeant, ex vulgata regula. l. de pretio. ff. de publican. & consequenter malè ponderatur text. illẽ ad probandum, quòd in emphyteotam transferatur vtile dominium. Secundo, text. ille non dat vtilem in rem actionem, vt inde inferatur translatio vtilis dominij, cùm vtilis actio in rem loco vtilis dominij succedat ex notanda resolutione Baldi in præludio feudorum, col. 2. atque Curtij iunioris in tract. de feud. 1. part. quæst. 6. numer. 10. sed tãtum concedit simplicem in rem actionem, dicens: *Tamen placuit competere eis in rem actionem*; ergo ex datione simplicis actionis in rẽ non transtulit text. ille vtile dominium in emphyteotam: quod quidem dominium vtile in locum simplicis actionis in rem nunquam succedit: ergo malè ponderatur text. ille. Tertiò & vrgenter sic argumentor. Paulus Iurisconsultus in d. §. qui in perpetuum simplicẽ actionem in rem concedit; sed actio simplex in rem multoties datur, atque dari potest absque vlla translatione vtilis dominij: ergo si negauit absolutè dominium, & solùm concessit in rem actionem, ibi; *Tamen placuit competere eis in rem actionem*: vtile dominium non transtulit. Minor constat ex quam plurimis exemplis; nam & vsusfructuarius habet confessoriam. l. vnica. §. item Iulian. ff. de remissoria, quę est actio in rem. §. æquè si agat, instit. de actio. & tamen vsusfructuarius non est dominus. l. 2. ff. de vsufructu. l. rectè dicimus. ff. de verb. signific. creditor etiam habet in rem actionem, & tamen dominus non est. l. pignus. C. de pignorat. act. (Quibus, & alijs exẽplis vtitur Velasc. in d. tract. de iur. emphyt. quæs. 13. num. 1.) ergo male ponderatur text. in d. §. qui in perpetuum. Quarto, & inconuincibiliter contra vulgarem allegationem. d. §. quĩ in perpetuum loquitur in conductoribus, vt probat tex. ibi: *Qui in perpetuum fundum fruendum conduxerunt*: ergo ad emphyteotas referẽdus non est. Ratio quidem differentiæ ad sensum peter; quia conductores in perpetuum, vel ad longum tempus vtile dominium habent, Clem. 1. de rebus Eccles. & late tradit Tiraquel. de tetract. lignag. §. 1. gloss. 4. num. 79. & 80. Quod in emphyteota decisum non extat: ergo neq; nos illud decidere debemus; & consequenter male text. ille ponderatur ad probandum, quòd vtile dominium transferatur in emphyteotam.

10 Sed quamuis Paul. Castr. post vltramontãnos in §. differentia in fine existimauerit, eã sententiam in d. §. qui in perpetuum non probari, atque inde periclitetur, imò & reijciatur vulgaris allegatio illius textus, sententia tamen, quam ab eo deduxerunt communiter omnes, verissima est, & ex sequentibus euidenter suadetur. Primò quemadmodum omne damnum, siue patens, siue latens in re emphyteotica contingens expectat ad emphyteotam. l. 1. C. hoc titulo, de iur. emphyt. ita & omne augmentum, siue latens, siue patens ipsum sequitur. l. secundum naturam. ff. de reg. iuris: quod virtute vtilis dominij in emphyteotam translati verissimum esse dixerunt plures quos refert, & sequitur Valasc. quæst. 16. num. 3. Secundò, id ipsum probatur ex eo, quòd emphyteota ratione vtilis dominij in eum translati tenetur ad onera quæcunque à re, vel occasione rei præstanda, & non dominus directi soluere. l. 2. ibi; *Publicarum fruictionum*. C. hoc titul. de iure emphyt. & late tradit Valasc. quæst. 17. per totam. Tertiò item videmus ex ea translatione vtilis dominij, quòd quamuis simplex conductor possit expelli propter non solutionem pensionis, ex l. ædem. C. locati, atque late explicat Valasc. quæst. 21. emphyteota verò non potest, nisi lapso biennio. l. 2. C. hoc titulo, authent. qui rem. C. de sacrosanct. Eccles. c. potuit de locato. Quartò, ex eodem præcepto infertur, & nascitur, quòd quamuis simplex conductor expelli possit à domino, si dominꝰ probauerit rem proprijs vsibus fore necessariam. d. l. ædem. C. locati: emphyteota verò ex ea ratione non poterit expelli, ex eo quòd

vtile

vtile dominium, atque in rem vtilem actionē habeat, vt post Ioan. Andr. Specul. Iaſ. & alios latiſsimè reſoluit Valaſc. de iur. emphyt. in d. quæſt. 22. ex principio & per totam. Quintò, ex eodem fonte naſcitur, quòd quamuis locator finita locatione non teneatur conductori relocare domum, vel fundum, vt quia conductor nullam habeat in rem vtilem actionem. l. neque cui. C. locati, & traditur per tex in l. dudum. C. de contrahend. empt. tamen dominus finita emphyteoſi tenetur relocare emphyteoſim eidem emphyteotæ potius quàm alteri, Bart. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æſtiua, & latè comprobat Valaſc. de iure emphyt. quæſt. 24. per totā. Sextò deducitur ex ea vtilis dominij trāſlatione, quòd ſi forſan theſaurus reperiatur in terra data in emphyteoſim, diuideretur certo modo inter dominum & emphyteotam: quod non ita fieret inter conductorem & locatorem, cum deficiat ibi tranſlatio dominij, vt reſoluit Valaſc. de iur. emphyt. quæſt. 15. per totam. Ex quibus iam conſtat, quòd in ea emphyteoſis creatione vtile dominium tranſfertur in emphyteotam: quæ quidem omnia non procedunt in cenſu reſeruatiuo, cùm vt ſæpius dictum eſt, in cenſuarium tranſferatur vtrumque dominium, tam vtile, quàm directum, & penes concedentem rem in cenſum nullum remaneat præter ius percipiendi penſionem annuam, vt ſuo loco latè dicendum erit: & ſimiliter prædicta omnia non procedunt in cēſu conſignatiuo, quia penes cenſuarium, venditorem nempe cenſus, remanet vtrumque dominium, tam vtile, quàm directum rerum cenſualium, vt quia ipſe cenſuarius non vendit, neque alienat bona cenſualia, ſed tantùm ius percipiendi penſionem ex fructibus eorū dem, vt etiam dicendum erit in cap. de natura cenſus conſignatiui.

11 Dicitur in definitione; *Cum retentione directi dominij penes concedentem rem in emphyteoſim*: ergo dominus concedens rem emphyteoſim retinet in ſe directum dominium: text. eſt in l. 2. & l. fin. C. de iur. emphyt. vulgata. l. 1. & per totum. ff. ſi ager vectigalis, vel emphyteoticalis. Ex quo infert, atque latè reſoluit Aluar. Vaez. de iure emphyt. quæſt. 9. per totā; quod inſtrumētum emphyteoſis probat penes concedentem dominium eſſe, vt quia præſupponat is contractus, manere directum dominium penes eum. Sed contra hoc requiſitum obſtat fortiſsimè text. in capit. conſtitutus, de relig. domib. qui text. ſecundum plurimorum interpretationē loquitur in emphyteoſi, & tamen præſupponit dominium rei, cùm datur cum reſeruatione penſionis, tranſlatum fuiſſe in accipientem ergo. Secundò obſtat text. in l. poſſeſſores. C. de fund. patrimon. lib. 11. qui text. emphyteotam vocat verum dominum; cum igitur dominium non poſsit eſſe penes plures inſolidum. l. ſi vt cert. §. ſi duobus vehiculum. ff. commodati: ergo certum eſt, quòd dominium tranſlatū in emphyteotam non poteſt manere penes concedentem: ſed licèt hæc ſint fortes conſiderationes, nihil tamen obſtant; & ad text. in d. cap. conſtitutus de religioſis domibus reſpondetur, quòd licèt faciat mentionē de emphyteoſi, non tamen loquitur in contractu emphyteotico, ſed in cenſu reſeruatiuo. In quo quidem cōtractu certiſsimum eſt, quòd transfertur in cenſuarium vtrumque dominium, tam vtile, quàm directum, vt ſæpiùs dictum eſt: ideò ad noſtrum contractum emphyteoticū referendus non eſt. Et quòd ille textus loquatur in cenſu reſeruatiuo, præter quam quòd ex verbis eiuſdem apertè cōſtat; præſupponit gloſſ. ibi: *Iuxta ratam*, Iul. Clar. receptarum ſentent. §. emphyteoſim. quæſt. 1. Aluar. Vaez Luſitanus de iur. emphyt. q. 32. num. 7. & num. 27. cum alijs. Anton. Gom. Palac. Rub. & Caſtel. in l. 68. Tauri, Ioan. Matienço in l. 1. tit. 15. lib. 5. nouæ Recop. gloſſ. 1. per totum, Iacob. Menoch. conſil. 291. num. 5. cum alijs lib. 3. & in tract. de præſumpt. 3. part. præſumpt. 106. fere per totam. Minus etiam obſtat. l. poſſeſſores. C. de fundis patrimonialib. lib. 11. quia text. ille loquitur in emphyteota fundi patrimonialis, qui pleno iure dominus eſt, ac ſi fundum illum patrimonialem eidem à Principe pro certo pretio datum eſſe conſtiterit, vt ad longum circa intellectū illius textus explicuit Aluar. Vaez de iur. emphyt. q. 13. in princip.

12 Benè verum eſt, quòd in hac ſpecie conſideratur duplex dominium, vnum verum, & proprium, atque directum, quod remanet penes concedentem; aliud verò ſubalternum, quod abuſiuè vocatur directum, & eſt minus ſcilicet quod remanet penes emphyteotam, quando rem alteri datin emphyteoſim, de quibus eleganter egit Petrus Surdus, deciſ. 288. ex principio, & nouiſsime Caſtillo de vſufructu. cap. 75. per totum: in quo etiam cēſus iſte emphyteoticus differt à reſeruatiuo; quia concedens rem in cenſum non retinet in ſe directum dominium, ſed vtrumque trāſfert in cenſuarium; & ſimiliter differt à conſignatiuo, quia emens cenſum nullum in ſe transfert dominium rerum cenſualium, ſed totum remanet penes conſignātem, vt ſæpè dictum eſt, & dicendum erit. Vnde tranſeamus ad cenſum reſeruatiuum.

DE

# DE CENSV VASSALlorum, qui vocantur *Solariegos*, quem ipsi dominis temporalibus ratione soli exoluunt. Cap. XII.

## SVMMARIVM.

*Census, quē exoluunt vassalli, qui vocantur* Solariegos, *quomodò formetur, & an sit de origine vel substantia creationis, quòd detur solum, vel terra ad ædificationem; quòd vulgariter dicitur* Poblacion, *numer. 1. 2. & 3. vbi traditur intellectus legum Regiarum; & forma huius cēsus solariegui, & in quo differat ab alijs cēsuum speciebus.*

*Censuarius solariegus an possit derelinquere solum cum ædificijs, & secum portare bona mobilia. n. 4. & 5.*

*Dominus vassallorum, qui vocantur* Solariegos, *an & quando possit expellere vassallos à solo, ab eisdemque solum cum ædificijs abdicare. n. 6. & an persona vassallorum libera sint. numer. 4. & 5.*

*Vassalli, qui vocantur solariegos, an aliquo modo possint alienare solum sibi datum, vel donare, legare, seu aliquo titulo transferre in filios cognatos, vel agnatos, seu extraneos. n. 7. cum alijs.*

*Vassallus, qui vocatur* Solariegus, *an possit expelli propter non solutam pensionem & seruitiū & quid ad implere teneatur. n. 8.*

*Vassallus, qui vocatur solariegus, quomodò probetur solariegam esse, an ex priuilegio, & scriptura, quæ vocatur* Encartació, *& an ex cōsuetudine immemoriali, & quid quando soluitur contemplatione alicuius terræ, vel soli, & an potestas alienandi vassallorum excludat coniecturam vassallagij solariegui. numer. 9. & 10. vsque ad finem, & quid dicatur* Vehetria, *n. 2. atque in quo differat à solariego.*

## CAPVT. XII.

1 INTER alias censuum species, quarum meminimus in capit. 2. huius operis, mentionem fecimus de censu, quem vassalli dominis soluunt, qui vulgò dicitur *Censo de solariegos*, qui quidem, licet propriè census sit, cum certa & vniformis pēsio, atque seruitium annuatim præstetur, tamen in quam plurimis differt ab emphyteotico, reseruatiuo, & consignatiuo: ideo vt differentiæ cognoscātur, sequentia notatu digna proponuntur.

Primò, census iste formatur, quando dominus populi, loci, seu territorij, vel hæreditamēti dat alicui vassallo terras, & solum, quòd vocatur *Solar*, cum aliquibus possessionibus, vt & in solo ædificet, & simul terras & possessiones colendo pensionem, aut seruitiū vniforme in fructibus pro his annuatim præstet: quod nominatim probat l. 3. tit. 25. part. 4. ibi: *Solariego tanto quiere dezir comoome, que es poblado en suelo ageno* verba enim, *Que es poblado en suelo ageno*, necessariò accipienda sunt, id est, *Que ha poblado suelo ageno*, vt nominatim probant l. 2. 11. & 14. tit. 3. lib. 6. nou. Recop. & ante leges illas id ipsum, quasi diffiniendo eum censum solariegum scripsit Speculator in titul. de feudis lib. 4. 3. p. §. quoniam super homagijs. num. 38. dicens hæc verba: *Est autē mansata, quando dominus dat alicui mansum cum diuersis possessionibus, & propter hoc ille facit se hominem domini, & ad certum seruitium tenetur & talis dicitur homo de mansata; quia est homo ratione possessionum.* De quo mansu, id est censu meminit text. in capit. 1. de censibus, ibi: *Vnus mansus integer*, & Cuiac. vir doctissimus lib. 1. de feudis tit. 1. dicens. Mansum esse fundum, ex cuius redditibus Ecclesiæ seruitium præstabatur: vnde post Specul. hanc esse formam census vassallorum, qui vocantur *Solariegos*, aduertunt Gregor. in d. l. 3. titul. 25. p. 4. verb. solariegos. Ioan. Garc. de expensis. c. 9. num. 53. cum alijs, & illud repetit in tract. de nobilit. gloss. 18. nu. 10. & 11. Didac. Perez in l. 2. tit. 11. lib 4. Ordinam. gloss. 1. pag. 882. & hoc ipsum quod Speculator, vocando scilicet solariegum hominem alterius, senserunt l. 13. d. tit. 11. lib. 4. ordin. ibi: *De aquel señor cuyo es el hombre* l. 25. ibi. *Y el señor, cuyos eran los otros hombres a la saçon.* Quæ quidem leges, vt infrà notandum erit, hodie abrogatæ sunt, & solùm est obseruandum, quod in his vassallis solariegis constituitur in d. l. 2. 11. & 14. tit. 3. libr. 6. Recopil. Quomodocunque igitur sit, vassallus solariegus dicitur homo de mansu, vt quia in solo & terra manet ad culturam, plantationem, & melioratione tam soli, quā terrarum, secundum scripturam inductionis, quæ vocatur *Encartacion*, de quà in dict. l. 2. vnde eius contractus forma euidens est, iustitiaque notissima, vt quia à principio inter dominum & vassallum potuit rectè conuenirī, vt & vassallus domino subijciatur, seruitiumque præstet, & dominus vassallo conuentionis scripturam, quæ vocatur *Encartacion*, libēter adimpleat, ex d. l. 14. est enim receptissimum

mum posse quemquam per pactum, seu stipulationem fieri hominem alterius, id est, subiectum, atque in solo manentem; ex Aluerico, quem refert & sequitur Iacob. de Sãctogeorgio in tract. de homagio in princ. num. 7. & 8. Bald. in l. fin. C. de transact. vbi Menes. numer. 3.

2 Ex cuius vassallagij cognitione cognoscitur etiam, quid sit verè & propriè *Vehetria*, cuius meminit Garcia de nobilitat. glos. 6. in princip. numer. 13. & clarius d. l. 3. Partitæ his verbis: *Vehetria tanto quiere dezir como heredamiento, que es suyo, quito de aquel que recibe en el, e puede recebir por señor â quien quisiere, que mejor le fage*: vt si conueniant in eo, vt possint eligere dominum, quem voluerint, differant tamen in substantia, vt quia vassallus *de vehetria*, sit dominus soli, solariegas verò non ex d. l. partitæ, vt aduertit Garcia supra Azebed. in rubr. tit. 3. lib. 6. nouæ Recopil. num. 1. & 2.

3 Secundò etiam ex cognitione vassallagij solariegorum apertissimè constat, non benè cognouisse eos vassallos Albornoz, qui in lib. 3. de contract. tit. 1. dixit hæc verba: *En tiempo de los Emperadores mas modernos se llamarõ censitos, los que en Castilla nuestro derecho llama solariegos, que quiere dezir, contados entre propria hazienda*: non enim censiti & solariegui sunt vassalli eiusdem speciei, sed licèt aliquantulũ æquiparentur, in effectu & substãtia differũt, & vltra differẽtias, quæ ex infrà dicẽdis apertissimè cõstabũt, ea inter solariegos, & ascriptitios notissima est, quòd solariegi liberè possunt derelinquere solum, ex d. l. partitæ, & Recopil. ascriptitij verò non, vt quia ascripti, & quasi vinculati solo sint, & ab eo non possint separari, ex toto tit. C. de agric. & censit. libr. 11. vnde Felician. de censib. in proœm. nume. 7. reprobans Albornoz, dissimiles esse vassallos solariegos à censitis & ascriptitijs ad longum probat, vt quia censit à solo non separentur, ex l. 3. l. quemadmodum. l. cum satis. C. de agricol. & censit. libr. 11. l. si quis inquilinos in princip. deleg. 1. vassalli verò, qui *Solariegos* vocantur, à solo possint separari, imò solum derelinquere, vt quia personaliter non sint obligati, vt suprà diximus, & infra dicendum erit: atque post Didac. Perez ipse Felician. aduertit d. numer. 7. ad fin. Inde etiam Flores â Mena lib. 1. variar. quæst. 2. num. 2. postquam dixerat, quòd vassalli sunt veluti serui, qui censum occasione rerum à dominis traditarũ soluunt, subdit hæc verba: *Prout faciant illi, quos vulgò foreros, aut vassallos solariegos dicimus*, vbi in modo soluendi assimilat eos vassallos ascriptitios, & solariegos, a sentiens in effectu, & substantia dissimiles omnino esse.

4 Tertio infertur, quòd census iste vassallorum, qui vocantur, *Solariegos*, distat ab emphyteotico reseruatiuo, & consignatiuo in eo, quòd emphyteoticus potest formari pro terra inculta fructifera concessa ad culturam, plantationem, & meliorationem, sine vlla cõsideratione ædificandi, vt diximus in cap. de natura census, & solariegus non potest formari, nisi habita principali consideratione ad poblationem, atque ædificationem, ex dict. l. 3. Partitæ, ibi: *Solariego tanto quiere dezir como omeque es poblado en suelo de otro*; nota verbũ, *Que es poblado*, quod interpretatur, id est, qui solum recepit ad construendum in eo ædificium: quod iterum probat l. ibi: *A la façon que poblõ aquel lugar*, & melius probatur in l. 2. tit. 3. lib. 6. Recopil. ibi: *Y siempre deue tener el solar poblado*, iunctis verbis sequentibus ibi; *Y si esto non ficiere, puede el señor tomar el solar y darlo a poblar*. l. 14. eod. tit. 3. lib. 6. ibi: *Y todos los solariegos, que deuen infruccion, sean tenudos de tener los solares poblados*: igitur solariegus differt ab emphyteota. Rursus etiam differt à censuario reseruatiuo, quia in censuarium transfertur vtrumque dominium, tam vtile, quàm directum, vt sæpè dictum est; in solariegum verò directum nequaquam, vt quia non potest alienare solum, licèt aliquam administrandi, vtendique potestatem habeat, vt infrà dicendũ erit. Demum omnino differt solariegus à censuario consignatiuo; quia in solariegum ius tantùm vtendi solo transfertur, terraque prouenit à concedente, & nihil à solariego proficiscitur, neque ex parte sua datur, præter seruitiũ in censuario verò consignatiuo diuersum est, quia nihil recipit ab emptore census, præter creationis pretium, & adhuc dominus remanet rerum censualiũ, pensionemque tantùm præstat, absque vlla pœna commissi. Denique in vtroque censu emphyteotico, reseruatiuo, & consignatiuo, nulla contrahitur obligatio, neque nascitur ex natura contractus ædificandi, vel, vt aiunt poblandi, nisi aliquando in emphyteotico, vel reseruatiuo, à contrahentibus in pactum deductum sit. Ego tamen nouiter considerabam, quòd quamuis in censu solariego terra detur non solum ad culturam, plantationem, & meliorationem, sed & solum principaliter ad æfectum ædificandi, nempe ad *poblationẽ*, vt sic proprius dicam; hoc tamen de poblatione, quod leges formaliter requirunt, non est de substantia huius census solariegui, sed tantùm de origine creationis eius, vt quia à principio inductionis huius vassallagij principaliter

liter habeatur consideratio ad poblationem. Ex quo si semel populus, terra, vel *solar*, datum fuit ad poblationem, vt ita ex ea datione verè & propriè formetur census solariegus, & postea vassalli derelinquerent locum, vel *solar*, & se cum mobilibus ad alia loca transtulerint, sicut facere possunt, ex l. 3. Partitæ, & ex l. 2. Recopil. alijque in eorum locum cum eisdem conditionibus subrogentur, & succedant; erunt vassalli solariegui, licet non ædificauerint *solar*, sed cum ædificijs atque poblatione illud acceperint, nisi forsan dominus in emphyteosim, vel locationem, seu alium contractum *solar*, seu locum illum cum ædificijs alijs vassallis nominatim dederit: quia eo casu talis diceretur contractus, qualem partes nominauerint. Ex quo resultat notissima differentia inter emphyteoticum contractum & solariegum, vt emphyteosis, licèt regulariter formetur ex terra inculta, & eius origo sit dari terram incultam ad culturam, plantationem, & melioratione, possit tamen à principio creari ex alijs rebus immobilibus, vel solo cohærentibus, veluti domibus, molendinis, columbarijs, & alijs similibus, absque eo quòd præcisè danda sit terra, seu locus eremus, imò & sine vlla obligatione poblationis: solariegus verò census à principio non constituatur, nisi habita principali consideratione ad ædificium, vel poblationem, licèt posteà, vt dictum est, alius in eundem censum succedere possit cum ædificijs à principio factis. Secundò & principaliter is censuarius solariegus poterit quandocunque voluerit, solum deserere, atque derelinquere *solar*, & mobilia ad alium secum portare locum, vt quia persona libera sit, vt probatur in dict. l. 3. Partitæ ibi: *E este â tal puede salir de la heredad quando quisiere, con todas las cosas que ahi tuuiere.* Quod etiam probat text. in d. l. 2. titul. 3. libr. 6. Recopil. ibi: *Otrosi establecemos, que todos aquellos que tuuieren solares, y fueren solariegos, y desampararen los solares por yr â morar â lo abadengo, ô â lo realengo, ô â la vehetria, no puedan lleuar ni lleuen algunos bienes deste solar â estos dichos lugares.* Quod anteà dixit speculator in loco suprà citato, & meliùs Gregor. in l. 2. verb. *Venders*, titul. 22. part. 4. Ioan. Garc. in dict. cap. 9. numer. 53. Azebed. in dict. rubr. titul. 6. n. 6. vbi post alios aduertit, personam huius censuarij liberam esse; & inde libere posse derelinquere *solar*, & mobilia secum portans ad alium locum se transferre.

5 Quod tamen non est intelligendum, quando vassallus aliquid accepit à domino tempore ingressus, vt in solo ædificaret; quia donec illud, quod receperit, soluat, neque poterit derelinquere solum, neque mobilia secum portare, vt notat d. l. Partitæ ibi: *Pero si el solariego a la saçon que poblô aquel lugar, recibio algunos marauedis del señor*, quòd ego subintelligo dummodò tempore receptionis promisit soluere quod recepit; quia non facta promissione, sed solùm recipiens ad ædificandum, si receptum in ædificijs consumpsit, neque lex obligat eum ad soluendum, quod recepit, neque iustum videbatur restituere, quod in ædificijs soli consumpserat: quod apertè deducitur ex l. dum postquam dixit: *Pero si el solariego â la saçon que poblô aquel lugar, recibio algunos marauedis del señor*, non obligat vassallum, vt derelicto solo restituat, quod recepit; sed solùm dicit, quòd si aliquid receperit, seu aliqua pacta, vel conuentiones fecerit, omninò seruentur, ibi: *O fizieren algunas posturas de so vno, deuen ser guardadas entre ellos, en la guisa que fueron puestas*: igitur cùm decisio legis sit, quòd seruentur inter eos pacta, seu conuentiones, si quidquam receperit ad ædificandum, & soluere promiserit, non poterit à solo separari, donec soluat, dummodò illud in ædificijs consumpserit: sin verò consumpto quod recepit in ædificijs, restituere non promittat, absque eius solutione exire poterit, cùm persona libera sit. Et hic est verus sensus legum Regiarum; in quo contractus iste conformis est emphyteotico, cùm emphyteota possit derelinquere rem, nisi aliud sit conuentum, vt quia persona libera sit; & in censuario reseruatiuo idem est dicendum cum aliquibus declarationibus suis locis notandis; imô & in censu consignatiuo secundum nouam, licèt verisimam opionem, quam passim in hoc opere tradimus, receptius atque verius censemus, cùm census consignatiuus nõ solùm super sola persona non consistat, sed neq; in eo persona cẽsuarij effectualiter obligetur, aut conueniri possit, ex his, quæ dicenda erunt in cap. an persona censuarij in censu sit obligata.

6 Tertiò, de natura huius census solariegui est, quòd dominus census non possit expellere solariegum à solo, præstita pensione, seu seruitio conuento; quòd aduertit Garcia de cap. 9. de expensis numer. 60. imò neque suos descendentes, seu alios de generatione poterit expellere, ex d. l. 2. titul. 3. libr. 6. ibi: *No les puede tomar el solar â ellos, ni â sus hijos, ni â sus nietos, ni â aquellos, que de su generacion vinieren.* In quo lex illa vel lingua-

liris, & notandissima est, euidentemque differentiam constituit inter solariegos & emphyteotas, aliosque colonos, seu vassallos, vel necessaria explicatione, atque intelligentia indiget; quia certum est, quòd emphyteosis, vel etiam census reseruatiuus, seu consignatiuus, licèt possit esse perpetuus, vt à filijs, nepotibus, vel alijs de generatione tolli non possit, potest tamen esse temporalis ad vnius, vel plurimorum vitas, atque similiter potest esse redimibilis; noster verò census solariegus ex natura sua perpetuus videtur, dum lex dicit: *No les puedan tomar el solar â ellos, ni â sus hijos, ni â sus nietos, ni â aquellos, que de su generacion vinieren.* Vnde intelligenda est l. illa, vt ex natura huius census solariegui perpetuus existimetur, respectu filiorum descendentium, seu generationis, vt quia cùm locus, vel solum, aut terra detur ad ædificandum, & ædificia quandam præsupponant perpetuitatem, contractus inde perpetuus sit iudicandus, nisi forsan ex conditionibus inductionis aliter cautum sit, vt quia formetur ad vitam vnius, vel plurimorum, vel pro aliquo tempore certo, seu alio modo, qui perpetuitatem excludat: quia cùm conditiones, quæ creationis tempore adijciuntur, obseruandæ sint, ex d. l. 2. titul. 3. libr. 6. ibi: *Sean guardadas las condiciones, que en las cartas y priuilegios, por donde fueron otorgadas las encartaciones, se contiene,* non est considerandus naturæ contractus, sed obseruanda partium conuentio. Secundo etiam modo intelligitur l. illa, vt licèt procedat ex natura contractus, non tamen ex culpa & dolo vassallorum; vt quia recusent, vel differant soluere pensionem, aut seruitium; quia eo casu ab eisdem auferri poterit *Solar*, vt constat ex eadem l. 2. ibi: *Pagandole los solariegos aquello que deuen pagar de su derecho*, vt quia vassallus perdenegationem seruitij incedat in commissum, vt prædicta iura probant, & prosequitur latè Garcia d. cap. 9. numer. 62. ad finem, & numer. 63. vsq; ad 66. atque in alijs casibus, in quibus vassallus iure suo priuari potest, quia in eis poterit dominus ab eo tollere solar cum ædificijs, in quo census iste conformis est emphyteotico, quia secluſa conuentione ex natura contractus non potest emphyteota expelli, vt suo loco dicemus. Conuenit etiam cum reseruatiuo, quia censuarius reseruatiuus, in quê transfertur vtrumq; dominium, expelli non posse certum est, & à fortiori conuenit cum consignatiuo, qui nullo modo, neq; casu ab hypothecis est expellendus, nisi pro de cursis pensionibus hypothecæ iudicialiter capiantur, & distrahantur.

7 Quartò, censuarius solariegus non potest alienare solar, ex d. l. 3. Partitæ, ibi: *Mas non puede enagenar el solar*; quod extendit ad omnem speciem alienationis d. l. 2. Recopil. ibi: *Ningun solariego no puede vender, ni empeñar, ni enagenar ninguna cosa de aquello que fuere del solar*: quod etiam erat de iure communi, ex relatis à gloss. in l. 2. tit. 22. part. 4. & post Socin. Iun. Paris. Marzar. Iul. Clar. & alios aduertit Azebed. in d. l. 2. numer. 2. & per totam, Ioan. Garc. in d. cap. 9. numer. 51. cum alijs; quod limitat eadem lex, nisi fiat alienatio alteri vassallo solariego eiusdem domini, ex verbis eiusdem legis, ibi: *Saluo â otro solariego, que sea vassallo de aquel señor, cuyo es aquel solar:* ex qua lege, quæ in hoc singularis est, credo permissam esse alienationem inter filios vassallorum; quod ante ipsam erat dubitatum, vt constat per Grassum recep. sentent. §. legatum. quæst. 14. numer. 19. cum alijs, Iul. Clar. in §. feudum. numer. 21. vsque ad 42. si enim alienatio alteri vassallo eiusdem domini facta permissa est, cur non filio eiusdem vassalli alienantis permittatur, ignoro, cùm & mens ipsius domini, amorque vassalli erga filium à fortiori iustificet alienationem, præsupponatque vtriusque domini, vassallique alienantis consensum, & voluntatem interuenire; aliter enim alienantes priuandi erunt & solo & ædificijs, vt dict. l. 2. probat ibi: *Y si de otra manera lo vendiere ô enagenare, non vala, y entreguelo todo â aquel, cuyo es el solar*: cadit enim, vt suprà dictum est, vassallus in commissum, si contrà formam dict. l. 2. alienauerit solar cum ædificijs. Quæ quidem omnia diuersa sunt in alijs censuum speciebus, quia in reseruatiuo & consignatiuo nullo modo prohibetur alienatio, in emphyteotico verò nullo modo, neque casu permittitur, nisi domini consensu, atque licentia accedente.

8 Quintò, dum l. 2. Recopil. dicit, *Pagando los solariegos aquello que deuen pagar de su derecho*, iunctis his, quæ suprà diximus, scilicet non posse dominum expellere vassallum, nisi ex non solutione seruitij, apertè deducitur, quòd nihil aliud vassallus debet adimplere ex natura contractus, quàm ædificare solar, seruitiumque libenter præstare, atque conuentiones & pacta custodire, ex d. l. 3. Partitæ, & l. 2. Recopil. & ex his, quæ tradit Garcia c. 9. num. 51. & 55. vnde si vassallus ex parte sua adimpleat, & dominus contra conuentiones eum grauauerit, poterit se querellare, ex dict. l. 2. ibi: *Y ningun señor, que tuuiere la behetria,*

*behetria no les pueda fazer fuerça ni tuerto, mas de quanto son aforadas,* & aduertit Garc. dict. c. 9. num. 59. cum alijs. Imò & vassallus poterit exire à solo, & derelinquere solar, dummodo in abcessu obseruet formam dict. l. 2. ibi: *E si fiziere vna, dos, o tres vegadas tuerto, ê non ge lo quisiere enmendar à la tercera vegada, el labrador saque la cabeça por vna finiestra de aquella casa en que mora, ê trayga testigos, ê diga, que renuncia, ê se parte del señorio de aquel que le faze tuerto, ê que se torna vassallo con todo lo que ha de otro señor, que sea natural de aquella behetria, en que es aquel solar do el viue, y sea vassallo de aquel, a quien se tornô, y el otro no sea osado de le fazer mal ni tuerto.* Ea tamen legis forma decedendi aduersatur his, quæ suprà diximus, imò eidem legi, dum per eam permittitur vassallo derelinquere solar, vt quia persona libera sit, nisi intelliga dictam legem, dum concedit vassallo libertatem decedendi, vt intelligatur in vassallo solariego, ibi: *Y fueren solariegos, y desempararen los solares,* & dum statim dat formam decedendi, intelligatur in vassallo behetriæ, ibi: *Y ningun señor, que tuuiere behetria,* & statim, *De otro señor que sea natural de aquella behetria, en que es aquel solar, do el viue:* igitur in solariego libera facultas datur decedendi, in vassallo verò behetriæ discessus permittitur, seruando forman legis. Et mirum non est, quòd vassallus behetriæ grauatus à domino libere, tur ab eo, quia dominus negans vassallo iustitiam perdit proprietatem, gloss. in c. 1. §. itẽ qui domino in vers. iustitiam, quæ fuit prima causa beneficij amittendi; & in capit. 1. §. 1. quid sit inuestitura, vbi Iacob. de Velouiso, Iserniа, & Martinus Laudens. Luc. de Pena in l. in sacris, colum. 3. C. de proxim. sacror. scrutin. libr. 11. & post plures aduertit Petr. Surd. de aliment. titul. 1. quæstion. 56. numer. 8. vbi plures correspondentias inter vassallos & dominos obseruandas esse refert. Quæ quidem omnia non benè applicantur ad censum emphyteoticum, reseruatiuum, vel consignatiuum, nisi aliquantulum ad emphyteoticum, vt suprà diximus.

9 Vltimò, circa cognitionem huius census solariegui aduertendum est, quòd in dubio non præsumitur, nisi a dominis euidenter probetur, vt post Mieres de maioratu 4. p. quæst. 20. numer. 2. eduertit Azebed. in rubr. dict. titul. 3. libr. 6. Recopil. quod tamen dupliciter probabitur. Primò per scripturam, quæ vocatur *Encartacion*, ex dict. l. 2. ibi: *Y en las encartaciones, que les sean guardadas las condiciones, que en las cartas y priuilegios, por donde fueron otorgadas las encartaciones, se contienen*: vt quia in eisdem scripturis nominatim constitutus, vel creatus sit. Qui casus probationis per priuilegia verificatur, quando aliqua terra, terminus nempe incultus & eremus sine probatione, vt aiunt, conceditur alicui nominatim, *Para que le pueble, y para los que le poblaren, sean sus vassallos*; quia ex his verbis apertè probatur vassallagium solariegorum, dummodo dominus priuilegijs vtatur in eum finem, creandi nempe, atque conseruandi huiusmodi vassallagium, & non formandi alium contractum. Secundo modo probaretur hoc vassallagium per consuetudinem immemorialem ex dict. l. 2. ibi: *Y si no huuiere cartas ni priuilegios, que les sea guardado el vso, y la costumbre que huuiere en esta razon de tanto tiempo aca, que memoria de hombres no sea en contrario*: habet enim immemorialis vim legis. l. 1. §. denique. ff. de aqua pluuia arcenda ibi: *Vetustatem vicem legis obtinere.* l. in summa. ff. eodem titul. ibi: *Vetustas, quæ pro lege habetur*, & latè tradit Molina libr. 2. capit. 6. numer. 12. cum alijs: habetque vim priuilegij, atque titul. l. 5. titul. 7. libr. 2. nouæ Recopil. ibi: *O por costumbre antigua, que el Derecho iguala à priuilegio.* l. 8. titul. 15. libr. 4. nouæ Recopil. ibi: *Sea auida en lugar de titulo bastante*, tradunt omnes per textum ibi in capit. super quibusdam. §. præterea de verbor. signif. vbi gloss. verb. *Pedagium*, Molina vbi suprà num. 13. & 14. Mier. de maiorat. 4. part. quæst. 20. numer. 47. Mascard. de probat. conclus. 1214. num. 48. Is tamen modus probandi per consuetudinem immemorialem difficilior est; vt quia debet immemorialis, probari cum qualitatibus quæ formaliter exprimuntur per text. ibi ab omnibus in l. 41. Tauri, & simul in ea præscriptione, vel consuetudine debet saltem allegari causa huius vassallagij, quia licèt immemorialis formetur sine titulo, vt quia ex tempore præsumatur, non tamen sine allegatione causæ, quæ allegata præsumitur, & si non allegetur, diceretur census ignorantiæ; id est, cuius causa ignoratur, qui diuinis, & humanis legibus improbatur, ex capit. perueniet de censibus, & ex his, quæ latè diximus in capit. de censu formando ex consuetudine, si causæ concomitantia: ergo causa huius vassallagij à dominis est allegan-

da, scilicet quòd terra data fuit ad poblationem,

tionem, & quòd ex eâ causa vniformis pensio præstita fuit. Ex quo infero, quòd licèt dominis responsum sit de fructibus alicuius terræ, & inde ille, cui præstantur, præsumatur dominus. l. si vrbana prædia, ff. de condict. indeb. l. colonus. ff. de vi, & vi armata, perquem ita tenet Bald. in consil. 130. numer. 1. libr. 3. Specul. de emphyteosi. §. nunc aliqua. nume. 108. Auend. de exequend. cap. 4. numer. 8. vers. *Item deducitur*: non tamen ex sola correspondentia fructuum probaretur census solariegus; quia cùm possit alius probari, qui præstetur ratione terræ, & in quo verificetur præsumptio dominij non erit præsumendus ille, qui formaliter requirit dationem terræ, aut soli ad poblationem: ideò licèt causa specificè in consuetudine immemoriali non sit probanda, alleganda tamè est, vt præsumatur.

10 Ex quo datur verisimus intellectus ad l. Iubemus C. de agric. & censit. libr. 11. vbi præstantur fructus ratione terræ, & ad l. Titia. ff. solut. matrim. ibi: *Redditus exegit*, & ad l. 2. C. de acquir. possess. ibi: *In possessione fuisse, omniaque vt dominum gessisse*, vt licèt prædicta iura ex præstatione fructuum præsupponunt in domino proprietatem terrarum, non tamen præsupponunt, neque probant ex ea fructuum præstatione causam probari; ideò vel saltem si non probetur, alleganda est, vt ex immemoriali præsumatur: erit tamen fortis præsumptio huius vassallagij, si constiterit, terras, ex quibus seruitium præstatur, aliquando eremas fuisse, & in statu præsenti plenas ædificijs, & vt aiunt, *Pobladas*, esse: his tamen deficientibus vassallagium solariegum non præsumitur, donec specificè probetur, ex traditis à Mieres de maioratu. 4. part. quæst. 20. numer. 9. & referens Pelaez, atque Mascard. Azebed. in rubric. titul. 3. libr. 6. numer. 7. Erit tamen nouiter notandum, quòd cùm solariegui non possint solum alienare, ex d. l. 3. Partitæ, & 2. Recopil. si probauerint sæpissimè alienationes fecisse, non dicerentur solariegui, vt nominatim probant Gregor. in d. l. 3. Partitæ, Ioann. Garc. de expensis d. cap. 9. numer. 51. cum alijs, Azebed. in d. rubr. numer. 6. Sed hoc est intelligendum, quando non simpliciter probarent alienationes, sed quòd eas fecerunt tam in filios, quàm in extraneos; quia cùm inter filios non solùm fieri possint, sed de iure ad eos bona solariega transferantur, ex d. l. 2. Recopil. ibi: *No le pueda tomar el solar a ellos, ni â sus hijos, ni â sus nietos, ni â aquellos, que de su generacion vinieren*, meritò non solùm est probanda facultas alienandi, sed simul quòd inter extraneos alienauerunt, vt constito de natura contractus solariegui, adhuc vassalli solariegui non existimentur.

## DE CENSV RESERVATIVO perpetuo redimibili, seu ad vitam, & eius forma, atque iustitia. Cap. XIII.

## SVMMARIVM.

*Census reseruatiuus omnibus est frequentior, & creari potest perpetuus, redimibilis, seu ad vitam. n. 1. & 2. vbi de eius initio & forma.*

*Census reseruatiuus in quo differat ab emphyteosi, & quando ex censu emphyteotico, vel reseruatiuo, & quomodò transferatur dominium in censuarium. n. 3. & 4. vbi traditur intellectus ad text. in cap. constituendæ, de religiosis domibus vsq; ad finem capitis.*

*Contractus emphyteoticus, vel census reseruatiuus, non tantùm iudicatur ex verbis, quàm ex effectu, & substantia. n. 5. 6. & 7. cum alijs.*

*Iustitia census reseruatiui fundatur in præceptis iustitiæ commutatiuæ, numer. 10. vsque ad finem.*

### CAPVT XIII.

1 CASPAR Rodericus de annuis redditibus q. 2. nu. 1. dicit, quòd non agit de censu reseruatiuo, quia satis eius materia explicatur in locis ab eo relatis, & non refert nisi gloss. & DD. in cap. constitutus de relig. domib. & in l. 1. §. 1. ff. de publican. & vectigal. vbi de his censibus non agitur, vt oportuerat: qua ratione cum reseruatiuus census sit omnibus frequentior, vt quia Ecclesiæ, monasteria, ciuitates, collegia, vniuersitates, atque aliæ communitates, seu priuati plurimos ex his census habeant, de forma, & iustitia eorum, agere, necessarium mihi visum fuit.

2 Et primò aduertendum est, quòd is census, sicut consignatiuus creari potest perpetuus, redimibilis, seu ad vitam, vt summariè aduertit Roderic. d. q. 2. numer. 1. ad finem, & vtroque casu forma & iustitia eadem est, quia formatur, quando res immobilis datur

alicui

alicui cum reseruatione pensionis annuæ vniformiter in futurum soluendæ, & translatione vtriusque dominij tam vtilis, quàm directi in censuarium, cuius contractus forma habetur Genes. cap. 47. vbi legimus, Ioseph prædia multa Ægyptijs tradidisse, reseruata Pharaoni certa pensione annuatim soluenda, quod aduertit Medina in C. de restitutione titul. de rebus per vsuram acquisitis cap. de censibus col. 5. vers. *Secundum paret*, fol. 165. Molin. de contractib. disp. 381. in fine, cuius census meminit Imperator Diocletian. in l. fin. C. de rerum permut. constituens, quòd si ea lege quis fundum donauerit, vt annuatim decem corbes frumenti, vel quid aliud solueretur, huiusmodi contractus etiam valet. Idem etiam constituit Innocentius III. in cap. constitutus de religios. domib. vbi Abbas, qui pensionem debitam multis retro annis non soluerat ex prædio in censum reseruatiuum concesso condemnat deinde ad eius pensionis vniformem præstationem; & ita eum censum iustissimum dicentes diffinierunt gloss. & omnes in dict. cap. constitutus, & in cap. ad audientiam. 2. de rebus Eccles. Bart. in l. 1. §. 1. de public. & vectig. Ias. in authent. qui rem. numer. 10. C. de sacrosanct. Eccles. & in l. 1. C. de iur. emphyt. numer. 48. Aym. Crau. consil. 217. Beroi. numer. 64. Marc. Mant. numer. 26. in cap. 1. de in integr. rest. Ioan. Lup. in tract. de vsuris comment. 2. circa l. 2. C. de pact. inter empt. §. 2. numer. 57. Iul. Clar. libr. 4. recept. sentent. §. emphyteosis. q. 1. Aluar. Vaez de iur. emphyt. q. 23. nu. 7. per totum, & n. 27. cum alijs, & ex nostratibus Ant. Gom. in l. 68. Taur. numer. 2. & 3. vbi Palac. numer. 2. Castillo verb. *Censo*, Matienço in l. 1. titul. 15. libr. 5. nouæ Recopil. gloss. 1. vbi omnes hanc dicunt veram naturam, atque diffinitionem census reseruatiui.

3 Qui quidem quamuis in creationis forma assimiletur contractui emphyteotico, cùm pensio vniformis annuatim soluenda ex domo, vel fundo vtroque casu reseruetur; in effectu tamen & substantia longè dissimilis est, quia ex emphyteotico contractu transfertur tantùm in emphyteotam vtile dominium. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectigalis. l. possessores. C. de fund. patrim. lib. 11. vt latè resoluit Aluar. Vaez de iur. emphyt. q. 13. per totam, & facit text. in l. si quis, ex tit. C. de diuers. præd. lib. 10. Rursus emphyteota naturalem tantum possessionem adquirit, manente ciuili penes dominum fundi, vt etiam traditur latè ab eodem Valasco in eod. tract. de iur. emphyt. q. 18. per totam: quod in censu reseruatiuo diuersum omnino est, quia in censuarium tam vtile, quàm directum dominium, & vtraque possessio, tam ciuilis, quàm naturalis verè transferuntur, & dominus rei censualis efficitur, nihilque iuris, seu commoditatis præterius percipiendi pensionem annuam in futurum apud concedentem rem in eum censum reseruatiuum remanet: quæ differentia inter eos contractus censualem, & emphyteoticum, quæ clauis totius materiæ est ad cognoscendam vtriusque contractus naturam, deducitur ex l. fin. C. de rerum permut. & ex cap. constitutus, de relig. domib. ex quibus eam deduxerunt gloss. Panor. & alij ibidem, & præter ordinarios Socin. consil. 208. num. 5. lib. 2. & consi. 167. num. 6. eod. libr. Decius consil. 164. col. 3. post Alex. cons. 14. numer. 8. libr. 2. & dicit communem Iass. in l. 1. numer. 28. C. de iur. emphyt. Rebuf. 2. tom. comment. tit. de restit. redditus, gloss. 17. Cassan. in consuet. Burgund. rubr. 11. in princ. Gregor. Lup. in l. 5. titul. 30. part. 3. Iul. Clar. recep. sentent. §. emphyteosis. q. 1. in princip. Rodoan. de reb. Eccles. rubr. 16. numer. 2. & 6. Mant. in c. 1. de in integr. restit. Sot. lib. 6. de iust. & iur. q. 5. art. 1. Aluar. Vaez de iur. emphyt. q. 32. num. 27. Ioan. Lup. in d. comment. de vsuris. 2. §. 2. n. 57. Iacob. Menoch. cons. 291. n. 5. cum alijs lib. 3. & in tract. de præsumpt. 1. part. præsumpt. 106. fere per totam, vbi eleganter id prosequitur; qui omnes eam differẽtiam, tanquam totius materiæ clauem designauerunt.

4 Ex qua verissima resolutione datur verus intellectus ad text. in d. c. cõstitutus de relig. domib. dum dicit: *In emphyteosim subannuæ octo denarij vsualium pensione monasterio vestro concessit*; vt quamuis ex his verbis, maximè dum text. dicit, *In emphyteosim*, aliqui existiment, intelligendum esse in contractu emphyteotico, nullo quidem modo sustineri possit is intellectus ex eà receptissima sententia & conciliatione inter eos contractus suprà relata, qua securè tenent omnes in censuarium transferri vtrumque dominium, tam vtile, quàm directum, & vtramque possessionem, tam ciuilem, quàm naturalem; cuius dominij, ac possessionis translatio in contractu emphyteotico dari non potest, vt est vulgare, atque naturale præceptum emphyteosis. Et quòd in d. c. constitutus vtrumque dominium, & possessio transferatur, probant euidenter verba text. ibi: *Vniuersas Ecclesias ad vestrum monasterium pertinentes*, & statim ibi; *Et quidquid iuris tam in monasterio vestro, quàm in eis habebat*, & clariùs

in vers. *Cùm autem*, vbi Pontifex decidens cā-sanrillius text. subdit: *Cùm autem neque insolitum sit, neque nouum, vt cùm Episcopi Ecclesijs concesserint, pijs locis, aliquid sibi reseruent in eis nomine pensionis*; pondera verbum, *Concesserint*, quod significat translationem cum effectu; & hæc verba, *Aliquid sibi reseruent in eis nomine pensionis*. Ex quibus apertè constat, nihil aliud esse in eo text. à concedente reseruatum, quàm aliquid nomine pēsionis; quod contingere non potest in contractu emphyteotico, in quo non solùm aliquid nomine pēsionis reseruatur, sed vtile tantum dominium conceditur, & naturalis possessio transfertur, directa & ciuili possessione penes dominum manente. Rursus non diceret text. *Vniuersas Ecclesias ad vestrum monasterium pertinentes, & quidquid iuris tam in monasterio vestro, quàm in eis habebat*, neque similiter *Ecclesijs concesserint*, nisi vt Pontifex euidenter demonstraret, vtrumque dominium in censuarium esse translatum, & consequenter contractum census reseruatiui seruatum, Demum negari non potest, nisi quòd in eo textu admitteretur commissum, si contractus fuisset emphyteoticus, sed non admittitur, vt suo loco dicetur: ergo censualis cōtractus fuit.

5 Ex quo verissimo intellectu intelliguntur etiam verba eiusdem textus, ibi: *in emphyteosim*, vt quamuis concessionem factam fuisse in emphyteosim præsupponat, verumtamen censum ex translatione vtriusque dominij, & possessionis, atque ex natura eius contractus formatum fuisse dicendum est, tam ex eo, quòd text. vtitur promiscuè verbis, *Census*, *& emphyteosis*, quàm quòd etiam si solo verbo *Emphyteosis*, vteretur; cùm tamen effectus translationis vtriusque dominij & possessionis ex concessione in emphyteosim non sequatur verum contractum censualem, ex quo transfertur, vtrumque creatum fuisse dicendum est, vt nominatim aduertit Ioannes Faber in §. adeò, col. penult. instit. locati, & post plures tradit Valasc. de iur. emphyt. q. 32. num. 28. atque nos infrà dicemus, ideò text. ille in censu est intelligendus.

6 Similiter ex suprà dicta resolutione infertur intellectus ad text. in l. 28. titul. 8. part. 5. dum dicit: *Contractus emphyteoticus en Latin, tanto quiere dezir en romance, como pleyto, o postura, que es fecha sobre cosa, raiz, que es dada a censo*: ergo si contractum emphyteoticum lex illa comprehendit sub verbo, *Censo*, vt quia species census sit, vt diximus in cap. 2. Huius operis, mirum non erit, si verbum, *In emphyteosim*, de quo in cap. constitutus, non mutet contractus censualis naturam, neque ad verba eius attendatur, sed ad essentiam & substantiam contractus, vt attenditur in d. l. Partitæ, vbi quamuis dicitur, *Que es dada à censo*, adhuc contractus emphyteoticus est. Quod etiam præsupponit l. 68. Tauri, dum loquens in censu admittit commissum, vt quamuis illud in censu non admittatur, vt suo loco dicemus, sub verbo, *Census*, contineatur emphyteosis, in quo contractu datur commissum, vt sic leges illæ promiscuè vtantur his verbis, præsuppositio, quod semper substantia & essentia debet attendi. Sic etiam videmus, quòd tabelliones in similium contractuum censualium consignatiuorum scripturis, quamuis eius naturæ sint, vt redimi possint, sepissimè dicunt, contractus emphyteoticos creari, & adhuc verè census emptitij & consignatiui sunt, neque conceptio verborum consideratur, *sed vera, ac propria natura, & substantia contractus attenditur.*

7 Ex quo meritò reprobatur intellectus dicentium, quòd text. in cap. constitutus loquitur in emphyteosi, & quòd ibi emphyteota non soluens pensionem non incidit in commissum, quia illud speciale priuilegium Ecclesiarum fuit: quorum intellectum post Ancharran. Anton. de Butr. Calderin. & alios reprobat & meritò Felician. in tract. de censib. in princip. num. 22. vers. *Quippe differentiam*; non enim fauore Ecclesiarum illud contingit, sed quia censuarius tanquàm verè dominus rei censualis nunquam incidit in commissum, ex translatione vtriusque dominij; vt latiùs à nobis dicendum erit in c. de commisso in censu admittendo.

Reprobatur etiam, & meritò, intellectus Feliciani in loco suprà citato, dum existimat textum in d. cap. constitutus intelligendum esse in emphyteosi, & quòd ideò ibi commissum non admittitur, quia dominus directi id non petijt, dicens, quod quoties dominus caducitatem non petierit, emphyteota non incidit in commissum, ad quod plures illud axioma probantes refert. Cuius intellectus sustineri nullo modo potest; quia quamuis verum sit, quòd commissum non datur, nisi domino volente, & petente, cùm possit renuntiari caducitati, ad text. tamen in d. cap. constitutus, ea resolutio non adaptatur, cùm in censu reseruatiuo apertè loquatur, & intelligendus sit, in quo nunquam datur commissum, vt suo loco latiùs dicemus.

Secun-

8 Secundò & principaliter ex omnibus suprà dictis infertur intellectus ad text. in c. 1. de integr. restit. vt quãuis aliqui eum intelligant in contractu emptionis & venditionis, alij in locatione ad longum, vel ad modicum tempus, alij verò in emphyteosi, vt constat ex latè traditis per Boer. in dict. cap. 1. ex numer. 44. verisimum tamen sit, intelligendum esse in contractu census reseruatiui, de quo agimus, vt intelligunt Abb. numero 7. Beroi. num. 65. & 66. & eum intellectum sequitur Felician. de censib. in proœmio. num. 10. vbi numer. 11. ad finem existimat, nullibi expressiùs probari differentiam, quam suprà designauimus inter censum, & imphyteosim, vimque & effectum huius contractus cẽsus reseruatiui, quàm in dict. cap. 1. Ex cuius Feliciani resolutione iubatur reprobatio ipsius in eo loco relato in numero præcedenti, dum existimat commissum dari in censu; sed in cap. constitutus ideo non admitti, quia dominus id non petijt: si enim Felicianus fateatur per text. in d. cap. 1. differentiam translationis vtriusque dominij inter eos contractus verisimam esse, verum etiam erit, quòd in d. cap. constitutus ex ea vtriusque dominij translatione in censuarium commissum admitti nequit. Rursus eum intellectum ad text. in d c. 1. euidenter confirmo ex verbis eius, dum dicit; *De possessionibus laicis sub modica pensione concessis*; verbum enim, *Sub modica pẽsione*, præsupponit expressam reseruationem pensionis, & consequenter translationem vtriusque dominij, totiusque iuris rei in censum concessæ in censuarium. Quod iterum confirmat verbum, *Concessis*, & statim verbũ, *Data constiterit*, quæ dationem cum effectu, & concessionem integram, translationẽque veram rei censualis denotant. Rursus verba ibi: *Ad ipsius conuenit ius & proprietatem redire*, euidenter probant, quòd possessiones Ecclesiæ, quæ in censuarium quoad ius, & proprietatem traslatæ fuerunt, quoad ipsius iuris, & proprietatis effectum, ad ipsam ex vi restitutionis redire debent; verbum enim, *Redire*, præsupponit ad Ecclesiam redire eo modo, & iure, quo obuenerunt, ex l. cùm pater. §. rogo, delegat. 2. l. 2. §. eleganter. ff. depositi, gloss. in cap. contra Christianos de hæret. in 6. & declarat Abb. in capit. cùm pastoralis in fine de iure patronatus, & consequenter si obuenerunt sicut redeunt, & redire conuenit, cum omni iure proprietatis, vt verba tex. probant apertè constat, quòd obuenerunt cum translatione vtriusque dominij. Quæ noua consideratio confirmatur ex his, quæ diximus in l. 6. Tauri, gloss. fin. circa intellectum illius legis, dum dicit: *Boluer los bienes al tronco, y la rayz a la rayz*. Demum, si text. in dict. capit. 1. subdit, *Quòd agendum sit de possessionibus laicis, sub modico censu concessis*, quid egemus testibus, aut considerationibus ad probandum, quòd text. ille loquitur in censu & ad confirmandam differentiam inter eos contractus, censualem & emphyteoticum?

9 Quæ quidem omnia, & forma, atque conceptio huius contractus fundantur in eo, quòd in datione rei suæ poterit vnusquisque conditiones, quas voluerit, apponere, reseruando pensionẽ annuam, arg. l. in re mandatâ C. mandatæ. l. fundi partem. ff. de contrahẽd. empt. & aduertit in censu Ioan. Garc. de expens. & meliorat. c. 9. n. 62.

10 Constat etiam de iustitia, quia in eo contractu concurrunt quatuor, ex quibus iustificatur, nempe res, quæ traditur loco pretij & sortis; fructus ipsius rei; reseruatio pensionis; & translatio dominij: ex quibus fit censuarius fructus rei censualis percipit, nullo pretio soluto præter pensionem reseruatam, iustũ est, quòd pensionem cõcedenti rem in censu soluat, vt inter eos seruetur æqualitas iustitiæ commutatiuæ, de qua egerunt Imperatores, & Consulti in l. curauit. C. de Act. empti, cui consonat. l. 2. C. de vsuris. l. Iulianus. §. ex vẽdit. C. de action. empti. l. fin. §. fin. ff. de fũdo dotali de cuius materia egerũt decis. Genue. de mercat. 194. per totam, Ant. Gabr. libr. 3. commun. opin. titul. de empt. & vend. concl. 4. per totam, Couar. lib. 3. variar. cap. 4. Ioan. Gut. in practicis quæst. canonic. q. 39. nu. 20. & nouissimè Gaspar Roder. de annuis reddit. lib. 3. quæst. 7. numer. 71. cum sequentibus. vbi ad longum explicuit materiam legis curauit.

11 Quod & iure canonico confirmatur, quo decisum est, vt ex precio non soluto rei venditæ rectè percipiantur vsuræ, vt notat gloss. & omnis in capit. conquestis de vsuris; quam canonistæ, & Theologi post Iuristas sequuntur, vt latè comprobat Dominic. Soto libr. 6. de iust. & iur. quæst. 2. articul. 1. Couar. lib. 3. variar. cap. 4. nume. 5. Ioan Gutier. de iuram. confirm. confirm. 1. p. c. 2. nu. 3. & benè in practicis quæst. canon. cap. 39. nu. 20. Ex quibus omnibus iustitia huius contractus *Census reseruatiui* redimibilis apertissimè suadetur.

12 Ratio prædictorum ex illo vulgari, licèt iustissimo præcepto, quod nunquam satis laudari potest, deriuatur, & pendet, quo constituitur, neminem cum iactura aliena locupletem fieri debere. l. nam hoc natura. 14. ff. de

condit.indeb.l.hæc conditio.66.ff.eod. tit. l.iure naturæ 207. de regul. iur. ex quo præcepto furti & rapinæ persecutiones competunt.§.ex maleficijs instit. de act. actionesque rerum amotarum , imò & condictio indebiti , & omnes condictiones , & persecutiones tam in rem, quàm in personam , tanquà riui ab eo fonte deducuntur , ne scilicet aliquem cum alterius iactura locupletem fieri patiamur , & in hoc potissimùm fundantur singulares iuris decisiones, & interalias l. si me & Titium. ff. si cert. petat.& nostra constitutio. l. curauit. C. de act. empt. aliæque omnes à præceptis iustitiæ commutatiuæ , quæ consistit in æqualitate , pendentes: ergo si censuarius recipit fructus rei censualis, nullo pretio soluto præter pensionem ex re sibi data in censum reseruatam,iustissimè debet, ac soluit eam pensionem.

13 Neque mirum est, quòd hæc omnia procedant in censu reseruatiuo, siquidem vsura recompensatoria etiam in mutuo admittitur, vt quia non sit vera vsura, sed legitima conuentio; de qua vsura restauratoria & compensatoria egerunt Bald. & Salic. in l. 2. C. de vsur. Anania in cap. 1. de vsuris, & omnes in d. l. curauit, atque Couarr. d. lib. 3. cap. 4. numer. 1.& 2. Ioan. Lup. de vsuris coment. 1. §. 7. numer. 136. Barbos. in l. de diuis. numer. 13. ff. solut. matrim. qui omnes in ea specie non requirunt moram regularem, neque irregularem; & inde resultat, quòd is contractus ex omni parte iustissimus est, atq; moribus Hispaniæ ita receptus, vt dixerit Felician. in 2. par. de censib. lib. 1. c. 10. numer. 16. esse ad instar sacrilegij dubitare de eius iustitia. Sed quia in principio huius capitis diximus posse creari perpetuum, redimibilem, seu ad vitam, in sequenti hoc examinemus.

## AN IN DVBIO CENSVS reseruatiuus iudicãdus sic perpetuus, vel redimibilis. Cap. XIIII.

## SVMMARIVM.

*Census reseruatiuus an in dubio sit iudicandus perpetuus, vel redimibilis. numer. 1. & per totum caput.*

*In censu reseruatiuo ad vitam pro tempore , quo durat census, dominium transfertur in censuarium, licèt subconditione resolutiua cõtractus. n. 2. 3. & 4.*

*In dubijs, quod minimum est, sequimur, & ideò pro minori onere, seu obligatione iudicatur. num. 5.*

*Reseruatio omne illud, quod non conceditur , reseruat : & ideò pensio reseruata non perdit naturam beneficij resignatiui, imò dicitur pars rei , & onus reale , atque quadam seruitus. d num. 6.*

*Fundans se in qualitate contractus tenetur eam euidenter probare. n. 10.*

*Declaratur, & intelligitur doctrina & resolutio Feliciani. n. 11.*

*Natura contractus semper est consideranda. numer. 12.*

## CAPVT XIIII.

1 IN capite præcedenti diximus, quòd census reseruatiuus potest creari perpetuus, redimibilis, seu ad vitam; sed hoc est intelligendum, quando nominatin & specificè vno ex prædictis modis creatur; sin verò simpliciter constitutus sit, dando rem immobilem in censum, cum reseruatione pensionis annuæ, non adiecto pacto redimendi, solet & meritò dubitari, an perpetuus, vel redimibilis sit iudicandus, vt quia censuarius velit redimire pẽsionem ad rationem quatuordecim pro vno , & è conuerso dominus census non esse redimendum prætendit. In qua dubitatione reperio Couarr. libr. 3. variar. cap. 10. num. 5. vers. *Primum illud* , qui ex Angeli doctrina resoluit , quòd si a principio non adijciatur pactum redimendi , census ex sua natura perpetuus sit, & reddens rationem subdit , quòd cùm dominij translatio sit perpetua , eadem ratione census perpetuus esse debet, credens perpetuitatem ad instar translationis dominij esse regulandam. Quam sententiam, licèt Couarr. non referat, sequitur Molin. de contract. 2. par. disp. 382. col. 4. ad med. & referens Couar. Gasp. Roder. lib. 1. de annuis reddit. q. 15. num. 43. & referens Molin. Felician. de cens. 2. p. c. 10. numer. 8. vers. *Denique.*

2 Sed eorum ratio non videtur concludens, quia etiam in censu reseruatiuo redimili trãsfertur dominium in censuarium , & tamen redimibilis est : ergo non iudicatur perpetuus ex translatione perpetua dominij. Rursus in censu reseruatiuo ad vitam , pro tempore , quo durat census , dominium transfertur

fertur in censuarium, licèt sub conditione resolutiua contractus.argum.l.1.2.& 3.ff.de in diem adiect.& resoluit Tiraquel. de retract. conuention.§.2.gloss.vnica num. 36.37.74. vsque ad 76.& tamen pensio non est perpetua:ergo non benè infertur ex perpetua dominij translatione perpetuum esse censum; ideò alia ratio quærenda est.

3 Vnde in ea dubitatione duos casus considerabat quidam aduocatus solemnis. Primũ, quando pensio reseruata minima est,ita quòd non correspondeat fructibus rei censualis, vt quia opulentiores sunt: Secundum, quando vel fructibus correspondet, vel non multum excedit.In primo casu dicebat, quòd census reseruatiuus iudicetur perpetuus:in secundo verò redimibilis. Quæ consideratio traditur in censu consignatiuo à Roderico libr. 1. de annuis redditib.quæst.15.num.46.& 47. vbi agens,quando indubio census consignatiuus præsumatur perpetuus,existimat considerandum esse pretium creationis,vt ex correspondentia pensionis ad sortem illud cognoscatur.

4 Sed ea consideratio & medium non videtur sufficiens ad dicendum,an census reseruatiuus sit redimibilis, vel perpetuus ; quia in censu consignatiuo cùm vtrumque sit pecunia & pretium,& pensio, & vtriusque census consignatiui pretium cognitum sit, rectè admittitur consideratio ex ea correspondentia de pensione ad sortem, vt ex ea inferatur ad cognoscendum & iudicandum,qualis sit census perpetuus vel redimibilis:at vero in censu reseruatiuo cùm pretium non sit pecuniarium,neque multoties pensio,sed res,quę in loco sortis in censum conceditur, detur in æstimata,non ita potest dari ea correspondentia de pensione ad sortem : vnde conciliatio, atque medium non concludit,sed adhuc dubitatio in distinctè procedit, ita vt in distinctè sit resoluendum,quando census reseruatiuus perpetuus, vel redimibilis sit iudicandus.Rursus,si vt existimat Couarr.perpetuitas resultat à translatione dominij,quæ perpetua est,& vtroque casu,quando pensio minima,seu magna sit, transfertur dominium in censuarium:ergo & in vtroque census perpetuus erit iudicandus.

5 Quare in hac dubitatione contrà Couarr. & alios videbatur dicendum, quod census reseruatiuus in dubio redimibilis, & non perpetuus iudicatur,ex eo quòd cùm ex redimibili minus grauiter censuarius,atque leuiùs teneatur & obligetur, pro minori obligatione,atque seuiori onere præsumendum est,ex l. semper in obscuris , cum vulgat.de regula iur.& per text.qui loquitur in censu in cap.ex parte de censib.ibi; *Volentes soluere ad minorem non sunt cogendi , vt ad maiorem soluant* ; & per eum text. ita tenet gloss.ibi. Quam regulam exornat Roderic.d.quæst.15.numer.36. vbi num.37.in Ecclesia procedere credit , plures ad id referens , & eam ad censum consignatiuum,vt in dubio redimibilis iudicetur , ponderat Couar.d.lib.3.cap.10.num.5. versic.5. Idemque videtur tenere Felician. in 2. part. de censib.cap.10.num.9.vbi postquam num. 8 refert Molinam , qui contrarium resoluit, subdit,quòd ex communi , & frequentissima hominum æstimatione contractus iste iudicatur census redimibilis.Ex quibus hæc videtur difficilis interpretatio.

6 Ego tamen cum Couarr.Molina.& Roderic.formiter & in distinctè teneo, quòd in dubio census reseruatiuus perpetuus potiùs quã redimibilis sit iudicandus,ex perpetua translatione vtriusque dominij in censuarium , & hoc ex ea noua consideratione, quia cùm reseruans pensionem non solùm reseruat sibi ius exigendi eam,sed respectu pensionis reseruatæ retinet idem ius ac dominium , quod ante concessionem rei in censum habebat, cum reseruatio omne illud, quod non conceditur , reseruet , & conseruet in concedente,vt eleganter post Ruyn.Sortin.& Aymon.resoluit Menoch.consil.319.numer.22. lib.4.& elegantiùs consil.341.num.17. Ioan. Garc.de nobilit.gloss.8.num.12. ad similitudinem pensionis reseruatæ in materia beneficiorum ; quæ nunquam perdit naturam beneficij resignati , vt resoluit Flamin. de resign. libr. 1.quæstion. 4.numero 31. vbi refert plures.Imò pensio reseruata dicitur pars rei,à qua reseruatur & onus reale,atque seruitus,gloss.penult. in capit. nisi essent,de præbend.Gemin.& alij communiter in capit.fin. de offic.ordin.lib.6.Felin.in cap. ad audientiam num.5.de rescript.Paul. de Castro cons. 338.lib.1.ideo ius illud reale , atque seruitus pensionis transit in quemcunque successorẽ. cap.si quis laicus 16.quæst.1.cap. 1. de solut. Gigas de pensionib. quæst.43. Card. Paul. consil.82.num.2.& 36.col.4.Put. decis.189. lib.2.& de censib.151.libr.3. si enim ius reale seruitutis ex reseruatione formatur, quod separari non potest à re censuali , sicut neque res separatur à causa,vt latè diximus in titul. de tributis.cap. 3. de tributo reali;ergo deficiente pacto redimendi,illud ius perpetuarium erit.

7 Demùm , licèt in censuarium transferatur vtrumque dominium ita irrebocabiliter, vt dominus pensionis illud reuocare non possit;

etiam ex conditione commissi, vel non alienandi, si tamen ex aliqua causa perpetua dominus impediatur exigere pẽsionem, vt quia bona censualia pro debitis vendantur, vel fiat concursus creditorum, poterit dominus rem ipsam rei vendicare, atq; reuocare dominium, quasi illud adueniente conditione resolutiua contractus, quæ tempore creationis eius inita fuit, nominatim conuentum fuisset ad dicendum erit in cap. de concursu creditorum; ergo ius ex reseruatione sibi competens perpetuum est.

8 Qua sententia retenta non obstant fundamenta contraria. Et primò, quòd in censu reseruatiuo redimibili transfertur vtrumq; dominium, & nihilominus redimilis est; quia respondetur verum esse; sed non est redimibilis ex natura ipsius census, sicut foret, si crearetur simpliciter, sed ex pactione redimendi, ideò ex natura contractus perpetuus in dubio erit iudicandus.

9 Nec similiter obstat, quòd in censu reseruatiuo ad vitam transfertur vtrumque dominium, & tamen resoluitur census, quia illud procedit ex natura conditionis resolutiuæ, non ex natura ipsius contractus.

10 Non etiam obstat regula. l. semper in obscuris, vt ex ea minimum ac leuius eligentes censum redimibilem iudicemus; quia hîc nõ sumus in obscuris, siquidem defficiente pacto redimendi aperte constat, censum esse perpetuum. Quod patet, quia cẽsus probatur per scripturam, aut inducitur consuetudine. Si per scripturam, contra censuarium, qui se fundat in censu, ponderanda est, cùm deficiat pactum redimendi, si ex consuetudine, eadẽ ratione: ergo vtroque casu censuarius, qui habet contra se scripturam, & consuetudinem, fundans se in qualitate contractus, tenebitur eam euidenter probare, aliàs ex natura ipsius iudicabitur, vt ex reg. l. accusare. C. de edẽd. Tiraquel. de retract. lignag. §. 8. gloss. 7. num. 1. & 2. & plures per Mascard. de probat. reg. 1254. non enim præsumuntur accidentia, ex gloss. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisdare cogantur, Menoch. consil. 35. num. 121. vt quia accidens non mutet substantiam, neque attingat eam, ex Bald. in l. eius qui in prouintia. ff. si cert. petat. Menoch. consil. 35. num. 35. & ideò cùm pactum redimendi sit quid accidens, vt quia substantiam non solùm non mutat, sed neque attingat, siquidem absque pacto redimendi census sustinea tur, qui se fundat in accidenti, debet illud probare, quod non ita esset in censu consignatiuo, quia cùm de eius natura sit pactum redimendi, donec constet creatum fuisse perpetuum, redimibilis est iudicandus, vt ex natura semper reguletur contractus.

11 Neque Felician. d. 2. p. cap. 10. num. 8. contrarium tenet, si rectè intelligatur, quia in numer. 8. cum Molina resoluit, quòd census reseruatiuus ex natura sua perpetuus est, & statim numer. 9. quòd ex hominum frequentissima æstimatione iudicatur census redimibilis, qui sic est intelligendus, quòd in nu. 8. verum dicat, & in num. 9. non id neget, neq; dubitet, an indubio præsumatur redimibilis, sed an sit contractus vere cẽsualis, vt quia plures dicebant esse emptionem, alij permutationem, alij emphyteosim, quod postquam ipse examinauerat per totam additionem, denique in numer. 9. resoluit, *ex communi hominum æstimatione vocari, atque iudicari censum redimilem:* ergo non resoluit, quòd in dubio sit redimibilis, sed quòd is contractus, qui frequenter creatur redimibilis, ex hominum frequentissima æstimatione vocatur census: quod ipse declarat, dum statim nu. 10. existimat, in hoc censu formari veram emptionem rei censualis cum pacto l. curauit. C. de act. empt. in quo præsupponit, eius mentem fuisse resoluere, an is contractus sit censualis, nõ verò an in dubio præsumatur redimibilis, vel perpetuus.

12 Erit tamen in hoc semper considerãda nãtura ipsa contractus, qui dubitatur, an sit perpetuus, vel redimilis, vt inde faciliùs cognoscatur. Exemplum dari potest in censu reseruatiuo, de quo agimus, qui quidem cùm ex sua natura perpetuus sit, si forsan dubitetur, an redimibilis, vel perpetuus sit iudicandus, perpetuus sit in dubio censendus, sicut in emphyteosi, qui cõtractus cũ de sua natura sit perpetuus, ex l. 1. in princip. vbi Bald. ff. si ager vectigalis, si forsan dubitetur, an sit temporalis, perpetuus erit iudicandus, donec aliud euidenter constet ex consuetudine regionis, seu alijs cõiecturis, ex Menoch. de præsump. lib. 3. præsumpt. 109. Roder. de annuis reddi tib. lib. 1. q. 15. n. 55.

## AN CENSVS RESERuatiuus perpetuus, redimibilis, seu ad vitam, sit vera emptio, & venditio, locatio, permutatio, vel emphyteosis, explicatur. Caput XV.

SVM-

## SVMMARIVM.

*Census reseruatiuus an possit vocari emphyteoticus, vt aliqui malè existimauerè. n. 1.*

*Census reseruatiuus in quo differat à permutatione, & quæ sit natura tam eius contractus, quàm permutationis. n. 2.*

*Census reseruatiuus in quo differat à locatione simplici, vel ad longum tempus, & quæ sit natura vtriusque contractus. n. 3.*

*Dominium vtile, & naturalis possessio transfertur ex locatione simplici, vel ad longum tempus, & quomodò intelligatur. ibidem.*

*Census reseruatiuus an sit vera emptio & venditio, latè discutitur. num. 4. vsque ad finem capitis, vbi refutantur aliquorum opiniones.*

*In censu reseruatiuo contrahitur pactum nudum rei traditione vestitum. numer. 9. & 10. quod exemplificatur, & numeris sequentibus.*

*Decima, seu gabella quando debeatur ex censu reseruatiuo. numer. 8. ad finem, & fere per totum caput. & numer. 13. vbi cui gabellario debita sit, & quid in venditionibus conditionalibus, ibi traditur vsque ad finem.*

## CAPVT. XV.

1 IN capitibus præcedentibus explicauimus formam & iustitiam census reseruatiui, qui creatur dando rem immobilem in censum, cum reseruatione certæ pensionis annuæ, & an his contractus in dubio sit redimibilis, vel perpetuus; sed quia necessarium est resoluere, quæ sit eius natura, & an in eo contractu formetur emptio, venditio, locatio, permutatio, vel emphyteosis, de eo in præsenti agendum est, & prius aduertè dum, quòd non agimus de censu, qui creatur ex pretio rei immobilis venditæ, quem inaduertenter crediderunt plures esse reseruatiuum, cùm sit verè & propriè consignatiuus, vt constabit ex dicendis in cap. de censu creãdo ex pretio rei immobilis venditæ; sed agimus de cognoscenda natura eius census, qui formatur dando rem immobilem in æstimatam cum reseruatione pensionis annuæ, de quo agimus in duobus capitibus præcedentibus, & in hoc censu Felician. in 2. p. de censibus lib. 1. cap. 10. num. 3. refert Mexia, Ioann. Gutier. & Azebed. quos dicit tenuisse eum contractum esse emphyteoticum; & tamen prædicti Doctores non agunt de natura eius contractus, sed de censu, qui creatur ex pretio rei immobilis venditæ, & etiam in eo cẽsu non explicant quis contractus sit, sed solũ dicunt, quòd procedit in eo contractu dispositio l. 68. Tauri, de quo dicemus in capit. de commisso in censu admittendo: nec poterant dicere, quòd contractus census reseruatiui esset emphyteoticus, siquidem inter eos contractus plures dantur differentiæ, quas tradidimus in cap. de censu emphyteotico, & considerant Valasc. de iur. emphyt. quæst. 32. per totam. Molin. in tract. de contract. disp. 445. cum alijs, & in tract. de iustit. disp. 10. per totam, & latiùs per Gasp. Roderic. in tract. de annuis redditib. libr. 2. quæst. 22. per totam, vbi differentiam inter eos contractus reseruatiuum & emphyteoticum refert & considerat: ergo reseruatiuus emphyteoticus nõ est: vnde videamus an sit permutatio.

2 Et quòd is contractus sit permutatio, videtur ex eo, quòd formatur permutatio, quãdo vna res datur pro alia l. 1. ff. de rerum permut. l. 1. tit. 6. part. 5. ex quo si rem didero pro tali censu annuatim soluendo, permutatio videtur formata, ex l. naturalis. §. & si quidem. ff. de præscript. verb. quod ex ipsa permutationis diffinitione clarius deducitur, de qua in d. l. 1. & per Acurs. in l. 1. C. de rerũ permut. Iaſſ. in §. actionum. numer. 92. & 98. instit. de action. Ripa numer. 25. in l. 2. ff. si cert. petat. Fabian. in tract. de empt. & vendit. qnæst. 2. num. 25. Pinel. in rub. C. de rescind. vendit. 2. part. cap. 1. num. 9. adhuc tamen considerando veram naturam huius contractus censualis, securè credo, nullam in eo formari permutationem, quòd è conuerso probatur ex diffinitione ipsius permutationis, est enim permutatio vnius rei pro alia, datio, seu concessio; & præsupponit ex parte vtriusque contrahẽtis aliquid esse profectum, ex quo ad censum reseruatiuum adaptari non potest: quia reseruatio pensionis, & res quæ datur in censum, & simul eiusdem rei concessio vnicus actus est indiuiduus, & pro vnico contractu habetur, neque ex parte censuarij quidquam proficiscitur, sed totum factum, & opus concessionis, & reseruationis eodem instanti & momento creationis census à solo concedente rem prouenit & formatur: quo casu patet non posse dari permutationem, sicut quando dedi tibi bona cum reseruatione alimentorum; quia cùm tota conuentio circa bona mea versetur, non datur contractus permutationis. Quæ singularis & noua consideratio deducitur ex decisione text. in cap. constitutus de relig. domib. ex eo quòd res fructifera in censum datur cum reseruatione pensionis annuæ, & non nascitur contractus, Do, vt des, si

cut

cut est permutatio ; sed alius longè dissimilis contractus constat etiam ex eo, quòd quando tibi rem dedi, vt eam Titio post tempus dares, iuxta l.2.l. quoties. C. de donationibus, quæ sub modo, non contrahitur, Do, vt des, sicut quando datur dos, vt soluto matrimonio fiat eius restitutio: quia nullus erit cõtractus, Do, vt des, sed potiùs pactum nudum rei traditione vestitum, ex Alex. in l. legem. num.3. C. de pactis, quem sequitur Iasi. in l. traditionibus. num.1. C. eodem: ergo eadem ratione in actu dandi fundum in censum non potest formari permutatio, quæ præsupponit ab vtraque parte rem proficisci. Rursus, euidentiùs hoc suadetur ex natura, do vt des, quæ in est permutationi l. naturalis. §. & siquidem. ff. de præscript. verb. l. mortis causa. §. fin. ff. de donat. causa mort. neque reseruatio pensionis est datio vnius rei pro alia, sed actus indiuiduus concedendi rem cum reseruatione; ideò non benè ad permutationem adaptatur: ergo census reseruatiuus permutatio nõ est, sed alterius longè naturæ diuersæ, contractus.

3 Vnde an sit contractus locationis videamus, vt constet euidenter, quòd neque locationis, aut conductionis contractus est, cùm in locatorem neque etiam vtile dominium transfertur. l. cum manu fata. §. fin. ff. de contrahẽd. empt. l. non solet. §. locati: neque possidet ipse, sed dominus per eum, tanquam per instrumentum. l. peregrè. §. quibus explicitis. l. si quis antea. l. qui vniuersas. §. quod per colonum. ff. de adquirend. possess. & probat eleganter Aluar. Vaez de iure emphyt. quæst. 20. num. 9. & 10. Quæ quidem omnia notissimum est, quòd in contractu census reseruatiui deficiunt, & quòd inde inter se differunt, sicut & locatio differt à censu, quia hi contractus tam circa originem, quàm circa substantiam & effectum dissimiles sunt, cũ in locatione simplex conductio vtendi re conducta cõtrahatur; in censu verò alius contractus formetur, vt infrà dicendum erit, & iterum in cẽsuario, vt sæpè dictum est, transferatur vtrũque dominium, & vtraque possessio; in locatorem verò neque vtile. Imò etiam circa subiectum & materiam hi contractus differunt, cùm locatio consistat etiam in rebus mobilibus, vel se mouentibus, vt vulgaria iura probant, & census in immobilibus tantùm, vel quæ pro immobilibus habẽtur, vt dicendum erit in capitibus de creatione census super rebus immobilibus; ergo census reseruatiuus contractus locationis non est, & non solùm simplex locatio non erit, sed neque ad longũ tempus, cùm ex eo contractu vtile tantùm dominium, & nãturalis possessio trãsferatur vt de translatione vtilis dominij habetur in Clem. 1. vbi omnes de rebus Ecclesiæ, & latè per Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 14. numer. 76. & 80. & de translatione naturalis poossessionis agit text. cum gloss. in l. si quis ante, verb. *Nouissimè*, ibi; *Non ad modicum tempus*, ff. de acquirend. possess. Tiraquel. in dict. gloss. 14. num. 179. Anton. Gom. in l. 45. Tauri. numer. 100. ergo apertè constat, quòd is contractus census reseruatiui locatio non est.

4 Vnde an is census sit emptio, & venditio, videamus, & reperio, quòd noster Couar. credens veram huius contractus naturam se attigisse fatetur in lib. 3. var. capit. 10. numer. 6. vers. *Quinta ratio*, quòd in ea ratione fundi in censum duo contractus sub vnius forma, & conceptione verborum creantur, & quòd vterque emptionis & venditionis est, vnus vẽditionis fundi pro centum aureis, qui purus est, atque perfectus: alter constitutionis census, iuxta ipsius fundi pretij quantitatem, sentiens Couarr. ibi, & antea in versic. *Tertiò eo casu*, quòd perinde habetur iste contractus, ac si dominus censuario verè fundum vendidisset pro certo pretio, & statim breui manu fictione legis tantundem emptor recipiens pro eodẽ pretio censum constitueret. argum. l. singularia. ff. si certum petatur. l. licet. §. quoties. ff. de pact. dot. & traditur in l. certi condictio. §. si numos. ff. si certum petatur: quæ ingeniosa consideratio Couar. in distinctẽ sequitur à Ioan. Gutier. in lib. 2. pract. quæst. cĩuil. quæst. 171. numer. 4. sed ego eam procedere existimo, quando domus, seu fundus datur in censum pro certo, & legitimo pretio eiusdem; & statim pro eodem pretio cẽsus cõstituitur, quia in ea datione fundi in censum verissimum est, & duos contractus formari, & vtrumque emptionis & venditionis esse; primum in concessione fundi pro pretio nominatim designato; secundùm in creatione census pro eodem pretio rei facta; & hoc est, quod in effectu, si diligenter consideretur, voluit noster Couar. in d. nu. 6. vers. *Tertia ratio*; cuius mentem sic nouissimè inteligit Ignat. Lasarte in tract. de decima vendit. & permut. cap. 10. num. 46. & 47. dicens, in eo casu duplicem gabellam deberi, nempe ab vtroque venditore fundi & census, cùm duo contractus formentur. Idem in effectu quod Couar. & Lasarte voluerunt Molin. de contract. 2. tom. disp. 382. Ioan. Gutier. lib. 2. pract. quæst. 72. num. 3. & quidem iuridica ratione; quia in prima emptione, quæ formatur vendendo rem immobilem pro certo pretio, licet

licet non videatur veram emptionem esse cõtractam, vt quia pretium non accedat in pecunia, sed in re æstimata, tamen ad substantiam emptionis sufficit consensus de re & pretio, vt ex l.1.ff.de contrahend.empt.§. venditæ, instit. de rerum diuis. aduertunt Angel. Faber, Partuis, & Platea ibid. & facit fere in specie l.curauit.C.de act.empt.ideo vera emptio formata fuit. In secundo tamen contractu, qui formatur vendendo censum, pro pretio rei immobilis venditæ etiam contrahitur emptio & venditio; quia verè pretium à partibus designatum accedit, licèt de iustitia census dubitetur, vt suo loco dicemus: ergo vtroq; casu emptio contrahitur; & ideò in hoc primo casu rectè loquitur Couar.

5 Sed si consideremus secundum casum, quem Couarr. designauit, scilicet quando fundus datur in censum, cum reseruatione pensionis annuæ, quamuis ipse præsupponat, eũ contractum similem esse priori, & in hoc sequatur eum Ioan. Matiençoin l.4.tit.11.lib.5.nouæ Recopil.gloss.1.numer.24. certissimum tamen est fore diuersos, & in ea secundi contractus specie non solùm non formari duos contractus emptionis & venditionis, vt Couarr. existimat, sed neque vllam emptionem dari. Quod ex eo nouiter suadetur, quia quando ego dedi tibi fundum in censum reseruatiuum, nullum pretium accedit, eum reseruatio pensionis pretium non sit: ergo nulla contrahitur emptio: sed longè distant hi duo contractus emptionis & censualis, quando enim fundus pro legitimo pretio datur, contrahitur vera emptio ex ratione l. naturalis.§.& siquidem.ff.de præscript.verb. & eorum, quę suprà diximus, atque tradit Iaso in l.1.num.48.C.de iur.emphyt. Ant.Gom. in l.68.Taur.nu.2. ideo mirum non est, si ex ea datione fundi in censum cum reseruatione pensionis, & pro legitimo pretio rei, veram emptionem formari crediderit Couarr. & ex eadem creatione census pro eodem pretio alteram; quando verò concessio fundi fit non pro legitimo pretio rei, vt quia de pretio contrahentes non meminerunt, sed simpliciter cum reseruatione pensionis annuæ, cùm eo casu nullum designatum pretium accedat, sed totum factum, & opus à concedente rem proueniat, formari non potest emptio, quæ pretij substantiam præsupponit, sed alius diuersus contractus, ideò non benè Couarr. præsupponit casum istum similem esse priori. Quòd probatur argum. text. in l. teneturs. §.1.ff.de act.empt.vbi si pecunia interueniat cum pacto venditio est: sin verò pactum solũ nequaquam; ex quo in specie concessionis fundi in cẽsum nõ pro legitimo pretio eiusdem, sed cum reseruatione pensionis annuæ quòd nulla emptio formetur, nec venditio, deducitur à Molinæo in consuet. Paris. tit.1. §.23.quæst.19.num.56. & nouissimè reprobando Couar. idem defendit Ignat. Lasarte de decima vendit.& permut.cap.10.num.50. & 51. quorum sententia libenter amplectitur ex rationibus suprà dictis, & infrà dicendis.

6 Ex quo admittere non possum doctissimi amici mei Feliciani resolutionem in tract. de censib.lib.2.c.10.de pretio census n.37. dum existimat, censum reseruatiuum esse verã emptionẽ & venditionẽ cũ pacto l.curauit.C.de act.empt.& regulandum esse ex eisdem legibus, quibus emptio & venditio regulatur, quod antea dixerat lib.1.num.16.c.10.versic. *Censent*, & idem repetit in 2.p.de censib.c.10. n.10. dicẽs, quòd quando alicui fundum quis concessit in censum reseruatiuum, in effectu illum vendidit cum eo pacto, vt donec pretium soluatur, annua pensio præstanda sit in compensationem fructuum ex eo fundo ab emptore percipiendorum. Ex quo infert, quòd in eo censu ex natura emptionis retractus admittitur. Cuius Feliciani resolutio nõ satisfacit, quia in d.l.curauit.C.de act.empti vera emptitio & venditio formatur, verumq; pretium nominatim designatũ accessit, ideò ex præceptis iustitiæ commutatiuæ propter non solutionem pretij vsuræ debentur, perceptis fructibus, vt latè diximus suo capite: in nostro verò censu reseruatiuo cùm dãtur fundus simpliciter cum reseruatione pensionis, nullum pretium accedit, neque interuenit ex parte censuarij, sed totum factum prouenit à concedẽte rem in censum: ergo malè adaptatur ad eum censum constitutio.l.curauit. Rursus in d.l. curauit nulla fit à venditore reseruatio pensionis, sed sola res vendita ab eo proficiscitur, & ab emptore pretium promittitur, ex quibus contractus emptionis formatur: at vero in datione fundi in censum nihil reperiri potest ex parte censuarij, quod loco pretij accedat; quia pensio reseruata, quæ quodammodo loco pretij accedere videtur, non est verè pretium, sed pars prioris concessionis indiuiduæ, quæ similiter prouenit à concedente rem in censum. Demum res ipsa censualis, pensioque reseruata, totumque factum ipsius contractus à concedente descendit, neque censuarius quidquam facit: ergo contractus emptionis non est, quæ ab empto re pretium verum & legitimum, à venditore rem proficisci præsupponit. Quæ impugnatio facilè iuuari poterat ex eo, quòd si is cẽsus

fuisse

fuisset emptio cum pacto l. curauit, necessariò fatendum esset procedere in eo omnia, quæ circa intellectum & materiam l. curauit ab scribentibus tradita sunt: sed sic est, quòd plurima in eo casu procedere non possunt, vt constat ex his, quæ diximus in cap. circa explicationem l. curauit: ergo census emptio cũ pacto eiusdem l. esse non potest. Vnde reperio, quòd ipse Felicianus in d. cap. 1. de pretio census num. 36. vers. *Quòd verò census non sit*, vrgenter probat, quòd is contractus non sit verè census, dicens, quòd ad essentiam census requiritur, quòd ex vna parte mers intercueniat, & ex altera pretiũ; ideò cẽsus nõ est. Quod fortificat ex eo, q̃ cũ pretiũ debeat intercuenire in pecunia l. 1. C. de contrahend. empt. §. item pretiũ. instit. eodẽ, cũ vulgatis, & in ea specie pecunia nõ intercueniat, sed res immobilis detur, emptio cõtrahi nõ potest. Deniq; id confirmat ex eo, quòd Extrauagantes Martini & Calixti non comprehendere quoad pretium & alia eum censum credit: ergo sibi ipsi contrarius est, cùm si huiusmodi census fuisset vera emptio & venditio, atque ex ea emptione & venditione verus census emptitius formaretur, necessariò fatendũ esset, quòd omnia censualia præcepta eum contractum comprehenderent: vnde meritò reprobatur.

7 Ex quibus etiam reijcitur resolutio Ioannis Matienço, qui in l. 7. tit. 11. libr. 5. glos. 1. num. 24. existimat nullam constitui differentiam inter eas contractus formas; quod ante ipsum videtur tenuisse Cassan. quem, & Matienç. reprobat Felician. de censib. 2. p. libr. 1. c. 10. nume. 8. prope finem: ergo & Matienço reprobatus à Feliciano, & Felicianus, qui eũ reprobat, nõ benè cognouerũt hũc cõtractũ.

8 Infertur etiam ad intellectum eorum, quę resolut Auend. respons. 29. per totum, qui quidem examinans quæstionem illam, cui scilicet gabellario debeatur gabella, an ei, qui fuit tempore, quo datur fundus in censum reseruatiuum, vel quo redimitur ipse census, post longam disputationem denique resolut deberi gabellario, qui tempore dationis fundi in censum erat; quia per eam concessionẽ veram emptionem formari credit. Cuius Auendañi resolutio verissima est in priori casu ex duobus, quos suprà considerauit Couarr. scilicet quando census constituitur pro legitimo pretio fundi a contrahentibus designato; quia cùm eo casu datio fundi in censum sit vera emptio & venditio, deberetur ex eo contractu gabella, & consequenter soluenda esset gabellario, qui tunc erat, cùm census creatus fuit. In secundo tamen casu, scilicet, quando fundus datur in censum, nullo pretio designato, sed cum sola reseruatione pensionis annuæ, & facultate redimendi, neque sententia Auendañi verificatur, neque sustineri posset; quia cùm ex eadem datione fundi in censum non resultet emptio, neque venditio sed alius longè dissimilis contractus, vt suprà diximus, non debebitur ex eo cẽsu gabella, vt nouissimè contra Auend. resolut Ignat. Lasarte in tract. de decima vendit. & permut. c. 10. num. 50. 51. 55. & 57. cum alijs, vbi ex numer. 59. vsque ad num. 64. respondit ad fundamenta Auendañi, referens aliqua non contemnenda.

9 Igitur si ex omnibus suprà dictis apertissimè constat, quòd ex actu dandi fundi in censum nulla permutatio, locatio, neque emptio resultat, necessariò quærendum est, quæ sit natura huius contractus, & considerando primæuam, atque peculiarem, dicendum videtur, quòd in hac datione in censum cum reseruatione pensionis annuæ, nullo pretio designato, non formaretur vera emptio, neque vẽditio, permutatio, locatio, aut emphyteosis, sed quoddam pactum nudũ rei traditione vestitum ex parte vnius tantùm ex contrahentibus proueniens, nempè dantis fundum in censum, qui liberè potuit in rei suæ traditione pactum illud reseruationis pensionis annuæ, vel aliam quamlibet conuentionem adijcere, ex traditis ab omnibus per text. ibi in l. traditionibus. C. de pactis, & in l. legem. C. eodem cap. cùm dilecti, vbi Abb. numer. 3. de donat. Alexand. in d. l. legem, numer. 3. Ex quo pacto nudo rei traditione vestito nascitur actio præscriptis verbis, vt vtrumque deducitur ex l. fin. C. de rerum permut. quam sentiens hanc esse naturam huius census considerauit ad id Domin. Soto de iust. & iure lib. 6. q. 1. artic. 1. in princip. & magis ad longum eam esse census reseruatiui naturam explicuit Ignat. Lasarte de decima vendit. & permut. cap. 10. numer. 53. & nouissimè Molina in tract. de contractib. disput. 381. & 382. vbi peculiarem, atque propriam huius census naturam reseruatiui explicuerunt; & licèt non ita, illud tamen confirmat Roder. libr. 2. de annuis reddit. q. 22. n. 28. vsq; ad 32. vbi ad aliqua in propositũ infert.

10 Et quamuis Felicianus in d. 2. part. de censib. libr. 1. cap. 10. numer. 6. & 7. reprobet Lasarte, credo Felician. locutum fuisse, vel quando res venditur pro certo pretio, & in continenti vno contextu & spiritu creatur census ex pretio, vt notat numer. 6. vel quando venditur res immobilis pro certo pretio, & ex interuallo pro eo pretio census creatur, vt dixit numer.

numer.7. in quibus casibus non procederet sententia Lasarte, neque formaretur alius cõtractus, quàm emptio & venditio: quando verò res immobilis non datur æstimata cum reseruatione certæ pensionis, neque emptio cõtrahitur, neque gabella debetur, vt cum Lasarte tenent Giro nd.lib.5.de gabell.§.1. Azebedo in l.1.tit.15.lib.9.Recopil.numer.103. Erit tamen summè notandum, quòd quamuis in hac datione fundi in censum, cum reseruatione pensionis, & facultate redimendi, nulla emptio, neque venditio formetur, verissima tamen & pura contrahitur in actu redemptionis eius; quia quando de redimendo illo censu reseruatiuo prædiali paciscimur, ego videor censum illum ex re mea à me ipso seruatum, qui meus est, verè pro sorte, qua redimis eum, tibi vendere, quasi manifestè egerimus, quòd census meus ille ex fundo meo reseruatus pro pretio, quo redimis eum, tuus fiat. Neque est inconueniens, quòd statim extinguatur in te, eo quòd res tua tibi seruire nequeat. l. vti frui. ff. si vsusfructus petatur. l. in re communi. ff. de seruit. vrban. Neque similiter obstat, quòd per consolidationem finiatur & pereat. §. fin. instit. de vsufructu; quia non ideò impeditur emptio & adquisitio ex parte redimentis, imò potiùs in actu, & in instanti redemptionis contrahitur vera emptio eius iuris exigendi pensionem, quod dans fundum in censum contra censuarium habebat, & resultat vera seruitus soluendi pensionem liberatio, quæ loco emptionis habetur, sicut quando nudam tibi proprietatem fundi dedi, reseruato mihi vsufructu, quem tu à me posteà emisti; quia vera emptio contrahitur eius vsusfructus reseruatia te empti, cùm verè quòd meum est, per pecuniam consequaris, iuxta l.naturalis.§.& si quidem. ff. de præscript. verb. & ita quod proprietarius cuiusuis fundi vsumfructũ emere possit, probat text. in l.si in emptione.§. item si emptor, vers. *Rei suæ*, ff. de contrahend. empt. l. si aliquam rem. ff. de acquir. possess. & tradit Tiraquel. de retract. lignag. §.1. gloss.7. num.60. Ex quo venit reprobandus Pizarro, qui in gloss. ordinationis de Guadalupe in 4. condit. verb. *Comprár*, fol. mihi 23. col. 3. existimat, quòd venditor census redimendo nihil adquirit: quem eadem ratione reprobat Ignat. Lasarte in d.c.10.n.69.

11 Hinc etiam benè deducitur, quòd quãuis ex censu consignatiuo, vel reseruatiuo, ex prædio vendito iusto pretio, certum sit, decimam, seu gabellam non deberi ei, qui gabellarius erat tempore redemptionis, sed qui eam conductam habebat creationis tempore, cùm eo instanti formetur emptio & venditio, vt nominatim resoluunt Menchac. libr. 1. controuer. cap. 11. num. 16. Didac. Perez, in rubr. titul. 2. lib. 8. ordinam pag. 34. Ignat. Lasarte in d.cap. 10 num. 10. & in d.c. 14. ex num. 37. & latius dicendum erit in cap. de gabella soluenda ex censu; ex censu tamen reseruatiuo, qui ex fundo simpliciter in censum concesso formatur, non sic dicendum erit, sed ei gabellario soluenda erit decima, qui tempore redemptionis, & non creationis census gabellarius erat, cùm eo tempore, quo redimitur cẽsus, reseruatus, & non quo creatur, vera emptio & venditio formetur, ex omnibus suprà dictis.

12 Aduersus quam veritatem eam ingeniosam obiectionem, & fortem quidem, licèt noiter pensitatam, cõsiderabam, scilicet quòd quamuis à principio cùm res in censum datur non pro legitimo pretio, sed simpliciter cum reseruatione pensionis nulla emptio purè formetur; videtur tamen quòd contrahatur conditionalis, scilicet si pecuniam mihi vt sortem dederis, vt præsupponit Ignat. Lasarte in d. cap. 10. nume 51. ad finem, & consequenter si conditionalis venditio in datione fundi in cẽsum contrahitur, dicendum est, quòd gabella soluenda sit gabellario, qui erat tempore dationis fundi in censum, & non redemptionis eius, cùm certum sit, quòd contractus conditionalis impleta conditione retrotrahitur ad tempus creationis, ac si à principio pure creatus fuisset. l. qui valneum. ff. qui potiores in pignore. l. necessario, vers. *Quod si pendente*. ff. de periculo & commodo rei venditæ, ibi: *Quasi iam contracta venditione in pretium*. l. filius familias. ff. de verbor. oblig. & ita eã retrotractionem in fauorem gabellarij, qui erat in tempore creationis contractus conditionalis considerauerunt Boer. decis. 5. num. 25. Ant. Gom. 2. tom. variar. cap. 11. numer. 30. versic. *Tertius effectus*, & post Parlador. & alios probat latius Lasarte de decima vendit. capit. 5. per totum, maximè n. 10. cum alijs.

13 Sed quamuis ea noua, & elegans considerãtio sit, adhuc credo gabellam, quæ datur pro redemptione census prędialis, non esse soluẽdam gabellario eius tẽporis, quo census creatus fuit, sed quo redimitur, & extinguitur, quia licet conditionalis venditio retrotrahatur, & ex ea retrotractione gabellario tempo ris constitutionis decima soluenda sit, non inde sequitur, ex redemptione census prædialis eidem soluendã esse, quia in ea creatione prædialis census non solùm pura emptio, aut venditio non contrahitur, sed neque vlla conditionalis, vt malè sentit Lasarte in d.cap. 10.

num.37.ad finem, contrà eà, quæ sæpiùs dixerat circa naturã eius census, vt scilicet nulla in eo formetur emptio, aut venditio, & cõtra resolutionem à nobis suprà dictam; Ex qua firmiter resoluimus, non solùm emptionem, & venditionem, sed neque permutationem, locationem, seu emphyteosim in eà census creatione formari, sed alium longè dissimilẽ contractum creatum esse: ergo si ex datione fundi in censum nulla contrahitur emptio, & ex redemptione pura formatur, non potest verificari fundamentum de retrotractione ad tempus dationis fundi, maximè quia in venditionibus conditionalibus non deberi decimã gabellario, qui tunc erat, cùm fundus in censum datur, sed ei, qui tempore implementi conditionis reperitur. Denique tenent Ant. Gom.2.tom.variar.cap.11.numer.30.versic. *Limita tamen*, Couarr.in practicis quæst.cap. 39.num.2. Pro quibus facit alia consimilis & recepta sententia dicentium, quòd si fuerit facta venditio ab aliquo nomine alterius decima debebitur gabellario, qui fuerit tempore ratificationis contractus, & non ei, qui fuisset tempore creationis: quia ante ratificationem venditio non erat perfecta, & ratificatio non producit retrotractionem in præiudicium secundi gabellarij. Ita resoluit Tiraq. de retract.lignag.§.1.gloss.10.nu. 7. Ioseph. Ludouic.in commun.opin.tit.de gabellis cõclus.vnica, versic. *Infertur nonô*, quod eleganter restringitur, quando contractus fuisset purus, & perceptio fructuum, vel acquisitio cõmodi in aliquod tempus fuisset delata; quia in eo casu cùm non differatur substantia contractus, sed qualitas eius, deberetur decima gabellario, qui foret tempore contractus, & non implementi conditionis, vt quia perfectio contractus nulla conditione suspendatur, sed qualitas tantùm suspensa sit. Ita deducitur ex Bart.in l.sancimus in fin.C. de consulibus libr.12. & ibi Ioan.de Plat. Tiraquel. de retract.lignag.§.1.gloss.10.numer.119. Ex quibus omnib⁹ remanet intellecta vera, atq; propria natura huius contractus census reseruatiui prædialis, & an sit vera emptio, & venditio, locatio, emphyteosis, vel permutatio, seu alius dissimilis contractus. Vnde ad naturam & iustitiam alterius cẽsus transeamus.

## DE ORIGINE ET iustitia census consignatiui in genere. Cap. XVI.

## SVMMARIVM.

*Origo & iustitia census consignatiui in genere perpetui, redimibilis, seu ad vitam, explicatur.n.1.& per totum.*

*Census consignatiuus in genere an licitus sit, latè discutitur numer.2.vsque ad finem, & an mutuum occultetur in eo censu, ibi, & numer.* 11.

*Debitorem obligare mutuum in genere, quod in censu non procedit ideô, an iustum sit.num.3.& num.12.*

*Recipiens aliquid vltra sortem est vsurarius, & ideo quidquid sorti accedat, est vsura, & quomodô intellegatur.n.4.& n.13.*

*Emptor in censu an pensionem recipiat, & lucrum sentiat ex re aliena, & quomodô hoc intelligatur.n.5.& n.14.*

*Lucrum proueniens in censu est pecuniarium, & pecunia emptum, ideô an sit iustum.nume.6. & n.16.*

*Redditus annui cùm adæquantur ad sortem, cessat interesse, & quasi resoluitur. numer.9. & num.19.*

*Consuetudo an possit approbare censum consignatiuum, etiam in foro conscientiæ n.20.*

*Proprius motus an sit seruandus in creatione census formaliter.n.21.*

## CAPVT. XVI.

IN origine huius contractus census consignatiui egerunt Felician.de censib.lib.1.cap.1.nume. 18.& in 2.p.lib.1.cap.1.numer.1. Lasarte de gabel.in addit.ad cap. 10.num.1.Gaspar.Roderic. de annuis redditibus lib.3.quæst.3.nume.7. vsque ad finem, vbi disputant, an tempore Iustiniani cognitus fuisset is contractus; & Felician.d.cap. 1. nu. 18.existimat, censum pecuniarium veteribus Romanorum legibus fuisse incognitum, & 2.p.n.1.id comprobat referens Mieres de maioratu.1.p.quæst.4.numer. 6. credentes ante Extrauagantes Martini & Calixti, neque Iuris consultorum responsis, neque Cæsarum Romanorum præceptis actum esse, an census inter immobilia computarentur, quod prosequitur vsque ad num.4. Cuius contrarium tenet Lasarte, qui postquam in cap.10.num.1.de hac re meminit, in additione eius loci resoluit, quod constitutio. 160. quæ inscribitur, *Exemplum sacræ pragmaticæ formæ de vsur.* inter nouellas Iustiniani col.10.de his annuis redditibus, quos census appellamus intelligenda est,

est, & id magis ad longum explicat Roderic. ex d. num. 7. vsque ad 11. vbi numer. 12. post Sotum, Tiber. Decian. & Couarr. id comprobat ex authent. vt ij, qui obligatos seperhibent. §. quoniam autem, vbi admonentur curatores emere minoribus suis redditus annuos; sed quia de origine non est quæstio, ad iustitiam contractus accedamus. Et est vulgaris quæstio, an hi census consignatiui liciti vel illiciti sint, atque iniustitiam contineant, ex sequentibus videbatur dicendum.

2 Primò, in censu mutuum occultatur, est ineſt, sed vsura in mutuo committitur recipiendo aliquid vltra sortem: ergo illicitus est hic contractus. Maior constat ex eo, quòd in censu deficiunt naturalia emptionis & venditionis: ergo magis accedit contractus ad mutuum. Antecedens probatur, quia licèt in censu accedat pretium, deficit tamen meis: ergo non est emptio. Rursus persona non venditur, neq; domus censualis, neq; pensio, cũ sit pecunia, quæ pecunia emi non potest, vt hæc omnia dicemus in capitibus sequentibus: ergo ad mutuum magis accedit is contractus, cũ naturalia emptionis deficiant, & consequenter vsura formatur.

3 Secundò, debitor obligatur restituere mutuum in genere. l. 2. in princip. ff. si certum petatur, & eius dominium transfertur in debitorem, ac proinde debitor non liberatur rei per emptione. l. incendium. l. si certum petatur. l. in ratione. §. si diligenter. ff. ad l. Falcid. sed hoc ipsum in censu contingit, cùm non idem in specie, sed pecuniam, in genere censuarius soluere teneatur, atq; pecunia sortis periculo accipientis in ipsum transeat, vt ad sensum patet: ergo ad mutuũ is cõtractus accedit, & cõsequenter recipiens creditor aliquid vltra sortem committit vsuram.

4 Tertiò, receptissima est sententia, quòd quidquid sorti accedit, vsura est c. plerique 14. q. 3. & per totam quæstionem. c. nauigãti, vbi omnes de vsuris: sed negari non potest, ni si quòd ex annua, vniformi, & continua reddituũ perceptione sorti quid accedat: ergo vsura committitur.

5 Quartò certum est, quòd vendens annuũ censum ex fundo, vel defundo suo nihil in ementem transfert, præter ius percipiendi pensionem annuam in futurum; sed adhuc verus dominus rerum censualium est, vt latè suo loco dicendum erit: ergo emptor pensionem percipit, & lucrum sentit ex re aliena, atque consequenter vsuram committit, per text. in cap. 1. & 2. de vsuris. cap. in ciuitate, eod. tit.

6 Quintò, lucrum ex creatione census proueniens in pecunia consistens, & pecunia emptum, certum est, vt patet euidenter; sed hæc certitudo non solùm suspectum, sed vsuriũ efficit contractum: ergo in censu datur vsura. Quod argumentum deducitur ex resolutione Baldi, & aliorum in l. vnica. numer. 39. C. de his, quæ pœnæ nomine, & latè traditur in cap. de censu testamentario, & eius conceptione.

7 Sextò, pecunia medium est emptionum & venditionum; aliarumq; commutationum, nõ verò extremum, hoc est, res empta; quia cùm sit sterilis & infructifera fructus, & maximè aliam pecuniam non parit, neque eius vsus locari, aut vendi potest, & cùm non recipiat à re ipsa, atque ipsius rei proprietate separationem, nemo ea pecunia vti potest, nisi qui dominus eius est. Quo fit, vt legato pecuniæ vsufructu, simul proprietas legata censeatur, vt hæc omnia iuris principijs constant: ergo si pecunia sterilis concipitur cum voluptate emptoris, & parit cum dolore venditoris, (quod naturæ aduersari certum est, ex Arist. Polyticor. 1. capit. 6. & 7. & 4. A Ethicor. capit. 1. & 5.) manifesta committeretur vsura.

8 Septimò, in hoc genere contractus procedere videntur rationes, quibus conuincitur contractus de vsura: ergo vsurarius est. Antecedens patet, quia in eo contractũ concurrũt omnia suprà dicta, quæ contractum efficiunt vsurarium: ergo si ex vnoquoque deducitur vsura, ex omnibus simul apertiùs deduceretur.

9 Octauò, ex eo censuali contractu nascuntur & proueniunt damna & incommoditates, quæ resultant ex vsura, recipitur nempe quidquam vltra sortem, ex hauriuntur ampliſsima patrimonia, homines debitis onerantur, pauperes efficiuntur, cultura terræ contemnitur, ementes cum iactura aliena, atque otioſè viuendo locupletantur, ergo vt similia cessent, rehiciendus est huiusmodi contractus.

10 Nonò, Romanorum lege constitutum fuit quòd cùm vsuræ, seu redditus ad sortem accederent, & adequarentur, statim interesse periret; & eandem legem habuerunt A Egyptij, vt testatur Diodorus Siculus libr. 2. & idem ordinauit Iuculus, vt refert Plutarchus in eius vita, & Romani in vim legis illud decreuerunt in l. si non sortem 26. ff. de condit. in debiti, & in l. nihil interest. ff. de nautico fœnore: ergo ne contractus deueniat ad statum iniustitiæ, formandus non est.

11 Decimò, hanc sententiam, quòd hi contractus censuales liciti non sint, post Enric. Salicet. & Pizarr. quos refert, licèt non eos sequatur Felic. de cens. lib. 1. cap. 7. numer. 1. ad finem, resoluunt plures, qui in capitibus sequentibus referendi erunt, dum vnamquamque census speciem iustificare conamur; & inde plures dixerunt, quòd iste contractus census, & contractus mutui, nomine tantum differunt, & non substantia, neque effectu, vti sunt Hieron. de Gandabo quodlib. 8. quæst. 22. Salic. in authent. ad hęc l. de vsur.

12 Sed his omnibus nihil obstantibus dubitari non potest de iustitia huius contractus, cùm passim tam ex legibus, quam ex Pontificum decretis, atque interpretum receptis sententijs is contractus & permissus, & iustus sit, vt constat ex l. iubemus. §. fin. C. de sacrosanct. Eccles. authent. de non alienand. aut permutandis. §. ad hoc autem, authent. vt hi qui obligatos se habent. §. quod si minor, Extraug. 1. & 2. Martini & Calixti de empt. & vendit. atque proprius motus Pij V. super forma creandi census, & per totum titul. 16. lib. 5. nouæ Recopil. id ipsum probatur, eumque contractum iustissimum dixerunt plures notabiles viri infrà referendi in capitibus sequentibus, quos refert & cumulat Felician. lib. 1. de censib. cap. 7. num. 2. versic. Postremò facit, & eandem sententiam tradunt plures, quos refert & sequitur Tiraquel. de retract. tit. 1. §. 1. quæst. 6. num. 15. Ancharran. in disput. incipit: *Antiquis & modernis*, & in reg. peccati venia, de reg. iur. in 6. quæst. 11. num. 14. Abb. disput. Augerius, Ant. in summa 2. part. tit. 1. cap. 8. §. 11. Soto de iust. & iure lib. 6. quæst. 5. art. 1 Couarr. libr. 3. variar. cap. 7. Valasc. de iur. emphyt. quæst. 32. num. 2. Tiber. Decian. cons. 2. lib. 1. nu. 71. Roder. latè lib. 1. quæst. 4. Nauar. in Manuali Latino. cap. 17. num. 234. & Felic. suprà ex principio numeri 2. pro iustificatione huius contractus refert quinque fundamenta, quæ, vt ex eis cõstabit, ad naturam nostri censualis contractus parum accedunt, vltra quem ego considero, quòd eius contractus censualis iustitia in eo potissimum fundatur, quòd in eo formetur vera emptio & venditio, non rerum hypothecæ subiectarum, neque earum, super quibus nominatim census consignatur, sed iuris tantùm percipiendi redditus annuos ex fructibus rei immobilis censualis, super qua consignatur, prouenturos, in qua emptione pretium interuenit, quo census emitur, & mers, hoc est, redditus annuus, quæ sunt substantialia emptionis. l. neque emptio. ff. de contrahend. empt. §. 1. & §. pretium, instit. de empt. & vendit. Neque huic contractui obstabit, quòd non præexistit materia emptionis ante creationem contractus, neque tempore creationis eius, neque etiam ex post facto creato, & constituto, quia his nouis cõsiderationibus satisfactum dabitur ex sequentibus, & similiter constabit ex satisfactionibus infra tradendis.

13 Qua veritate firmiter retenta, ad fundamenta contraria facilè respondetur. Et ad primum dicendum est, quòd in creatione census non solùm non occultatur mutuum, sed potiùs euidenter emptio demonstratur, tam verbis, quàm effectu: verbis, quia interueniunt venditor & emptor: effectu, quia venditur, & emitur ius percipiendi pensionem annuam; quod quidem ius & ante census creationem, & in ipsius venditione, & demũ constituto & formato contractu, loco mercis habetur, & consideratur. Neque pugnans est pretio compararij ius istud percipiendi redditus annuos, & emptionem formari, cùm non ipsa pecunia pensionis ematur, sed res empta sit, ius illud percipiendi pensionem pecuniariam, singulis annis, causaque non sit posita in pecunia, sed in bonis debitoris, vt si debitor non soluat in pecunia ex fructibus rei suæ censualis, vel cæteris deducta, emptor ex eisdem fructibus pensionem consequatur: quod non est emere pecuniam, cum pecunia, neque mutuum occultari, sed vt diximus, mercem, hoc est, ius existens, & formatum percipiendi, pecuniam emere, sicut quando emitur ius eundi per fundum meum, vel ius hauriendi aquam ex puteo meo, vel iu piscandi, pascendi, aliudque simile in corporale & inuisibile, corporibus tamen cohærens, quia mers vendibilis sua natura præexistit, & mutuum non adest: vnde quamuis persona in censu non vendatur, neque res ipsa censualis, vt diximus in obiectione non ideò deficiunt naturalia emptionis cùm pretium accedat, & mers interueniat, atque consequenter mutuum non occultetur in eo contractu, sed vera formetur emptio.

14 Secundò, quamuis mutuum in genere restituendum sit, & hoc ipsum contingat in censu, tam respectu sortis redimendæ, quàm pensionis soluendæ, non ideò contractus ad mutuum accedit: quia præterquam quòd hæc sola consideratio contractus non æquiparat eum in alijs cõtractibus, qui diuersi omninò sunt dari possit, debitor mutui præcisè compelitur idem in genere restituere: censuarius tamen voluntariè quæ in certitudo restituendi sortem iustificat contractum, vt infra

latè dicam: ergo consideratio non procedit. Rursus transire periculum sortis in censuarium sicut in debitorem periculum mutui, nó æquiparat eos contractus, cùm in facultate restituendi sortem diuersi omnino sint, atque in alijs quam plurimis differant: ergo malè deducitur ex actu soluendi, atque translatione periculi sortis inter eos contractus æquiparatio.

15 Tertiò, sicut in mutuo accedere quidquid sorti vsura est, in emptione & venditione naturale dicitur; quia cùm de mutuo nihil speretur, accessio reprobatur; cùm verò ab emptione lucrum naturaliter proueniat, rectè pretio accedit, & sicut in mutuo lucrum sortem auget, in venditione nihil ratione lucri accedit: quia pensio pecuniaria non est accessio ad sortem, sed mers ipsa à principio creationis contractus empta, ideo accedendo non efficit contractum vsurarium. Ex quo videmus, quòd in emptionibus rerum immobiliũ, aut iurium incorporalium accessiones longissimo tempore factæ maiores sunt pretio, & nihilominus cùm ex contractu de sui natura iustissimo proueniant, eum inuestum non efficiunt, neq; naturam eius mutant, imò naturaliter quasi à principio creationis eius prouenire dicuntur.

16 Quartò, non obstat fundamentum deductum ex c. 1. & 2. de vsuris: quia quamuis venditor censûs non transferat in emptorem rem ipsam censualem, vt suprà dictum est, transfert tamen ius ipsum percipiendi pensionem censualem, tanquam rem verè venditam: & licèt penes ipsum res ipsa censualis maneat, ius tamen venditum apud eum non remaneat, sed cùm separatum sit à re ipsa, commoditate, & vtilitate, atq; effectu manente domo penes venditorem in emptorem transfertur: cuius iuris translati occasione neq; mirũ est, neque iniustum, quòd pensionem annuam emptor ex iure sibi translato recipiat: neque dici poterit, quòd ex realiena percipit fructus, sed ex propria legitimo pretio empta, sicut emẽs eundi seruitutem perfundum: quia quamuis fundi dominus non efficiatur, vt quia dominium fundi penes venditorem maneat, seruitutis tamen formalis fundi, quam emit, dominus est, vnde & census recipitur ex propria, iure nempe empto, & iustitia contractus constat. Rursus text. in d. cap. 1. & 2. de vsuris malè ad nostrum casum adaptantur, quia loquuntur in fructibus perceptis ex repignorata, qui computantur in sortem, ex *l.* 1. & 2. C. de pignor. act. ergo mirum non est, si in dictis iuribus eodem modo in sortem computentur. Qui intellectus ex verbis eorum canonum nempe constat, ex cap. 1. ibi: *In pignus acceperit*, & ex c. 2. ibi: *In pignore*: ergo ad nostrum contractum censualem non benè adaptantur.

17 Quintò, ad fundamenta de certitudine lucri respondetur, quòd redditus non percipiũtur ab emptore, tanquàm lucrum certum pecuniæ, sed tanquàm mers emptibiles, quæ vẽdita fuit, cùm à principio creationis census redditus in futurum soluendi legitimo pretio venditi soluantur, non tanquam accessorij ad sortem, vt & sortem augeant, sed tanquam si actualiter superessent, cùm vero similiter venditi sint, & inde in spe considerabili, atq; potentia propinqua existere dicantur: cùm enim de sui natura res censualis fructifera sit, atque potentia propinqua & cohabitualis perceptio fructuum considerabilis, & quasi certa, non dicerentur fructus lucrum certum pecuniæ, sed mers empta à principio creationis contractus.

18 Sextò non obstat, quòd pecunia sterilis sit, & medium, non extremum humanarum commutationum, & quòd inde fructus non parit, neque locari potest; quia non agimus de partu pecuniæ, neque de locatione eius, aut productione pensionis pecuniariæ, sed de iure percipiendi pensionem pecuniariam, quod emitur pecunia: quod quidem ius pecunia non est, sed mers emptibilis ad pecuniam reducibilis ex debitoris voluntate & electione: in quo casu dici non potest, quòd pecunia sit sui iuris æstimatio, cùm non pecunia, sed ius ipsum percipiendi pecuniam æstimetur, maximè quia ex improprio & secundario vsu pecuniæ, potest esse pecunia æstimatio sui ipsius, & cum alia pecunia commutari, ex Aristotele libr. 1. Polyt. cap. 6. & 7. D. Thoma de regimine Princip. libr. 2. cap. 14. Dominic. Soto libr. 6. de iust. & iure. quæst. 9. art. vnico: ergo in specie creationis census pecuniæ sterilitas consideranda non est.

19 Septimò, in hoc genere contractus concurrere non possunt, quæ vsuram efficiunt, vt male opponitur ex aduerso, quia contractus non facit rem, naturaliter super valere naturæ suæ; imò res naturaliter augetur ex natura ipsius contractus, qui emptionis est, vel vt propriùs dicam, non augetur, sed redditus annui, qui pro lucro habentur, à principio venduntur: ergo non ipsi redditus faciunt rem superualere naturæ suæ, neque quòd sterilis pariat, sed natura ipsius contractus à principio creationis eius naturaliter producit augmentum lucri in futurum proueniendum.

Octauò, quámuis ex contractu plurima dã na, & commoditates nascantur, hominesque multoties de pauperentur, atque debitis onerentur, non inde sequitur vsuram committi, quia si ob causam necessitatis de pauperari possint, bonaque ad libitum vendere, atque distrahere, facultatesque perdere, atque his modis maiorem iacturam, quàm redditus vendendo patiantur, & nihilominus eorum dispositione, non reprobẽtur ex sola census creatione, quæ longè minorem cõtinet iniustitiã, atq; iacturam, is contractus reprobandus non est.

Nonò, nihil obstat, quòd accessiones ex tempore sortem excederent; quia cùm fructus à re ipsa naturaliter proueniant, perpetui possunt esse, ac deberi sine vlla temporis restrictione, & l. si non sortem, atque l. si nihil interest, non loquuntur in fructibus rei emptæ.

Decimò, & finaliter, quámuis aliqui eum contractum impugnauerint, vt diximus suprà num. 9. plures tamen è conuerso iustissimum eum dixerunt, vt resoluimus n. 10. & ex capitibus sequentibus euidentiùs constabit. Vnde de hac veritate amplius dubitandum non est.

20 Quæ resolutio à fortiori procedit, stante generali totius Regni consuetudine, atque vsu longæuo creandi similes census, quæ quidem cõsuetũdo à Pontificũ decretis originẽ sumpsit, & ab eisdem Pontificibus toleratur, à superioribusque, ac inferioribus tribunalibus innumeris sententijs confirmatur, quibus accedentibus contractus & iustus, & confirmatus existit, & inuiolabiliter seruandus est, quia quamuis consuetudo non possit murare legem diuinam, neque naturalem, ex D. Thom. 1. 2. quæst. 97. art. 3. & tradunt Doctores in cap. fin. de consuetudine, & inde inferatur, quòd cùm vsura sit prohibita de iure diuino, naturali, & positiuo, non possit consuetudo eam approbare, potest tamen declarare contractum non cadere subconsiderationem, atque labe vsuræ, vt considerat Roch. de Curte in cap. fin. de consuetud. maximè quia etiamsi contractus censualis suspectus esset de vsura, consuetudo generalis ementes census à pœna exteriori liberaret, quamuis in foro conscientiæ omnino tuti non essent, vt ita distinguendo in consuetudine declarat Iass. in l. 3. §. iurari, col. penult. de iure iurand. & in terminis Roland. cons. 75. in fine vol. 1. atq; in specie census resoluit Brunus à Sole in quæst. legal. q. 2. n. 13. & 14. cum præcedentibus: ergo à fortiori nostri contractus censuales, qui iustissimi omnino sunt, consuetudine totius Regni firmantur.

21 Intellige tamen omnia suprà dicta, de stitia contractus censualis procedere, d modò seruentur in eius creatione, atque mul concurrant conditiones, & requisita, bus Nicolaus V. Gregorius XIII. Mart V. Calixtus III. atque Pius V. in suis E uagantibus, constitutionibus, atque decr eos contractus permiserunt, vt resoluunt tholomæus de Carrança in summa Conci rum post Concil. Florent. in vita Calixti Pizarro in dictis Extrauagantibus circa tutum de Guadalupe, Nauarro in coment vsuris in cap. 1. 14. q. 3. notabili. 22. numer. decis. Pedem. 154. numer. 2. vers. *Sex au requisita*, quamuis Conrad. de contract. q. Sot. de iust. & iur. libr. 6. quæst. 1. art. 5. chael de Palac. 4. prax. Theol. cap. 6. tienç. in l. 1. titul. *De los censos*, libr. 5. uæ Recopil. gloss. 1. numer. 5. in contr sententia sint, existimantes non omnes c ditiones à Pontificibus adductas formal simul debere interuenire, vt contra iusti sint; de quorum veritatẽ alibi ad gum agendum erit. Vnde cùm de ce iustitia actum sit, ad naturam eius acc mus.

## DE NATVRA EIVSDE census consignatiui in genere & qui contractus in eo celebretur. Cap. XVII.

### SVMMARIVM.

*In censu consignatiuo perpetuo, redimibili, s vitam, formatur vera emptio & vendici quomodò hoc intelligatur. num. 1. & per caput.*

*Extrauagantes obseruantur in iudicijs, & s nones, atq; decreta Pontificũ inuiolabilit stodienda. n. 2.*

*Bona, quę hypothecæ subijciuntur ad securit actionem census nullo modo vẽduntur, ne nantur, sed solùm obligantur. n. 3.*

*Bona, super quibus nominatim census cons tur, an vendita censeantur, vel obligata descutitur n. 4. & alijs vsq; ad finem, vb 18. & 19. quomodò intelligatur gabella ri in loco, vbi bona existant.*

*Ali*

*Alienatio an sit de natura emptionis & venditionis. num. 6. & 17. vbi n. 5. 14. & 16. traditur intellectus ad leges Regias.*

*Fictio breuis manus, de qua in l. singularia. ff. si cert. petat. quomodò procedat. num. 20. & an in censu consignatiuo vendantur fructus. numer. 21.*

*An in censu consignatiuo vendatur ius percipiendi pensionem ex fructibus rei censualis numer. 22. vbi num. 23. an sit contractus pignorationis & num. 24. impugnatur Sarmiento dicens, in censu ad vitam non formari emptionē, sed aleatorium contractum.*

*Spes considerabilis, vel incerta, quando consideretur in materia vendibili, vt dicatur quid esse vendibile. num. 25. vsque ad fin. vbi traditur vera cognitio venditionis census.*

## CAPVT XVII.

IN capitibus præcedentibus egimus de iustitia census consignatiui in genere, perpetui, redimibilis, seu ad vitam, vnde in præsenti agendum est de natura eiusdem; & qui contractus in censu cōsignatiuo in genere formetur. Et in hac dubitatione securè omnes crediderunt, quòd in ea contractus specie census consignatiui perpetui, redimibilis, seu ad vitam, vera emptio & venditio formetur, vt tradunt plures, quos retulimus in capite præcedenti, & nominatim probat Domin. Soto de iust. & iur. q. 5. art. 2. col. 1. & 2. Couar. lib. 3. variar. c. 7. per totum, Gregor. Lop. in l. 28. tit. 8. part. 5. verb. *Censo*, Parlad. rer. quotid. c. 3. Didac. Perez in rubr. tit. 8. lib. 2. ordinam. & elegāter decis. Pedem. 154. 2. p. & nouissimè Ludou. Molina de contract. disput. 383. per totam: qui omnes, atque alij tam exteri, quàm nostrates, quos ipsi referunt, & veram emptionem in contractu formari, & ex ea sola ratione eum à labe vsurarum liberari tenuerunt, & non solum interpretes, sed & Pontifices id decreuerunt, vt constat ex Extrauagantibus 1. & 2. Martini V. & Calixti III. de empt. & vendit. quod Nicolaus V. Gregor. XIII. atque Pius V. confirmauerunt, quorum decisiones refert decis. Pedem. 154. & licèt summariè Felic. de cens. lib. 1. c. 8. n. 1. in princ.

2 Et quamuis ad prædictas Extrauagantes, præsertim Martini, atque Nicolai aliqui respondeant, quòd in iudicijs pro decisionibus canonicis allegari non possunt, cùm extra librum Decretorum sita sint, neque pro Canonibus à Doctoribus interpretentur, vt considerauit Anton. Natta consil. 498. num. 18. tāmen receptius est, eas inuiolabiliter custodiendas esse, tanquam canonum statuta à Pontificibus decreta; vt probat text. in capit. canonum statuta. 1. de constit. & aduertunt plures per Couarr. dict. lib. 3. variar. cap. 7. sub numer. 2. Cassane. in Catal. glor. mundi. parte 12. considerat. 99. versic. *Aduerte*. col. 10. Alciat. consil. 13. Bertrand. consil. 62. libr. 2. & latiùs Foller. qui constitutionem Nicolai latissimè commentatus fuit in suo tract. de censib. aduertitque And. Gail. pract. obseru. lib. 2. obser. 7. nume. 5. & post alios decis. Pedemont. 154. qui omnes prædictas Extrauagantes, atque Pontificum cōstitutiones, quæ de censibus meminerunt, pro legibus obseruandas esse probant. Ex quibus constat, non in totum procedere, quæ de authoritate Extrauagantium tradit Ioseph. Mascard. de probat. concl. 1274. *Rescriptorum summorum Pontificum*, cùm hæc nostræ censuales Extrauagantes, atque canonum decreta, & à quam pluribus Doctoribus elegantissimis glosis interpretentur, & pro decretis haberi ipsi probent, maximè quia hæc nostra resolutio, nempe quòd in censu cōsignatiuo formetur vera emptio & venditio, etiam ante Extrauangantes verissima erat, vt ex omnibus suprà dictis constat.

3 Sed quamuis negari non possit, quòd in ea census creatione formetur vera emptio & vēditio, non inde integrè natura eius cōtractus cognita est, sed adhuc ab origine inuestigāda erit, quid in eo contractu census consignatiui vendatur, an domus, seu fundus, superquibus fit consignatio census, vel reliqua bona immobilia, quæ ad eius securiorem exactionem hypothæce subijciuntur, vel fructus rerum immobilium censualium, vt ipsa pensio annuatim soluenda, vel ius tantum percipiendi pensionem annuam ex fructibus rei censualis. Et in hac dubitatione vtilissima & necessaria ad cognitionem nostri census, quæ à nullo, quem legerim, benè discussa fuit quantum ad bona ad securiorem census exactionem hypothecæ subiecta, securè dicendum videtur, quòd vendita non sunt, ex his, quæ de natura hypothecæ cognita sunt, est enim hypotheca quædam suppositio, vel obligatio rerum, dicta ab ὑποτίθημι, quod est *Sub*, & *Thesis*, quod est posito, vt benè explicuit Anton. Negus. de pignorib. & hypothec. 1. part. in princ. numer. 2. intelligens rubricam de rebus eorum, dum dicit, *Non alienandis, vel supponendis*, de suppositione hypothecæ, quę supponit, & obligat rem. Quod intelligens dictam rubr. aduertit Cuiacius ibi; vt quia frequentissimum sit, quod verbum, *Supponere*,

accipiatur pro hypthecare, vel pignori dare, ex l. vlt. C. quæ res pign. obligat. poss. aduertit Franc. Valduin. in tract. de pignorib. cap. 1 ad finem, Budæus in l. penult. ff. de pignorib. Ergo res censualis hypothecæ subiecta vendita non est, sed tantùm obligationi exigendi pensionem supposita. Quæ resolutio ad sensum patet, ideò non indiget probatione.

4 Quantum verò ad reliqua bona, super quibus fit constitutio, atque consignatio specialis census, videbatur dicendum, veram & propriam earum rerum venditionem formari, quod quia licèt plures tetigerunt, & non vt oportuerat, illud explicuerunt, ex sequentibus suadetur. Primò ex text. in authent. vt hi qui obligata. §. quoniam, versic. licebit, ibi *Si aliquis forsan caute inuenire potuerit redditus, & compensare minori*, iuncta expositione Acursij ibidem in verb *Redditus*, dicentis, *Redditus, id est fundus reddituſ afferentes, vt ff. de administr. tutorum, l. ita autem*; ex quo sentit Acurs. dum *reddituſ vocat fundos*, bona censualia in venditione census vendita censeri.

5 Secundò facit text. in l. 3. titul. 15. libr. 5. nouæ Recopil. ibi, *Los que compran censos y tributos*, iunctis verbis sequentibus ibi, *Las heredades que compran*; ex quibus verbis maximè dũ dicit lex, *Las heredades que compran*, clare deducitur, quòd in creatione census consignatiui earum rerum, super quibus fit census cõsignatio, emptio formatur.

6 Tertio iubatur ex eo, quia licèt domus, seu fundus, super quibus fit census constitutio, penes venditorem census remaneant, neque detur vlla ipsorum alienatio, seu translatio in emptorem, non tamen ex eo deficit in creatione eius contractus substantia emptionis, quæ absque alienatione consistere potest. l. rem alienam. ff. de contrahend. empt. & constat ex principio instit. de oblig. ex consensu, ibi: *At neque cuiquam dare necesse est, vt substantiam capiat obligatio*, quia alienatio de natura quidem emptionis est, non tamen de substantia, cum alienatione sublata venditio subsistat, vt aduertit Corras. lib. 3. Miscellan. capit. 10. numer. 3. ergo non obstante, quòd domus, seu fundus, super quo census constituitur, in emptorem non transferatur, videtur eius fundi formari veram emptionem.

7 Quartò facit communis & recepta sententia, qua constituitur, quòd ex creatione census consignatiui non solum debetur decima, seu gabella, de quo dicendum est in c. de gabella census, sed quòd ea soluenda sit in loco, vbi sita sunt bona, super quibus census consignatur, vt resoluit Parlad. rer. quotid. c. 3. §. fin. Auend. responso 23. n. 1. Didac. Per. in rubr. tit. 2. libr. 8. ordin. pag. 37. Ignar. Lafarte de decima vend. c. 4. n. 31. Ludouic. Molina in tract. de contractibus, disput. 384. per totã, vbi in versic. *Quando census*, aduertit, quod si bona censualia in diuersis locis sita sint, facienda erit distributio pro rata bonorum iuxta quantitatem & qualitatem rerum, vt decima seu, gabella vtriusque loci gabellario pro rata soluatur; quod etiam aduertunt Guid. Pap. quæst. 432. Cassanat. in consuet. Burg. rubr. 5. §. 2. num. 35. Couarr. libr. 3. variar. c. 7. numer. 8. ergo si decima, seu gabella creationis census soluenda est in locis, vbi bona immobilia censualia sita sunt, & respectu eorum bonorum apertissime præsupponitur; quòd vera emptio & venditio eorundem bonorum formatur, cùm gabella præsupponat emptionem & è conuerso emptio gabellam.

8 Quintò, in specie eam sententiam reprouauerunt Anton. Gom. in l. 68. Tauri numer. 2. Didac. Per. in rubr. tit. 2. libr. 8. ordin. pag. 33. col. 2. Matienço in l. 3. titul. 15. libr. 5. nouæ Recopil. glos. 1. per totam, dicentes, quòd eo casu emptor cẽsus videtur quodam ficto modo emere rem, super qua consignatur, & statim breui manu eam venditori restituere sub ea conditione, vt censum creatum super ea annuatim soluat, arg. l. singularia. ff. si cert. petat. l. licet. §. quoties, verb. *Hunc enim*, ff. de iur. dot. Quod in effectu etiam tenuerunt Albornoz libr. 3. de arte contractuum titul. 2. *Del censo al quitar*, & Mier. de maiorat. 2. p. quæst. 40. num. 2. Palac. Rub. in l. 68. Taur. nume. 2. Salaçar, de vsu & consuet. cap. 11. numer. 91. Castr. de annon. ciuil. in princ. nu. 25. Ex quibus hæc sententia his, qui non verè naturam huius census cognouissent, videtur tenenda.

9 Sed fundamentis prædictis non obstantibus, contrariam sententiam veriorem existimo firmiter credens, quòd in census consignatiui creatione non solùm non formatur emptio & venditio rei hypothecæ subiectæ, sed neque bonorum, super quibus consignatio fit. Quod ex eo manifestè constat, quia in cẽsus creatione non agitur inter contrahentes de venditione proprietatis rerũ super quibus consignatur, sed de nuda cognitione vẽditionis census super eisdem bonis facienda, arg. l. fundus. ff. de annuis legat. ergo ex nuda cognitione emptio nõ formatur. Rursus, in cẽsus creatione aliud emitur & venditur, quàm bona censualia, vt infrà latè dicendum erit: ergo

ergo bona ipsa non venduntur, sed hypothecæ tantùm subiecta sunt. Iterum censuarius non perdit vsumfructum earum rerum, super quibus census consignatur, sed vtrumque dominium & possessio earundem rerum penes ipsum residet, & tantùm iuxta sortis quantitatem onerat possessiones obligatione soluendi censum, creans super eisdem veram & efficacem hypothecam, iusque reale perpetuũ, & inseparabile fundo cohærens, eius natura & conditio longè distat ab emptione, quia si emptio formaretur, dominium & possessio in census emptorem transirent: ergo emptio nõ formatur. Quod deducitur ex l. generaliter in princip. ff. qui & à quibus, & ex l. 1. §. peruenum. ff. de acquirend. possess. & ex his, quæ tradit Tiraq. de retract. Lignag. §. 1. gloss. 4. num. 127. Accedat etiam absurdum, quod ex ea venditione sequeretur, nempe quòd sæpissimè contingeret, venditas esse res, quæ mille valerent, pro centum aureis, vt considerat Auend. responso 12. num. 4. vers. *Quis enim*, qua consideratione habita succederet regula illa, quæ contractum efficit illicitum, scilicet quòd medietas pretij cum pacto de retrouendo efficiat contractum vsurarium, ex his, quæ latè tradit Couarr. libr. 3. variar. cap. 8. numer. 4. Gregor. in l. 28. tit. 8. part. 5. gloss. verb. *A censo*. quæst. 2. & 3. Mascard. de probat. concl. 447. ergo cùm in ea census creatione si bona censualia venderentur, modicitas pretij cum pacto de retrouendendo accederet, sustineri non posset emptio & venditio. Huic tamen considerationi responderi posset, quòd emptio & venditio formetur non omnium bonorum censualium, sed respectiuè eorum tantum, quæ ex pretio creationis census emi poterant, vt considerauit Pizarro in gloss. ad ordinationes de Guadalupe, verb. *O compra de heredad*, statim post princip. Cuius consideratio non procedit, quia si per census creationem contraheretur emptio & venditio rerum censualium: ergo omnia, quæ in censu continentur, venderentur, cùm respectu omnium contractus fuisset celebratus vnicus & indiuiduus, & ideo diuidendus non sit, maximè quia quamuis ex ea consideratione modicitatis pretij cum pacto de retrouendendo nostra hæc sententia non procederet, ex natura tamen emptionis & venditionis, atq; creationis census, suppositionis q; bonorum ad eius exactionem, quæ nullam translationem dominij præsupponunt, apertissimè suadetur.

10 Vnde eam sententiam, præter ea, quæ in hoc opere dicenda sunt de natura contractus censualis, & nominatim in hoc cap. & sequenti, & in cap. de hypothecis censuum, apertè probant Couarr. licèt summariè in libr. 3. variar. cap. 7. numer. 1. vers. *Quartò hic contractus*, dicens, quòd fundus, super quo census constituitur, venditus non censetur, & magis ad longum Auend. responso 12. per totum, circa resolutionem eius dubitationis, an dominus census habeat ius retrahendi rẽ censualem venditam à censuario, & iterum ipse Auend. in responso 23. per totum. Cuius Auend. resolutionem tam in retractu conuentionali, quàm societatis, de quo in l. 55. titul. 5. part. 5. sequitur Couar. lib. 3. variar. c. 11. per totum, maximè nu. 5. vers. *Hi profectò*, Castell. in l. 70. Tauri, gloss. magna, col. 4. vers. *Ex quo vnum singulariter infero*, Ioan. Matienço in l. 7. tit. 11. lib. 5. nouæ Recopil. gloss. 1. nume. 17. & Auẽd. sequi videtur Ignat. Lasarte in tract. de decima cap. 10. num. 21. & idem in effectu resoluit Grat. consil. 117. Rodoan. referens Gratum de rebus Eccles. rub. 16. nu. 6. Greg. Lup. in l. 28. tit. 8. part. 5. verb. *A censo*, in princip. vers. *Sed quid de contractibus*, per totum, Aym. Crau. consil. 217. num. 4. Foller. de censib. in verb. *Huiusmodi*, num. 5. Padilla in l. 3. C. de seruit. & aqua. n. 12. & post Mich. de Palac. Franc. Garsi. Sarmiento, & Medin. Felicianus de censibus libr. 1. cap. 4. numer. 1. vers. *Denique*, ferè omnes, Ludouic. Molin. de contractibus disput. 383. fere per totam. Ex quibus hæc est verissima, & tenenda sententia, & Latius Rod. Suar. lib. 1. de annuis redditib. c. 3. n. 6. per totum, vbi bene id prosequitur, atque resoluit.

11 Qua sententia retenta, non obstant fundamenta in contrarium adducta, & primò nihil facit text. in d. §. quoniam, vers. *Licebit*, quia verbũ, *Redditus*, de quo ibi, non importat fundos, sed proprius significat redditus annuos, quos minori curator cõparare debet; & quamuis Acurs. ibi in verb. *Redditus*, dicat, *Redditus, idest, fundos redditus afferentes*, sentiens, quòd curator fundos, vel redditus minori cõparare tenetur, nõ inde sequitur, ipsum Acursium dixisse, quòd ex emptione redditus fundi redditus afferentes emuntur, sed quòd vnũ ex his, aut redditus, aut fundũ, emere debet; & inde statim in eadem glossa subdit. *Vel pone propriè, nam redditus & prædia censentur immobilia*: ergo nihil facit cõtra nostram sententiã text. ille, neque Acursij resolutio.

12 Secundò non etiam obstat text. in d. l. 3. tit. 15. lib. 5. nouæ Recop. dum dicit: *Las casas y heredades que compran*; quia ad eum text. respõdet Felic. de censib. lib. 1. c. 4. n. 1. vers. *Denique*, prope finem, quòd lex illa nihil aliud significat, quàm quod creditor eius annui

redditus emit in re nominatim hypothecæ subiecta: cuius intellectus apertè conuincitur ex verbis eiusdem legis ibi *Las casas y heredades que compran*; quæ non solùm videntur referenda ad emptionem annui redditus super re censuali, sed ad veram & propriam emptionem earum rerum censualium; quia cùm lex loquatur de census consignatione, & statim dicat, *Las casas y heredades que compran*, ex census consignatione emptionem earum rerũ formari probat: ergo non procedit intellectus Feliciani.

13 Vnde ad d.l.3 respondeti potest, quòd verba illa: *Las casas y heredades que comprarem*, intelligenda sint impropriè, atque largo & ficto modo, vt in consequentiam iuris percipiendi pensionem, quod ex eisdem bonis emptũ est, eadem bona quasi empta censeantur, cùm ius illud reale sit, perpetuam habens existentiã, & inseparabiliter fundo cohærens, atq; ideò rẽ ita afficiat, vt largo modo bona, super quibus consignatum est, & fundatum, vendita dici possint, ex ratione vulgatę regulę iuris, qua constituitur, quod qui ius habet in re, rem ipsam habere videtur.

14 Vel secundò, & propriùs, verba d.l. ibi, *Las casas y heredades que comprã*, intelligi possunt, vt obligationem, alienationem, seu hypothecam, quæ ex ipsa cẽsus creatione producitur, significent; quia verbũ, *Que compraren*, non solùm emptionem & venditionem, sed cæteros omnes contractus, alienationesq; comprehẽdit l. sed & quod ff. de pignor. l. sicut. §. venditionis. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur. l. volũtas. C. de fideicommiss. l. statu liberi. §. fin. ff. de statu liber. & eorum, quę latè tradit Pinel. in l. 2. C. de rescind. vend. 2. p. c. 1. n. 10. Ioan. Matienço in l. 5. tit. 9. libr. 5. nouę Recop. glos. 6. in princip. Ignat. Lasarte de decima vend. c. 1. ex n. 35. cum alijs, qui intellectus non solum verus est, sed literæ d.l. 3 conueniens, dicit enim lex: *Los que compran cẽsos y tributos*, quæ verba clarè intelligẽda sunt de emptione tributorum & censuum, & consequenter de emptione iuris percipiendi pensionem annuã ex fructibus rei censualis, quia hoc ius emitur in census creatione, vt infrà dicendum est: ergo verba sequentia. l. ibi, *Las casas y heredades que compran*, intelligenda similiter sunt de emptione earum rerum, quatenus ex venditione iuris venditæ censetur, vel quatenus emptio & vẽditio importat omnem alienationem. Vnde contra nostram sententiam nihil obstabit d.l. 3.

15 Tertiò respondetur ad considerationem Corrasij, quòd quamuis alienatio non sit de substantia emptionis, licèt sit de natura eius contractus, vt præter Corras. aduertit elegãter Fabianus de Monte in tract. de emptione. quæst. 6. principali numer. 2. & 3. intelligens ibi text. in l. cum manu fata. §. fin. ff. de contrahend. empt. atque inde inferatur cessare absurdum illud, quod consideratur de alienatione bonorum censualium in emptorem census. Adhuc tamen ea Corrasij consideratio ad nostrum casum non adaptatur, quia Corras. & Fabian. loquuntur quando contrahentes principaliter agunt de vendendo rem: quo casu dubitari poterat, an de substantia emptionis & venditionis esset alienatio: & quamuis ex d. l. cum manu fata repugnet retentio dominij naturæ venditionis, substantiæ tamen non repugnat, quia consistit in consensu; sed ea dubitatio in census creatione verificari non poterit, imò superflua erit, quia cùm non agatur principaliter de vendendo rem censualem, sed de consignando super ea censum, atque consequenter bona non vẽdantur, sed hypothecæ tantùm subijciantur, superfluè dubitabitur, an ex venditione rerum censualium absque alienatione venditio subsistat, & consequenter nihil contra nostrã resolutionem obstabit consideratio Corrasij.

16 Quartò, nihil in contrarium facit communis & recepta sententia suprà dicta, qua constituitur, quòd decima, seu gabella venditionis census soluenda est in loco, vbi bona censualia immobilia sita sunt; ex qua deducitur argumentum illud, quòd cùm decima soluatur ex rebus venditis, ad eius solutionem considerentur bona censualia immobilia, super quibus census consignatur, eadem bona vendita censentur. Cui difficultati respondit Felician. libr. 2. de censib. cap. fin. numer. 12. per totum, maximè ad finem, verius esse decimam deberi in loco, vbi sita sunt bona censualia, quàm vbi census creatus est. Quod ex eo suaderi probat, quia regulariter vectigal soluendũ esse in loco contractus existimat, ex Bald. Ias. & alijs, quos ipse refert; quæ quidem regula cùm non reperiatur nominatim limitata, in contractu census seruandam etiam esse in eius creatione firmiter credit. Cuius tamen Feliciani sententia sustineri non potest, imò contraria tam iuri conueniens, quàm vsu forensi recepta, & in praxi admissa semper vbique fuit; & si rectè considerentur Feliciani considerationes, omnes propriè aduersus ipsum retorquentur; dicit enim in principio, quòd in cẽsus creatione nõ venditur res ipsa cẽsualis, sed ius quoddã exigendi pensionẽ annuam ex fructibus: ergo si ius venditum rebus immobilibus cohæret, respe-

respectu earum soluenda erit gabella in loco vbi sita sunt. Rursus, in secundo fundamento resoluit, quòd annui redditus inter mobilia computantur; sed sic est, quòd ius annui redditus cohæret inseparabiliter, & ex propria assistentia bonis immobilibus censualibus, vt satis notum principium est, & idem Felicianus ibidem præsupponit: ergo ad rem mobilem censualem habenda est consideratio gabellæ, & consequenter eo loco soluenda. Iterum ius census non est vere actio, vbi dici possit, quòd loco non circunscribitur: sed est quasi seruitus inseparabilis à solo, & extinguibilis cùm solo, accessoriaque inseparabiliter ad rem ipsam soli ex propria ipsius iuris assistentia: ergo respectus habendus est ad rem ipsam immobilem censualem in solutione gabellæ. Quibus & alijs considerationibus contra Felicianum tenendum est.

17 Vnde verisimè respondetur, quòd non benè sequitur, Gabella soluenda est in loco, vbi sita sunt bona immobilia censualia: ergo eadem bona vendita censentur; quia licet verum sit, eo loco soluendam esse gabellam, cõsequentia tamen ex prædicto antecedenti nõ infertur, sed ideò gabella gabellario eius loci debetur, quia cùm in census creatione venditur ius illud percipiendi pensionem annuam ex fructibus rei censualis inseparabiliter, & ex propria assistentia eisdem bonis immobilibus censualibus cohærens, vt quia bona cẽsualia sint forma & substantia eius iuris vendi ti, ita quod extinctis rebus ipsum ius extinguitur, & finiatur, vt hæc omnia & infrà dicẽda erunt, & passim in hoc opere constat, meritò gabella solui debet eo loco, in quo ius rebus immobilibus cohæret, non ex eo quòd bona ipsa vendantur, sed quòd ius ipsum ex propria assistentia eisdem bonis immobilibus inseparabiliter cohærens venditum sit: & hoc est, quòd in effectu præsupponit ipse Felicianus de censib. lib. 2. num. 21. cap. 3. in princ. dum resoluit post Sarmiẽto, Padilla, Ioan. Gutier. Salaçar, Anton. Gam. & Parlad. quòd census constitutio habet se ad instar seruitutis realis, vt quia rebus immobilibus censualibus inseparabiliter cohæreat.

18 Quinto & principaliter non obstat fundamentum de fictione breuis manus: quia vbi veritas adest, fictio nihil operatur; est enim verisimum, quòd in emptorem census neq; dominium, neque possessio rei censualis trãsfertur, neque censuarius effici potest verus dominus eius rei: vnde cùm veritas patens sit, fictio omnino ab est: neque enim dominiũ potest esse penes plures insolidũ. l. si vt certo §. si duobus vehiculum, ff. commodati, neque per fictionem vnquam verificatur, quod est contra veritatem, cùm fictio plus quàm veritas non operetur, vt vtrũq; resoluit Tiraq. de iure const. 2. p. ampliat. 32. nu. 6. & 3. p. limit. num. 3. ergo si per veritatem non aufertur à censuario rei censualis dominium, neque in emptorem transfertur, neque per fictionem loreuis manus id cõtingere posset: ex quibus euidenter constat, quòd in ea census creatione vendita non censentur bona censualia immobilia, super quibus census consignatur, & alia res emptibilis quærenda est.

19 Vnde aliqui dixerunt, quòd in ea census creatione fructus rei censualis venditi censeãtur, vt post Innocent. Ioan. de Ligniano. Rodulph. & alios aduertit Felician. in tract. de cẽsib. lib. 1. cap. 4. num. 7. licèt ipse in distinctè id non teneat: quorum sententia vera mihi non videtur ex eisdem rationibus, quibus suprà defendimus, bona censualia vendita non censeri; quæ omnes procedunt in venditione redditus; quia sicut bona censualia penes censuarium residunt pleno iure, nullumque ipsorum dominium in emptorem transferatur, eadem ratione fructus ab eisdem rebus prouenientes censuarij sunt, neque ad venditorem spectant: ergo venditi non sunt. Rursus, absurdum sequeretur passim, scilicet quòd opulentissimi fructus pro modico pretio venderentur: ergo ne concurrat modicitas pretij cum pacto de retrouendendo in censu adiecto & inde iniustitia contractus nascatur, emptio redditus formanda non est. Demum scribentes, quos Felicianus refert, non probant simpliciter & absolute, quod redditus venditi cẽsentur, sed quòd in ea census creatione debent esse maiores, vel correspondentes pensioni, vt iustitia contractus accedat: quæ inter alia consistit in eo, quòd bona censualia fructifera sint de sui natura, atque fructus maiores, vel correspondentes pensioni, vt dicendum erit in capitibus de censu creando super rebus immobilibus de sui natura fructiferis: ergo certum est, quòd in eo cõtractu fructus venditi non sunt.

20 Vnde considerando veram, ac propriam huius contractus censualis naturam, dicendũ est, quòd in eo vera emptio, & venditio contrahatur non bonorum immobilium, super quibus consignatur, neque fructuum, atque redditum eorundem, sed iuris percipiendi pensionem annuam ex fructibus rei censualis propter negligentiam censuarij non soluentis pensionem. Quæ resolutio verissima ad sensum patet, quia si bona censualia non venduntur, neque redditus eorum venditi sunt;

vt suprà dictum est, nihil aliud, quod vendibile sit, præter ius percipiendi pensionem annuam remanet: ergo ius illum venditum est. Quòd non solum non obscurè, sed apertè probant Martin, & Calixt. in Extrauag. 1. & 2. de empt. & vendit. dum sæpissimè repetunt venditionem annui redditus, & iuris eos percipiendi: idque probant omnes, quos suprà retulimus in principio huius capitis tenentes in eo contractu emptionem formari: quia apertè præsupponunt vēditum esse ius percipiendi eos annuos redditus, & præter eos id probauerunt Soto de iust. & iur. lib. 6. quæst. 5. art. 1. Couarr. lib. 3. variar. cap. 7. n. 2. versic. *Nonoberunt*, Greg. Lup. in l. 28. tit. 8. part. 5. verb. *Censo*, & nouissimè Ignat. Lasart. de decim. vendit. & permut. cap. 10. num. 4. & elegāter decis. Pedem. 154. 2. p. Iacob. Menoch. lib. 1. de præsumpt. præsumpt. 107. numer. 2. & 3.

21 Ex qua verissimā resolutione huius contractus infertur confirmatio ad elegantem doctrinam Speculatoris in tit. de locato. §. nunc aliqua. versic. 36. & 96. dicentis, quòd istud genus contractus non est alienatio rei, sed quædam pignoratio eius pro securitate pensionis emptæ; cuius sententiā sequitur Castel. in l. 74. Tauri, Auend. responso 12. num. 4. & responso 23. num. 3. vt eius Speculatoris, & sequacium resolutio sit intelligenda respectu rei censualis, vt ea non vendatur, sed pignoretur; respectu verò iuris percipiēdi pēsionem annuam non sit contractus pignoratio, sed vera & propria venditio.

22 Secundò etiam ex ea verissimā cognitione huius contractus reijcitur resolutio Dom. Franc. Sarmient. lib. 2. select. interpret. cap. 1. nume. 4. dicentis, censum consignatiuum ad vitam non esse veram emptionem, sed aleatorium quendam contractum, quasi ex nunc cùm restituatur, sortem tibi dederim, si morior, & tu des mihi pensionem annuam, si viuam; cùm enim vera emptio & venditio iuris percipiendi pensionem annuam in ea creatione census formetur, malè Dom. Franc. Sarmient. nuncupatur est eum aleatorium cōtractum; eademque ratione reijcitur. Dominic. Soto lib. 4. de iust. & iur. quæst. 5. art. 2. in 5. conclusione, qui credidit, eum contractū census consignatiui ad vitam esse innominatum, Do, vt des; si enim vera emptio & venditio contrahitur: ergo innominatus non est. Vnde vtrumque reprobat contra Dom. Sarmient. & Dominic. Soto Ignat. Lasarte de decima vēd. c. 10. n. 30. cum alijs.

23 Adhuc tamen in hac nostrā resolutione scrupulus manet, cùm in emptione iuris percipiēdi pēsionē annuā, videatur, quòd non accedat materia vendibilis, neque potētia propinqua materiæ, sed tantùm detur spes, & lucrū pecuniæ, pecuniaque concipiat, & paciat contra eius primæuam naturam, vnde vt hæc omnia apertissimè excludantur, & nostra hæc natura emptionis census clariùs cognoscatur, tres casus considerandi erunt, quibus clara distinctione difficultas cognoscatur, & decidatur.

24 Primus, quando venditur ius percipiendi pensionem annuam ex vectigalibus, seu censibus, aut alijs eiusdem conditionis, iuribus incorporalibus iam constitutis & creatis, vel ex fructibus rei immobilis fructiferæ censualis, vt sæpè in creationibus horum censuum consignatiuorum consistit; & in hoc casu qui propriè ad nostrum censum adaptatur, verū est formari emptionem iuris percipiendi pensionem illam annuam super eisdem vectigalibus, seu iuribus, aut rebus consignatam; quia iam tunc datur materia vendibilis non ficta, & imaginaria, sed naturalis & propria, ius nēpe percipiendi pensionem annuam constitutum & creatum, atque formaliter in esse productum, & super alio vero iure consignatum, de quo meminerunt, & intelligendæ sunt Extrauagantes 1. & 2. Martini & Calixti de empt. & vend. quæ loquuntur, quando ius percipiēdi pensionē venditur, & super re immobili de sui natura fructifera consignatur, & proprius motus Pij V. super forma creandi cēsus, atque omnes alij, qui ex censuali contractu veram emptionem produci probant. Secundus casus consideratur, quando non præexistit materia ante creationē contractus, sed in ipso momento perfectionis eius nascitur, & quidem non in actu, sed in spe, atque potētia propinquā, & considerabili, vt quando vēdis vsumfructū prædij tui, aut super eo consignas obligationem sōluēdi quid annuatim, vt videtur contingere in specie creationis cēsus, vbi ante creationem non præexistit materia in actu, sed in potentia propinqua cūm fructus, ex quibus ius percipiendi pensionē venditur, non existāt, sed futuri sint, & in hac specie, licèt ante venditionem non sit vsusfructus formalis, qui vendi possit, & sic in actu materia vendibilis non præexistat, deducitur tamen ex potentia materiæ spes quedam probabilis & verisimilis fructuum percipiendorum, quæ vendibilis est, nempe vsusfructus, qui probabiliter ex domo, seu fundo prouenturus erat, qui quidem vendi potest, ac si formaliter tempore creationis contractus præexisteret. l. 3. ff. de vsufructu. §. constituitur, instit. eodem. Ex quo iactu retis quis emere

potest.

potest. l. si iactum retis. ff. de contrahend. empt. & in his duabus cõsiderationibus creationis census rectè emptio & venditio formatur, cùm materia emptionis in actu & potentia verisimili præexistat.

25 Tertia consideratio venditionis est, quando nulla præexistit materia emptionis ante creationem contractus, neque tempore creationis, neque ex post facto nascitur spes probabilis materiæ de iure communi cognita, & approbata, sed tantùm datur spes ex hominum industria quæsita & inuenta, vt in nostra census creatione videtur contingere, in qua ex materia pecuniæ solum speratur lucrum pecuniæ, scilicet quando ex pretio pecuniario pensio pecuniaria proueniat; & in hac cõsideratione acceptus contractus videbatur dicendum non posse formari emptionem, cùm materia omninò deficiat, nihilque vendibile reperiatur, cùm ex parte vendẽtis nulla mers interueniat; sed vtrumque & pretium & res quæ venditur, sit pecunia, & consequenter de emptione pecuniæ, cùm pecunia sterili agatur contra veram naturam emptionis, & venditionis, de qua in l. 1. ff. de contrahend. empt. l. 1. in princip. ff. de rerum permut. imò potius diceretur formari vsura, cùm pecunia sterilis concipiat cum voluptate emptoris, & pariat cum dolore venditoris. Ex quo, licèt obscurè, deduxerunt plures notabiles viri, quòd similes census non possunt constitui antea quàm vendantur; quòd idem est, ac si dicerent, quòd ante productionẽ materiæ creari non possunt, & inde ab eisdem reprobantur vt hæc consideratio deducitur ab Hostiensi, & Ioanne Andrea in cap. in ciuitate de vsuris, à Rodulpho in cap. consuluit. quæst 11. n. 41. eod. titul. & ideò ex eadem consideratione noua & iuridica difficilis redditur hæc nostra resolutio, quòd emptio formetur in contractu censuali: sed adhuc vera est, & omnino tenenda; quia licèt secundum hanc posteriorem considerationem difficilior videatur, eũ tamen ex pecunia ematur ius percipiendi pẽsionem principaliter ex fructibus rei censualis, vt suprà dictum est, cessante nempe solutione pensionis in pecunia à censuario facienda, & fructus licèt actu non existant, in potentia tamen propinqua & verisimili existere dicantur, materia emptionis non deficit, ex qua emptio produci possit: vnde quocunque modo eum censum consideremus, veram emptionem & venditionem iuris percipiendi pensionem continuam in eo formari constabit.

# DE IVSTITIA CENsus cõsignatiui perpetui in specie. Cap. XVIII.

## SVMMARIVM.

*Census perpetuus consignatiuus iustificatur ex perpetuitate, vt quia in eo deficiat certitudo lucri. n. 1. Traditur noua consideratio, ex qua is census videtur non ita iustus, quam redimibilis. n. 2.*

*Census consignatiuus quando in dubio præsumatur redimibilis, vel perpetuus. num. 3. cum alijs. Quid quando census constat ex scriptura, & quid operetur confessio repetita in annuis præstationibus n. 4.*

*Census ex natura contractus emptionis & venditionis præsumitur perpetuus, vt qui à non præsumatur pactum de retrouendendo. 5. & quando in dubio, quod minimum est, sequatur. numer. 5. & alijs.*

*Census redimibilis an aliquo modo possit dici perpetuus, contra doctrinam Ignatij Lasarte: vbi quòd finis rerum omnium sit attendendus. numer. 8.*

## CAPVT. XVIII.

1 OVATENVS in censu consignatiuo perpetuo formatur vera emptio & venditio iuris percipiẽdi pensionem annuam eum iustificabimus in capitibus præcedentibus, sed habet specialem iustificationem ex eo quòd perpetuus est, absque vllo pacto redimendi constitutus; cùm enim in eo deficiat facultas redimendi nulla certitudo lucri respectu emptoris dari potest, & ideò iustior redditur contractus, vt hac ratione iustiorem esse dixerunt Domin. Soto de iust. & iur. libr. 5. art. 2. quæst. 5. col. 2. Nauarr. in Manuali. ca. 17. nu. 223. & in cap. 2. 31. quæst. 1. & referens Panorm. in quæst. quæ incipit, *Augerius*, aduertit, licèt summariè Couar. lib. 3. variar. ca. 7. num. 2. ad finem, versic. *Cæterum*, & alij plurimi, quos refert Felician. lib. 1. de censib. ca. 7. numer. 4. in princip. dicens eum contractum securiorem & iustiorem esse, dummodò grauamen redimendi iusto pretio compẽsetur. Cuius exemplum dari potest, quando legitimo pretio accedente, de quo dicendum est in cap. de pretio census consignatiui, is cõ-

contractus creatus est, sine vllo pacto redimẽdi, imò cum ea pactione expressa, vt redimi nunquam possit. Vel etiam exemplificari potest is contractus in iuribus Regalibus perpetuis, qui *Iuros perpetuos* nuncupantur, de quibus agitur in titulo *De las mercedes*, libr. 5. nouæ Recop. quem legit Azebed. ibi, & cuius meminit Emmanuel Castro de annonis ciuilibus fere per totum tractatum, maximè notabili 7. vbi num. 3. & notabili 8. num. 2. & notabili 11. num. 3. & 6. etiam meminit Molina de contractibus disput. 383. colum. 845. vers. *In hoc Regno.*

2 Ego tamẽ nouiter vltrà omnes, quos legerim, considerabam, quòd is census consignatiuus perpetuus non solùm ex impossibilitate redimendi iustior cæteris consignatiuus nõ est, vt omnes suprà dicti crediderunt, sed potiùs ex ea impossibilitate redimendi magis suspectus de vsura sit. Quæ consideratio ad sensum patet; videmus enim, quòd hi contractus censuales redimibiles, & perpetui in totum æquiparantur, nisi in pretij facultate, & quantitate redimendi, in quibus diuersi omnino sunt: ergo in reliquis qualitatibus euidẽtibus rationibus iustificantur, atque permittuntur, vterque enim contractus est vera emptio & venditio iuris percipiendi pensionem annuam, & ex eo potissimum sustinentur, vt diximus in capitibus præcedentibus; sed cõsignatiuus redimibilis iustificatur ex facultate redimendi, qua secluſa non sustinetur, vt probandum erit in cap. sequenti: ergo perpetuus carens redimẽdi facultate suspectus est. Rursus redimibilis quodammodo dicitur perpetuus, considerando scilicet statum præsentẽ, & quod perpetuo durare potest ex incertitudine redimendi, quæ pendet à voluntate venditoris, licet considerando finem, actum nempe redemptionis, redimibilis sit, vt infrà in hoc capite dicendum erit: ergo si redimibilis iustificatur ex redimendi facultate, & secluſa iniustus est, perpetuus, qui redimi nunquam potest, iniustior erit. Demum considerationes, quarum supra meminimus in capit. precedenti ad probandam iustitiam creationis census in genere, in consignatiuo perpetuo etiam procedunt, & ex eisdem iustificatur, ita quòd nulla considerari possit ad iustificandum consignatiuum perpetuum, quæ propria non sit consignatiui redimibilis: ergo si vera, eademque ratione iustificantur, & redimibilis non sustinetur absque redimendi facultate, secluſa à consignatiuo perpetuo, iniustus erit: & quamuis in pretio dissimiles sint ita quod redimibilis minori pretio creatus ex facultate redimendi instificetur, & perpetuus maiori pretio constitutus ex solâ magnitudine pretij absque facultate redimendi sustineatur; longè maior iustitia versatur in redimendi facultate redimibilis, quàm in magnitudine pretij perpetui; cùm libertas se eximendi à seruitute soluendi censum, quis nullo pretio æstimare, ac vendi possit, & ita censui perpetuo resistunt natura ipsa redimendi, priuilegiaque, & fauores libertatis, quæ non benè pro toto venduntur auro. Ex quibus cõsiderationibus, quæ ex natura vtriusque contractus proficiscuntur, nouiter credo, quòd licet eisdem rationibus census perpetuus & redimibilis iustificentur, & ea potissimum sustineantur, quòd in eis emptio & venditio iuris perciendi pensionem formetur, non tamen perpetuus sit iustior redimibili, vt malè plures existimauerunt, sed potius quòd difficilius sustineatur ex defectu facultatis redimẽdi, nisi iustissimum pretium accedat: quod quidem pretium efficeret, quòd onus non redimendi, quamuis rigorem contineat; sustineatur, si quidem pretio legitimo & seruitutes constituuntur, & cætera omnia, etiam in facultate existentia venduntur, vt vulgaria principia docent. Ex qua noua, & eleganti cõsideratione infertur, quod cùm iustitia huius census perpetui à iustitia pretij pendeat, cùm ex pretio quasi ematur perpetuitas & impossibilitas redimendi, iustissimum debet esse, secundum ea, quæ in capite de pretio census consignatiui perpetus dicenda erunt, aliàs nullus erit census, vt ibi videbimus. Ex quo etiam aliquando in eo censu perpetuo posse dari vsuram & iniustitiam, resoluit Sarmient. lib. 7. select. interpret. cap. 1. nume. 32. versic. *Item in datione*, ad med. quod principaliter prouenire potest ex modicitate, aut iniustitia pretij, quod cùm ematur facultas redimendi, iustissimum debet esse.

3 Solet tamen dubitari, an census consignatiuus redimibilis, seu perpetuus præsumatur, quod non potest contingere, quando census constat per scripturam, vt quia nullus reperiatur consignatiuus, in quo pretium designatum non sit; ideo si constito de pretio deficiat in scriptura pactum redimẽdi, adhuc constabit apertissimè, an census sit redimibilis, vel perpetuus, ex quantitate pretij, considerando cui censui correspondeat pretium, an perpetuo, vel redimili, si quidem si resultat constitutus ad rationem quatuor decim, vel quindecim pro vno, censendus sit redimibilis, etiam si contrahentes vocauerint eum perpetuum, cùm non possint mutare contractus substantiam, vt aduertit Roderic. libr. 1. de ann. reddit. quæst. 15. n. 47. licèt neminem referat;

referãt; & diximus in cãp. de censu reseruatiuo perpetuo, vel redimibili in dubio præsumendo, & probat text. notandus in l. 7. titul. 16. lib. 5. Recop. ibi; *Que suenan ser censos perpetuos*, & statim ibi; *sin embargo de que en la escritura suenen ser censos perpetuos.*

4 Sin verò census non constet ex scriptura, sed inductus sit ex annuis præstationibus repetitis secundum ea, quæ latè diximus in cap. de censu ex consuetudine, distinguendũ est, quia si in solutionibus, seu præstationibus cõfiteatur recipiens pensionem recepisse ex cẽsu perpetuo, vel redimibili, confessio repetita apertè probaret qualitatem census, vt latè resoluit Tiraq. in l. si vnquam, verb. *Reuertatur*. num. 45. Ç. de reuocand. donat. Mẽchac. de succes. creat. 1. p. lib. 1. §. 3. num. 13. Mier. de maior. 1. p. quæst. 1. per totam, & nominatim Couarr. libr. 3. variar. cap. 10. numer. fin. in fine.

5 Sin verò non confiteatur recipiens, quòd recipit pro censu perpetuo vel redimibilis, sed dicat simpliciter, quod recipit ex causa census, dubitari, & meritò potest, qualis census præsumatur, an perpetuus, vel redimibilis; & in hoc casu Felic. de cẽsib. lib. 2. cap. 5. numer. fin. resoluit, redimibilem iudicari ex reg. l. semper in obscuris de regul. iur. quam exornat vsque ad finem, licèt Couarrr. non referat. Contra quos, & eos nõ referens, reperio, quòd Roler. de ann. reddit. lib. 1. quæst. 15. num. 47. post Crauer. Conrad. & Sot. atque Menoch. resoluit censum iudicari perpetuum, ea potissimum ratione, quòd in eo contractu formetur emptio & venditio, quæ perpetua est; & quia nunquam præsumitur pactum reuendendi. Quæ consideratio vincit præsumptionem deductam ex l. semper in obscuris. Vnde ipse Roderic. in dict. quæst. 15. num. 36. & 37. constituit pro regula, semper in dubio esse præsumendum pro eo, quod minimum & leuius est, etiamsi redditus Ecclesiæ debeatur, per text. in cap. ex parte de censib. & per ea, quæ ipse tradit numer. 37 demum. numer. 46. ex dictis duabus rationibus, censum in dubio iudicandum esse perpetuum existimauit, quod tamen limitat statim num. 48. quando constat, quòd census fuit emptus pecunia, non tamen an perpetuus vel redimibilis emeretur, quia eo casu creditredimibilem iudicari, ex d. l. semper in obscuris, atque refert Couarr. d. lib. 3. cap. 10. num. fin. & infert ad intellectum l. 7. tit. 16. libr. 5. Recopil. quæ loquitur de reductione census frumentarij ad pecuniam: in quo certe Rodericus errauit; quia Couarr. non loquitur, quando constat de constitutione census pro pecunia, sed quando census consuetudine inductus est; & in eo casu presupposito quod vera emptio, & venditio ad iustitiam census est præsumenda, etiam contractus; qui præsumitur, iudicabitur perpetuus, vt ipse Roderic. anteà dixerat num. 46. ergo malè limitat Roderic. suam propriam sententiam.

6 Secundò conuincitur Roder. dum constito de pretio cẽsus, vt in terminis d. l. 7. credit hoc dubium posse verificari; si enim de pretio constat, impossibile videtur, quòd dubium verificetur, cùm d. l. nominatim decidat, quid sit iudicandum, quando constiterit de pretio, imò nec in alijs casibus si constat de pretio, potest dubium verificari, si quidem quantitas pretij apertissimè insinuat census naturam, & an sit perpetuus, vel redimibilis: ergo constito de pretio non datur dubium, & consequẽter in casu dubij tenenda est resolutio eiusdẽ Roderici d. num. 46. scilicet, quòd census iudicetur perpetuus, non obstante æquitate l. in obscuris.

7 Nec obstauit inconueniens, quòd ipse aduertit num. 48. scilicet quòd fieret iniuria debitoribus, vt quia creditores celarent scripturam census redimibilis, vt posteà dicere possent, quòd erat perpetuus: quia non rectè argumentatur de iniuria & incommoditate debitoris contra illud, quod de iure inductum est, si quidem idem dici posset contra legitimas præscriptiones & acquisitiones, quæ à iure iustè inducuntur, & approbantur, non habita consideratione ad præiudicium, quòd inde resultaret.

Quæ resolutio ex eo iustificatur, quia si cẽsum redimibilem consignatiuum non esse ita iustum quàm perpetuum, præsupponunt omnes, vt quia in eo deficiat pactum redimendi, mirum non est, imò iuri conueniens, si in dubio perpetuum potiùs quàm redimibilẽ præcessisse præsumatur.

8 Ex quibus omnibus, atque simul ex natura perpetuitatis, quæ in est censui perpetuo, apertissimè reprobatur, & meritò resolutio Ignatij Lasarte de decima vendit. & permut. cap. 10. numer. 1. in fine, qui securè scripsit, quòd etiam ille census, qui redimi potest, perpetuus dicitur, eo quòd perpetuò durare potest, dum non redimitur, arg. l. sufficit. ff. de cõdit. indeb. Cuius sententia, licèt cõfirmari possit, ex eo quòd dubia & incerta in dubio præsumantur & interpretentur perpetua. cẽ. si gratiosè de rescript. lib. 6. & eorum, quæ latè dicenda erunt in cap. de constitutione census super alio consignatiuo redimibili: tamen ea sententia Ignatij genericè & absolutè sustineri non potest; quia cùm census perpetuus

sit;

sit, qui nullo vnquam tempore redimi valet, redimibilisque ex voluntate venditoris extingui posset, neque perpetuus redimibilis neque è conuerso redimibilis perpetuus dici potest, nisi intelligas, vt Ignat. Lasarte sentiat, quòd considerato statu præsenti, & in certitudine redimendi ex parte venditoris redimibilis videatur perpetuus, ex eo quòd perpetuo durare possit, donec redimatur, considerato verò fine, ad quem deuenire potest, facultate scilicet redimendi, quæ finis est, qua venditor quandocunque voluerit, vti potest, redimibilis sit iudicandus. Qui quidē finis in quibuscunque humanorum actibus considerandus est ad cognoscendam eorum naturam, ex adductis per Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. n. 44. & §. 1. gloss. 14. n. 120 & 121. ergo habito respectu ad eum finem redemptionis, impossibile est, quòd census redimibilis perpetuus iudicari possit; neque è conuerso perpetuus redimibilis existimetur. Cùm igitur ex suprà dictis & natura & iustitia census consignatiui perpetui cognoscatur ad consignatiuum redimibilem transire licebit.

## DE CENSV CONSIGnatiuo redimibili, & eius natura. Caput XIX.

### SVMMARIVM.

*Censum consignatiuum redimibilem plures dixerunt iustum ex facultate redimendi, & alij in iustum n. 1. & 2.*

*Facultas redimendi iustificat census consignatiui creationem. n. 3.*

*Census constitutus sub ea conditione, ne liceat venditori cum redimere nisi post decem annos, an valeat, vel sit nullus. numer. 4. & 5. vsque ad nu. 8. vbi, an pactum redimendi sit pecunia æstimabile.*

*An possit emi census vsque ad 14. annos, cum ea pactione, vt transacto eo tempore sors restituatur. n. 9. & an valeat pactum, vt intra certum tempus redemptio fiat, & quòd transactio redimi nequeat. n. 10. 11. & 12.*

*An valeat pactum in censu, quòd si pensio non soluatur, sors restituenda sit. n. 13. & 14. vbi latè discutitur.*

*An valeat pactum redimendi intra certum tempus, & si non redimatur, quòd interim fructus alicuius fundi percipiantur. n. 15.*

*An licitum sit, emere census ad certum & limitatum tempus, dando scilicet quatuordecim, vt in annos quindecim vnum annuatim soluatur, ita vt certo tempore & census extinguatur, & vnum vltra sortem recipiatur. numer. 16.*

*An valeat pactum, quo facultas redimendi census in voluntatem emptoris conferatur, & explicatur resolutio Medinæ. n. 17.*

*Pactum redimendi censum à fideiussore adiectum an validum sit, & quando. n. 18.*

### CAPVT. XIX.

DIXIMVS in capitibus præcedentibus de censo consignatiuo in genere, & de consignatiuo perpetuo in specie, & quid in his cōtractibus ematur, vel vendatur; vnde in præsenti de iustitia consignatiui redimibilis agēdum est, & præter ea, quæ dicta sunt in capitibus præcedentibus, hunc contractū consignatiui census redimibilis impugnauerunt Gabr. in 4. sentent. d. 15. quæst. 27. col. penult. Conrad. de contract. quæst. 83. concluf. 5. col. 7. & quæst. 79. col. 3. Rodulph. de vsur. 2. p. q. 12. in fin. & q. 18. in fin. Anchar. quem refert & sequitur Anania in c. in ciuitate de vsur. Syluest. in verb. *Vsura*. 2. quæsti. 12. Abbas in disput. 5. Paul. consil. 289. vol. 1. Cepol. de simulat. contractus. §. fin. versic. *Sed profectò*. Cassan. in Consuet. Burg. rubr. 4. §. 23. num. 9. Bertrād. consil. 170. & consil. 15. vol. 3. Pizarro in glos. 1. ordinationis de Guadalupe, ex quibus non nulli in distinctè iniustum & vsurarium eum dicunt, alij suspectum vocant, & demum omnes non cognoscentus naturam, huius contractus, vel negantes emptionem in eo formari, ipsum impugnauerunt.

2 Et è conuerso, & lōgè verius, atque receptius, plures notabiles viri tenuerūt, eū contractū cēsualem consignatiuū redimibilē iustissimū esse, & ab omni labe, atq; suspicione vsurarum alienū, vt cōstat ex Oldraldo cōs. 207. Lup. allegat. 137. num. 15. Bald. in l. 1. col. 7. C. de his, qui pœnæ nomine, Medin. de restit. c. de censib. Soto de iust. & iur. lib. 3. quæst. 5. art. 1. Cassan. in Catal. glor. mund. 12. p. considerat. 99. fallentia 25. Nauarr. in cap. si fœnera ueris 14. quæst. 3. num. 7. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 1. num. 16. Greg. in l. 28. titul. 8. part. 5. Couarr. lib. 3. varia. cap. 7. Grat. cons. 207. Rodoan. de reb. Eccles. rubr. 16. num. 5. Ioan. Lup. de vsur. comment. 2. §. 2. num. 60. per totum, Aluar. Vaez de iur. emphyt. q. 32. num. 8. & his non relatis Felic. de censib. lib. 1. cap. 7. num. 4. quorum sententia & in distin-

& è verâ est in censu consignatiuo, perpetuo, redimibili, seu ad vitam, in quibus vera emptio & venditio formatur, vt sæpiùs diximus, & in redimibili ex natura & facultate redimẽdi peculiari quadam ratione procedit.

3 Quæ quidem peculiaris, atque naturalis ratio ex facultate redimendi deducta & notissima & fortissima est: notissima, quia formaliter designatur in Extrauagantibus; atque Pontificum decretis, quæ censuales contractus permiserunt, nempe ex 1. & 2. Extrauagãti Martini V. de emptione & venditione, ibi: *Et semper in ipsis contractibus expressè ipsis venditoribus data fuit facultas atque gratia, quòd ipsum annuum censum in toto, vel in parte pro eadem summa denariorum, quam ab ipsis emptoribus receperunt, quandocunque vellent, liberè absque alicuius requisitione, cõtraditione, vel assensu, possent extinguere & redimere*; & ex 2. Extrauag. Calixti 1. 1. dum postquam similes contractus censuales approbauerat, formaliter, & ad ipsorum contractuum essentiam, subdit: *Hoc adiecto, quod ipsi pro rata, qua huiusmodi per eos receptam dictis ementibus restituerent in toto, vel in parte pecuniam à solutione reddituum, seu censuum huiusmodi restitutam pecuniam contingentium liberi foret penitus, & immunes*: neque aliud virtualiter probant verba Proprij motus Pij V. super forma creandi census, incipit, *Cùm onus Apostolicæ*, ibi, *Cùm verò traditione pretij redditus extinguendus erit*. Quæ verba libera venditoris facultatem redimendi censum concedunt, & omnes, qui de hac re meminerunt, adeò veram esse redimendi facultatem crediderunt, quòd existiment nullo modo, neque casu in voluntatem emptores censum conferri posse: sed demum ex mera, atq; libera voluntate venditoris faciendam esse, & aliter censum iniustum, & vsurarium iudicari, quasi deficiat in eius creatione primæua, atque peculiaris natura, & eius iustitia, quæ consistunt in mera redimendi facultate, vt prædictæ Extrauagantes probant, & nominatim resoluunt omnes, qui eum censum iustissimum dixerunt, suprà relati, & Dominic. Soto de iust. & iur. libr. 6. quæst. 5. artic. 3. col. 2. Conrad. de contract. quæst. 74. concluf. 5. Couarr. d. lib. 3. variar. c. 9. numer. 4. Ioan. Lup. de vsur. comment. 2. §. 2. numer. 69. Ex quorum verissima resolutione plurima notatu digna, & ad praxim conducibilia inferuntur.

Primò infertur verissima resolutio eius má
4 ximæ dubitationis, quæ semper nimis controuersa fuit, an scilicet census creari possit sub ea conditione, ne liceat venditori ipsum redimere, nisi post decem annos, vel post aliud tempus ab emptore designatum. In qua dubitatione plures notabiles viri dixerunt, eam pactionem liberam esse omnino à vitio vsurarum, & iniustitiam non continere, vt deducitur ex Ioanne Fabro in l. finali, C. de pactis pignorum. ex gloss. Petro de Velapertica, & Cyn. ibid. & ex collectario in cap. significante col. 2. versic. *Sed quid si debitor*, de pignorib. Angel. & Alex. in l. qui Romæ in princ. ff. de verborum dicentibus, similem pactum de retrouendendo validum esse, dummodò tempus non excedat triginta annorum spatium, & idem in effectu deducitur ex resolutione Angeli in summa verb. *Vsura* 1. §. 67. Cepola desimulat. contract. num. 50. Bald. in capit. 1. de feudo dato in vicem legis commissoriæ, Cagnol. in l. 2. num. 26. C. de pact. inter empt. & venditorem, Conrad. de contract. quæst. 83. concl. 8. Ioan. de Medin. de restit. cap. de censu redimibili col. penult. Soto de iustit. & iur. lib. 6. quæst. 5. art. 3. in 3. concl. Nauar. in Man. cap. 17. num. 249. Pro quorum sententia vrgentissimè facit, quia si à principio creari potest census absque vlla facultate redimendi, cur non & sub ea pactione, vt intra certum tempus redimi nequeat. Quæ argumentatio ita fortis visa fuit Feliciano lib. 1. de censib. c. 7. num. 9. vers. *Sed contractus*, vt existimet nullo modo eidem argumentationi posse responderi. Rursus ipse Felician. ibidem pro hac sententia ponderat, quòd pactum illud de non redimendo intra certum tempus æstimabile est pecunia: ergo in censu adiectum sustinetur: & demum cum aliquibus distinctionibus hãc sententiam Felicianus veram existimat, quam prosequitur vsque ad n. 13.

5 Quæ quidem sententia & resolutio ex natura nostri contractus census consignatiui apertissimè reijcitur: si enim iustitia huius cõtractus redimibilis principaliter consistit in libera hac spontanea facultate redimendi, quam Pontifices venditoribus integram & absolutã concesserunt, & formaliter ea redimendi facultas in census creatione adijcienda est; quo fundamento, aut ratione defendi potest pactum illud de non redimendi intra certum tempus, ignoro; & nulla quidem assignari valet. Vnde contrariam sententiam, scilicet pactũ illud iniustissimum esse, & à census creatione omnino alienum, tenent omnes suprà relati, qui liberam facultatem redimendi formalem esse dixerunt, & nominatim Guid. Pap. singulari 373. & 477. & decis. 515. Laurent. Rodulph. in cap. consuluit de vsur. 2. p. quæst. 61. Lanfranc. in Clem. dispendiosam. col. penult. de iudicijs. Paul. Castr. cons. 109. *Visa petitione*, col. 2. lib. 2. Decius consil. 516.

& ita

& ità pronuntiauit Rota, teste collectario in cap. ad nostram de empt. & vendit. vbi Host. Ioan. Andr. & Panorm. & dicunt communem Hostiens. & Henric. in cap. in ciuitate de vsuris. Bald. consil. 487. lib. 1. & consil. 114. lib. 3. & iterum Guid. Papa in tractatu de contractibus illicitis. num. 26. Imola cons. 25. Cabalin. de vsuris quæstion. 55. & 58. & his non relatis Couar. lib. 3. variar. cap. 9. num. 4. Ioan. Lup. de vsuris comment. 2. §. 2. numer. 69. ad fin. & post Couarr. Molinæum, Guid. Papa, & alios Felician. in dict. lib. 1. de censib. cap. 7. num. 9. In princip. licèt eam sententiam non indistinctè teneat, sed cum aliquibus distinctionibus, vt suprà dictum est. In quo certè lapsus fuit, quia sine vlla distinctione verissima & tenenda est ex natura ipsius census, neque cauilari potest.

6 Qua retenta nihil obstat argumentum, cui Felician. existimat responderi non posse, scilicet, quòd cùm census à principio ita creari valeat, vt nunquam redimi possit, à fortiori constitutus cum ea pactione, vt vsque ad certum tempus redimi nequeat, sustinebitur; quia huic argumentationi facilè respondetur, quòd longè distant hi duo casus, nunquam posse redimi censum, & vsque ad certum tempus redimendum non esse: quia primo casu cùm census à principio creatus sit non redimibilis, sed perpetuus, cum ea nempe pactione, vt redimi nunquam possit, verè tanquam perpetuus sustinebitur; in secundo tamè cùm à principio non perpetuus, sed redimibilis cõstituatur, & contra naturam creationis, atque liberam facultatem redimendi pactum illud, ne redimatur intra certum tempus adijciatur meritò contractus, qui indiuiduus est ex pactione illa contra eius naturam adiecta, nullus existit, vt quia tanquam redimibilis sustineri non possit, neque vt perpetuus, cùm redimendi facultas in eo detur, iudicari. Rursus in censu perpetuo absque pacto redimendi emptor de lucro sortis incertus est: quando verò intra certum tempus census est redimendus, certitudo lucri datur: ergo pactum, quod eam certitudinem continet, iniustũ est, & consequẽter census vsurarius.

7 Minus etiam obstabit, quòd pactum illud de non redimendo censum intra certum tempus æstimabile est pecunia; quia in eo censu perpetuo libenter id fatemur; in redimibili tamen, vt intra certum tempus redimi non possit, nequaquam; sed potiùs in toto corpore iuris illud non probari existimamus, quia licèt in venditione rei immobilis ex aliquibus iuris principijs circa pactum de retrouendendo constitutis id deduci, ac inferri posset; in creatione tamen census redimibilis neque dẽ ciditur, neque infertur; quia in venditione rei immobilis, dummodo pretium legitimum accedat, nulla nascitur fraus ex pacto de retrouendendo intra certum tempus, cùm formaliter non sit venditoribus cõcessa libera & spõtanea facultas redimendi; in census verò creatione, etiam legitimo pretio accedente, cùm iustitia contractus principaliter consistat in ea redimendi omnimoda facultate, pactum illud, vt census intra certum tempus non redimatur, pecunia æstimabile non est. Vnde hãc sententiam verissimam existimo, & post eos, quos suprà retulimus, nominatim eam sequitur Bened. Bon. in tract. de censib. art. 88. Lupus de vsuris commentario 2. §. 2. numer. 69. ad finem.

8 Ex qua verissima resolutione reprobatur, & meritò conciliatio ad eas opiniones contrarias, quam comprobat Felic. in d. lib. 1. cap. 7. num. 11. cum præcedent. & sequent. resoluit enim Felician. quòd cùm pactum illud, ne cẽsus redimi possit intra tempus certum, pecunia æstimabile sit, si pretium eius pacti legitimè accedat, sustinebitur: sin verò legitimum deficiat, vsurarium erit: & inde num. 11. constituit pactionem, qua contrahentes dicunt, ne liceat redimere censum intra certum tempus, nulla facta recompensatione pretij esse vsurariam, & num. 12. constituit, etiam licitã esse conuentionem, si expressè actum sit inter contrahentes, vt quandiu tollitur facultas redimendi fiat compensatio pretij proportionabiliter; quod etiam exemplificat numer. 13. Et denique prædictam conciliationem securè comprobat, quam etiam comprobari posse constat ex his, quę tradit Tiraq. de contractu conuent. §. 1. gloss. 2. num. 67. Cepola disimulat. contractus. numer. 50. Nauarr. in Manuali cap. 17. nume. 249. Bened. Bon. de censib. art. 88. num. 121. Sed quamuis in pacto de retrouendendo rei immobilis hæc omnia vera sint cùm pecunia æstimetur, vt fere omnes suprà dicti existimant; in pacto tamè in census creatione adiecto, vt intra certum tempus non redimitur; neque procedunt, neque sustineri possunt; quia eius pacti iustitia non pendet à legima pretij quantitate, vt accedente iustificetur, sed ab omnino libera, & spontanea voluntate redimendi, vt secluſa directè vel indirectè contractus iniustus sit; ideò de iustificatione pretij ad libertatem redimendi, & è cõuerso, malè argumentatur. Quis enim diceret quòd si in pacto de retrouendendo rem immobilem de natura ipsius contractus esset facultas quandocunque redimendi, valeret pactum, vt intra certum tempus nõ redimatur; nullu

nullus quidem: ergò si ex naturâ census consignatiui redimibilis ea facultas venditoribus conceditur, atque formaliter in eius creatione requiritur, nullus etiam pactum illud defendere posset; quòd enim prædicta omnia in pacto de redimendo rem immobilem intelligenda sint, & iura probant, & interpretes fatentur: quos suprà retulimus, maximè Cepola, Tiraquel. Nauar. Bened. Bon. & alij, & maximè Tiraquel. in dict. tract. de retract. conuent. §. 1. gloss. 2. numer. 42. cum pluribus, & alijs: ergò suprà dicta nihil obstant.

9 Secundò, ex veră naturâ huius census consignatiui redimibilis infertur ad intellectum, & confirmationem eorum, quæ resoluunt Caualin. de vsur. quæst. 63. per totă; dicit enim, quòd si quis pro mille emerit ius percipiendi censum annuum vsque ad quatuordecim annos, vel aliud tempus designatum, cum ea pactione, vt in fine illius temporis restitutio sortis fiat, & census redimendus sit, constitutio, & creatio contractus nullius erit momenti. Cuius resolutio ad nostrum censum propriè adaptatur, & in eo procedit; quia ex eo pacto & libera redimendi facultas tollitur, & sors nō liberè, & irreuocabiliter alienatur, & emptor de lucro certus est: quæ omnia contractū efficiunt vsurarium.

10 Tertiò ex hac nostrâ redimendi facultate census vtiliter infertur, quòd si in census creatione adiectum sit pactum illud, vt intra certum tempus redemptio fiat, & quòd eo transacto redimi nequeat, sed potiùs ex tunc perpetuus irredimibilis maneat, ac si à principio creationis perpetuus formaretur, ea conditio sustineri non possit, tanquâm directè auferēs redimendi facultatem. Ita tenent Florent. in summa tit. de vsuris. c. 2. §. 13. numer. 23. Syluest. in summa verb. vsura. q. 15. Guid. Pap. q. 516. & in tract. de contractib. illicitis. numer. 26. quod etiam post Molinæum resoluit Couar. libr. 3. variar. cap. 8. num. 6. & 7. & libr. 1. cap. 9. num. 9. Matiēço in l. 1. tit. *De los censos*, lib. 5. nou. Recop. gloss. 1. num. 6. & 7. qui omnes pro hac sententia ponderant Extrauagantes Martini & Calixti, & clariùs poterat ponderari proprius motus Pij V. super forma creandi census, ibi: *Non obstantibus aliquibus pactis directè, aut indirectè talem facultatem auferentibus, quibuscunque verbis, aut clausulis concepta sint*, circa cuius explicationem Nauarro numer. 122. ita aduertit: non enim solùm ea conditio, seu pactio iniusta, & pro non scripta habebitur, sed non obstante poterit venditor quandocunque, etiam tempore designato transacto censum liberè redimere, vt hæc resolutio deducitur ex Baldo consil. 487. lib. 1. & consil. 114. lib. 3. Imola consi. 25. Socin. consil. 24. Abb. consil. 76. Alexand. consil. 14. lib. 6. Guid. Papa sing. 477. col. 5. & his non relatis Couar. libr. 3. variar. c. 8. num. 7. & 8. cap. 7. num. 4. Ioan. Lup. de vsur. comment. 2. §. 2. numer. 69. Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. col. 4. de quo benè egerunt Faller. in praxi censuali gloss. magna num. 88. Bocat. de interdicto vti possidetis cap. 18. nu. 54. Bened. Bon. in tract. de censi. art. 82. n. 115. Ex quibus hæc videtur vera, & receptissima sententia.

11 Contrariam tamen tenent Ioan. de Medina in cap. de restit. cap. de censu redimibili, Dominic. Soto de iust. & iure lib. 6. quæst. 5. art. 3. concl. 5. dicentes, quòd cùm quis emere possit censum irredimibilem, à fortiori dicendum est, quòd redimibilem possit creare sub ea conditione, vt si certo tempore non redimatur, perpetuus inde existat, ac si à principio sine pacto redimendi formaretur. Secundò considerant, quòd quantò minor est in venditore redimendi facultas, tantò maior est in contractu censuali consideratio emptionis & venditionis, & consequenter minor vsuræ suspitio. Quæ fundamenta referuntur à Feliciano libr. 1. cap. 7. numer. 5. Sed hæc secunda Medinæ & Soti resolutio vera mihi non est, sed longè verior & receptior contraria; sunt enim fundamenta eorum leuissima: quia quamuis à principio quis iustè possit emere censum irredimibilem, non inde sequitur, etiam emere posse redimibilem sub conditione, vt si certo tempore non redimatur, perpetuus sit: quia cùm ex natura irredimibilis pactum redimendi non accedat, imò accedere sit contra eius naturam, potest à principio legitimo pretio secluſa facultate redimendi constitui; cùm verò natura redimibilis sit, quòd quandocunque redimi valeat, non potest à principio creari cum ea pactione, quæ indirectè impediat facultatem redimendi, neque cum pœna ob non factam redemptionem certo tempore; quia vtrumque contineret iniustitiam, atque simulationem, fictitiamque creationem census perpetui sub colore constitutionis redimibilis. Ruius, falsum omnino est dicere, quòd tantò minor est in venditione redimendi libertas, quàm eo maior in censu ratio emptionis & venditionis, vt inde minor vsuræ suspicio inferatur: quia licèt non solùm maior, sed finalis ratio iustitiæ sit emptio & venditio, quæ in eo contractu formatur, non tamen consideratio emptionis sola iustificat redimibilem censum, sed formaliter

& essentialiter iustificatur à facultate redimẽ di: ergo quantò maior est libertas, tantò magis census, qui contractus emptionis est, iustificatur. Quibus considerationibus, quæ non solùm pro satisfactionibus contrariorum, sed pro fundamentis sufficiunt, hæc nostra sentẽtia euidentiùs suadetur.

12 Sed vt ab origine veritas huius dubitationis cognoscatur, distinguendum existimo inter eos duos casus; aut enim pactum illud, quòd certo tempore census redimatur, & trá facto perpetuus existat, à principio creationis census initum fuit inter contrahentes, accedente integro, vero, & legitimo pretio census perpetui: & in hac specie verisimam credo sententiam Dominici à Soto, & Medinæ; quia si à principio eodem pretio census absque pacto redimendi creari poterat, à fortiori vt certo tempore redimatur, & transacto perpetuus existat, creatus sustinebitur: imò & laborabilior census creatio esset hæc posterior, cùm venditor, qui legitimum pretium census perpetui recepit ab emptore, habeat gratiam redimendi intra illud tempus. Sin verò census à principio cum eo pacto non redimendi eum post tempus constitutus sit; non tamen integro pretio perpetui census accedente, sed pro legitimo pretio; redimibilis nempe ad rationem quatuor decim pro vno, dubitandum non est, quin pactum contineat iniustitiam; quia cùm impossibile sit; quòd ex pretio redimibilis perpetuus sustineatur etiam in pœnam venditoris certo tempore non redimentis, pactum de redimendo sustineri nõ posset, imò tanquàm contra naturam, & iustitiam creationis census reijceretur hæc resolutio; & conciliatio traditur & benè à Feliciano de censib. libr. 1. cap. 7. numer. 5. ad med. vbi pro ea refert Conrad. Gerson. Sarabiam, & Anton. Berarducium, & existimat fratres Medin. & Sot. hoc idem ineffectu voluisse. Cuius resolutionem, atque conciliationem ad eas resolutiones libenter amplector, & reperio Ioann. Lup. de vsur. §. 2. comment. 2. numer. 69. ad medium, qui in specie id verum fatetur.

13 Quartò, & benè infertur ex natura nostri census consignatiui, & redimibilis ad decisionem eius dubitationis, an in census creatione pactum illud sustineatur, quòd si pensio per biennium non soluatur, sors restituenda sit; & reperio modernum Olan. in Anthinom. verb. *Annui redditus.* numer. 112. securè dicentem, valere huiusmodi pactum, dummodò census iusto pretio constituatur, quasi tendat in faciliorem executionem contractus, & certiorem redditus ex actionem. Cuius sententiam prosequitur, ac eleganter confulendo defendit Hyeron. Gabr. consil. 152. per totum, resoluens, quòd pactum illud non facit, quòd contractus emptionis & venditionis, qui formatur in censu, transeat in aliam speciem diuersam contractus, mutui nempe, vel alterius simulati, & antea id ipsum tenuerat Medina in. C. de restit. cap. de censu redimibili. §. ex dictis, vers. *Quòd si censualista.* Quorum sententia meritò ex natura nostri census reprobatur; quia cùm vt sæpiùs dictum sit, tam ex Pontificum decretis, quàm Scribentium receptis sententijs venditor rem census liberè, & quandocunque voluerit, cùm redimere possit, directeque, neque indirectè grauari non debere per temporis, vel conditionis adiectionem, quominus censum liberè redimat, & sortem in perpetuum retineat; manifestum est etiam, sequẽs pactum, quo grauatur, vt si per biennium census non soluat, sortem restituat, inualidum esse, tanquam libertatem redimendi tollens, vel impediens. Rursus negari non potest, quòd in eo pacto mutuum occultetur, & abscondatur, cùm ad instar mutui ex non solutione pensionis per biennium sors restituatur: ergo conuentio sustineri non potest. Vnde hanc sententiam olani, atque Gabrielis, nostram securè tenens, & nominatim reprobans Ioann. Medin. impugnat Ioann. Gutierr. in practicis quæst. ad leges Recopilat. libr. 2. quæst. 175. per totam, dicens huiusmodi pactum reprobatum omnino esse, & similiter reprobando Gabrielem, & Olanum, eandem sententiam prosequitur benè Felician. de censib. libr. 1. cap. 10. numer. 18. per totum; in quo verum scripsit Felician.

14 Sed statim numer. 19. dicit se agnoscere libentissimè, lege, aut statuto effici posse, vt ob moram solutionis redditus debitoris bona distrahãtur, vt ex eorum pretio creditori sors cum vsuris integrè restituenda sit, & coactus fuit ad id tenendum autoritate Nauarri in Manuali cap. 28. in additione ad cap. 23. numer. 66. & 67. vbi scribit Nauarr. in Regno Nauarræ fuisse lege sancitum; quòd non soluente debitore census per biennium bona censualia in publica subhastatione vendantur, atque sors cum vsuris emptori census restituatur. Quam legem iustissimam esse scripsit Gutierr. de iurament. confirm. 1. par. cap. 31. numer. 11. ad medium, cum qua resolutione residet Felician. ex eo quòd existimet solùm prohiberi, ne ex conuentione contrahentium restitutio sortis fiat, vt

ipse

ipse ante à dixerat, non tamen quòd lege sanciri possit; vt ex non solutione per biennium fors ipsa restituenda sit, ex quo infert ad conuentionem inter venditorem census & fideiussorem eius initam circa census redemptionem, vt secluso dolo & fraude sustineatur. Vt antea dixerat d. lib. 1. cap. 8. quæst. 6. Eius tamen Feliciani resolutio vera mihi non videtur, & ex ipsius resolutione apertè conuincitur: si enim Felician. fatetur sustineri non posse pactum illud, vt non facta per biennium solutione fors restituatur, imò illicitum, atque vsurarium esse, & contra naturam creationis contractus: qua ratione quod iniustum & vsurarium est, statuto condi, vel permitti possit, ignoro. Rursus si contra naturam redimibilis census lege permitti non potest, vt facultas redimendi censum in emptoris voluntatem conferatur, atq; pugnante venditore iustificetur, vt certissimum est ex omnibus, quæ de facultate redimendi censum dicta sunt, & dicenda erunt, eadem, imò & fortiori ratione statuto fieri non potest, quòd non soluente venditore pensionem per biennium, sortem restituat, cùm effectu & substantia idem sit compellere statuto venditorem propter non solutionem per biennium sortem restituere, quòd facultatem redimendi contra eius voluntatem in emptoris conferre arbitrium. Demum, quamuis directè non videatur sublata per illud tempus facultas redimendi venditoris census, indirectè quidem auferetur, cùm omnino libera non sit, vt esse debuerat; & eamdem continet suspicionem indirectum quàm directum grauamen expressus, vel sub intellectus, aut simulatus modus auferendi libertatem; quibus fortiter accedat, quòd in venditorem census fors, pretium nempe creationis eius omni casu & tempore transferri debet, vt notissimum est, & formaliter requiritur: ergo si pactum illud saltem indirectè pretium ab eo reuocat, iniustum esse debet. Neque quidquam facit, quòd propter debitoris negligentiam non soluentis per biennium pẽsionem fors reuocatur; quia si debitor in sortis restitutione, neque indirectè grauari potest, etiam negligens non grauatur, neque consequenter negligentia eius contra naturam contractus in pactum pœnale deduci potest. Et quãuis iterum ex aduerso replicetur de lege & pœna commissi, dissimilis est ab eo pacto: commissum enim resoluens contractũ, restituit rem censualem, statutum verò suprà dictum restituit pretium. Secundò, commissum non habet locum in censu consignatiuo redimibili, vt certissimũ est, & dicendum erit in cap. de commisso census: ergo in hac specie non benè argumentabitur de lege cõmissi ad prædictum statutum. Considerabam tamẽ, vt Felicianum à contradictione ipsius liberarem quòd eius resolutio, atque Nauarri sententia intelligi & verificari possit in censu consignatiuo redimibili, longè maiori pretio quam ad rationem quatuordecim pro vno constituto; in quo quidem censu, cũm pretij magnitudo grauamen illud substineat, vt non soluente debitore per biennium fors restituatur, statuto illud decidi; atque pacto conueniri potest, vt illud fiat: sin verò census ordinario pretio, à lege nempe designato cõstituatur, cùm pretium illud legale & indiuiduum sit, nullam habens latitudinem iustitiæ, sicut directe minui non potest, neque indirectè per vllam conditionis, aut grauaminis adiectionem, quæ pars pretij est, & consequenter pretium minuit, ex l. fundi partem. ff. de contrahend. emption. & ex his, quæ dicenda sunt in capit. de pretio census, vbi conditionem partem esse pretij probauimus, & pretium minuere diximus, ac proinde à census creatione reijciendam esse defendimus: ergo & conditio, vt non soluente debitore per biennium fors restituatur, iniustissima est.

15 Quintò, ex nostra verissimâ resolutione, atque natura huius census redimibilis infertur ad declarationem quæstionis, quam mouet Rupelau. libr. 1. forens. instit. capit. 34. vbi scribit Parisienses non semel respondisse valere pactum, vt venditor census possit intra certum tempus eum redimere, ita vt interim fructus certi fundi præstentur, & si eo tempore transacto non redemerit censum, pro eo pretio fundus emptoris venditus sit, & ad eum pertineat. Cuius Rupelani apertè conuincitur, & plurima turpia & illicita secũ affert; tollit enim liberam redimendi facultatem, à qua pendet iustitia contractus, & quasi indirectè includit inse conditionem commissi, quæ in censu non admittitur, videnturque ex ea pactione prædia censualia pignori data esse vsque ad tempus certum redimendi, & postea pro sorte insolutum concessa, ac proinde pactum legis commissoriæ eam conditionem continere. Quæ omnia, & alia, quæ, si rectè considerentur, pactio illa sub se prohibita continet, improbum efficiunt contractum. Vnde contra Rupelan. defendit, & meritò contrarium Felician. de censib. lib. 1. cap. 10. n. 21. per totum, vbi benè respondet ad fundamenta Rupelani.

16 Sextò infertur ex ea facultate redimen-

di in censu formáliter necessaria ad quæstionem illam, quàm latè disputat, & explicat Felician. de censib. cap. 7. num. 18. libr. 1. per totum, vbi quærit, an licitum sit emere censum ad certum & diffinitum tempus, dando scilicet quatuordecim, vt in annos quendecim vnum annuatim soluatur, ita vt certo tempore & census extinguatur, & vnum vltra sortem recipiatur; & in hac dubitatione partem negatiuam fundat quatuor argumentis, & affirmatiuam quinque defendit; atque denique in vers. *Ideô autores grauissimi*, fatetur, quòd grauissimi Doctores, licèt id pactum vsurarium non dicant, abstinendum tamen ab eo necessarium esse probant, & ad fundamenta in contrarium adducta etiam respondet. Cuius Feliciani resolutio sustineri non potest: si enim ipse Felicianus in eodem cap. sæpissimè probat, ac defendit facultatem redimendi omnino liberam esse, & ad certum tẽpus restringi non posse, mirandum est, quòd statim supradictum pactum admittat, cùm in effectu & substantia per id pactum, & ad certum tempus facultas redimendi restringatur & emptor ex temporis certitudine de lucro sortis certus sit, & demum quidquam vltra sortem recipiat. Quibus concurrentibus, & vsuram committi certum est, & nos suprà latissimè probauimus, & Felician. etiam passim fatetur, dum similem conuentionem, similiaque pacta improbat.

17 Septimò genericè, & absolutè ex ea facultate redimendi in census creatione necessaria formaliter infertur, quòd quamuis Ioann. de Medin. in C. de restit. in c. de censu redimibili existimauerit valere pactum, quo facultas redimendi censum conferatur in emptoris voluntatem, nullo modo, neque casu conferri potest, neque si conferatur, valet ea pactio; quia cùm sæpissimè dictum sit, facultatem redimendi liberam & absolutam in voluntatem venditoris, tam ex natura ipsius contractus, quàm ex Pontificum decretis, quæ nominatim id decidunt, collatam esse, etiam securè dicendum est; neque contrarium dici, aut tentari potest, quòd venditor quandocunque redimere censum valet, etiam pactione accedente, & emptore pugnante, & consequenter quòd emptor neque ex natura contractus, neque ex pactione facultatem illam habere debet. Ita post Conrad. de contract. quæst. 84. & post Couarr. Domin. Sot. Mich. Palac. & Nauarr. resoluit Felician. in lib. 1. de censib. cap. 7. numer. 15. & 16. vbi quamuis Felician. considerauit differentiam inter censum merè realem & personalem, tẽtare quidem voluit, dum statim in vtroque casu veram esse hanc sententiam resoluit, & meritò, cùm & census personalis non detur, vt dicendum erit in capit. de censu personali, quamuis ipse contrarium, & malè existimet, & in vtroque censu reali, & personali, vnica & finalis ratio versetur ad impugnandam priorem sententiam Medinæ, & tenendam hanc nostram secundam opinionem: libera nempe, & absoluta potestas venditoris census redimendi eum quandocũque voluerit, ex qua & contractus iustificatur, & peculiaris natura eius verificatur, & naturalis conditio, quæ virtualiter in est in creatione, & formaliter est verificanda, ad impletur, sine cuius implemento neque census redimibilis dici potest, neque si redimibilis non est, sustineri ex pretio redimibilium censuum valet.

18 Octauò, & finaliter ex ea facultate redimẽdi inter emptorem & venditorem census formaliter necessaria vtiliter infertur, quòd si non inter ipsos contrahentes, sed inter fideiussorem, & venditorem pacto illa de redimẽdo censum certo tempore adiecta sit, sustineri posse videtur, cùm eo censu non ab emptore, sed à tertio, cum quo venditor non contraxit, facultas illa redimendi restringatur, & in tertij fauorem non in emptoris venditor certo tempore cẽsum redimere promiserit. Hæc resolutio traditur à Felic. in d. lib. 1. c. 7. n. 17. per totum, quam ego suo loco in cap. de fideiussoribus censuum, quia altiori indiget explicatione, altiùs examinabo. Vnde cùm de censu consignatiuo perpetuo & redimibili actũ sit, de iustitia consignatiui ad vitam in capite sequenti agendum est.

## DE IVSTITIA CENsus consignatiui redimibilis ad vitam. Caput XX.

### SVMMARIVM.

*Census redimibilis ad vitam an & quando validus sit ad vnam, vel plurimorum vitas constitutus. n. 1. vsque ad finem.*

*Incertitudo vitæ iustificat contractum census ad vitam, & quomodò hoc intelligatur. nu. 2. vsq; ad fin.*

*Alimenta, & ius alimẽtorũ an vendi possint, & venditio iusta sit propter incertitudinem contractus. n. 3.*

*Census ad vitam plurimorum quando & quomodò creari*

*creari posit, & intellectus ad leges Regias traditur n.6. vsque ad finem.*

## CAPVT. XX.

1 NATVRAM & iustitiam census consignatiui in genere & in specie explicuimus in capitibus præcedentibus; vnde in præsenti de natura & iustitia consignatiui redimibilis ad vitam agendum est. Et primò circàm naturam breuiter notatur, quòd in eius contractu, sicut in reliquis consignatiuis vera emptio & venditio formatur iuris percipiendi pensionem annuam ex fructibus rei censualis, secundum ea, quæ late dicta sunt in capitibus præcedentibus; circa iustitiam verò, à qua tota hæc nostra disceptatio pendet, videbatur dicendum, quòd hi census redimibiles ad vitam iniusti omnino sint ex sequentibus fundamentis. Primò, pro hac parte considerat Felicianus quinque fundamenta in hunc modum; dicit enim lib.1.de censib.c.7.num.19.in princ.quòd ille contractus, quo agitur, vt mutuet vnus alteri centum ad vndecim annos, ita vt debitor vltra sortem quidquam recipiat, vsurarius est; sed in censu ad vitam existimat illud contingere: ergo is contractus iniustus est. Secundò, sic statim ipse argumentatur; Qui expectat aliquid vltra sortem, vsurarum committit; sed qui hunc censum emet, lucrum vltra sortem sperat: ergo. Tertiò sic insurgit; Fideles suam in Deo debent habere confidentiam; sed census ad vitam procedit ex diffidentia Dei; quia emitur, vt securam emens agat vitam, & securum victum habeat: ergo. Quarto subdit; Dispositio, ex qua nascitur votum captandæ mortis, iniustissima est; sed in censu ad vitam datur in emptore: ergo. Quintò, & finaliter sic argumentatur; vbi venditor non habet arbitrium extinguendi censum, creatio eius non tenet, sed censuarius ad vitam non potest redimere censum: ergo. Quibus quinque argumentis propositis, contrariam denique tenet sententiam, vt infrà dicam; & vlta eum sexto facit pro hac sententia, quòd si talis cõtractus permitteretur, vsuris aperiretur via, & potius homines prædictos census emerent quàm pecunias in prædiorum emptionẽ erogarent. Ex quo fraudem plures deduxerunt. l. cùm ij. §. vult igitur.ff. de transact.l. omnes.§.lucius.ff.de his qui in fraudem creditorum.Bart.in l.post contractum.in 1.præsumpt.ff.de donat.Alex.consil.55.nu.7.& 8. vol.1.& sic nominatur argumentatur Brunolo à Sole in quæstionibus legalibus q.1.n.8.vnde septimò, & in specie, q̃ prædicti cõtractus censuales ad vitã iniusti sint, probant Henric. de Gandabo Theologus antiquus quodl 1.q. 39. & quodlib.2. q. 15. Riminald.& Gofred. in summa de vsuris.Panorm.in disp.5.n.9. de quo egerunt Oldrald.cons.106.Cuman.cõs. 181.Rodulph.de vsur.2.p.q.11.& q.15.& 28.

2 Sed his omnibus parum obstantibus, iustitia huius contractus notissima est, & ex sequẽtibus suadetur. Primo consideratur natura eius contractus, quæ emptionis & venditionis est, vt suprà diximus, ex qua iustitia descendat, cùm & emptio & venditio etiã ad vitam regulariter iusta sit. Secundò & principaliter consideratur in eo tractatu incertitudo vitę emptoris cẽsus, ex qua producitur æqualitas lucri & cõmodi contrahentiũ: quæ quidem æqualitas, atq; incertitudinis, dubijque euentus periculiq; lucri, consideratio efficiet licitũ cõtractũ, quamuis aliàs de se licitus nõ esset, & quòd in eo contractu detur incertitudo, atq; dubius euentus, præterquã quod notissimum est, & omnes infrà referendi aduertunt, probat nominatim text. singularis in l. sancimus 34.§.fin. C. de donat. ibi; *Incertus enim fortunæ exitus hoc nobis suggessit, vt possibile sit vnius tantùm anni, vel breuioris, vel amplioris temporis metas superuiuere.* Text.etiam notandus in l.senatus 35.§. mortis causa. ff. de donat. caus. mort. ibi: *Terra, marique tam pacè, quàm bello, tam domi, quàm militiæ, multisque generibus mortis periculum metui potest:* & quòd ex ea incertitudine vitæ, atque dubio, & reciproco euentu iustificetur omnis contractus, maximè accedente lucri, vel damni incertitudine, probat etiam text. in l.si à lege.C.de vsuris, ibi, *Propter incertum fructuum euentum,* vbi gloss. verb. *Non possunt,* id comprobat.Probatur etiam ex decis. text. in l.fideicommis.C.de transact.vbi in reciproca remissione æqualis speciei propter incertitudinem vitæ nullus in iure fideicommissi lesus intelligitur, neque senex, neque iuuenis; cuius decisionem in incertitudine vitæ designauerunt Doctores in l.qui Romę.§.duo fratres, vbi Ripa.n.19.de verb.oblig.Alex. cõs. 100.n.11.vol.7.Decius cons. 79. in 2.dubio, Gabr.cons.24.num.2.Bursat.cons.12.nu.44. & 45.Simon de Pretis consil.137.numer.127 Mascard.de fideicomm.quæst.59.in fine.Anton.Gabr.lib.4.commun.opin.titul.de fideicomm.concl.1.num. 28.versic. *Secundo limitã,* facit etiam text. in l.si pater puellæ. C. de inofficiosis.test.vbi notant omnes per illum text. quòd propter fideicommissum inuicẽ inter filios relictũ, neuter filiorum videtur grauatus;

quia omnes videntur in pari spe, ac incertitudine fundari, & quòd ideò non habet locum querella inoffic. testam. Facit etiam text. in l. ambiguitatem 12.6. cũ enim.l.de vsufructu.l.si iactũ retis.12.ff.de contrah.empt.l. si ea lege 17.l.oleo 23.C.de vsufructu, ex quibus,imò & ex vnoquoq; sumi poterat fortissimum fundamentum.

3 Hinc etiam videmus receptum esse, quòd accepta certa quantitate pecuniæ ius alimentorum propter incertitudinem vitæ emi, seu vendi potest, vt post plures resoluit Pinel. in l.2.C.de rescind.vendit.3.p.c.4.numer. 31. Et commoditatem vsusfructus maioratus vẽ di iustè posse constat ex resolutione Molinæ de Hispan.primog.libr.1.cap.19. numer.42. Hinc etiam iustificantur contractus assecurationis nauium, de quo latè dicendum erit in c. sequenti. Fundantur etiam in ea incertitudine venditiones temporales, quarũ meminit.l. fin.vbi glos.verb. *Contractus*, C.de legatis,& latè per Tiraq.de retract.Lignag.§.1.glos.14 num.88.

4 Et deniq; hanc sententiam, quòd contractus census ad vitam iustissimi sint, probat Oldrald. Doctor antiquus, & summæ autoritatis consi.207.Bald.consi.192.lib.5.& cons. 410.lib.1.Cuman.consil.181.Roman.consil. 302.& iterum Bald.consil.154.lib.2.Panorm. q.5.incipit, Augerius, Boer.decis.44.numer. 37.Caualin.de vsur.quæst.22.num.472.Soto de iust.& iure, lib.6.q.5.art.2.Couar.lib.3. variar.c.7.num.3.& c.9.ex n.7.Ioan Lup. de vsur.comment.3.§.4.n.69.& 97.Ignat.Lasart e de decima vendit.c.10.ex n. 38. cum alijs, & latissimè id comprobat Brunoro à Sole in quæst.legalibus.q.1.per totam, maximè ex num.4.vsq; ad finem, vbi eleganter id comprobat,& notanter Andr.Gaill.libr.3.obseruat.pract.obseru.8.per totam, fol.mihi 128. & alios referens Felician.lib.1.de censib.cap. 7.numer.19.vers. Quo circa, ibi nonnulla pro hac parte fundamenta refert. Denique potest hic cadere vsura, si sequentia considerentur. Primum, quòd fors nunquam restituatur. Couar.libr.3.cap.7.numer.3. Medina in instit.confes.libr.1.§.26.pag.2. Surd. de aliment.tit.9.quæst.11.numer.2.& 19.Gutierr. cap.39.canonic.quæst.numer.64. Secundò, quòd fiat cum ætatis consideratione habita ad verisimilitudinem breuioris vitæ, Ancharra. in disput.antiq.Abbas in disp.Auger. Tertiò ad precij quantitatem, & numerum personarum, secundum leges Regias. Quartò poterit per coniecturas reddi hic contractus vsurarius.Decius consil.123.Couar.libr.3.cap.3. n.3.Et an is census possit esse personalis, dicendum erit suo loco,& vide Felician. 2.pãr. de censib.lib.1.cap.8.numer.5. fol. 42.vsque ad 45.

5 Qua sententia firmiter retenta, non obstãt fundamenta in contrarium adducta;& ad primum respondet ipse Felician.in d. cap.7.nu. 19.vers. *Neque obstant argumenta*, quod de forma eius conuentionis, ex quâ antea ad censum ipse argumentatus fuit, longè distat à censu ad vitam, & differentias euidenter demonstrat vnde cùm casus dissimiles sint, tenet argumentum procedere non posse, & in effectu, atque substantia benè respondet; eiusque satisfactio confirmatur ex his, quæ diximus in cap.præcedenti.numer.16. Ego tamen considero, quòd quamuis satisfactio Feliciani in se vera sit, est tamen omninó contraria resolutioni, quam antea tradiderat in eod.cap.7.numer.18.per totum: quod patet,quia in dict.numer.18.resoluit non esse licitum emere censum, dando quatuor decim, vt in annos quindecim vnum annuatim soluatur,& statim numer.19.in princ. argumentatur ex simili exemplo contra iustitiam census ad vitam,& denique statim in vers. *Neque obstant*, respondet ad illud argumentum: ergo in satisfactione, & responsione ad argumentum præsupponit contrarium eius, quod antea numer.18.tenuerat. Quomodocunque igitur sit, argumentum primum debile quidem est. Ad secundum argumentum respondet ipse Felician. quòd sperare lucrum vltra sortem, absolutè & genericè non est malum, sed solum, quando lucrum speratur ex vi mutui,& quòd inde quidquid in censu videatur receptum vltra sortem, recipi potest, vt quia is contractus censualis sit vera emptio & venditio, vt sæpè dictum est. Cuius satisfactio & mihi placet, & argumentum non indigebat satisfactione. Ad tertium respondet ipse Felician.eius argumenti collectionem vitiosam esse, in quo quidem verum dixit, quia alias nulla acquisitio lucri fuisset iusta; absurdum equidem magnum; quia curare de secundis causis non est deficere de prima, cùm secundæ desiderentur sub præsidio primæ, vt Felician.fatetur,& comprobat; quare illud facile argumentum, atque vt ipse fatetur, vitiosè deductum, facillimè extinctum est. Ad quartum argumentum, quod aliquantulum vrgere videtur, respondet ipse Felician. quòd in censu ad vitam non datur occasio captandæ mortis, quod suadet ex eo, quia actus tunc reprobatur, quando ex natura sua,& de per se inducit occasionem mortis captandæ, non verò quãdo per accidens, & inde infert, quòd licèt ex contractu census ad vitam vendens cẽsum

possit

posſit desiderare accidentaliter mortem emptoris, illud accidens non arguit vsurarium cõtractum. Quod exemplificat in petente vsuras à non parato, vt non peccet mortaliter, quia non ex eo quòd petijt, tribuit illi occasionem peccandi: & denique fatetur illud audiuisse à Doctore doctisimo Sahagum præceptore eius; & cum hoc contentus resident. Ego tamen cõsidero, quòd vera satisfactio ad argumentum propriùs deducitur ex decisionibus, quæ prohibent dispositionem inducentem votum captandæ mortis, nempe ex l. fin. cum vulgat. dicit enim text. quòd pactum de hæreditate viuentis non valet, nisi dominus consentiat; ergo consentiente validum est: sic in præbenda vacatura, atque in ceteris omnibus, in quibus pactum, non consentiente eo, de cuius vocatione, vel morte agitur, non tenet, consentiente tamẽ valet, vt sic in effectu ex partiũ conuentione commoditates viuentium, & vendi, & redimi pro ipsorum vita legitimè posſint, cesſetque ex consensu vtriusque captandæ mortis occasio, & occasionis prohibitio, cùm à principio censum creando actum iustum agerent, qui propter incertitudinem vitæ, atque dubium euentum damni & lucri & iustificatur, & sustinetur. Cùm igitur in censu ad vitam id contingat, non est habenda consideratio ad occasionem captandæ mortis, quæ perfecto iam contractu ex partium conuentione euidenter nascitur. Ad quintum argumentum respondet ipse Felician. in d. c. 7. ad fin. quòd facultas redimendi censum dumtaxat locum habet in censu redimibili, non verò in alia forma census, sentiens, vt in argumento proposuerat, quòd in censu ad vitã ea facultas non datur. Cuius satisfactio non concludit, neque sustineri potest, vt quia sit contra iustitiam, atque naturam census ad vitam, quod redimi non posſit; cum enim sit verè census consignatiuus, atque in eo formetur vera emptio & venditio iures percipiendi pensionem annuam, sicut in ceteris consignatiuis, fatendum est, quòd in eius creatione soluenda sunt omnia, quæ formaliter requiruntur in censu consignatiuo in genere, & consequenter facultas redimendi: sic enim regulariter videmus, quòd similes census ad vitam & redimuntur, & redimi valent, & pactum de redimendo ad libitum venditores semper adijcitur, nisi forsan ex partium conuencione, accedente iustitia pretij absque pacto redimendi constituti sint; quod fieri potest sicut in alijs consignatiuis, qui non ad vitam creantur, qui quidem & redimibiles & perpetui formari possunt. Non etiam obstat sextum argumentum, quia eadem ratio militat, idemque datur inconueniens in ceteris omnibus censuum speciebus; & tamen iustissimè creantur, atque sustinentur ex rationibus, quas circa iustitiam creationis cuiuslibet nominatim tradidimus.

6 Eam tamen resolutionem verisimam ampliabis, vt de iuris rigore census hi ad vitam constituti non solum ad vnius vitam, sed ad plurimorum formari posſint, dummodò pretium legitimum accedat, quia si vnius vitæ incertitudo iustificat contractum, à fortiori plurimarũ incertitudine iustificatur: qua ratione hanc sententiam tenuit Bald. consil. 292. volum. 5. incipit, *Quia ex facto ius oritur*, & post Molinæum resoluit Andr. Gaill. lib. 2. obseru. pract. obseru. 8. fol. mihi 228. num. 5. vsque ad finem. Sed hæc ampliatio hodie correcta reperitur per text. in l. 8. tit. 1. 15. libr. 5. nouæ Recopil. quæ habetur in quaterno legum Regni, quæ additæ fuerunt Recopilationi fol. mihi 20. & fuit pragmatica in Curia Regia condita à nostro Christianissimo Rege Philippo II. Hispaniarum anno 83. dicit enim lex; *Ordenamos y mandamos, que de aqui adelante no se puedan otorgar ni fundar censos de por vida por dos ni por tres, ni por mas vidas, sino que se puedan tomar y constituir por sola vna vida, y no por dos ni por mas vidas*. Quæ quidem lex enixam habet voluntatem excludendi census ad plurimorum vitas constitutos, dum sæpe repetit, *y no por dos ni por mas vidas*; cuius legis veram rationem dubitandi ac decidendi, nullus quem legerim, designauit, & ex eo incognita videtur, quia omnia, quibus conditores dictæ l. moti fuerunt, quæ referuntur in præfactione dictæ pragmaticæ, à qua desumpta fuit, generalia sunt, & ad omnem cẽsus consignatiui speciem propriè adaptantur; mouentur enim conditores illius legis ad eam condendam ex modicitate pretij, ex simulatione contrahentium, ex traditione sortis non in pecunia numerata, sed in alijs rerum speciebus facienda; ex quibus iustam esse legem illam existimauerunt, & maiori ratione in censu ad plurimorum vita constituto, dum dicunt in præfactione: *Tanto mas auiendose otorgado no pocos dellos no solo por vna vida, sino por dos, y por mas*: ergo cùm ratio condendi legem non sit peculiaris respectu census ad vitam plurimorum, sed propriè etiam procedat in qualibet cẽsus specie, quæ sit vera & peculiaris nostræ decisionis, quærendum est; & ratio dubitãdi, ex qua prædicta l. 8. impugnari videtur ea

considerari potest; quia cùm census ad vitam vnius iustificetur ex incertitudine vitæ, futuroque, & dubio euentu, ex quo cæteri omnes contractus etiam aliàs suspecti, imò & illiciti iustificantur, & sustinentur, nulla ratio considerari poterat, cur ea incertitudo accedente legitimo pretio, censum ad vitam plurimorum non iustificaret, pro ratione verò decidendi è conuerso pensitatur, quòd cùm pretium census ad vitam vnius sit ad rationem septem pro milliario, vt dict. l. 8. probat, difficilimum erat assignare legitimum, & legale census ad vitam duorum, vel plurimorum; quia si assignaretur ad rationem octo pro milliario, vt antea vsitatum erat, modicitas pretij pugnabat, cùm secunda vita pro vno tantùm milliario emeretur; & quamuis ambæ vitæ vno tempore currerent, & inde quasi pro vna vita quodammodò considerentur, vt etiam pretium minimum assignari possit, adhuc tamen vrgebat modicitas pretij secundæ vitæ, quæ quidem modicitas quamuis posset excusari emendo censum ad vitam duorum, maiori pretio, nempe ad 12. vel 14. nunquam tamen excusaretur, quia nunquam emptores reperirentur, qui cùm possent emere census redimibiles, & sine periculo vitæ ad rationem 14. pro vno, eos emere vellent ad vitam duorum, vel plurimorum, atque fere eodem pretio: quis enim valens emere censum ad rationem 14. pro vno, secura manente sorte, emeret eum eodem fere pretio cum periculo sortis, & incertitudine vitæ? Nullus vnquam, qui fatuus non esset, reperiri posset: hæc enim inconuenientia, quæ non videbantur excusari, quamuis secunda vita emeretur iusto pretio, cùm deficeret commercium ex illo bonæ gubernationis medio, excusantur, quando census pro vnica tantùm vita formaretur, vt quia sic creato, & constituto, & pretium vnius vitæ iustum resultet, & incertitudo censum iustificaret, & simul absurda, atque dubitationes, quæ creando censum pro vita plurimorum nascebantur, cessarent. Hæc enim fuerunt, quæ meo iudicio mouere legislatorem potuerunt in dict. l. 8. ad reprobandos census ad plurimorum vitas constitutos. Secundò, & principaliter, atque à fortiori census ad vitam iustificatur, accedente, vt accedit totius Regni vniuersa consuetudine creandi similes census, vt resoluit Oldrald. consil. 207. arg. l. si in emptione. §. 1. l. 1. §. si constat. ff. communia prædiorum, & nominatim aduertit Brunor. à Sole dict. quæst. 1. numer. 11. Andr. Gail. libr. 2. pract. obseru. obseruat. 8. numer. 5. vbi refert. l. si fundus. ff. de euictionibus quam benè interpretatur, & Couarr. libr. 3. variar. capit. 7. numer. 3. Quæ quidem resolutio, nempe vt census ad vitam iustus sit, regulariter verá est, potest enim contra regulam deduci in iustitia ex quam plurimis præsumptionibus simulationis contractus, quæ in cap. de simulatione contractus censualis referendæ erunt, & tradit nominatim in censu ad vitam Brunor. à Sole in dict. quæst. 1. numer. 11. per totum: vnde cùm de iustitia census ad vitam egerimus, dubitandum se offert, an ea incertitudo vitæ, ex qua iustificatur contractus, possit aliquo modo assecurari, quòd in sequenti examinandum erit.

## AN INCERTITVDO VItæ, ex qua iustificatur census ad vitam, possit aliquo modo assecurari. Cap. XXI.

## SVMMARIVM.

*Assecuratio periculi census ad vitam an & quando pro pecunia fieri possit, & in se quis periculum pro pretio assumere. n. 1. & an fideiussor pro pecunia possit fideiuuere. n. 2.*

*Quod valeat pactum assecurandi naues, vbi quid si assecuratio fiat cum tertio. n. 3.*

*Assecuratio vitæ, ex qua iustificatur census ad vitam, an possit pro pecunia fieri cum ipso census venditore in continenti, vel ex interuallo, & intellectus ad text. in cap. fin. de vsur. n. 5. vsq; ad finem n. 4. & n. 5. cum alijs.*

*An sit vsura, aliquid recipere propter assecurationem periculi, & intellectus ad text. in cap. per vestras de donat. inter. n. 8.*

*Contractus, qui fieri potest cum pluribus, an possit fieri cum vno, & licitus sit. n. 5. & 9.*

*Vsura datur in mutuo, atque in alijs contractibus, & intellectus ad text. in c. fin. de vsuris, quòd procedat in mutuo, sed licèt in se verus sit, reprobatur. n. 11.*

*Traditur alius intellectus, & reprobatur. numer. 12.*

*Traditur alius, & reprobatur. n. 13.*

*Assecuratio in continenti, vel ex interuallo, quando sit valida. & ratio differentiæ inter eas assecurationes, atq; nouus intellectus ad text. in cap. fin. de vsur. traditur. n. 14.*

Caput

## CAPVT. XXI.

1 IN capite præcedenti defendimus, contractus census ad vitam ex ipsius vitæ in certitudine iustificari, sed quia sæpissimè contingit, vitam eius, prò qua census constituitur, ex partium conuentione pretio etiam assecurari, in præsenti agendum est, an huiusmodi assecuratio valida sit inter contrahentes, vel cum tertio, qui non contraxit. Ad cuius dubitationis veram cognitionem, sequentes distinctionis casus proponendi, ac decidendi sunt.

Primus, quando assecuratio fit cum tertio, qui non contraxit in continenti cum celebratione contractus censualis, vel ex interuallo, creato, & constituto censu, vt quia tertius pro certa quantitate pecuniæ vitam eius aliquo tempore assecurauit, pro qua census constitutus fuit: & in hac specie validam esse assecurationem constat, cùm possit vnusquisque paciscendo periculum subire, & in se libenter assumere. l. opus quod auersione 36. ff. locati, & quod notatur in l. cùm proponas. C. de nautico fœnore, & magis in specie in l. decem. ff. de nautico fœnore, & magis in specie in l. decem. ff. de verb. oblig. vbi assecuratio stipulari potest; & hoc quia assecuratio, vel susceptio periculi ex sua propria natura non efficit contractum illicitum. l. in naui Saupheli. ff. locati. l. iuris gentium. §. item si quis pactum. ff. de pactis. l. & Arilton. ff. mandati. l. si in venditione. ff. de peric. & commodo rei venditæ: ergo cum tertio, qui non contraxit, assecuratio fieri potest.

2 Et ita fideiussor potest accipere pecuniam pro actu fideiussionis, ex eo quod in se periculum obligationis suscepit. l. si non remunerandi. §. Maurus. ff. mandati, & resoluunt Laurent. Rodulph. in c. consuluit de vsur. quæst. 3. Philipp. Dec. consil. 3. num. 1. Palac. Rub. in cap. per vestras de donat. inter virum. 6. notabili. §. 9. nu. 11. & referens Caiet. & Soto, & alios Couarr. lib. 3. variar. cap. 2. nume. 6. & post Medin. Conrad. Nauar. & alios, Ioan. Lup. de vsur. comment. 3. §. 1. numer. 19. & 20.

3 Hinc etiam videmus, quòd valent pacta assecurandi naues propter incertitudinem periculi, dubiumque nauigationis euentum. l. in naui Saupheli. ff. locati. l. periculi. ff. de nautico fœnore, & tradunt latè Palac. Rub. suprà n. 5. Coua. n. 5. Menes. in l. 2. ti. 25. C. de rescind. vēdit. & post plures Ioan. Lup. suprà n. 17. & 18. Vnde mirum non est, si assecuratio eius vitæ, pro qua census constituitur, cùm tertio facta valida sit, cum ex in certitudine, ex qua census ad vitam sustinetur, eadem assecuratio legitimo pretio accedente iustificetur. Et hic primus casus, quando assecuratio in continenti, vel ex interuallo, cum tertio, qui non concurrit, fit, notissimus est, & eum comprobat Rodericus de annuis reddit. lib. 3. quæst. 5. numer. 64. vbi numer. 65. & 66. limitat, quando conuentio fit inter duos extraneos, quia in eo casu reincidit conuentio in aliam vanæ sponsionis speciem, cui accedat doctrina Pauli per eundem Rodericum. dict. quæstion. 5. numer. 54.

4 Secundus casus, & in quo tota difficultas consistit, est, quando assecuratio fit non à tertio, qui non contraxit, sed ab ipso census venditore, qui recepta certa quantitate pecuniæ pro assecuratione vitæ vltra pretium census vitam emptoris assecurauit pro aliquibus certis annis; & in hac specie videbatur dicendū, quòd hoc assecurationis pactum contineat in iustitiam, & vsurarium prauitatem.

5 Primò, ex eo quòd in duobus contractibus incontinenti, vel ex interuallo, ex vna causa, ab vnaque persona confectis, longè maior suspicio fraudis versatur, quàm ex vnico tantùm, ex l. si sub imagine. C. de distract. pigno. & ex his, quæ per eam l. adducit eleganter Sarmiento lib. 7. Select. interpret. cap. 1. num. 9. versic. *Verum tamen est*; ergo quamuis assecuratio cum tertio valida sit, ex his, quæ suprà diximus; inter ipsos tamen contrahentes in vno, eodemque contractu, & in continenti, suspecta erit. Secundò facit, quòd emptor census, qui vitam eius cum venditore assecurauit, & in effectu & substantia tollit ab eo cōtractu incertitudinem vitæ, ex qua contractus iustificatur, & certus efficitur pro tempore assecurationis de lucro sortis, vt ad sensum patet: ergo recipiens propter incertitudinem lucri aliquid vltra sortem, vsuram committit assecurando.

6 Tertiò, hæc sententia expressè probatur ex Pontificio responso Gregorij IX. in cap. fin. de vsuris, cuius verba sunt hæc; *Nauiganti, & eunti ad nundinas certam mutuans pecuniæ quantitatem, eo quòd susceperit in se periculum, recepturus aliquid vltra sortem, vsurarius est censendus*: ergo assecuratio vsuram sapit. Quem text. ad impugnationem eius assecurationis ponderauit Sarmiento in d. libr. 7. Select. interpret. c. 1. n. 10.

7 Contrariam tamen sententiam ex eo tenendam esse videtur, quòd si pactum illud assecurationis cum tertio fieri potest, ignoro cur non & cum ipso contrahente principali, scilicet cum venditore census, dando eidem emptor

ptor pro assecurationis periculo vitâ certam quantitatem pecuniæ vltra sortem creationis census, cùm nihil amplius commoditatis emptor consequatur ex assecuratione venditores census, quam extranei. Rursus, si contractus principalis creationis census ab incertitudine vitæ pendet, accedente legitimo pretio iustificabitur, cùm posset emptor viuere plus temporis, quàm in assecuratione continetur; & inde venditor quantitatem, pro qua vitam emptoris assecurauit, vltra sortem census consequi, ex qua liceri venditoris spe, quæ ab incertitudine vitæ emptoris pendet, è conuerso venditor sentire debet incommodum, si fortè ante temporis assecurationes emptor moriatur. Quæ resolutio in effectu deducitur ex traditis à Bald. in l. 1. colu. 4. C. de summ. Trinit. Syluest. in verb. *Vsura*, 1. §. 35. Cõrad. de contract. quæst. 39. col. 1. Caualin. de vsur. quæst. 3. Couar. post alios lib. 3. variar. cap. 2. num. 5. versic. *si pactum*, Nauar. in Man. cap. 17 numer. 254. & eam sententiam videtur sequi Parien sienses, quos refert Couar. lib. 3. variar. cap. 3. numer. 4. versic. *Quod probatur*. In hoc enim casu non præstatur vsura propter officium mutuantis, neque propter nudum vsum pecuniæ, neque propter interusurium temporis, sed propter periculum ab emptore susceptum, quod pecunia assecurari potest: ergo valet assecuratio; quia quando aliquid præstatur vltra sortem, non propter mutuationem, vel dilationem, sed propter aliam iustam causam, ex qua resultat, Facio, vt des, vel do, vel trado, vt des, videlicet propter susceptum periculum, non est vsura, ex Bald. in l. 1. C. de summa Trinit. & post alios Theologos & Iuristas Roderic. de ann. reddit. l. 3. q. 5. num. 52. ad fin.

8 Secundò pondero text. in cap. pẽ vestras de donat. inter vir & vxor. vbi in solito lucrari, vel in eo, qui à communiter accidentibus cum pecunia lucratur, constituitur quod potest habere lucrum ex pecunia apud mercatorem deposita, etiamsi mercator cautionẽ præstiterit de capitali integrè restituendo, & simul de certa pecunia lucri danda; per quem text. id ipsum tenuerunt Hostiens. & Ioann. Andr. ibi, verb. *Committi*, & ipse Hostiens. in summ. titul. de vsuris col. 5. §. an aliquo casu, Raphael Cuman. & Bald. in l. cum duobus. §. in cohærenda. ff. pro socio, Nauar. in Manual. cap. 7. numer. 256. qui omnes, quuando lucri cautio offertur, loquuntur: ergo & hæc nostra sententia receptior est, quæ quidem euidentius probatur ex his, quæ in satisfactionibus ad argumenta contraria dicenda erunt.

9 Et primò retentâ hâc sententiâ, prõ quâ semel iudicatum vidi in Regia Pinciana Chãcellaria, respondetur ad primum argumentũ, non solum regulariter non procedere, sed potiùs è conuerso regulam esse iuris, qua constituitur, quòd contractus, qui fieri potest cum pluribus, fieri etiam poterit cum vno, deducta ex l. singularia. ff. si certum petatur, ibi; *Quod igitur in duabus personis recipitur, hoc in eadem persona recipiendum est*: & quamuis ab Vlpiano illius legis autore videatur dissentire African. in l. qui negotia. ff. mandati, vt aduertit Cuiac. vir doctissimus lib. 8. obseru. cap. 8. id tamen non obstat contra regulã dictæ legis, Singularia, vt post Nauar. in Manu. cap. 17. num. 255. & in materia vsurarum in c. 1. 14. quæst. 3. resoluit & benè Sarmient. lib. 7. Select. cap. 1. num. 8. versic. *Quòd si hoc licet cum duobus*, sentiunt enim omnes suprà dicti, & est receptissima sententia, quòd secluſa fraudis suspitione ex eo solo, quòd duo contractus ex vna causa, & ab vna persona celebrantur, non nascitur simulatio, neque fraudis suspitio.

10 Ad secundundum argumentm respondetur, quòd quamuis emptor assecurando pro certo tempore, & pro iusto pretio vitam ipsius, cum census venditione certificetur de lucro sortis, hæc certificatio non prouenit ex contractu censns, qui ex facultate redimendi incertitudinem lucri debet continere, sed ex contractu assecurationis, qui contractus diuersus est; ideò est assecuratione lucri, quæ nascitur in secundo assecurationis contractu, non redditus iniustus alter distinctus creationis census, cúm vterque legimo pretio accedente contrahatur, sed & census creatio valebit, & assecuratio sustinebitur, ex his, quæ de assecurationis iustitia etiam quando assecuratio inter contrahentes facta est, suprà diximus.

Ad tertium, & principale fundamentum
11 contrarium deductum ex cap. fin. de vsuris, multipliciter intelligendo textum illum, respondetur; & ad nostram materiam censualem omnes illius text. interpretationes & intellectus adaptabimus. Primò enim modo potest intelligi text. ille, vt loquatur in mutuo, vt probant verba, ibi; *Certam mutuans pecuniæ quantitatem*, qua ratione mirum non est, si assecuratio, de qua ibi, vsuraria iudicetur: cũ enim in mutuo formaliter detur vsura, in alijs verò contractibus regulariter non, Luc. cap. 6. Matth. cap. 5. dicentium, *Mutuus dantes, nihil inde sperantes*, cap. in ciuitate. cap. consuluit de vsuris; quæ regula, vt vsura formalis detur in mutuo, & non in alijs contractibus,

deducitur

deducitur à gloſſa communiter recepta in cā. cōqueſtus de vſuris, quam ſequuntur Abb. in rubr. de vſuris, & in cap. fin. eod. titul. Deci conſil. 119. num. 5. Socin. conſil. 88. numer. 9. vol. 2. Socin. Iun. conſil. 66. num. 4. & conſil. 27. nume. 8. vol. 4. Beroius in rubr. de vſuris. numer. 37. & 45. Soto de iuſtit. & iur. lib. 6. quæſt. 1. art. 1. Ex quo cùm in cenſus creatione non formetur mutuum, ſed vera emptio & venditio iuris percipiendi penſionem cenſualem, vt ſæpè dictum eſt, videtur, quod nulla in eo contractu committatur vſura, ex aſſecuratione vitæ facta, ad inſtar eius, cuius fit mentio in d. c. fin. & ita quòd ratione ſuſcepti periculi, & aſſecurationis eius in terminis d. c. fin. non committatur vſura, niſi in contractu mutui, poſt Dec. conſil. 123. col. 2. & Crauet. cōſil. 145. num. 5. tenet Ioan. Lup. de vſur. in comment. 3. §. 1. num. 22. ideò ad noſtrum caſum nihil facit d. cap. fin. Iſte tamen intellectus ad eum text. quamuis in ſe veriſimus ſit, cùm expreſſè in mutuo loquatur, nō tamen excludit, quin in creatione cenſus ad vitam, etſi formetur emptio & venditio reperiri poſsit vſura, cùm certum ſit multoties cōmitti, licèt non formalis, & directa, indirecta tamen, & effectiua ex fraude & ſimulatione contrahentium, quæ in emptione reperiri poteſt, & ita in emptione & venditione implicitam mutuum dari dixerunt Beroi. cōſil. 168. num. 12. & 16. lib. 1. Federic. de Sen. conſ. fin. num. 2. Iacob. Menoch. conſil. 109. nu. 28. & 29. lib. 2. ideò, & in emptione dari poteſt vſura, & text. in d. cap. fin. non benè noſtram aſſecurationem impugnat, cùm in mutuo loquatur, & vtrumque quòd intellectus ſuprà dictus verus ſit, & noſtræ aſſecurationi non aduerſetur, compatibile eſt.

Secundò, ad text. in d. cap. fin. reſpondēt Pariſienſes, quòd ibi propoſita fuit vani periculi ſuſceptio, vt ſub illo colore creditor, qui iuſtè de aliquo damno timere non poterat, certus eſſet de lucro ſortis, qua ratione mirandum non eſſe dicunt, ſi in eo text. conuentio vſuraria exiſtimetur, cum nulla veri periculi aſſecuratio, ſed vani, atque ſimulati interueniret, ſentientes, quòd ſi periculum vanum non eſſet, ſed veriſimile, aſſecuratio valida eſſet; ex quo ad noſtrum caſum aſſecurationis vitę emptoris cenſus rectè infertur, quod cum periculum vitæ non ſit fictum, neque ſimulatum, ſed certum, & veriſsimum, ex incertitudine aſſecuratio valuit, ex Pariſienſiū opinione. Sed hic intellectus literæ, neque veritati deciſionis illius text. conuenit, imò & mēti & verbis impugnatur: loquitur enim text. expreſſè in creditore, qui ſuſcepit in ſe periculum nauigationis; ideò de periculo vano, & velato, atque ſimulato intelligendus nō eſt, ſed de vero, aut veriſimili, cùm nauigātib⁹ plurima, & quaſi certa immineant pericula, ideò eum intellectum reprobat Couarr. lib. 3. variar. reſolut. capit. 2. numer. 5. Ioan. Lup. de vſur. commentar. 3. §. 1. in princip. numer. 13. Roder. lib. 3. de annuis reddit. cap. 5. num. 55. & 56.

12 Tertio modo intellegit illum text. Adrian. in tract. de vſuris ſuper 4 ſentent. c. occurrūt ad primum, vt reſponſum Pontifices procedat idibem, ex eo quòd pretium ſuſcepti periculi ſit iniuſtum, excedens iuſtum ipſius rei periculi valorem, credens Adrian. iuſtitiam, vel iniuſtitiam pretij aſſecurationem etiam in mutuo iuſtificare, vel iniuſtam reddere. Qui quidem intellectus ſi verus eſſet, ad noſtram aſſecurationem vitæ mentis cenſum poſſet adaptari, cùm in eius creatione, vt ſæpè dictū eſt, non contrahatur mutuum, ſed vera emptio & venditio formetur, atque conſequenter contractui de ſui natura licito aſſecuratio accedat, & pretij iuſtitia, vel iniuſtitia in eo prius conſideretur. Sed adhuc is intellectus Adriani ſuſtineri non poteſt: dicit enim text. *Recipiens aliquid vltra ſortem vſurarius eſt cenſendus*: ergo quidquid vltra ſortem reciperet, quantumcunque minimum eſſet, efficeret contractum vſurarium; & conſequenter non eſt habenda conſideratio ad quantitatē pretij periculi ſuſcepti, vt ex ea aſſecuratio iuſtificetur. Qua ratione intellectum Adriani impugnauit Couar. lib. variar. 3. c. 2. numer. 5. verſic. *Tertiò tamē*, Benedict. Stracha in tract. de aſſecurationib. in præfact. n. 27.

13 Vnde quartus, & nouus intellectus ad d. c. fin. eſt, quòd ibi aſſecuratio fuit facta ſimul cum ipſo contractu mutui, atque in continenti ante eius perfectionem, vt conſtat ex verbis text. ibi, *Mutuans certam pecuniæ quantitatem, eo quòd ſuſcepit in ſe periculum, recepturus aliquid vltra ſortem vſurarius eſt cenſendus*; verbum enim, *Mutuans*, iuncto ſequenti, ibi, *eo quòd ſuſcepit in ſe periculum*, manifeſtè probant, quòd in actu mutuandi pro periculi ſuſceptione ſuſcepit quid vltra ſortē, & ſic in continenti, atque ſimul, *Cum ipſo contractu mutui*; quo caſu cùm in continenti ex mutuo certum lucrum ſperetur ex aſſecuratione periculi, mirum non eſt, ſi vſura formalis committatur, ex illo *Mutuum dantes nihil inde ſperantes*, & in hac ſpecie etiam in contractu emptionis & venditionis cenſus ad vitam videtur dicendum, quod detur vſura, cùm in ipſo momento creationis cenſus certus ſit emptor de lucro ſortis, & ſic ab initio deficiat iuſtitia con-

tractus,

tractus, scilicet incertitudo, sicut quando ab initio ante perfectionem contractus emptionis subtrahitur materia, quia corrumperetur venditio, vt si vendo tibi rem pro centum, & antea quam perficiatur contractus, deducitur res ad pretium, puta centum & decem, vt illa tibi dem loco rei; quia tunc corrumperetur venditio, cùm vtrumque sit pretium, & abinitio contractus creationis deficiat materia. Ex quo eleganti intellectu infertur, quòd si assecuratio fiat ex interuallo tam in causa mutui, de qua in cap. fin. quàm in constitutione census ad vitam, non videretur vsuram formari ex assecurationis contractu, neque emptionis materia subtraheretur, aut corrumperetur venditio; quia simul perfecto contractu mutui, de quo in d.c. fin. vel creationis census ad vitam, liberè & iustè accedere poterit assecuratio absque corruptione materiæ, aut resolutione contractus, sicut emptione & venditione perfecta potest pecunia reduci in merce, & mers in pecuniam, vt in l. pretij causa. C. de rescin. vendit. vbi si emi à te rem centum aureis, & postea carens pecunia dem tibi in solutum rē ipsam, non corrumperetur materia neque venditio perfecta resolueretur; & sicut quando perfecta venditione pretium mihi remmittis. l. si tibi habitationem. ff. locati. l. 2. §. 1. ff. de contrah. empt. Quæ considerationes iuuantur, & fortificantur ex traditis per Sarmiento lib. 7. Select. interpret. cap. 1. nume. 10. 12. & 23. vsque ad 25. Secundum quem intellectū, & nouam considerationem restringitur resolutio suprà dicta de iustitia assecurationis cēsus ad vitam, vt si fiat cum venditore in continenti, atque simul cum contractu creationis census, valida non sit ex corruptione materiæ: sin verò ex interuallo perfecto iam contractu censuali fustineatur, & teneat, ea tamē differentia assecurandi in continenti, vel ex interuallo, licèt seuera sit, ex his, quę tradunt Couar. lib. 3. variar. cap. 2. num. 4. Sarmient. lib. 7. Select. c. 1. nume. 10. ad textum tamen non rectè adaptatur, vt quia assecuratio fieret ibi in continenti, dum dicit: *Eo quòd in se periculum susceperit*, & etiam in continēti facta, dummodò non foret petita, sed sponte data & recepta, non redderet contractum vsurarium, vt omnes tenent, ex Roderic. de ann. redditib. lib. 3. cap. 5. numer. 58. Vnde verus intellectus est ad eum text. quòd non solum ibi & mutuum, & assecuratio periculi in continenti, vnoque contextu, atque contractu interuenerunt, sed ita quod absque assecuratione periculi nō mutuaretur. Quo quidem casu mirum non est, si committatur vsura, cùm in mutuo lucrum certum ex assecuratione speretur, ob eamque incertitudinem assecuratio nis lucri principaliter mutuarum sit. Quod euidenter constat ex text. ibi, *Eo quòd in se periculum susceperit recepturus aliquid vltra sortē, vsurarius est censendus*. Ex quo vtiliter infertur, quòd si assecuratio in mutuo, vel in cēsu, non æqui principaliter accedat cum cōtractu mutui, vel creationis census, neque sit immediata causa eius, neque propter eam contractus principalis celebretur, sed tamen mutuāti, vel emptori census minus principaliter offeratur, atque recepta sit, ita quòd absque assecuratione & mutuans mutuaret, & emptor censum emeret, etiam accepta incōtinenti, vt quia contrahentes minus principaliter agerent de assecuratione mutui, non erit contractus vsurarius, sed in hac specie considerandi erunt duo cōtractus; vnus nominatus mutui, seu venditionis, census principaliter initus; & alter innominatus, assecurationis scilicet minus principaliter confectus, & sine quo alias principalis contraheretur, quorum alter ab altero non pendet, sed in effectu ratione & fine distant: ideò vterque iustus est, & ab omni suspicionis labe alienus: qui quidem discursus & intellectus ad text. in d. c. si in effectu, deducitur à Ioan. Maior. in 4. sent. dist. 15. q. 31. in fine, Syluester in verb. *Vsura*. quæst. 35. Caiet. in verb. *Vsura exterior*, versic. *Duodecimus casus*, Medina de restitut. cap. de vsuris in princip. & in vers. Inde, Dominic. Sot. lib. 6. de iust. & iur. quæst. 7. art. 1. Couar. libr. 3. variar. cap. 2. num. 5. & eleganter Petr. Santer. Lusitan. in tract. de assecurat. 1. p. per totam, maximè ex num. 10. quem sensum communē esse ex frequentiori Theologorum iudicio post Nauar. in Man. confess. 3. cap. 17. numer. 222. & post Couar. & alios testatur Ioā. Lup. de vsur. comment. 3. §. 1. n. 15.

14

Quorum sententia & resolutio confirmā-
15 tur ex eo, quòd quando minus principaliter assecuratio accipitur, apparet non habuisse contrahentes animum fænerandi, sed principaliter mutuandi, vel emendi censum, ideò quòd principaliter actum fuit; recipiendum est. l. si quid neque causam. ff. si cert. petat. c. ad quæstiones de rerum permut. l. qui exceptionem, vbi Salicet. ff. de condit. indebiti, ex quo lucrum secundario proueniens etiam in contractu mutui non efficere eum vsurarium resoluunt Corneus in l. si pascenda. C. de pactis, Nauarr. in cap. si fæneraueris numer. 19. quæst. 3. & sequentibus, & post Bernard. & Petr. Santerna resoluit Ioan. Lup. in d. comment. 3. §. 1. numer. 19. ad fin. quando enim actus non destinatur directe ad finem fraudā di legem, licèt incidenter ad eum finem deue

nerit,

nerit, non censetur prohibitus, neque factus in fraudẽ. l. cum ea quæ secundariò accidunt, venire non debent in considerationem, vt resoluunt Tiraq. de retract. lignag. in præfact. numer. 77. & in eodem tract. §. 30. gloss. 1. ex princip. & per totum, Aluar. Vaez de iur. emphyt. quæst. 17. numer. 15. versic. *Quæ verò*, ad med. Quia mutuans principaliter propter assecurationẽ periculi, aut emens censum propter spem lucri certi, quæ prouenit ex vitæ assecuratione, animum dirigit ad fænerandum; qui autem secundario securus existit, pro legitimo pretio perinde habetur, ac si non mutuaret, vel emeret propter spem lucri; ideò eius secundaria intentio lucrandi non efficit contractum vsurarium, vt notanter aduertũt gloss. 2. & Innocent. in cap. consuluit de vsuris, Caietan. de vsur. 3. tom. quæst. 3. nume. 4. & alij, quos suprà retulimus. Oculus igitur sinister, & spes secundaria dirigi potest circa aliquã remunerationem; & ita licet seruire Ecclesiæ, seu prælato cum spe minus principali, & secundaria obtinendi beneficium, per tex. in cap. si officio. 59. dist. cap. quid prodest. 61. dist. plurima enim sunt, quę quamuis non possunt esse fines principales & primarij alicuius actus, seu operis, possunt tamen esse minus principales & secundarij, vt in clerico, cui nõ licet dicere Missas, & diuina officia principaliter propter distributiones quotidianas, minus tamen principaliter. Sic gloss. singularis, & communiter recepta in capit. 1. de clericis non residentibus in 6. non item licet amare Deum principaliter propter aliud, quia est vltimus finis, & ideo propter se ipsum tantum amabilis est, vt post D. Thom. 2. 2. quæst. 27. art. 1. tradit Nauar. in cap. cùm minister num. 4. 24. quæst. 5. Neque consequenter licet ei seruire propter aliud principaliter, quia esset facere de vltimo fine medium; licet tamen amare Deum, & seruire ei secundario propter retributionem, iuxta illud Psalmi. *Inclinaui cor meum ad custodiendas iustificationes tuas propter retributionem*: ideò Concil. Tridentin. sess. 6. cap. 31. anathematizat eum, qui dixerit peccare iustum, qui Deum tuitu premij seruit: ergo omnibus suprà dictis apertiſs imè cõfirmatur distinctio illa, an quis principaliter mutuaret, vel emeret censum propter lucrũ assecurationis, vel minus principaliter & secũdario, ideò assecurationem recipiat, vt primo casu assecuratio nulla sit, secundo valeat.

16 Ad cuius decisionis integram cognitionẽ aduertẽdum est, quòd omnia suprà dicta procedunt, quando euidenter constiteret, an principaliter, vel secundario qui accepisset assecurationem, & an aliter fuisset mutuaturus, aut emeret censum vel non: sin verò hoc dubitaretur, cùm res sit de sua natura dubitabilis, quando in continenti, atque simul cum contractu principali assecuratio accipitur, quærendum est in hoc dubio, qua intentione, an principali, vel secundaria dicendum sit, assecurationem fuisse receptam, vt inde iustitia contractus cognoscatur; & eam difficultatem excitauit Corneus in l. si pascenda. C. de pact. vbi denique resoluit, mutuantẽ recepta assecuratione indubio debere iudicare vsurariũ, quem sequitur Benbenut. Araca, de assecuration. in præfactione numer. 32. cum alijs; sed contrarium verius est, eo quòd contractus nunquam indubio præsumitur vsurarius, ideò contra Corneum tenendum est, ex Bald. in l. rogasti, versic. *si tibi*. ff. si cert. petat. põderans ad id text. in d. cap. fin. sequitur Decius cons. 167. Cauet. consil. 84. num. 8. & consil. 145. num. 2. & consil. 156. num. 1. & alij, de quibus per Tiraq. de retract. conuent. in fin. numer. 127. & ita contra Corneum in specie nostræ dubitationis id comprobat, atque defendit ingeniosè Petr. Santern. Lusitan. in tract. de assecurat. 1. p. num. 23. Aym. Crauet. cons. 145. nume. 33. & melius Ioan. Lup. de vsuris. comment. 3. §. ex principio, maximè numer. 90. & 91. Vbi respondet ad fundamenta in cõtrariũ adducta: & hoc à fortiori procederet in assecuratione vitæ emptoris cẽsus ad vitam, cùm contractus censualis ex sua natura iustissimus sit, vt quia in eo formetur vera emptio & vẽditio iuris percipiendi pensionem annuam, longè distans à mutuo: qui emptionis contractus indubio semper iustus iudicatur; & consequenter iustus ad eum accedit assecuratio.

17 Ex quibus primò reijcitur intellectus Antonij, quem refert & reprobat Rodericus de ann. redditib. lib. 3. quæst. 5. numer. 57. vsque ad 59. & vltra Rodericum ex eo improbatur, quòd non sufficit, quòd debitor sponte, & non ratione mutui paciscatur cum creditore de suscipiendo periculo sortis pro iusta & certa mercede, si quidem sponte vsura neque præstetur, neque accipiatur; vera enim ratio d. cap. fin. fuit, non recipi aliquit vltra sortem in continenti propter spem lucri, neque principaliter propter assecurationem.

18 Reijcitur etiam intellectus eiusdem Roderici in d. quæst. 5. num. 60. vbi sequitur gloss. Hostiens. & alios dicentes, quòd si mutuatur nauiganti, vel eunti ad nundinas, etiam si periculum in se suscipiat, recipiens aliquid vltra sortem erit vsurarius censendus, ea ratione, quòd cùm vsuræ nautæ non dentur ratione mutui, neque propter vsum pecuniæ, aut propter

pter temporis interusurium, sed propter causam iustam periculi, quod est æstimabile, meritò Pontifex volens obuiare vsuris paliatis, in quibus prætextu vani periculi recipitur aliquid vltra sortem, declarauit contractũ illum vsurarium. Qui intellectus procedere non potest tàm ex verbis text. quam ex ratione; si enim non reciperetur aliquid vltra sortem, impossibile foret in eo textu committi vsuram. 14. quæst. 3. per totam. Nec verba, *Vsurarius est censendus*, fictè sunt intelligenda, sed verè, vt quia verbum, *Censeatur*, significet, id est, existimetur, & habeatur pro vsurario; ideò non recipiens aliquid vltra sortem, esset vsurarius, quod est impossibile. Rursus verba text. ibi: *Eo quòd in se periculum susceperit, receptu rus aliquid vltra sortem*, apertè probant, quòd principaliter in eo textu fuit aliquid receptũ vltra sortem propter assecurationem periculi: ergo is intellectus non procedit.

## AN IN DVBIO CENsus, emphyteosis, colonia perpetua vel locatio ad longum tempus præsumatur Caput XXII.

## SVMMARIVM.

*Quando indubio præsumatur census emphyteosis, colonia seu locatio ad longum tempus, latè explicatur, atque discutitur, & an emphyteosis indubio præsumatur. n. 1.*

*An pro substantia emphyteotici contractus requiratur scriptura, & an emphyteosis sine scriptura induci possit, quæ vocatur præsumpta. numer. 2.*

*Censualis contractus an præsumatur indubio vbi plures dicunt præsumi, vt euitetur pœna commissi. n. 3.*

*Colonia perpetua, seu locatio ad longum tempus, an præsumatur indubio. n. 4.*

*Contractus, cuius natura sit, probatur ex nomine, quod partes eidem contractui dederunt. num. 5. vel ex nomine, quod partes dederunt per confessionem repetitam in solutionibus præstationum, confitendo talem esse. nu. 6. vel ex verbis enuntiatiuis partium, vt quia causa soluendi exprimitur. n. 7.*

*Qualitas probari debet, probata substantia, ex sententia Philosophi. numer. 8. & natura, atque qualitas, & substantia contractus probatur ex quantitate pensionis & fructuum numer. 9.*

*Quòd emphyteosis probatur ex quantitate fructuum, & pensionis, & quòd pensio regulariter est minima, licèt possit esse magna. n. 10.*

*Consideratur differentia inter eos contractus numer. 11.*

*Substantia & essentia contractus multoties consideratur prius quàm nomen. nu. 12. 13. & 14.*

*Qualitas contractus debet probari per eum, qui se fundat in eadem qualitate vbi quòd quando deducitur factum cum qualitate, quę est fundamentum intentionis agentis, vtrumque debet probari, & factum, & qualitas. n. 16.*

*Indubio contractus natura probatur ex coniecturis: vt quando pensio præstatur occasione alicuius rei immobilis, vel quando adest aliqua consuetudo inductiua, vel interpretatiua. numer. 17.*

*Census personalis in dubio præsumitur, vt quid indubio minimum sit sequendum. num. 18. & quid quando soluitur aliquid nomine census, an indubio præsumatur reseruatiuus, vel consignatiuus, aut emphyteoticus. numer. 19. & 20. & 21.*

*Pensio vniformis præsupponit censum, informis verò locationem. num. 22. & an pensio vniformis præstita occasione rei immobilis præsupponat locationem, emphyteosim, vel coloniam. num. 23. & 24. vsque ad finem, vbi numer. 24. & 25. quando inducatur renouatio contractus præcedentis, cum num. 26. 27. & 28.*

### CAPVT XXII.

IDASSIM dubitant Scribentes, an in dubio præsumendum sit præcessisse contractum emphyteoticum, vel censualem, coloniam, seu locationem ad longum tempus, & confusè illud explicant, vt constat ex quam plurimis, quos refert additio ad Anton. Gamm. decis. Gen. 38. in princip. Quam dubitationem diuiserunt in tres communis sententias. Prima est, quòd emphyteosis potiùs quam census, colonia, seu locatio præsumatur: quam sequuntur Beroi. in cap. potuit num. 8. de locat. Abb. consil. 74. lib. 1. Belon. consil. 27. nume. 6. & 7. & referens Beroium. Iul. Clar. in §. emphyteosis. quæst. 1. nume. 3. & iterum Beroi. quæst. 14. Iass. in l. 2. numer. 164. & 165. C. de iur. emphyt. Bursat. consil. 56. numer. 6. & 7. vol. 4. quod ex eo probant; quia indubio non intelligitur quem à se abdicasse directum dominium. l. cùm de indebito ff. de probat. l. si cum aurum. ff. de solut. sicut contingeret, si census, & non emphyteosis præsu-

præsumeretur, vt quia ex censu vtrumque dominium rei censualis in censuarium transferatur, & ex emphyteosi vtile tantùm, vt latè diximus in capitibus de censu emphyteotico & reseruatiuo; vt quia dominium rei præsumitur esse illius, cui annuatim eius rei contemplatione pensio præstatur, ex Roman. cõsil. 127. & ita debet intelligi resolutio Aluar. Vaez de iur. emphyt. quæst. 32. num. 35. prope finem.

2 Quamuis enim emphyteosis regulariter requirat scripturam, vt dicetur in cap. de scriptura necessaria in cõstitutione census, rectè tamen potest formari & induci sine scriptura ex sola consuetudine soluendi ex causa emphyteosis, & vocaretur emphyteosis præsumpta. Ita resoluunt Cyn. & Bart. post gloss. in l. 2. C. de iur. emphyt. vbi Salicet. nu. 23. Alexand. in l. qui in aliena. nume. 13. ff. de acquirend. hæred. Felin. in cap. illud de rescript. 3. p. quæst. 10. num. 35. & dicit communem Iaf. in d. l. 2. nume. 108. Molinæus in consuet. Pariſ. §. 7. nume. 21. & plurimos referens Anton. Gabr. lib. 1. comm. opin. tit. de rescript. concl. 1. num. 18. & 19. & neminem ex his referens Roder. de ann. reddit. lib. 1. quæst. 15. numer. 50. vbi dicit, quòd quamuis emphyteosis requirat scripturam, ex Valasc. & Mascard. quos refert, rectè tamen constabit sine scriptura, ex sola consuetudine soluendi, & vocaretur præsumpta, ideſt, *foro præsumpto.*

Secunda communis oppositá fuit, quòd in
3 dubio non emphyteosis, neque colonia, aut locatio ad longum tempus, sed contractus censualis præsumatur; quam probauerunt Alberic. in l. 2. col. 6. C. de iur. emphyt. Ruyn. consil. 42. num. 1. & consil. 143. numer. 78. & 79. vol. 2. Aym. consil. 68. num. 9. volum. 4. & consil. 26. numer. 17. & 24. volum. 1. Couar. libr. 3. variar. capit. 7. numer. 1. verſic. *Ex hac*, Cassan. quem, & alios refert Valasc. de iur. emphyt. quęst. 32. num. 35. Bornin. Caualcan. decis. 43. num. 55. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 106. numer. 3. dicentes, quòd vt euitetur pœna commissi, potiùs cẽsus, quàm emphyteosis, colonia perpetua, vel locatio ad longum tẽpus est præsumendus. Quæ quidẽ pœna nõ excusaretur, si colonia perpetua, vel locatio ad longum tempus præsumeretur, ex Valasc. de iur. emphyt. quæst. 29. numer. 20. & 21. & minus si præsumeremus præcisſè emphyteoticum cõtractum, vt est notissimum. Quam rationem pro hac sententia, vt census indubio præsumatur, tradiderunt Alberic. in d. l. 2. C. de iur. emphyt. quem in hoc sequuntur Socin. consil. 266. lib. 2. Philip. Dec. in authent. qui rem col. 3. C. de sacrosanct. Eccles. Aym. Crauet. consil. 204. nume. 20. Foller. de contract. censual. gloss. magna. nume. 93. Rodoan. de rebus Eccles. rubric. 16. numer. 15. & post Alberic. & Mascard. Roder. d. quæst. 15. num. 40.

4 Tertia communis sententia fuit, quòd in dubio non præsumatur contractus censualis, neque emphyteoticus, sed vel colonia perpetua, aut locatio ad longum tempus; quam probant Bald. & Angel. in l. malè agitur. C. de præscript. triginta, vel quadraginta annorum, de qua per Ruyn. consil. 151. lib. 3. Aym. Crauet. consil. 107. Ripa de peste. 2. p. princip. n. 39. Matth. de Afflict. decis. 365. numer. 13. Ruyn. consil. 75. vol. 1. & iterum Crauet. de antiquit. 4. p. verſ. *Materia ista*, num. 10. Rota Perusina 106. nume. 21. & sequent. in 2. p. vbi omnes egerunt de præsumenda colonia perpetua, & consuetudine soluendi triginta, vel quadraginta annorum.

5 Sed ea dubitatio in prædictas tres communes opiniones diuisa nunquam videtur posse verificari; quia si de contractu fiat scriptura ex nomine; quòd partes contractui darent, terminabitur, vt quia euidenter cognoscereturl. si alij ff. de vsufruct. legat. Menoch. lib. 3. præsumpt. præsumpt. 105. n. 1.

6 Sin vero sit contractus præsumptus à tempore inductus, etiam deduceretur eius natura ex nomine, quod partes in præstationibus annuis, quas occasione eius contractus præsti terunt, & receperunt, eisdem dederunt; quarum præstationum repetita confessio probat euidenter natura præcedentis contractus, cuius occasione fiunt, ex Socin. Iun. consil. 167. num. 2. vol. 2. Alexand. consil. 79. numer. 13. vol. 1. & consil. 69. vol. 5. Laurent. Syluan. consil. 57. col. 1. & nominatim Couar. lib. 3. variar. cap. 10. num. 5. ad fin. geminata enim confessio, atque repetitio coloniæ, emphyteosis, locationis, seu census in annuis præstationibus facta inducit euidentem contractus præcedẽtis probationem, ex his, quę latè resoluit Tiraquel. in l. si vnquam, verb. *Reuertatur.* num. 41. C. de reuocand. donat. Menchac. de succeſs. 1. p. lib. 1. §. 3. num. 13. cum alijs, Mier. de maiorat. 1. p. q. 1. per totam.

7 Etiamsi nominatio contractus præcedentis facta fuisſet in annuis præstationibus per verba enuntiatiua; quia cũm inter contrahentes & geminati facta fuisſet, omnino contractum præcedentem probaret, ex Bart. in l. cũ scimus. C. de Agricol. & censit. lib. 11. Aym. Crauet. de antiquit. 3. p. verb. *Propositum.* num. 31. Felin. in c. si cautio. n. 39. de fide instrum. decis. Gen. 128. n. 3.

8 Si autem scriptura non ostendatur; neque annuę

annuæ præstationes causatæ sint, ita quòd in eis non exprimatur causa soluendi; sicut neq; contractus ex eis induci posset, ita neq; nomẽ probaretur; quia vbi nõ est substãtia, qualitas deficit, & prius probari debet substantia, quã qualitas, ex sententia Philosophi dicentis, quòd non entis nullæ sunt qualitates, & quo ad qualitatis probationem præcedere debet probatio substantiæ, ex Bald. cõsil. 465. quem referens sequitur Aym. Crauet. consil. 21. numer. 15. libr. 1. Greg. in l. 4. tit. 11. part. 1. verb. *Ladrones manifestos in fine*: Vnde cùm ex annuis præstationibus non probetur substantia præcedentis cõtractus, vt quia simplices sint sine causa soluendi, neque etiam nomen probabitur.

9 Demum si pensio respectu alicuius rei immobilis præstetur, etiamsi scriptura cõtractus non reperiatur, neque in præstationibus annuis nomen repetatur, facilè deduci poterit, quis præcesserit, an emphyteosis, census, vel colonia, seu locatio, considerando, & computando quantitatem pensionis, & fructuum. Ex quorum correspondentia & computatione euidenter probatur præcedens contractus, vt quia si pensio minima sit, & fructus opulentiores, præsumatur emphyteosis, cùm pensio nõ præstetur in recompensationem fructuũ, sed in recognitionem directi dominij manentis penes concedentem: sin vero pensio quasi correspondeat fructibus, vel æqualis sit, & vniformiter longissimo tempore præstita, præsumatur census, si correspondeat fructibus, vel quasi æqualis sit; & vno, vel duobus annis præstetur, præsumatur locatio, & sic de singulis. Ex qua correspondentia pensionis ad fructus contractum indubio cognosci, ac demonstrari resoluunt Bart. in l. 1. numer. 9. C. de iur. emphyt. vbi Iass. nume. 16. & 35. Belon. consil. 21. num. 8. vbi fatetur ita infinitis vicibus consuluisse, ac vidisse iudicari, Valasc. de iur. emphyt. quæst. 1. num. 9. & q. 29. num. 18. Bald. in cap. literæ. num. 5. versic. *Modo ego*, de dilat. Iass. in l. 1. num. 55. & 56. C. de iur. emphyt. Barbac. in rubr. de locat. num. 8. Dec. consil. 142 nume. 5. Afflict. decis. 72. num. 4. Alexand. consil. 112. num. 6. & 7. libr. 1. glos. celebris in l. 1. §. 1. verb. *Agendo*. ff. de superficiebus, dicens, quòd ex quantitate pẽsionis agnoscitur indubio contractus: quam exornat Alexander consil. 112. nuume. 6. & 7. libr. 1. Valasc. de iur. emphyt. quæst. 1. numer. 10.

10 Quamuis enim non sit de substantia emphyteosis, minimam solui, seu promitti pensionem, cùm sub quacumque creari possit, dũ modò in recognitionem directi dominij præstetur, vt resoluunt Laurent. Syluan. consil. 47. num. 5. Marc. Anton. consil. 114. num. 4. & consil. 49. num. 16. Valasc. de iur. emphyt. q. 17. num. 6. Tamen ad cognitionem huius contractus multum operatur modicitas pensionis vt quia à communiter accidentibus pro minima pensione emphyteosis formetur. Ita intelligit Bald. in d. c. literæ, & respondit Valasc. de iur. emphyt. quæst. 1. numer. 9. maximè quia licèt emphyteosis formari possit pro maxima pensione, pro vno etiam numo annuatim soluendo creari valet, & multoties constituitur. Bald. in l. 1. num. 7. C. de iur. emphyt. & in authent. qui rem. numer. 2. C. de sacrosanct. Eccles. Et hoc quia emphyteosis non conceditur principaliter pro mercede, sed pro recognitione directi dominij, Bald. num. 7. Bart. 4. in d. l. 1. Iacob. de Sancto Georgio in authent. qui rem num. 25. C. de sacrosanct. Eccles. Ferret. in responso 31. numer. 10. & ideò si pensio minima sit, quamuis possit esse maior, ex eius tamen paruitate deducitur natura contractus præcedentis; non enim potest adaptari paruitas pensionis ad locationem, censum, vel coloniam, sed tantùm ad emphyteosim, cuius contractus celebratur frequenter pro minori pẽsione, vt præter Bald. in d. c. literæ aduertunt omnes in authent. perpetua. C. de sacrosanct. Eccles. & probant Riminald. cõsil. 461. num. 23. & 24. vol. 4. Alexãd. consil. 112. numer. 6. & 7. vol. 1. Bornin. Caualcan. decis. 46. nume. 4. & in alijs contractibus, quòd sit habenda consideratio ad naturam eius, qui præcesit, vt deueniamus ad eius cognitionẽ, notant Cyn. Alexand. & Ruyn. per Valas. de iur. emphyt. quæst. 11. in fin. Burlat. consil. 23. num. 4. & 5. & consil. 56. nume. 7. vol. 3. decis. Pedem. 38. num. 8.

11 Quamuis enim emphyteosis, colonia, & locatio ad longum tempus æquiparentur in aliquibus ex traditis per Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloss. 14. & per Valasc. de iure emphyt. q. 29. num. 19. per totum Riminald. Iunior. cõs. 461. numer. 26. & 27. Bornin. Caluacan. decis. 44. num. 35. & decis. 45. num. 65. differunt tamen in eo, quòd emphyteosis pro modica pẽsione communiter formatur, colonia verò, seu locatio ad longum tempus, pro maiori sæpè constituitur, nempè fere æquali, vel correspondenti fructibus rei, cuius occasione præstatur. Ita resoluunt Baldus in l. 1. num. 9. C. de iur. emphyt. vbi Iass. num. 35. Alexand. consil. 112. num. 6. & 7. lib. 1. Barbac. consil. 14. num. 16. lib. 2. Belon. consil. 21. num. 8. Cepol. de simul. l. contract. num. 32. Alciat. in d. l. 2. in princip. numer. 22. ff. si cert. petat. Roland. à Valle consil. 96. numer. 25. & 44. imò & locatio,

catio, seu colonia pro vno nummo facta non valet. l. si quis conduxerit numo vno. 49. ff. locati. l. si quis ante. ff. de acquirend. possess. Tiraquell. in l. si vnquam verb. *Reuertatur*, numer. 3. C. de reuocand. donat. quia locatio pro mercede principaliter contrahitur. l. si quis antea. l. 2. ff. locati. l. mercedes. ff. de petit. hæred. ergo ex quantitate pensionis, & fructuum rectè cognoscitur, qualis fuerit contractus præcedens, & consequenter à sufficienti partium enumeratione constat, quòd hæc nostra dubitatio, in qua sunt tres opiniones contrariæ, nunquam, aut raro potest verificari.

Ego tamen considerãdo ab origine casum huiusmodi dubitationis, existimo posse contingere sequentibus modis.

12 Primum, quando per scripturam constat denominatione contractus, vt quia emphyteosis censualis, colonia, aut locatio ad longum tempus nominatur, sed natura eius, qui nominatim creatur à substantia, à conditionibus, ab implemento earum, à quantitate, & qualitate pensionis, seu rei, cuius respectu pensio præstatur, infertur non esse enim, quem partes nominauerunt, sed alium longè diuersum; quia eo casu cùm pro vna parte sit nomen, pro alia verinas & substantia, quamuis contractui in scriptura partes nomen dederint, non erit curandum de nomine, sed de vera substantia, & effectu contractus, & talem iudicabitur præcessisse, qualem prædictæ demonstrationes naturales eiusdem ostenderent, ex l. insulam. ff. de præscrip. verb. & nominatim probat Ioann. Faber. in d. §. adeo, instit. de locat. Sequitur Brun. à Soie. quæstion. 5. numer. 14. & plures per Menoch. lib. 3. præsumption. præsumption. 106. numer. 10. & per text. in cap. constitutus de relig. domib. vbi nominatur emphyteosis, & tamen contractus, de quo ibi, est census reseruatiuus, ex translatione vtriusque dominij diximus in cap. de censu reseruatiuo, & aduertit Roderic. libr. 2. de ann. redditib. quæst. 22. num. 54. & num. 1. 3. 6. 62. & 64. Molin. de contract. disputation. 38. col. 3.

13 Et inde si concessio pro redditu sit perpetua, non erit locatio, sed vel emphyteosis, vel census reseruatibus, aut colonia, ex Bald. in cap. literæ de dilat. Angel. Iass. & alij, quos referens sequitur Menoch. d. præsumpt. 106. num. 3.

14 Et similiter exemplificatur in censu consignatiuo, quia vulgariter & in aduertenter contrahentes dicunt, *sepan quantos esta carta de censo enfiteosis*, & nihilominus quamuis emphyteosis nominetur, cùm repugnet substantiæ & essentiæ contractus, vt quia sit impossibile, quòd consignatiuus sit emphyteoticus, remanet verè consignatiuus, vt ad sensum patet, & notat Crau. consil. 217. numer. 4. Menoch. suprà: ergo rectè procedit, atq; verificatur in hoc casu hæc nostra dubitatio.

15 Secundo etiam casu potest verificari, quando contractus non constat ex scriptura, sed ex annuis præstationibus vniformibus repetitis, vt quia in eis nominatur, & exprimitur causa soluendi, ex quibus inducitur, & probatur, vt diximus in capitibus præcedentibus, sed quia vel obstat defectus scripturæ, quæ requiritur pro substantia contractus, vel natura rei, quæ possidetur, & cuius occasione pensio præstatur, vt quia non patiatur emphyteosim, vel coloniam, seu locationem, vel quantitas pensionis magna, vel minima sit, seu aliæ coniecturæ resultent, quibus controuertatur de natura contractus præcedentis, dubitari, & meritò potest, qualis præcesserit, & in eo casu recurrendum erit ad prædictas coniecturas, eligendo fortiores, vt quamuis nomen contractus resultet ex dictis annuis præstationibus repetitis, si coniecturis diuersa inferatur substantia, nomen non attendatur, sed veritati, atque substantiæ standum sit, vt diximus in casu præcedenti, & probat text. in dict. cap. constitutus, & Abb. atque Beroius in cap. 1. de in integr. restit.

16 Tertio modo, atque proprius verificari potest ea dubitatio, quando contractus neque constat per scripturam, neque per annuas præstationes, vt quia non exprimitur nomen contractus, neque dicitur ex qua causa census fiat solutio, sed generaliter, & indistincte fatetur recipiens, quòd recepit ex causa census; quia in eo casu cùm verbum, *Census*, genericum sit, comprehendens omnes censuum species, tam consignatiui, quàm reseruatiui, & emphyteotici, imo & omnes pensionum species, quæ proueniunt non solùm ex vero censu, sed ex colonia, aut locatione ad longum tempus, feudo, seu alio simili contractu successiui redditus, vt latè diximus in cap. 2. & 3. huius tractatus, dubitari & meritò poterit de natura eius census, cuius occasione præstantur solutiones. In qua dubitatione dicendum est regulariter, quòd qui se fundat in natura contractus, & dicit talem præcessisse,

eum debet euidenter probare, vt de qualitate probanda per eum, qui se fundat in ea, egerunt Hippolyt. in pract. crim. §. quoniam. numer. 51. Tiraquel. libr. 1. retract. §. 8. gloss. 7. numer. 8. Ioseph. Ludou. in commun. opinion. titul. de probat. concl. 1. decis. Genue. de mercat. 3. per totam, & 5. numer. 6. & decis. 192. numer. 12. maximè quando deducitur factum cùm qualitate, quæ est fundamentum intentionis agentis; quia vtrumque probandum est, & qualitas & factum, ex Paul. per text. ibi, in l. fin. §. meum. ff. ne quis cum eo, Bart. in l. falcimus. §. cùm hæc. ff. ex quibus causis in possessorium; & in l. 1. §. quod autem. ff. nequid in flumin. public. Simon de Pret. consil. 44. numer. 9. & consil. 8. numer. 24. & consil. 83. numer. 30. & quòd qualitas debet in specie deduci, & probari, aduertit Anton. Natta consil. 153. numer. 2. & consil. 447. numer. 38. Beroi. consil. 31. numer. 14. libr. 1. decis. Pedam. 108. numer. 11. & in qualitate locationis probat Alexand. consil. 181. num. 1. lib. 1. & in qualitate contractus mutui ipse Alexand. consil. 35. numer. 8. & cons. 179. numer. 5. lib. 2. & in qualitate contractus commodati ipse Alexand. consil. 121. numer. 7. libr. 1. & hoc iuris principium notissimum est, cùm qualitas contractus sit facti l. consilio. §. fin. ff. de curat. furios. l. eadem in princ. ff. de duobus reis, & consequenter in specie probanda, & non præsumenda sit. l. in bello. §. cùm quis. §. penult. ff. de probat. cap. 1. de constitut. in 6. maximè cùm ex diuersis causis possint dari præstationes. Quo casu contractus contra eum, qui se fundat in eo, iudicandus est. l. veteribus. ff. de pact. l. si in emptione. ff. de contrahend. empt. cap. contra eum de regul. iur. in 6. & resoluunt Alexand. consil. 12. numer. 9. libr. 2. & consil. 106. numer. 6. lib. 4. & consil. 128. numer. 8. libr. 5. Gerard. singul. 97. numer. 9. libr. 1. Dec. consil. 313. numer. 4. decis. gen. 7. de mercat. ergo si annuæ præstationes etiam longissimo tempore simpliciter factæ sint, ita quòd non constet, de natura contractus præcedentis, fundans se in qualitate, seu nomine contractus, eum probare tenebitur.

17 Sin verò integra probatio deficiat, recurrendum erit ad coniecturas, & si pensio præstetur occasione alicuius rei immobilis, non poterit dubitari, an sit census consignatiuus, sed an sit reseruatiuus & emphyteoticus, colonia, seu locatio ad longum tempus, vel alius similis, qui creatur dando rem immobilem cum reseruatione pensionis. Et hoc dubium apertè iudicabitur, considerando duo potissimè. Primum, quantitatem pensionum, & fructuum, vt quia si minima sit pensio, & fructus opulentissimi, præsumatur res immobilis data in emphyteosim, ex his, quæ suprà diximus de quantitate pensionis; sin verò pensio magna sit, colonia, seu locatio ad longum tempus, præsumatur; quia quamuis emphyteosis, colonia, seu locatio ad longum tempus æquiparentur, in eo tamen differunt, quòd pro emphyteosi præstatur modica pensio, pro colonia verò, seu locatione ad longum tempus magna: ergo ex quantitate pensionis & fructuum rei, cuius respectu pensio præstatur, recognoscitur contractus præcedens. Secundum, quod in hac dubitatione considerari debet, est consuetudo dandi in censum similia bona immobilia in loco, vbi sita sunt, an scilicet dentur in emphyteosim, coloniam, seu locationes, vel censum reseruatiuum; quia cùm emphyteosis possit formari non solùm pro modica pensione, sed etiam pro magna, vt suprà diximus, & melius in cap. de censu emphyteotico poterit consistere dubitatio inter eos contractus: quæ quidem decideretur ex consuetudine dandi similia bona, vt quia quod frequentius accidere solet, præsumendum sit. l. certi conditio. §. si numos. ff. si cert. petat. & quia iuxta consuetudinem regionis dubij contractus interpretandi sunt. l. si fundus. ff. de euictionib. l. licet. 1. C. locati cum alijs traditis à Couarr. libr. 2. variar. cap. 10. numer. 4. Mier. de maiorat. 1. par. quæst. 48. numer. 28. Caldas de nominat emphyt. quæst. 23. numer. 6. & nominatim Iass. in l. 2. numer. 165. C. de iure emphyt. Foller. in praxi censuali verb. *Huiusmodi census*, num. 8. Valasc. de iur. emphyt. quæst. 32. num. 35. Mascard. de probat. libr. 1. concl. 281. numer. 7. Menoch. de præsumpt. d. præsumpt. 106. numer. 14. qui omnes ex consuetudine regionis dandi rem immobilem cum reseruatione pensionis deducunt præsumptionis præcedentis contractus.

18 Sin verò pensio non præstetur ratione, vel contemplatione alicuius rei immobilis, neque constet de contractu speciali per scripturam, neque etiam per annuas præstationes, sed solùm in eisdem annuis præstationibus dicatur, quòd soluitur ratione census, dubitabitur, & meritò, quis contractus præcesserit, & non potest dubitari de censu prædiali, cùm prædium, cuius respectu præstatur census, non existat; ergo de consignatiuo, seu personali, inter quos caderet dubitatio, agendum erit, & in eo casu, qui se fundaret

in

in qualitate census ; deberet eam probare, alias indubio præsumeretur census personalis , vt quia indubio minimum sit præsumendum. l. semper in obscuris de regul. iur. l. si ita sit adscriptum in fin. l. apud Iulianum. §. scio deleg.1. l. numis. l. qui concubinam.§. cum ita de legat. 3. cap. ex parte de censibus, ibi : *Volentes soluere ad minorem non sunt cogendi vt ad maiorem persoluant.* cap. in obscuris , vbi Dominic. de regul. iur. in 6. & latè tradit Roderic. libr.1.de ann.reddit.quæst.15. num. 37. & 39.

19 Ex quo conciliatur controuersia dubitantium, an quando quid soluitur ex causa census,præsumatur præcessisse consignatiuum, vel reseruatiuum contractum, qui non rectè illud dubitauerunt , siquidem reseruatiuus prædialis præsupponat rem immobilem, cuius occasione præstetur census , & si talis res non existat, non potest is census considerari, neque consequenter de eo dubitari , ideò rectè facerent, si dubitationem proponerent inter censum consignatiuum, redimibilem, seu ad vitam. Quæ quidem duæ species cùm leuiores, & minus præiudiciales sint , pro eis stat præsumptio precedentis contractus , & inter eas pro censu ad vitam,qui leuior, & facilior est , & inde indubio potiùs præsumendus.

20 Et similiter rectè facerent, si dubitationē proponerent inter censum emphyteoticum, & reseruatiuum , quando ratione rei immobilis census præstatur , non cognita natura contractus precedentis : quo casu reseruatiuum præsumi dixerunt,ex d.reg. l. semper in obscuris , Alberic. in l. 2.numer.13.C.de iur.emphyt.Couar.libr.3.variar.cap.7. num. 1.Menoch.lib.3.præsumpt.106.num.3. Bursat.consil.56.numer.8. Mascard. de probat. concl.281.

21 Ex quibus denique resumitur, quòd hęc dubitatio , an indubio contractus censualis præsumatur , non benè applicatur ad censum consignatiuum,quando ratione rei præstatur census ; neque ad emphyteoticum reseruatiuum, coloniam perpetuam , vel locationem ad longum tempus, quando nulla bona immobilia existunt , quorum respectu census præstetur; sed quòd ea dubitatio, quandò bona deficiunt: propriè verificetur inter census cōsignatiuos redimibiles,seu ad vitam, & quando bona existunt,inter emphyteosim, coloniam, reseruatiuum, & locationem, vel alios contractus , in quibus ratione rei quid quam præstetur, vt dubitatio inter census consignatiuos redimibiles,seu ad vitam, decidatur ex regula.l.semper in obscuris , & ex alijs suprà relatis; dubitatio verò inter alios census prædiales ex fructibus,pensione,vel consuetudine, vt suprà dictum est.

22 Sed adhuc inter eos census , qui præstantur ratione rei, sub generico verbo , *Census*, subsistit , & occultatur alia fortis dubitatio, an scilicet præsumantur indubio perpetui, redimibiles,seu ad vitam. Et quantum ad emphyteoticum & reseruatiuum iam diximus suo capite , quòd in dubio præsumendus est perpetuus. Quantum verò ad coloniam, seu locationem, si pensio non sit vniformis, sed diuersa , præsumitur locatio reconducta de anno in annum,ex Bart. & Bald. in l.solent. §.fin.ff.de offic.Proconf.& tradit Dec. in l. si certis annis numer.19. C.de pact. Ita post Iacob.de Aren.docuit Cyn. in l. competit. numer.6.quæst.5. C. de præscript. 30. vbi Salicet. numer. fin. Sin verò pensio sit vniformis , ita quòd ad coloniam applicari possit , duo casus considerandi sunt. Primus, quando constat de ingressa antiquæ colonię, vt quia à principio res fuit concessa titulo locationis ad modicum tempus pro certa pensione , & tamen colonus ex eo quòd longissimo tempore soluit vniformem pensionem, velit eam in futurum soluendo, & rem ipsam retinere , & ius antiquum coloniæ præscripsisse, & è conuerso dominus finitam esse locationem prætendat , tanquàm si colonus rem de anno in annum reconductam tantùm habuisset. In quo quidem casu non præsumi coloniam perpetuam , sed tantùm lapsis annis reconductionis finitam esse locationem tenuerunt plures , per text. in l. item quæritur. §. qui impleto. l. qui ad certum. ff. locati. l. Legem. C. eodem, vt constat ex Ruyn. consil. 160. numer. 8. volum. 1. Riminald. iun.consil.244.numer. 42.volum.1.Socin.iunior consil. 62. numer. 20.volum.2.Ancharran. consil. 24. *Virgens quæstio*,numer.10.lib.1. Anguisola consil.71. numer.20.lib.1.Aymon de antiquit.§. materia ista.numer.104. Bursat. consil. 23.numer. 11.& 12.volum.1.Gozadin.consil.94.numer. 51.Bald.consil.116.volum.1. Cephal.consil. 316.numer.27.& 28.volum.3. Decius in cap. Quoniam contra sub num.48.de prob. Hondęd.consil.85.num.10.quorum sententia cōfirmatur ex eo, quòd in locatione ad longum tempus non habet locum tacita reconductio, vt post Carol.Ruyn. resoluit Valasc. de iure.emphyt.quæst.29.numer.17.referens Alexand.consil.67.lib.5. cuius sententiam referens alios,sequitur Bornin. Caualcan.decis. 44.numer.79.vbi ex num.77.id prosequitur,

à primordio enim tituli posterior formatur euentus, ex l. 1. circa fin. C. de imponend. lucrat. descript. libr. 10. & ideô cum quolibet anno, aut termino fiat noua reconductio, finito anno licebit colono recedere, & domino colonum expellere. l. si quis conductionis, iuncta gloss. C. locati, Bursat. consil. 330. numer. 73. lib. 3. Honded. in dict. consil. 85. num. 11.

23 Neque obstabit, quòd Bald. in l. malè agitur. num. 4. C. de præscription. 30. vel 40. annorum contrarium tenuerit, quia eius sententia vera non est, vt per Valasc. de iur. emphyt. quæst. 20. num. 12. Caldas Pereira de re nouat. emphyt. quæst. 15. nu. 41. & 45. Crau. de antiquit. 4. par. §. materia singularis. n. 100. & sequentib. & latius Roderic. libr. 2. de ann. reddit. quæst. 22. numer. 69. vbi in numer. 70. & 71. respondet ad Baldi doctrinam: cùm enim constet per instrumentum, antiquam inuestituram finitam esse, manifestum est, quòd sequentes annuæ præstationes etiam longissimæ non poterunt inducere nouam coloniæ perpetuæ, quæ nominatim post secundam locationis finitæ inducta non est, donec fundans se in creatione, & inductione posterioris eam euidenter probet. Ita resoluit, & aduertit Valasc. decis. 44. sub numer. 44. & decis. 45. sub numer. 90. & faciunt quæ tradit Cephal. consil. 238. numer. 17. & 18. volum. 2. non enim eo casu præsumitur pluralitas instrumentorum, seu contractuum, vel inuesturarum, ex Iass. consil. 45. numer. 5. volum. 1. Cephal. consil. 170. num. 45. vol. 1. & consil. 450. numer. 113. vol. 4. Gabr. consil. 198. num. 1. vol. 1. Iass. in l. bonorum. num. 8. & 15. C. de bonor. possess. secundum tabulas, Hippolytus de Marsil. consil. 439. Pluralitas num. 2. Socin. consil. 129. num. 3. vol. 4. maxime quando agitur ad idem & eadem, Aym. consil. 112. numer. 4. vol. 1. Socin. consil. 24. vol. 1.

24 Ex quo constat, malè dixisse tenentes non esse pro eis annis inductam renouationem simplicis locationis, quæ finita fuit anno posteriori, sed præscriptam esse coloniam perpetuam: siquidem si constet de origine, atque principio contractus simplicis locationis, cuius occasione sequentes præstationes etiam longissimæ fierent, impossibile est, mutata natura prioris contractus nouum, atque diuersum ex solo tempore inductum esse. Ideò reprobantur Menoch. consil. 402. numer. 20. & 30. libr. 1. Curt. Iunior, consil. 130. numer. 2. & 3. volum. 2. Laurent. Syluanus consil. 78. numer. 8. col. fin. volu. 2. Anto. Gabr. libr. 1. Commun. opin. titul. de præscrip. concl. 1. numer. 17. 18. & 52. Guillelm. Rodoan. de rebus Eccles. §. sed an in alienat. numer. 19. Cephal. consil. 316. numer. 27. volum. 3. Philipp. Dec. in cap. quoniam contra sub numer. 48. de probat. Riminald. Senior consil. 46. numer. 13. volum. 3. Franc. Marçar, consil. 15. per totum, qui benè loquuntur in materia præsumptionis coloniæ perpetuæ, seu locationis ad longum tempus: sed in hoc euidenter errauerunt.

25 Ego tamen considerabam ad conciliandas prædictas opiniones, quòd si finita prima inuestitura locationis simplicis eadem pensio in quantitate & qualitate pro eisdem terris vniformiter, atque eadem causa expressa longissimo tempore præstita sit, non censeatur inducta noua coloniæ perpetuæ inuestitura, sed renouata de anno in annum prior simplex locatio; sin verò finita tempore prioris locationis diuersa pensio in quantitate, seu qualitate, seu pro diuersis terris, aut diuerso modo, & maximè si expressa diuersa causa longissimo tempore vniformiter præstita sit, intelligatur diuersum fuisse contractum inductum, & coloniam perpetuam, præsumatur præcessisse, non antiquam locationem simplicem renouatam. Aut enim non constat de antiqua inuestitura, sed ex eo solo, quòd quis longissimo tempore possidet rem, præstita vniformi pensione contendit esse inductam antiquam coloniam; & eo casu dicendum est, quòd si euidenter non reprobauerit ex ea causa præstationes factas fuisse, non obtinebit, ex his, quæ latè diximus in materia l. cùm de in rem verso in capitibus præcedentibus de censu ex temporis cursu cum causæ concomitantia inducendo, & notat Bart. in dict. l. cum de in rem verso. quæst. 1. Ruyn. consil. 31. & 75. volum. 1. Valasc. de iur. emphyt. quæst. 20. num. 12.

26 Vltimò verificari potest hæc nostra dubitatio, quando nulla scripturâ reperitur contractus præcedentis, neque præstationes annuæ causatæ sint, sed simplices. Neque constat, quòd soluitur ratione rei, neque etiam quòd præstatur ratione census, etiam genericè, vt præsumatur leuior & facilior censuum species; sed solùm constat quidquam, etiam vniforme solutum esse longo, vel longissimo tempore: quo casu, si vt suprà diximus, ex solo tempore formari, neque induci potest substantia contractus, vt in futurum aliquid præstetur, neque etiam formaretur qualitas vlla, quę propriè est accidés, ex Bald. in l. eius qui in prouenia. ff. si cert. petat. & in l. 2. C. de bonor.

bonor. possess. secundum tabulas, Menoch. consil. 35. num. 31. & sine substantia dari non potest, ex l. 2. ff. de vsufruct. Bart. in rubr. ff. eod. & in l. certi conditio. ff. si cert. pet. ideò præstatio non præsumeretur censualis, sed gratiosa, vt nominatim neminem referens aduertit Roderic. libr. 1. de annu. reddit. cap. 15. numer. 38. quod ego intelligerem, etiamsi ex consuetudine immemoriali annua pensio vniformis præstaretur; quia cũ non sit causata, nullius momenti fuit præscriptio, cùm solùm tempus sine causa non sit sufficiens ad inducendam obligationem in futurum, vt benè diximus in cap. de censu ex tempore inducendo.

## AN IN CENSV CONtrahatur hypotheca regularis, vel irregularis, ius nempe seruitutis. Caput XXIII.

### SVMMARIVM.

*In censu emphyteotico an detur sola personalis obligatio, vel simul hypothecaria, & quòd nõ detur tacita hypotheca, nisi in casibus à iure expressis. n. 1.*

*Quando res sua alicui possit seruire vtiliter explicatur, & an hypotheca detur in fructibus pendentibus tempore obligationis. num. 2. & 5. traditur intellectus ad l. 1. C. de iur. emphyt. num. 3. & 4.*

*In censu reseruatiuo an formetur ius reale, vel hypotheca. num. 5. & quid in censu consignatiuo. num. 6. & 7. vsque ad finem, quòd formatur ius quoddam reale cohærens inseparabiliter fundo fortiùs, & opulentiùs cæteris omnibus hypothecis regularibus. n. 9. & 10.*

*Explicantur resolutiones Feliciani, & inter eas, an venditor rei censualis, vel possessor debeat conueniri. n. 11. 12. & 13.*

*An tertius hypotheca possessor possit opponere beneficium excussionis. n. 15.*

*An personalis obligatio sit principalis, vel accessoria. n. 16.*

### CAPVT. XXIII.

1 QVM in capitibus præcedentibus actum sit de omnibus censuum speciebus, in præsenti agendum est de iure, quod in eorum contractibus formatur, an sit reale, vel personale. Et primò in censu emphyteoticis videtur dicendum, quòd sit personale, & quòd in eo nulla contrahatur hypotheca, sed tantùm obligatio personalis ad soluendum, ex eo quòd nullo iure reperiatur expressum dominium directè habere rem hypothecatam, imó naturæ contractus aduersatur, si quidem dominus directi super re propria non videtur posse inducere hypothecam, etiamsi alius habeat vtile dominium. l. si rem alienam. ff. de pignorib. act. & habetur in l. 1. C. communia delegat. non enim contrahitur tacita hypotheca legati, nisi in casibus à iure expressis, vt ff. & C. in quib. caus. pignorib. vel hypotheca contrahatur, gloss. fin. in fin. in l. 2. ff. de priuil. credit. Ripa in l. habimus. numer. 9. ff. eod. Petr. Surd. decis. 271. numer. 10. & decis. 31. vers. 9. & nominatim tenet Angel. in l. vniuersitas. numer. 2. C. heres dominij vel temporal. Imola in l. quod dicitur, numer. 8. vers. item quod si alius. ff. de verb. Modernus Galliæ per Valasc. de iur. emphyt. quæst. 4. numer. 6. vers. *Concludo igitur*, vbi Valasc. nescio quo fundamento ductus concludit iure non probari hypothecam cõtrahi in emphyteosi, ex quo dixit Sarmient. lib. 3. Select. cap. 3. numer. 3. quod post Cenonis constitutionem in l. 1. C. de iur. emphyt. sola persona, & non prædium manet obligatum: vnde videtur, quòd emphyteosis non possit continere seruitutem, vt quia res sua nemini seruiat. l. tria prædia. ff. de seruit. rust. præd. l. vti frui. ff. si vsusfructus petatur. Idem Surdus decis. 32. nu. 22 vsque ad 6.

2 Sed his non obstantibus, contrariam sententiam veriorem esse constat ex Baldi doctrina in authent. siquas ruinas. numer. 5. in fin. C. de sanctos. sanct. Eccles. qui per textum, quem dicit menti tenendum in authent. de non alienand. §. iure autem, resoluit pro pensionibus emphyteoricis annuatim vniformiter soluendis prædium hypothecæ subiectum esse, cuius sententiam sequuntur Alexand. consil. 79. numer. 9. libr. 1. Afflict. decis. 95. & dicens receptiorem sententiam Gabr. Mudæus in l. in venditione in fin. ff. de act. empti, Iass. in l. 2. numer. 70. C. de iur. emphiteot. & post Alexand. de Neuo, & Roman. comprobat Aluar Vaez Lusitanus de iur. emphyteot. quæst. 4. numer. 6. & 7. vbi postquam num. 7. vers. *Concludo igitur* existimat, Baldi opinionem iure non probari, denique incontinenti vers. *Retenta autem opinione Baldi*, eam comprobat, & explicat, imò & hypothecam

ad tertios possessores extendit, de quo suo loco dicendum erit. Pro qua sententia facit l. Imperatores. ff. de publican. & vectigal. ibi: *In vectigalibus ipsa prædia non personas conueniri*, & text. in §. adeò, instit. locati, ibi: *De prædijs, quæ perpetuò fruenda traduntur*; quæ verba principaliter ad rem, non ad personam referuntur, atque ius reale, & non personale præsupponunt. Neque obstabit, quòd dominus super re propria non videatur posse constituere hypothecam; quia præterquam quòd aliquando super re propria constituitur, vt in terminis l. in rebus. C. de iure dot. aduertit Ioan Garc. de expensis, cap. 13. num. 22 in hac tamen specie rectè in sequentibus casibus contrahitur. Primò, respectu vtilis dominij, quod cùm in emphyteotam transferatur. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectig. vel emphyt. hypothecæ tamen subiacet, tanquàm res aliena; cùm enim dominus in concessione fundi in emphyteosim reseruauerit sibi annuam pensionem, & similiter emphyteota in ingressu promiserit ex fructibus eam soluere ex parte vtriusque dominij, & emphyteotæ mediante reseruatione & promissione, hypotheca contrahitur, non quidem directi dominij ipsius fundi, vt quia dominus super re propria non potuisset seruitutem, vel hypothecam constituere, sed fructuum percipiendorum ex eo fundo, & quidem fortior cæteris omnibus regularibus hypothecis, vt quia hypotheca regularis solùm detur in fructibus pendentibus tempore obligationis, Bart. in l. assiduis. C. qui potiores in pign. hab. & in l. 1. §. cùm prædium. ff. de pignorib. Negusant. de pignorib. 2. par. memb. 2. num. 27. versic. *Limita*, Surd. decis. 171. numer. 26. & tamen fructus fundi emphyteotici pro pensione sunt hypothecati non solùm pendentes, sed etiam à solo separati. l. in prædijs in princip. ff. in quib. caus. pignor. tacitè contrahatur, Amadæus à Ponte quæst. 45. laudemiali col. 1. vbi colum. 2. ad finem resoluit, quòd vtile dominium bonorum emphyteoticorum erit pro canone obligatum, Aurel. Corbulus in tract. de caus. emphyteot. tit. de causa priuationis ob non solutum canonem. quæst. 40. numer. 5. Ideo licet respectu directi dominij non cadat hypotheca, producitur tamen fortissima ex eius retentione, tam respectu vtilis, quod transfertur in emphyteotam, quàm fructuum omnium pendentium, & futurorum, imò & non solùm hypotheca, sed ius opulentius, ac fortius vindicandi rem ipsam ex non solutione canonis, & in hunc sensum est accipiendum quod vulgariter dicitur, *fundum emphyteoticum non esse hypothecatum*, vt respectu directi dominij non hypothecâ, sed fortius ius contrahatur, & respectu fructuum hypotheca cæteris omnibus fortior, ac opulentior.

3 Minus etiam obstat Sarmiento, qui non rectè considerauit Cenonis mentem in d. l. 1. quia neque antea, neque post eam legem sola persona erat obligata, sed potiùs prædium, ex text. in d. §. adeò instit. locati, ibi: *De prædijs, quæ perpetuò fruenda traduntur*, & per totum text. Neque similiter rectè sentit Sarmient. decis. text. in d. §. adeò antiquatam esse à Cenone in d. l. 1. cùm sit posterior constitutio d. §. adeò maximè: quia si rectè consideretur Cenonis contextura, non solùm non probat obligatam esse personam, & non rem, sed potiùs omninò contrarium. Quod patet ad sensum, quia in Cenonis contextura nullum verbum reperitur, ex quo solam personam obligari constet: ergo constitutio Imperatorum Antonini & veri in d. l. Imperatores. ff. de publican. & confirmatio Iustiniani in d. §. adeò instit. locati omninò seruanda est. Rursus Cenonis constitutio in d. l. 1. præsupponit, contractum emphyteoticum longè distare à contractu locationis, atque alijs, quorum ipse meminit, & proprium habere nomen contractus, atque plurima naturalia & peculiaria attributa contenta in l. 2. & 3. C. de iur. emphyteos. in authent. de alienat. & in emphyteosi per totum, in authent. perpetua, authent. si quas ruinas. C. de sacrosanct. Eccles. Quæ quidem attributa peculiaria apertè præsupponunt, atque demonstrant, in eo emphyteotico contractu principalem obligationem esse realem, & accessoriam (si aliqua contrahatur) personalem: ergo non procedit resolutio Dominic. Franc. Sarmient. & quod magis est, ego nouiter considero, quòd in censu emphyteotico nulla datur personalis obligatio effectiua, sed tantùm realis, quæ respicit, & sequitur rem ipsam, prædium scilicet emphyteoticum, vt in simili probat text. in l. Imperatores ff. de publican. ibi: *Ipsa prædia, non personas conueniri*, cuius decisio non reperitur correcta, neque antiquata à Cenone in d. l. 1. imò si rectè consideretur, confirmata; & clariùs confirmatur à Iustiniano in d. §. adeò, ibi: *De prædijs, quæ perpetuò fruenda traduntur*; confirmaturque a natura ipsa reseruationis pensionis emphyteotici: quid enim importat, ex prædio emphyteotico reseruari pensionem, retinerique directum dominium, nisi constituere super ipso prædio ius & seruitutem realem soluendi pensionem annuam in futurum.

4 Minus etiam obstat, quòd res sua nemini

seruit

seruit: quia in domino respectu directi dominij certum est, respectu tamen vtilis, quatenus transit in emphyteotam, hypothecam, imò & seruitutem habet dominus, vt suprà retulimus, & è conuerso emphyteota quatenus vtile possidet, idem ius in fauorem domini potest constituere, vt in fortioribus casibus considerat Valasc. de iur. emphyt. q. 19. per totã: ergo apertissimè constat, quòd in emphyteo si nõ solùm datur hypotheca, sed fortior omnibus regularibus.

5 In censu etiam reseruatiuo idem est dicendum, vt in eo ius reale prædiale formetur, & inde eum censum prædialem vocauit Lasarte de decima vend. & permut. c. 10. per totum: quod ex parte dantis, atque recipientis fundum in censum aperte constat; quia dans fundum sub reseruatione pensionis, eum concedit, & recipiens eum accipit sub ea formali conditione soluendi pensionem reseruatam: ex quo reseruatio transfert in censuarium integrum dominium sub ea conditione, vt de fundo, vel ex fundo, & fructibus eius pensio reseruata præstetur: ergo ex omni parte contrahitus hypotheca, vt latè diximus in capitibus de censu reseruatiuo. Vnde ad censum consignatiuum accedamus, scilicet quando in creatione census consignatiui aliqua res immobilis hypothecæ nominatim subijcitur ad faciliorem, & securiorem exactionem. cẽsus, cùm pacto, vel sine pacto de non alienando, & in ea specie certum est, quòd respectu eius rei, quæ nominatim hypothecæ subijcitur, seruandæ sunt regulæ iuris, quæ de hypothecis loquuntur: sic enim à contrahentibus regularis hypotheca nominatim contrahitur, vt quia specialiter res immobilis hypothecę subijcitur. quis vnquam dubitabit, nisi quód regularis hypotheca formetur, quæ ad similitudinem cæterarum hypothecarum iudicanda sit.

6 Quando verò super aliquâ re immobili nominatim designata census specialiter consignatur, tota difficultas consistit, & in ea dubitatione videtur dicendum, quòd vera hypotheca regularis formetur, & hoc ex sequentibus considerationibus. Primò cõsidero, quôd hypotheca regularis nihil aliud est, quàm suppositio rei ad faciliorem debiti solutionem, vt resoluunt Negusant. de pignorib. 1. p. in princip. num. 2. & latiùs Ioan. Garsi. de expens. & meliorat. cap. 4. num. 33. ponderans ad id rubricam. C. de præd. & alijs rebus minorum non alienandis, vel supponendis, & ex rubr. ff. eod. tit. referens etiam Budæum & Brigonium: ergo è conuerso suppositio & consignatio erit hypotheca, & consequenter ex suppositione & consignatione hypotheca regularis formatur.

7 Secundó, census suppositio & consignatio non est verè seruitus realis, mixta, neq; personalis, vt resoluit Felician. de censib. lib. 3. cap. 4. ex principio, maximè num. 7. & antè à dixerat lib. 2. c. 3. n. 21. vers. *Ex quo quidem licèt existimem*, per totum nu. 21. ergo si verè seruitus non est, hypotheca tantùm regulariter contrahitur.

8 Tertiò id comprobat Felician. d. libr. 3. cap. 4. num. 2. cum alijs, ex aliquibus illationibus, quę propriè inferuntur, ex eo quòd hypotheca regularis contrahitur in cẽsu, nempe quòd perempta & extincta re censuali non perimitur census, sed remanet obligatio personalis ad soluendam pensionem, vt quia fundus supponatur ad securiorem census exactionem, ad similitudinem hypothecæ regularis, ex l. creditor, qui non idoneum. ff. si cert. petat. l. aduersus. C. de action. & obligat. ergo non seruitus, sed hypotheca regularis formabitur.

9 Quartò, & in specie creationis census formari solam hypothecam regularem tenuerũt Conrad. de contract. quæst. 74. & 75. Ioa. Medin. in l. de restit. capit. de cens. col. 4. Couar. lib. 3. variar. cap. 9. num. 5. vers. 4. & numer. 6. Sot. de iust. & iur. lib. 6. quæst. 6. Michael de Palac. lib. 4. de contractib. cap. 7. & 8. Fano de pignorib. 2. p. memb. 4. nu. 164. Petrus Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 51. nume. 4. & 7. & consi. 162. numer. 10. libr. 2. Ioan. Garc. de expens. cap. 4. ex numer. 30. vsque ad 33. & 35. Ioan. Maior. in 4. dist. 15. quę st. 44. Mier. de maiorat. 1. p. q. 4. numer. 6. & 7. Othoman. in tract. de vsur. lib. 2. cap. 4. Gail. in pract. lib. 2. c. 7. num. 13. Bursat. consil. 214. num. 9. & 10. vol. 2. Francis. Milan. in decis. Regni Siciliæ. 7. num. 44. Felician. lib. 3. cap. 4 num. 1. & in 2. par. lib. 1. cap. 1. numer. 5. Pro quibus ponderatur text. in l. obligationum. 3. ff. de act. & oblig. vbi Vlpian. docet, quòd si vsusfructus, aut redditus ex stipulatione promittatur, substantia tamen obligationis in eo non consistat, vt seruitutem nostram faciat, sed vt nobis sponsorem obliget ad dãdam seruitutem. Et deniq; omnes alij, qui tenent personam cẽsuarij non solùm posse obligari in censu, sed & super ea sola consignatum licitũ esset. Quę resolutio fortificatur ex eo, quòd si cẽsuarius cum cæteris creditoribus passim agit de prælatione hypothecæ, vt scripsit Felician. lib. 4. de censib. c. 5. & nos infrà suo loco dicemus, certum erit, hypothecam formari, ex qua censuarios prę ferendos esse curant.

10 E conuerso tamen plures notabiles viri

dixerunt, cēsus cōsignationem, & suppositionem habere se ad modum & similitudinē seruitutis realis, vt aduerrunt Anton. Gama decisione Lusitana 145. Petr. Salaçar de vsu, & consuet. num. 6. & num. 12. Sarmient. lib. 7. Select. cap. 1. numer. 4. Ioan. Gutier. in consil. 18. num. 77. Padilla in l. prædia. nume. 11. C. de fideicommiss. Parlad. rerum quotid. cap. 3. numer. 52. Gregor. in l. 28. tit. 8. part. 5. verb. *A censo* limit. 1. Nauarr. in cap. 1. 14. quæst. 3. notab. 22. Simanc. de catholic. institit. titul. 9. num. 130. Gutierr. lib. 2. pract. quæst. 177. & in l. nemo potest num. 38. delegat. 1. & d. lib. 2. quæst. 167. num. 4. Franc. Garc. de cōtract. 2. part. cap. 4. Auend. responso 12. numer. 12. Anton. Gam. decis. 145. Suarez de Paz in pract. 1. tom. 4. p. cap. 1. à num. 49. Azebed. in l. 1. tit. 15. lib. 5. quęst. *Sobre su heredad*, Molin. de contract. disput. 383. late Roderic. libr. 2. cap. 19. numer. 11. ad fin. cum alijs dicentes, ius seruitutis formatum in census creatione fortius esse alijs hypothecis regularibus: quorū sententia & resolutio ita exemplificari potest vt in census creatione contrahatur quædam vera emptio & venditio iuris percipiendi pensionem annuam censualem ex fructibus rei censualis, vt diximus in capitibus de natura creationis huius census, & inde proprie dici posset, quod seruitus quædam formatur super rebus censualibus exigendi pensionem, & earum fructibus, non tamen quod vera & propria seruitus formetur, sed quòd ius quoddam reale, affixum, & cohærens rebus suppositis longè fortiùs & opulentius hypothecis regularibus contrahatur. Ita deducitur ex Ioan. Fabro in §. item seruiana col. 9. in fin. de actionib. & resoluit Gregor. Lup. in l. 28. tit. 8. part. 5. verb. *A censo*, limitat. 1. Simancas de cathol. institit. titul. 9. num. 130. Auend. responso 12. numer. 10. & ita videtur tenere Felician. lib. 1. de censib. cap. 4. numer. 3. vers. *Non nego*, & cap. 8. num. 19. versic. *Pro qua sententia*, licèt statim libr. 2. cap. 3. num. 21. vers. *Ego quidem licèt existimem*, absolute teneat nō formari seruitutem, licèt cùm Couarr. libr. 3. variar. cap. 7. num. 6. credat formari *Ius quoddam opulentius & fortius cæteris omnibus hypothecis regularibus*, ex quo iure nascuntur plurimi effectus maximi ponderis, & momenti, qui ex sola hypotheca regulari non nascerentur, de quibus ad longum dicendum erit in capitibus sequentibus.

11 Qua quidem natura huius contractus sic cognita non obstabunt omnia supràdicta de hypotheca regulari; quia respondetur, hypothecam quidem formari, sed non regularem, ita quòd regulis cæterarum hypothecarum terminetur, sed irregularem, fortiorem quidem, & opulentiorem cæteris hypothecis, vt quia cum hypotheca concurrat ius illud reale inseparabiliter cohærens fundo, quod in quoscunq; transit possessores, vt ferè omnes suprà relati aduertunt, & apertiùs constabit ex his, quæ in capitibus sequentibus dicenda erunt. Ideò miror de Feliciano, qui cùm in locis suprà relatis referens plures videatur tenere in censu formari licèt non veram, & propriam seruitutem, ius tamen reale cohærens fundo fortius & opulentius cæteris omnibus hypothecis regularibus, statim libr. 3. cap. 4. nu. 2. existimat non formari seruitutem realem per sonalem, neque mixtam, neque quidquam ad eius similitudinem, sed fundum absolutè & generaliter adijci in censu loco fideiussoris, vel pignoris pro securitate exactionis pensionis, ex l. fundus quem, & ibi Bartol. ff. de annuis legat. inferens inde n. 3. non posse à principio in aliquo fundo censum constitui, nisi præcesserit obligatio pensionalis, ex eo quòd hypotheca regularis à principio nō consistit, nisi subsit aliqua personalis obligatio, cui accedat l. Iulianus in princip. ff. delegat. 3. l. grege. §. cū pignor. ff. de pignoratitia actione. l. 2. C. si pignus pignori datum sit: in quoquidem labitur Felician. quia præterquam quòd ipse in locis suprà citatis existimat in censu formari quoddam ius fortius & opulentius hypothecis regularibus, eius resolutio nequaquam sustinetur: quia census à principio rectè constitui potest sine vlla personali obligatione, vendendo scilicet ius percipiendi pensionem annuam ex fructibus rei censualis, in qua venditione venditor non principaliter se obligat ad soluendum, nec personalis obligatio est principalior, sed in effectu & substantia obligat se ad præstandam patientiam perceptioni pēsionum ex fructibus, vt diximus in capitibus de natura census, & in cap. an super sola persona censuarij census consistat: ergo non solùm ab initio creationis census contractus subsistit sine obligatione personali, sed ex propria natura eiusdem, absq; vlla obligatione personali contrahitur; imò secundum originariam naturam huius contractus nulla personalis obligatio effectiua in eo datur, vt diximus in cap. an persona censuarij in censu effectualiter obligetur: ergo non benè dixit Felician. quòd census ab initio creari non potest sine personali obligatione; sequitur enim Felicianus opinionem dicentium super sola pensione consistere censum, imò & personalem esse principaliorem; & ideò mirum non est, si inde inferat, non posse censum à principio creari sine obligatione personali. Cùm igitur verior omnino sententi-

sententiâ sit, super solâ personâ consistere non posse, corruit apertè resolutio Feliciani, & consequenter in censu non solùm contrahitur regularis hypotheca, sed ius quoddam reale cohærens fundo inseparabiliter.

12 Secundò infertur ad declarationem alterius resolutionis Feliciani in d.libr.3.c.4.nu.3.infert enim,& resoluit Felician.ex his,quæ anteà dixerat, quòd sicut hypotheca separari & diuidi potest à personali obligatione, quæ principalior est, & ita personalis obligatio in censum rectè ab hypotheca separatur,& solâ sustinetur,ex quo dicit, perempto fundo censuali manere integram obligationem personalem:inquo etiam lapsus fuit, quia licèt fateamur personalem obligationem non solum diuidi, & separari posse ab hypotheca irregulari census,sed ab initio contractum sine personali creari posse,vt suprà diximus, omnino tamen negamus: ita diuidi personalem ab hypothecaria irregulari,vt perempta re censuali duret obligatio personalis ad soluendum; quia longè verius est,in totum perimi, & extingui censum, vt latè dicemus in cap. an peremptâ re censuali perimatur census;sed quia Felicianus existimauit, vt suprà diximus, super sola persona creari posse censum, tenuit eam resolutionem, quæ nullo modo sustineri potest.

Tertiò infert Felician. in d. libr. 3. cap. 4.
13 numer.5.quòd sicut creditor, qui non idoneum pignus accepit, non amittit ex actionem quantitatis sibi debitæ,sed potest conuenire personam debitoris.l.creditor, qui non idoneũ.ff.si cert.petat.l,aduersus.C. de actionib. & obligat. ita & emptor census effectâ non idoneâ hypotheca, poterit censuarium conuenire. Inquo etiam Felicianus errauit, tam ex eo quòd existimat, solam hypothecâ regularem formari in censu, quàm quòd credit non perimi censum,extinctis hypothecis: vtrumq; enim falsum est, vt ex suprà dictis constat: fuit enim ipse motus ex eo,quòd sæpissimè tenuisset, super sola persona consistere censum;absurdum equidem magnum; & ideo mirum non est,si fecisset illationem,quã impugnamus.

14 Quartò reprobatur ipse Felicianus,dum in d.c.4.num.8.resoluit,posse emptorem,omisso tertio fundi possessore agere aduersus venditorem census,vel eius hæredes, qui rẽ nullam censualem possident,inquo sequitur Couar.lib.3.variar.cap.7.num.6.Est enim longè verior contraria sententia:quia cùm in census creatione non solúm regularis hypotheca,neque principaliter personalis obligatio contrahatur, sed fortius & opulentius ius formetur, reale nempe cohærens inseparabiliter fundo: quod quidem ius principalius est,iniuste emptor venditorem, non possessorem molestabit. Ita resoluit Valasc.de iur. emphyt. q.32.numer.14. & ego latius dixi in cap. an super sola persona census consistere possit: & quamuis Felician.d.num.8.& Ioan. Gutierr. lib.2.quæst.ciuil.q.177.numer.4.contra Valasc. contrarium teneant, aduertendum est, quòd loquuntur, præsuppositò quòd census consistit super sola persona, & quòd peremptâ re censuali remanet obligatio personalis, quæ principalior est, & ideò cùm falsum sit præsuppositum,falsa erit resolutio:non enim consideratur, quis censum vendidisset, sed quis rem censualem possidet. Quod euidenter suadetur ex resolutione eiusdem Couarr. in d.lib.3.cap.7.numer.6. quem refert & sequitur ipse Ioan.Gutierr.d.quæst.177.num.5.dicunt enim, quòd si tertius possessor rei censualis recognosceret per scripturam in fauorem creditoris censum,& post recognitionem alienauerit fundum,non poterit amplius conueniri, etiam si personaliter fuerit obligatus,quia se personaliter obligauit ratione fundi:ergo idem dicendum est in census venditore, vel eius hæredibus non possidentibus rem censualem, quia cùm principaliter vendidissent ius percipiẽdi pensionem annuam ex fructibus eiusdem,licèt se ad personaliter soluendum obligassent, cùm tamen possessores esse dixerint,extinguitur personalis, & nulla differentiæ ratio reperiri potest inter venditorem census personaliter se obligantem, & tertium rei possessorem similiter in recognitione principaliter promittentem, cùm vterque personaliter se obligaret. Vnde si tertius personaliter obligatus alienando rem liberatur,venditor census,& eius hæredes, similiter alienatis bonis liberi existerent: ergo Couarr. & Gutierr. quos Felicianus ponderat pro sua sententia, illam destruere videntur.

15 Cui veritati accedat, ádeó verum esse in his censuum creationibus non solùm hypothecam regularem formari, sed ius quoddam reale inseparabiliter fundo cohærens induci, vt quamuis in hypothecis regularibus obseruatissima regula sit, quòd si tertius hypothecæ possessor conueniatur, possit opponere exceptionem excussionis, vt debitor principalis,qui personaliter obligatus est,prius conueniatur,authent.hoc si debitor.C.de pignorib.authent.sed hodie.C.de actionib.& obligat.l.14.tit.15.part.5.si tamen tertius rei censualis possessor conueniatur, non poterit se

defendere excussionis beneficio, vt quia cũ iure reali directe competenti ad rem, & eidẽ inseparabiliter cohærenti conueniatur, non liberetur nominando debitorem, nec aliter beneficium excussionis obijciendo. Hanc sententiam in censu tenuerunt Guid. Pap. q. 42. & quæst. 576. Cassan. in consuet. Burgũd. rubr. 11. §. 6. in principio. num. 2. & in versic. *Aduerte*, nu. 16. Aluar. Vaez de iur. emphyt. quæst. 32. numer. 14. Petrus Salaçar de vsu & consuetudine cap. 11. num. 47. Foller de censibus. in gloss. verb. *Tanquam res indicatas*. numer. 12. 16. & 36. Suar. de Paz in sua praxi. 3. tom. cap. 2. §. 4. num. 38. Azebed. in l. 1. titul. 15. lib. 1. nou. Recop. gloss. verb. *Sobre su heredad*, & ita decisum fuisse testatur Ant. Gam. decis. 145. numer. 2. vbi noua additio plures alios moderniores referens sequitur hanc sententiam: & quod magis est, imò & mirandum eam sententiam sequitur Couar. lib. 3. variar. cap. 7. num. 6. Ioann. Gutierr. lib. 2. quæst. ciuil. quæst. 167. num. 4. & in l. nemo potest. numer. 31. delegat. 1. Felician. de censib. libr. 3. c. 4. num. 9. qui quidem Couar. & Felician. cùm semper tenuissent, principaliorem obligationem esse personalem, & accessoriam fundi, nescio quo fundamento ducti possunt tenere necessariam non esse excussionem, cùm si excussio necessaria non est, ex eo quòd in censu formatur ius reale, fortius, & opulentius cæteris hypothecis regularibus, impossibile est, quòd illud ius reale sit accessoriũ & subsidiarum, & obligatio personalis principalior. Vnde & verum est, malè tenuisse, principaliorẽ obligationem esse personalem, & longè verius, ideò excussionem non esse necessariam, quia cùm actio directe & principaliter competat ad rem non erit verè hypothecaria regularis, sed ius quoddam cohærens fundo inseparabiliter, quoad quoscunque transit possessores & nullam requirit excussionem; atque consequenter apertè constat, sibi ipsi contrarium fuisse Felicianum, qui postquam in dict. lib. 3. cap. 4. in princip. fundat veram hypothecam regularem formari in censu, & inde num. 8. existimat hæredem conueniri hypothecaria, quamuis tertius rem possideat, statim numer. 9. resoluit, tertium directè posse conueniri; ita quòd si obijciat exceptionem excussionis, non audiatur, dicens in effectu, quòd præcisse, atque directè potest, & debet conueniri ex iure reali competenti directè ad rem. Ex quibus iam constat, quod in censu contrahitur verum ius reale, & non solum regularis hypotheca.

16 Quod etiam benè prosequitur Roderic. libr. 2. de annu. redditib. quæst. 19. numer. 11. per totum; vbi post plures exteros & nostrates resoluit, quod personalis obligatio est accessoria, & realis, non tam ex hypotheca regularis, quamuis seruitutis, & quòd essentia redditus consistit in hypothecis, sine quibus fundari non potest, & quòd ideò peremptare perimitur census, & confusa personali non confunditur hypothecaria, neque realis. De quo etiam mirandum est, vt quia lib. 1. quæst. 1. num. 33. post longam disputationem resoluit, censum creari posse super sola persona cẽ suarij. Quæ omnia fortificantur ex traditis à surdo decis. 310. n. 5. Molina de contract. disput. 383.

17 Quarto modo census realis consideratur ille, qui creatur ex testamento, vel ex causa alimentorum, vel promittendo per scripturam aliquid annuatim de fundo, vel ex fundo, vt in capitibus sequentibus dicendum erit.

## DE CENSV REALI formando, legando, vel promittendo pensionem annuam ex fundo, vel de fundo, ex causa alimẽtorum, seu alia simili, circa intellectum. l. fin. §. fin. ff. de contrahend. empt. Cap. XXIIII.

### SVMMARIVM.

*Conceptio de fundo, vel ex fundo ad alimenta quando inducat censum realem, vel personalẽ circa intellectum. l. fin. §. fin. de contrahend. empt. traditur n. 1. & per totum caput.*

*Census de fundo, vel ex fundo, ex causa alimentorum relictus, vel promissus, an inducat hypothecam, & sit realis, vel personalis, latè examinatur. n. 2.*

*Reseruatio pensionis annuæ ex fructibus beneficij, seu mensæ capitularis, an, & quando inducat hypothecam, & obligationem realem numero 3.*

*Conceptio sola de fundo, vel ex fundo, licèt non inducat hypothecam, si adest aliqua coniectura, veluti causa alimentorum, aut dispositio testamenti, inducit eam, & intellectus ad d. l. fin. de contrahenda emptione. n. 4.*

*Promissio pensionis annuæ facta in testamento absque causa alimentorum, inducit hypothecam, & intellectus ad text. in l. caius secus. 12. ff. de ann. legat. n. 5.*

Concepti

*Conceptio de fundo vel ex fundo facta in testamẽto ex causa alimentorum, inducit censum, & obligationem realem & ponderatur l. 2 ff. de alimentis & cibarijs legatis, & l. cùm ij. §. si vni. ff. de transact. n. 6.*

*Conceptio de fundo, vel ex fundo inducit hypothecam ad solutionem census, quando cum ea conceptione adest expressa suppositio fundi. nu. 7. vt si dicatur super fundo meo n. 8.*

*Conceptio de fundo, vel ex fundo, an hypothecam inducat, quando pensio est perpetua, & intellectus ad tex. in l fin. §. fin. ff. de cõtrahẽd. empt. num. 9. & 10.*

*Anniuersaria, vel decimæ quæ promittuntur & debentur ex fundo, vel de fundo, an inducat hypothecam, vt quia sit onus perpetuum. d numero 10.*

*Conceptio de fundo, vel ex fundo, quando fiat taxatiuè vel demonstratiuè, vt fundus dicatur suppositus, & hypotheca subiecta, & consequenter census realis, vel tantùm demonstratus, & inde personalis. n. 11.*

*Promissio sola de fundo vel ex fundo, non in testamento, neque ex causa alimentorum, sed simpliciter facta, quando inducat censum realẽ, vel personalem remissiuè. n. 12.*

## CAPVT XXIIII.

1 IN capite præcedenti egimus de censu verè reali, in quo contrahitur non solùm hypotheca, sed ius quoddam seruitutis. vnde in præsenti discutiẽdum est, quid iudicandum sit de promissione relata ad rem, vt quando de fundo, vel ex fundo, aut de fructibus, vel ex fructibus alicuius fundi promittitur annua pensio soluenda, in eo casu videbatur census realis, cũ fiat consignatio eius super fundo, vel fructibus fundi, vel ẽ cõuerso personalis, cùm conceptio de fundo, vel ex fundo non inducat seruitutis cõstitutionem. Cuius dubitationis resolutio vtilissima est tã ad intellectum plurimarum legum, quàm ad decisionem causarum ciuilium, quæ fæpissimè super cognitione similis census in tribunalibus Regni versantur, quarum nonnullas in Regia Pinciana Chancellaria, me patrocinante, vidi; & licet eam dubitationem tradiderint Bart. & alij in l. codicillis. §. instituta, de legat. 2. & in l. fundus, quem. ff. de ann. legat. & in l. lucius. ff. de alimentis, & cibar. legat. & eam explicuerint post alios Negusant. de pignorib. 2. p. 4. membro. num. 164. versic. *Vigesimus tertius casus*, Couarr. in cap. Raynuntius. §. 10. num. 8. per totum, & nouissimè in nostri census specie post alios Felician. in tract. de censib. libr. 2. cap. 5. nume. 6. ex versic. *Ex quo inferri potest*, per totum. num. 7. non tamen vt oportuerat, eam explicuerunt. Vnde ad eius resolutionis verisimam cognitionem sequentes casus considerandi erunt.

2 Primus, quando constitutio census, promissio nempe de soluendo quid annuatim facta fuit extra testamentum, ex causa tamen alimentorum, & sub hac conceptione verborũ, Ex fundo, vel de fundo annua pensio pro alimẽtis soluẽda sit, aut ex fructibus ipsius fundi reseruetur, ita quòd in eius cẽsus annui personalis promissione solùm considerari possit promissio personalis, & fauor alimentorum, & in hac specie conceptionis census plures notabiles viri dixerunt, non formari solùm personalem, sed realem, & actionem hypothecariam, quæ in quoscunque transit fundi possessores. Ita resoluunt plures post Acurs. in l. fin. §. fin. ff. de contrahend. empt. & in l. 2. post Acurs. ff. de aliment. & cibar legat. Paul. Castr. consil. 51. Ludouic. Roman. consil. 338. Guid. Pap. quæst. 576. Ioan. Bapt. Garcia Lupus in tract. de pensionib. quæst. 9. numer. 5. & ferè per totam. Hieron. Gigas in eod. tract. de pensionib. q. 51. ex num. 2. vsque ad finem, & post Paul. & alios resoluit Couarr. in capit. Raynuntius de testamentis. §. 10. numer. 8. & alij plures per Aluar. Vaez de iure emphyt. quæst. 32. num. 20. & antea dixerat in quæst. 4. num. 7. Ioan. Garc. de fructibus & expens. num. 32. cap. 4. per totum, vbi fatetum casum hunc esse citra controuersiam, & indubitabilem: qui omnes pro hac sententia referunt text. in l. 2. ff. de aliment. & cibar. legat. & in l. cùm ij. § si vni. ff. de transact. aliaque iura ab eisdem relata, quæ in nostri casus specie non loquuntur, sed in alio casu clariori, & qui indubium reuocari non poterat, scilicet quando conceptio de fundo, vel ex fundo facta fuit ex testamento pro alimentis alicuius: quo casu cùm ex solo testamento inducatur hypotheca, mirum non est, si accedente fauore alimentorum sit inducenda: vnde quando solus fauor alimentorum accedit, difficile videbatur, quòd hypotheca induceretur, cum nulla sit specialitas in alimentis; quia casus in quibus inducitur tacita hypotheca, certi sunt, vt ff. & C. in quibus causis pignus tacitè contrahatur: & tamen inter eos non reperitur causa alimẽtorum: ergo non censetur inducta, cùm nominatim à lege non inducatur. Quo argumento vtitur Bart. post quemdam Doctorem Lombardum in l. lucius. ff. & cibar. legat. & facit pro hac sententia text. in §. actionem instit. de actionib. vbi enumerantur actiones bonæ fidei, & inde cæteræ omnes stricti iuris

sunt:

sunt: ergo solus fauor alimentorum non inducit hypothecam, nisi forte alimenta in testamẽto relinquãtur: quia eo casu duplici vinculo, testamenti nempe, & alimentorum hypotheca formaretur, cùm & sola causa testamenti eam producat. l. 1. C. communia. de legat. & infrà dicendum erit. Qua ratione nihil esse speciale in alimentis, sed regulariter tenendũ esse, hypothecam ex solo fauore alimentorũ non formari in ea conceptione de fundo, vel ex fundo, tenent nominatim Anton. Negus. de Fano in tract. de pignor. 2. p. 4. membro. n. 164. versic. *Ego puto tenendum, quòd nulla sit specialitas in alimentis*, Hieron. Gigas. in tract. de pension. quæst. 51. num. 17. Rebuf. ad leges Galliæ. 2. tom. de constitutione redditus arr. 1. gloss. 4. num. 38. Quorum Fanensis, & cæterorum sententiam non teneo, sed intrepidè contrariam verissimam existimo cum Couar. & Ioan. Garc. qui legentes Fanum. Gigant. & Rebuf. contrarium denique tenuerũt, eorum sententiam reprobantes; & idem contra Fanum, & alios nominatim eos reprobans tenet Aluar. Vaez de iur. emphyt. quæst. 4. num. 7. Et ego nouiter pondero pro hac nostra sentẽtia eosdem Fanum, Rebuf. & Gigãt. nó enim dicunt, neque resoluunt, quód fauore alimentorum ex conceptione de fundo, vel ex fundo, non inducatur hypotheca, neque negant, fauore, atque priuilegio dotis eam induci, sed rigurosè tenent, quod nulla sit specialitas in alimentis, vt quia ex quacunque conceptione de fundo, vel ex fundo, etiam non alimentorum causa facta, inducatur hypotheca. In quo certè lapsi fuerunt, & contra text. expressum loquuntur in l. fin. §. fin. ff. de contrahend. empt. de cuius intellectu infrà latè agendum erit. Sed quamuis verum sit, quòd Fanus, Gigas, & Rebufus generaliter deducant hypothecam ex conceptione de fundo, vel ex fundo, & inde possit inferri, quòd etiam fatentur inducendam esse fauore alimentorum, si quidem alimenta non debent esse peioris conditionis; tamen in ratione, quam ipsi tradunt, videntur hoc impugnare; dicunt enim, quòd tacita hypotheca non datur pro alimentis, & cõsequenter probant, quòd si ex conceptione de fundo, vel ex fundo datur, non ideò est, quòd alimenta in ea conceptione dentur, sed solum ex natura ipsius conceptionis verborũ quam existimant, secluſa specialitate, priuilegio, atque fauore alimentorum, inducere hypothecam, & designationem pẽsionis annuæ: vnde liberare non possunt, quo minus reprobentur: quia in vtroque casu falluntur, cùm hypotheca ex causa alimentorum detur, vt suprà dicti patres tenuerunt, & ex sola conceptione de fundo, vel ex fundo non formetur, vt infrà latè dicendum erit.

3 Et hinc videmus, quòd ipse Gigas de pensionib. quæst. 51. ex numer. 2. vsque ad finem quæstionis, & Ioan. Bapt. Garcia Lup. in eod. tract. de pensionib. quæst. 9. num. 5. vsque ad finem, agunt de reseruatione pensionis annuæ ex redditibus beneficij, aut mensæ capitularis: quo casu post Roman. consil. 338. *in casu*, existimant, ex sola concessione, vel reseruatione de fructibus, vel ex fructibus hypothecam induci, ex eo quòd reseruatur pensio ad alimenta pensionarij, qua ratione reseruationem valere existimant; & sic eos intelligit Aluar. Vaez de iur. emphyt. quæst. 4. num. 6. ad finem: vnde in promissione pensionis annuæ per verba *De fundo, vel ex fundo* concepta, licèt in testamento non fiat, induceretur hypotheca, ex Couar. & alijs suprà.

4 Quorum veram sententiam ego nouiter ex eo confirmo, quia si ex sola conceptione de fundo, vel ex fundo hypotheca non inducitur, vt infrà dicendum erit circa intellectum d. l. fin. §. fin. ff. de contrahend. empt. tamen quando accedit coniectura, quæ fortificat eã, quam ex conceptione de fundo, vel ex fundo aliqui deduxerunt, certum est, quòd deducta ex sola conceptione de fundo, vel ex fundo fortificatur, & consequenter quòd fauor alimentorum, & simul natura conceptionis verborum inducere poterunt hypothecam, quæ aliàs ex sola natura conceptionis, vel ex solo fauore alimentorum non induceretur: vt ità singula, quæ nõ pro sunt, simul collecta iubẽt vt vulgaria iura probant.

5 Secundus casus principalis consideratur, quando conceptio annuæ præstationis de fundo, vel ex fundo facta fuit in testamento, non ex causa alimentorum, sed ex quacunque causa. In qua dubitatione securè dicendũ est, quod hypotheca formetur, non tam ex potestate conceptionis de fundo, vel ex fundo, quam ex natura dispositionis testamentariæ, & fortius ex vtroque simul. Est enim iuris principium, quòd ex testamento datur hypothecaria, ex l. 1. cum vulgatis. C. communia, de legat. §. 1. instit. de legat. vnde hanc sentẽtiam in annua præstatione de fundo, vel ex fundo in testamento facta, etiam non ex causa alimentorum, resoluunt Bart. in l. fundus quem. ff. de ann. legat. & in d. l. codicillis. §. institutis de legat. 2. & in l. Lucius de alimentis legatis, & iterum Bart. & Paul. & Iaſſ. in l. cùm ij, §. si vni. ff. de transact. & in specie resoluit Petrus Castalion. in l. fin. §. fin. ff. de contrahẽ. empt. & alij per Valasc. de iur. emphyt. quæst. 4. num. 7. & nominatim. quæst. 32. numer. 21.

vbi

vbi idem resoluit, non adiecta distinctione, an pro alimentis, vel aliàs annua præstatio in testamento relinquatur, & post Valasc. comprobat Ioan. Garsi. de expens. cap. 4. num. 32. per totum. Sed contra hunc secundum casum quę sic intrepidè probant omnes, facit text. in l. Caius Seuis. 12. ff. de ann. legat. vbi Paul. C. in dispositione testamentaria cõstituit, quòd quamuis Caius Seuis ex prædijs Põcianis prędijs Lucianis quid annuatim prestare iusserit ex hac conceptione legati non inducitur hypotheca, neque seruitus realis, sed tantum personalis per tempore vitæ legatariæ. Qui casus fortissimus contra communem resolutionem suprà dictam; cui textui omissis lecturis Ioannis, & Rogerij relatis ab Scribentibus ibi, maximè à Bart. respondetur, quòd legatum annuum, de quo ibi, præstandum erat ex *Prædijs Poncianis, Lucianis prædijs*, ideo neque erat personale, cùm ex redditu certæ rei præstari deberet, vt probat textu ibi, *Neque in personam*; neque erat reale, cùm seruitus realis sit perpetua, vt etiam præsupponit text. ibi, *Seruitutẽ constitutam non videri, neque in personam, neque in rem*, sed tantùm petitio legati competebat Seiæ legatariæ, & pro tempore vitæ suæ à Mæuia præstandum erat, vt constat ibi, *Sed fideicommissi petitionem competisse ei, cui prædia Luciana legata sunt*. Vnde mirum non est, si morte legatariæ finiretur legatum, vt respondit Paul. ibi; *Et ideò cùm annua legata fuerint, mortua legataria finitum legatum videri*: & sic quamuis ex conceptione de fundo, vel ex fundo in testamento facta formetur hypotheca ex natura testamentariæ dispositionis; cùm tamen in d.l. Caius Seuis legatum dirigeretur ad personam legatariæ, vt pro tempore vitæ suæ ex prædijs præstaretur, nulla habita consideratione ad personam, neque ad rem, sed ad redditus ipsius rei, meritó & hypotheca non formatur, & morte legatariæ finitur legatum.

6 Tertius casus consideratur, quando annua pensio prouenit ex testamento, & simul ex causa alimentorum; quia eo casu ex conceptione de fundo, vel ex fundo, à fortiori formabitur hypotheca: si enim causa alimentorum de perse, & similiter testamentaria dispositio hypothecam inducunt, vt in casibus præcedẽtibus dictum fuit, notissimum est, quòd conceptio de fundo, vel ex fundo in testamento ex causa alimentorum facta duplici ratione, & fortiori vinculo induceret hypothecam. Quam sententiam tenent Couarr. Valasc. & Ioan. Garsi. suprà, atque alij antiquiores, dum in annua præstatione ex testamento, & ex causa alimẽtorũ illam probãt: & ego pro hac sententia pondero text. in l. 2. ff. de aliment. & cibar. legat. ibi; *Et licèt ad fiscum bona fuerunt deuoluta, ex quibus alimenta debeantur præstand, sunt sicuti si ad quemlibet successorem transissent*, vbi text. ad inducendam hypothecam simul fundatur in fauore alimentorum, & natura dispositionis testamẽtariæ. Pondero etiam text. in l. cum ij. §. si vni. ff. de trãsa. & ibi, *Fundus ad alimenta fuerit relictus*, & iterum ibi; *Ad alimenta fuerit relictus*, & ibi, *Si ager in alimenta fuerit obligatus*, qui text. in legato alimentorũ loquitur, & hunc tertium casum nominatim probat.

7 Quartus casus, & qui indubium reuocari non potest, consideratur, quando cum ea conceptione de fundo, vel ex fundo, adest expressa, vel coniecturata, & præsumpta suppositio, & obligatio fundi, ita quòd non dubitetur de assignatione annuæ pensionis super eo facta: quo casu certum est, censum realem, & hypothecariam formari, vt post Bartol. & alios probat nominatim Negusant. de pignor. d. 4. membr. num. 164. versic. *Ego puto*, & post alios Couar. in d.c. Raynuntius. numer. 6. per totum; vbi etiã loquitur in assignatione fundi expressa, vel ex suppositione nominatim facta. Quod etiam probat Ioann. Garsi. de expens. d.c. 4. num. 30. per totum, & probat hãc sententiam text. expressus in l. Lucius. ff. de aliment. & cibar. legat. ibi; *Obligatos eis ob hãc causam fideicommissi esse fundos meos, illum, & illum, vt ex redditu eorum alimenta suprà scripta percipiant volo*, vbi text. loquitur de expressa obligatione, vel suppositione fundi. Probat etiam textus in l. fundus quem. ff. de ann. legat. ibi; *Legatorum nomine, quod in annos singulos reliquit, pignori esse voluit*, vbi verba, *Pignori esse voluit*; & expressam obligationẽ, & suppositionem præsupponunt.

8 Diceretur etiam expressa suppositio fundi quando conceptio verborum promissionis annuæ pensionis, & pactum soluendi formaretur, per illa verba, *Super fundo meo*: quia tunc realis esset obligatio census ex sententia Bartoli in l. codicillis §. institut. per text. ibi; *Super eas fœnerari*. ff. de legat. 2. vbi Bart. intelligit idem esse fœnerari super fundo, quòd eũ obligare pro fœnore: & hanc sententiam sequuntur Paul. Castrens. consil. 333. lib. 1. Cremensis singulari 45. & latè Boer. decis. 66. incipit, *Breuiter*. nume. 3. & 4. Hieronym. Gigas in tract. de pensionib. quæst. 51. nume. 1. & statim num. 4. vbi refert text. in cap. nisi essent, de præbend. & meliùs num. 7. Garcia Lup. in eod. tract. de pensionib. quæst. 9. fere per totam, & benè Aluar. Vaez de iur. emphyt. q. 32. num. 17. versic. *Dicunt alij*, & meliùs in d.

num.

num.17.ad med.versic. *secus si pactum esset conceptum*, vbi plurimos huius opinionis sequaces refert, quamuis fateatur, quòd Fulgosius Costalion.&alij contrarium tenuerunt, ex eo quòd verbum *De*, aliquando ponitur pro *Super*, & quia in verbis nudis differentia non est constituenda. Quorum sententia meritò impugnat ea ratione, quòd frequenter receptũ est, vt suppositio expressa fundi fiat per verbum, *Super* & non per verba, *Ex fundo*, *vel de fundo*, nisi accedant cum ea conceptione coniecturæ suprà relatæ.

9 Quintus casus consideratur, quando annua pensio non ex testamento, neque ex causa alimentorum promittitur, neque expressè, & nominatim super fundo consignatur, sed simpliciter, vel ex alia causa, *Ex fundo*, *vel de fundo* promitttiur, cũm ea tamen adiectione, vt perpetuo soluenda sit, ita quòd in ea conceptione nihil consideretur præter verba, *De fundo, vel ex fundo, & perpetuitas*. In quo casu dixerunt plures, q̃ inducitur hypotheca fundi, & census realis est, per text.in l.hactenus. ff.de vsufructu, & notant Hostiẽs.in summa tit.de locato.§.quæ actio.versic.antepen. & vltim.& Ioan.Faber.in §.item Seruiana col. fin. instituit. de act. & post Guid. Pap. in q. 432.ad fin.& Corn.consil.296.vol.1.resoluit Negus.in tract.de pignor.2.p.4.membro.nu. 164.vers. *Et prædicta tantò fortiùs procederent*, intelligentes hoc modo, & cum ea distinctione text.in d.l.fin.§.fin.de contrahend.empt. dicentes, quòd ibi non inducitur hypothẽca, quia pensio fuit temporalis.

10 Quod ex eo confirmatur, quia in decimis, seu aniuersarijs perpetuis fauore animarum, & ex natura perpetuitatis ex promissione, atque consignatione simili inducitur hypotheca, ex Guid.Papa decis.576. *Actio personalis*, Gigas de pensionibus quæst.44.nume.1.vbi ad id refert text.in capit. quanto de vsuris in fin.& Hostiens.in loco suprà citato, & alij, quos refert Aluar.Vaez de iur.emphyt.q.32 num.20 Sed hic intellectus ad d.§.fin.& resolutio vera non videtur, si intelligatur simpliciter: quia d.§.fin. non distinguit inter temporalem, & perpetuam promissionem, imò magis præsupponit fuisse perpetuam, cum prædijs alienis, quæ perpetuó manent ex prædijs etiam perpetuis promittatur, iuxta notata per gloss. Bartol. Lancelot. in l. Caius. ff. de annuis legat. ideò is intellectus reprobatur à Boer.decis.66.num.3.& 4.& à Valasc.dict. quæst.32.numer.17.versic. *Sunt igitur alij*, in fine; & ego considero, quòd supra dicti Scribentes, qui ex perpetua annua præstatione inducunt hypothecam, non loquũtur, quãdo annua pẽsio promittitur *De fundo, vel ex fundo*, sed quãdo consignatur superfundo, vt constat ex Negusan.in d.num.164.versic. *Et prædicta*, qui postquam in versic. præcedenti locutus fuit de speciali assignatione super fundo, subdit; *Et prædicta tantò fortiùs procederent, quando talis annua pensio designato certo fundo esset soluenda in perpetuum*: ergo Doctores ab eo relati, & ipse Negusan.apertè loquuntur, quando perpetua pensio designatur expressè super fundo, & consequenter quando promittitur, *De fundo, vel ex fundo*, etiamsi perpetua sit, nõ inducitur hypotheca ex d.§.fin.

11 Sextus casus consideratur, quando verba, *De fundo, vel ex fundo*, posita fuerunt demonstratiuè tantùm, non taxatiuè, vt quia fundus fuit expressus, & demonstratus causa designandæ solutionis dumtaxat, non verò subijciendi eum hypothecæ; & in hoc casu plures notabiles viri dixerunt, hypothecam non formari: si verò verba, *De fundo*; *vel ex fundo*, non demonstratiuè, sed taxatiuè adiecta sint, & fundus per modum taxationis designatus, hypotheca, & census realis formetur. Quam distinctionem vnico verbo tradit Couar.in cap. Raynuntius.§.10.num.8.vers. *Lego, aut promitto centum ex fundo Semproniano*: quòd sequitur latè & pulchrè Valasc. de iur. emphyt.quæst.32.num.17.prope finem, vers. *Dicebam ego olim*, & latè prosequitur Garcia de expens.cap.4.numer.33. ad fin. vbi refert Couar.loco suprà citato, & statim id comprobat num.34.per totum, & nouissimè in specie census resoluit Felic.de cens.b.lib.2.capit.5. num.7.versic. *Ex quo inferri potest*, vbi Felic. respondet ad text.in d.§.fin. vt constabit ex infrà dicendis circa intellectum eius text. qui quidem omnes exemplificant eam distinctionem, vt quando in vna, eademque oratione promittitur census, & fit designatio eius, intelligatur taxatiuè fundus designatus: sin verò in diuersis orationibus conceptio diuidatur, demonstratus tantùm, sit, vt si forte dicatur; *Promitto de fundo, vel ex fundo meo decem corbes frumenti*, sit taxatiuè: sin verò dicatur: *Promitto decem corbis frumenti*, & statim in cõtinenti adijciatur, *De fundo, vel ex fundo meo*, sit dispositio demõstratiua. Ita post Molinẽũ, & alios exemplificat Valasc.d.num.17.ad fin. & Ioan.Garsi.in d.cap.4.num.34. prope finẽ, Felician.licèt summariè.in d.cap.5. num.7.& elegantissimè, licèt vnico verbo, Couar.in d. §.10.num.8.subdens hæc verba; *Secus tamen erit.si promittens, vel legans diuersa oratione vtatur in hunc modum; Lego, aut promitto censum ex fundo Semproniano; non enim videtur pignus ex hoc constitutum*: cuius Couar.autoritas, quã

uis grauissima sit dum tamen dixit, *vel legans*, fallitur, quia verba: *De fundo, vel ex fundo*, prolata in testamento, aut legato, producunt hypothecam, vt suprà diximus: dum verò dixit; Promittens; receptissima est eius sententia, atque distinctio, contra quam vrgentissimè facit text. in d. l. fin. §. fin. de contrahendend. empt. vbi verba, *De fundo, vel ex fundo*, videtur concepta in vna, eademque indiuidua oratione, & nihilominus hypotheca non inducitur, sed personalis actio formatur, vt in cap. sequenti circa eius textus intellectum dicendum erit.

12 Septimus casus, & in quo tota difficultas consistit, figuratur, quando promissio sola *De fundo, vel ex fundo*, non in testamento, neque ex causa alimentorum, sed simpliciter concipitur: in quo casu loquitur text. in l. fin. §. fin. ff. de contrahend. empt. & an in eo formetur census realis, vel personalis, dicendum erit in cap. sequenti.

# DE CENSV VERE personali, quomodo concipiatur; & formetur, circa intellectum l. fin. §. fin. ff. de cõtrahẽd. empt. Caput XXV.

## SVMMARIVM.

*Census verè & propriè personalis quomodo formetur, & quis propriè dicatur n. 1.*

*Ponderatur doctrina Speculatoris. n. 2.*

*Census personalis an formetur ex simplici promissione de soluendo quid annuatim de fundo, vel ex fundo, non ex causa alimentorum, neque ex testamento: & intellectus ad text. in l. fin. §. fin. de contrahend. empt. & an promissio transeat in singularem successorem, & inducat hypothecam, vel personalem obligationem, quãdo formatur de fundo, atq; ratio decidendi ad d. §. fin. numer. 3. ad finem, & elegantius numer. 4.*

*Reprobatur intellectus Acursij, & aliorum. numer. 5.*

*Reprobatur intellectus distinguentium inter præstationem perpetuam & temporalem, numer. 6.*

*Reprobatur intellectus explicantium verba, De fundo, vel ex fundo. n. 7.*

*Fundus quando videatur taxatiuè designatus, vt sic formetur hypotheca, vel in vna studiuersis orationibus positus, & intellectus ad plurima Iurisconsultorum responsa. n. 8. & 9.*

## CAPVT. XXV.

1 DE censibus realibus egimus in capitibus præcedentibus, vnde in præsenti de personalibus agẽdum est; non tamen agemus, an consignatiuus super sola persona censuarij consignetur, quia illud latè suo loco dicendum erit; sed quis sit verè census personalis: & dicendum est, quòd is census personalis formatur, quando quis ex aliqua causa pensionem annuam vniformem soluere promisit, & ad eius solutionem personaliter se obligauit, ita quòd census à sola persona promittentis deriuetur, ac pendeat, stans de per se, non relatus ad aliquam rem, sed longè distans à reali obligatione. Quo casu formatur census verè, & propriè personalis, & ex ea promissione producitur obligatio personalis ad dandum & soluendum, vt resoluit in effectu Molina de contract. d. disput. 383. statim post principium, dicens, quòd in eo casu solũ correspondet duplex partiale correlatiuum, res scilicet, quæ debetur, pensio nempe annua, & obligatio personalis ad soluendum. Quæ resolutio, atque cognitio census realis, & personalis, vltra Molin. & alios quos legerim, euidenter probatur ex natura vtriusque actionis, tam realis, quàm personalis: est enim obligatio personalis eá, quæ nunquam egredi tur à persona obligati. l. actionum genera in princip. ff. de act. & obligat. gloss. in §. omniũ, verb. in rem, instit. de actionib. l. 1. §. si hæres percepto, vbi omnes. ff. ad Trebel. l. penult. de actionib. & obligat. & illud deducitur clariùs ex natura realis obligationis, quæ opponi tur personali, & nullam habet personam obligatam, sed competit ratione iuris, quòd quis habet in re, puta ratione directi dominij, vt in l. in rem. ff. de rei vendicat. vel ratione vtilis tantùm l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectigalis, vel emphyteoticalis petatur, vel propter ius seruitutis, vt in §. aquæ, instit de actionib. vel propter ius pignoris & hypothecæ, quod quis habet in re. §. item Seruiana. instit. de action. vnde dixerunt plures, quòd qui tenetur actione reali, non dicitur obligatus. §. omnium, instit. de actionib. ibi; *Nullo iure obligatus est*: ergo ex natura actionis personalis & realis deducitur quæ sit obligatio personalis, vel realis, & qui contractus personalis, vel realis sit.

2 Quod eleganter dixit vtrumque comprehendens

hendens Specular. in tit. de emptione & venditione. §. 1. versic. *sed pone* dicens, *Quod obligatio personalis & seruitus differunt; quia personalis obligatio sequitur personam, seruitus verò rem.* Cuius Speculatoris sententiam confirmat in effectus Bald. in rubr. C. de vsufructu, vers. *Sed insta*, & in l. 2. numer. 14. C. de seruit. & aqua. Roman. consil. 311. vers. *Quæro ad tertiũ*: quæ differentia maiori quidem ratione in cẽsu procedit, cuius contractus apertissimè cognoscitur an sit personalis, vel realis, cùm personalis à sola persona promittentis pendeat, & realis super re ipsa immobili & fructifera consignandus sit, vt suprà diximus, & infrà latiùs dicendum erit. Vnde eum esse verè censum personalem, quæ à persona sola promittentis pendet, & proficiscitur absq; vlla relatione ad rem, probant Ancharran. in cap. peruenit de censib. Roman. consil. 311. versic. 3 *Quoad tertium*, Denique is census personalis exemplificatur, quando ab ab aliquo promittitur certa pensio annuatim soluenda, non habita consideratione ad rem vllam, sed simpliciter facta promissione soluendi: is enim diceretur census verè personalis distans à reali obligatione: ex ea census cognitione ad plurimo notatu digna infertur. Et primó, an ex sola, & simplici promissione de fundo, vel ex fundo non facta in testamento, neque ex causa alimentorum formetur hypotheca, & census realis, vel personalis. Quæ quidem facti species, in qua tota difficultas consistit, nominatim designatur, & expressè concipitur in l. fin. ff. de contrahend. empt. his verbis: *Lucius Titius promisit de fundo suo centum millia modiorum frumenti annua præstari*, in quo textu neq; adest causa testamenti, neque fauor alimentorum, sed sola & nuda promissio de fundo: vnde restat videre an detur in eo text. hypothecaria, vel personalis tantum, vt inde inferatur, quando annua præstatio de fundo, vel ex fundo absque consideratione testamenti, vel fauore alimentorum, sit realis, vel personalis. Et in hac dubitatione, quę clauis est totius materiæ census personalis, verissima resolutio est, quòd ex sola promissione *De fundo, vel ex fundo*, census realis non formetur, sed merè personalis contrahatur. Quod apertissimè probatur ex Sceuola in d. §. fin. vbi videmus, quòd Lucius Titius promisit de fundo suo decem millia modiorum frumenti annua præstare prædijs Cai Sei, & postea vendidit fundũ; & cùm dubitaretur, an emptor Caio Sæio ad præstationem frumenti esset obnoxius, securè Sceuola respondit, emptorem Caio Seio obligatum non esse: quod ab eo responderi non posset, si ex conceptione formaretur hypothecaria, cum necessario emptorem sequeretur; & ideò non possent verificari verba illa, *obligatum non esse*, vt quia non licet non personaliter, ex hypothecaria tamen obligatus maneret, vt acutè probat Fulgos. in d. §. fin. Vnde textum illum in obligatione personali intellexerunt Curt. Iun. & alij moderniores ibidem, & melius Anton. de Padilla in l. in prouinciali num. 23. C. de seruitut. & aqua, & bene Aluar. Vaez de iur. emphyt. quæst. 32. nume. 17. per totum, vbi reliquos intellectus elegantissimè reprobat, & elegantiùs in specie annuæ præstationis censualis id comprobat ipse Aluar. Vaez d. tract. de iure emphyt. quæst. 1. num. 16. per totum, dicens, quòd ex contractu annui redditus promissi *De fundo, vel ex fundo*, vt in casu d. §. fin. nascitur obligatio sola personalis, non realis, & emphyteutica. Quod ex glossa Oddofredi, Alber. & Bald. comprobat Anton. Gom. in 2. tom. var. cap. 15. nume. 21. ad med. dicens, quòd etiam quando obligatio personalis est respectiua ad rem, vt in casu. §. fin. non sequitur fundi possessorem. Quorum sententia tollitur ex alia deducta ex l. pro parte. ff. de seruit. qua constituitur, quòd si debitor, qui promisit seruitutem postea vendat, & alienet fundum, super qua constituta fuit illa promissio, non transiret in singularẽ successorem, vt is singularis successor non teneatur ex promissione sui prędecessoris constituere seruitutem. Quod etiam deducitur ex l. penult. §. si placet. ff. de seruitut. ex l. si sub vna. §. fin. eod. titul. de quo per Cepolam in tract. de seruitut. libr. 1. capit. 38. col. fin. & latiùs per Anton. Gam. 2. tom. variar. d. ca. 15. num. 21. per totum: & hanc sententiam tenet Guid. Pap. de cis. Delphinatus 576. quem referens sequitur Decius consil. 310. Hieron. Gigas in tract. de pension. quæst. 44. num. 10. cum alijs, & quæst. 51. num. 2. cum alijs. Garc. Lup. in eodem tractatu de pensionib. quæst. 9. ex num. 5. cum alijs, vbi referens alios, secluſa causa alimentorum & testamenti resoluunt, quòd in simili conceptione annuæ præstationis non inducitur hypotheca, sed actio personalis tantum, intelligentes sic textum in d. §. fin. Idem etiam resoluit Fanus de pignorib. 2. p. 4. memb. num. 164. versic. 23. cum duobus sequentibus versiculis, qui licèt vulgariter referatur ad probandum, quòd in omni annua præstatione hypotheca nascitur, illud tamen demum probat, quando fit consignatio, & suppositi fundi expressa, vel quando fit per verbum *Super fundo*, vt suprà diximus, non verò quando promissio concipitur per verbum, *De fundo*, sicut in d. §. fin. quia eo casu potiùs præsupponit contrarium, vt ex

eius

ēius contextura cōstat. Similiter Couar. in d.§.10.num.8.expressè resoluit, quòd quando promitto centum ex fundo Semproniano, non videtur pignus constitutum, licèt fundus ad solutionē fuerit designatus, & dicit, quòd Bart.in l.Lucius.ff.de aliment.& cibar.legat. loquitur in alimentis hoc restringens ad alimenta. Iterum Aluar.Vaez de iur.emphyt.q. 32.num.7.per totum hoc resoluit, respondēs multipliciter ad text.in d.§.fin.præsupponēs semper, quòd loquitur in actione personali, & latè Ioan.Garc.de expens.& meliorat. cap. 4.num.30. cum pluribus alijs hoc ipsum tenet,& præsupponit, respondens ad d.§.fin.& idem tenent Gigas de pensionib.q.51.per totam, Garcia Lup.in eod.tract.q.9. per totam, vbi agunt de suppositione fundi expressa, vel per verbum, *Super fundo* facta, intelligentes d.§.fin.in personali actione. Id ipsum resoluit Felician.de censib.lib.2.c.5.n.7. per totum, vbi respondet ad d.§.fin. vt infrà dicam. Ex quibus iam constat, hanc esse verissimam resolutionem,& textū in d.§.fin. loqui in actione personali.

4 Poterat quis nouè & ingeniosè obijcere cō tra hanc verissimam resolutionem & intellectum ad d.§.fin.quòd si admittatur, videtur deficere rationem dubitandi ad eum text. vt quia dubitari non poterat, quòd personalis obligatio non sequatur fundi possessorem, & ita ne deficiat ratio dubitandi, ad eum text. dici potest, quòd loquatur in hypothecaria. Cui obiectioni ingeniosè respondetur, quòd verba textus ibi: *Quo iure, quaque conditione eà prædia Lucij Titij hodie sunt, ita veneunt, itaque habebuntur*, dederunt eidem Sceuolæ rationem dubitandi etiam in actione personali; quia cùm Sceuola præsupponat, quòd in venditione fundi à Titio factæ addita fuerunt verba illa, *Quo iure, quaque conditione*, vt ipse Sceuola præsupponit, ibi, *Additis his verbis*, dubitari non immeritò poterat, an obligatio personalis virtute eorum verborum sequeretur emptorem fundi, cùm nominatim Titius fundum vendidisset eo iure, atque conditione, cum qua ipse habebat, & ita non
5 deficit Sceuolæ ratio dubitandi. Ex qua verissima resolutione infertur ad plurima notatu digna. Et primò ad reprobationem Acursij,& aliorum in d.§.fin.dicentium, quòd ibi Sceuola tantùm negauit, personalem obligationem transire in emptorem, de quo fuit interrogatus, vt præsupponit textus ibi, *Quæro an emptor*, & statim ibi: *Respondi emptorem*, & iterum ibi, *Obligatum non esse*, non tamen negasse hypothecariam obligationem fundi. Quem intellectum sequitur modernus Parisiensis in consuetud.Paris.§.32.gloss.2.& eū dicit probabiliorem & receptiorem Felic. de censib.lib.2.c.5.n.7.ad finē, confirmans eū, ex eo quòd responsa Iurisconsultorum debēt restringi ad interrogationem, ex l. Celsus autē.ff.quibus ex caus.in possess.eatur, & quòd ideò cùm à Consulto quæreretur de personali actione, de eadem personali responsio est intelligenda. Sed hæc interpretatio non solùm vera non est, & diuinatoria, sed contra mentē illius textus, vt aduertit ibi Salicetus; non enim est intelligendum, neq; credendum, Sceuolam respondisse, quòd singularis successor fundi nō teneretur, si fundus hypothecæ subiectus erat, cùm realis obligatio sequatur singularem successorem.l.si conuenerit.§. si fundus.ff.de pignorat.action.l.debitorem.C. de pignorib.vt ibi aduertit Fulgos. Neq; Sceuola fuit interrogatus an emptor obligatione personali teneretur, cū esset frustratoria interrogatio, sed an hypothecaria cōueniri posset, vt quia dubitaretur, an hypothecaria formata fuisset. Et huic dubitationi respondit Sceuola, *Emptorem obligatum non esse*, neq; personali, neq; reali obligatione, personali quia emptor erat, & tertius successor fundi, hypothecaria, quia ex ea conceptione de fundo non fuit formata: ideò hunc intellectum Acursij reprobat Aluar.Vaez de iur.emphyt.in d.q.32.n. 17.& reprobatur ex omnibus suprà dictis. Est q; mirandū, quòd Felic.in d.n.7.ad finem dixerit in d.§.fin.hypothecariā formari, cùm in eod.n.7.firmiter resoluat, quòd ex cōceptione de fundo non nascitur hypothecaria, nisi quādo fundus taxatiuè in vna, eadēq; oratione cū promissione designatus est, & in d.§. fin.non taxatiuè, sed demonstratiuè fundus designetur, vt infrà dicendum erit.

6 Reprobatur etiam intellectus dicētium in d.§.fin. promissionem tantùm fuisse factā de constituendo illos redditus, & ideò fundum non affecisse, ex Bart.Bald. & Imola in l.codicillis.§.instituta de legat.2. quia verba textus id aperte reprobant, cùm non inducant promissionem de constituendo, sed veram constitutionem de præsenti, dum Sceuola dicit, *Promisit*, & statim, *Præstare*: & ita eum intellectum, quamuis alia ratione, reprobat Valasc. in d.quæst.32.num.17.non enim in d.§. fuit facta promissio de constituendo redditus *Super fundo*, sed de præstando pensionem annuā de fundo, quia si de cōstitutione, *Super fundo*, ageretur, cùm verba, *Super fundo*, inducant hypothecam, vt suprà diximus, & probat Valasc. d.num.17.vers. *Dicunt alij*, ad finem, magis affectus esset fundus, etiamsi verba, *Super fundo*, futuram suppositionem respicerent,

& saltem vēditor fundi ad supponendū fundum teneretur, vel ad alium subrogādum, aut interesse præstandum; sed quia ibi non loquitur Sceuola per verbum, *Super fundo*, quod hypothecam inducit, sed per verbum, *De fundo*, quod nullam producit; neq; intellectus procedit, neq; sustineri potest.

7 Reprobatur etiam alius intellectus ad text. in d. §. fin. distinguentium, an præstatio sit perpetua, & inducatur hypotheca, an verò sit tēporalis, & non inducatur; de quo suprà diximus in capite præcedenti, vt is intellectus nullo modo procedat; quia præterquam quòd Scribentes, qui eum tradiderunt, loquuntur, quando promissio concipitur per verbum, *Super fundo*, vt ibi diximus, & non benè adaptatur ad conceptionem, *De fundo*, de qua agitur in dict. §. fin. non tamen fundantur in sola perpetuitate promissionis, neque constat, an in dict. §. fin. promissio fuerit perpetua, vel temporalis, vt aduertit reprobando eum intellectum Aluar Vaez in dict. numer. 17.

8 versic. *Sunt igitur alij.* Reijcitur etiam intellectus dicentium, quòd in dict. §. fin. non formatur hypotheca, quia promissio fuit concepta per verba, *De fundo*, *vel ex fundo*, quasi huiusmodi verba non realem, sed personalem tantum obligationem inducant; neque taxationem, sed demonstrationem fundi importent. Quem intellectum tradunt plures, quos refert & sequitur Aluar Vaez in dict. numer. 17. versic. *Alij igitur non pauci dicunt*, & quamuis verbum, *De fundo*, aliquando significetur, *Super fundo*, vt in l. 3. C. si à non competente iudice, & inde plures notabiles viri confundant dictiones illas, *De fundo*, *& super fundo*, vt aduertit Valasc. in dict. versic. *Alij igitur*, per totum, maximè ad finem, longè verior resolutio est, distinctam esse eorum verborum significationem, vt verbum, *Super fundo*, significet consignationem, & suppositionem fundi expressam, & verbum, *De fundo*, demonstrationem eius tantùm. Sed quamuis hoc verum sit, vt differant prædictæ conceptiones verborum, & conceptio *De fundo*, sola non inducat hypothecam, vt certum est, & suprà dicti omnes aduertunt; non tamen ex ea communi resolutione respondetur benè ad eum text. quia esset respondere cum ipsius decisione absque decisionis ratione; ideò licet in se verus sit, vt latè suprà probauimus, ratione tamen caret, quia eam neque Doctores referunt, neque considerant. Vnde omissis suprà dictis omnibus intellectibus, tenenda formiter est distinctio de conceptione taxatiua, vel demonstratiua fundi in vna, vel diuersis orationibus facta, vt taxatiuā inducant hypothecam in vna oratione facta; demonstratiua verò in diuersis nullam producant, vt resoluimus suprà in cap. præcedenti. Neque aduersus hanc verissimam resolutionem, vt ibi aduertimus, obstabit dict. §. fin. dum in vna, eademque oratione taxatiuè videtur fundus designatus, vt sic inferatur, hypothecam debere formari; quia certum est, in eo textu duplices fuisse orationes; in promissione, *De fundo*, vt constat ibi, *Titius promisit de fundo suo*, ex quibus verbis concipitur vnica oratio; & statim ibi: *Centum milliamodiorum frumenti annua præstare prædijs Cai Sai*, aliam integram orationem Sceuola formauit: ergo demonstratiuè adiecta fuerunt verba, *De fundo*, & non taxatiue, atq; consequenter distinctio de taxatiua & demonstratiua verissima est.

9 Ex qua verissimā resolutione inferri potest ad intellectum plurimorum iurium, & nominatim ad responsum Vlpiani in l. quidam de testamento. ff. de legat. 1. ibi: *Respondi verò similius esse patrem familias demonstrare potiùs hæredibus voluisse, vnde aureos quadringentos sine incommodo rei familiaris contrahere possint, quàm conditionem fideicommisso iniecisse:* vbi Vlpianus designationem, vnde legatum soluatur, in diuersa oratione factam non inducere taxatiuam conditionem, sed demonstrationem probat. Idem infertur ad text. in l. si sic. §. 1. de legat. 1. & ad l. ex his verbis. ff. quando dies legati cedat, & ad l. Paulus Calimacus. §. Iulius. ff. de legat. 3. ad aliaque quam plurima Iurisconsultorum responsa, quæ refert Ioann. Garsi. de expens. & meliorat. cap. 4. numer. 34. cum alijs, quæ apertissimè intelliguntur ex ea distinctione, vel demonstratiuè concepta fuerit promissio de soluendo ex fundo, & an in vna, vel diuersis orationibus proferatur. Similiter etiam ex intellectu, quem suprà tradidimus ad text. in dict. §. fin. infertur ad plurima notatu digna, quæ tradit Aluar Vaez Lusitan. de iur. emphyt. quæst. 32. per totam, maximè ex numer. 17. vsque ad numer. 26. per totum, vbi tam circa intellectum, quàm materiam dict. §. fin. plurima conducibilia adducit; vnde ad petitorium, & possessorium, an competat in his annuis præstationibus personalibus transeamus.

AN

# AN POSSESSORIVM, vel petitorium formale detur in cẽ sibus personalibus, quorum in capitibus præcedẽtibus meminimus circa intellectum cap. querellam de elect. c. fin. de in integrum restit. vtilis disceptatio. Caput XXVI.

## SVMMARIVM.

*Petitorium formale an detur in annuis præstationibus personalibus, vel tantùm competat actio personalis ad dandum, rectè discutitur. Petitorium formale quid sit, & intellectus ad l. qui petitorio ff. de rei vendicat. & quòd requirantur duo extrema habilia, dominium agentis, & possessio rei conuenti, num. 1. ad finem. nu. 1.*

*Petitorium formale, licèt secundum aliquorum opinionem dicatur, quando agitur ad vsum, vel vsumfructum, verius tamen est eo casu non dari, cùm deficiat substantia petitorij, ius nempe reale, licèt possit censuarius condemnari ad dandum. n. 2.*

*Possessorium formale an detur in annuis præstationibus personalibus, vel tantùm actio personalis ad soluendum. n. 3. & latiùs traditur veritas. n. 9.*

*Annua præstatio personalis an præscribatur, & consequenter an possideatur, & intellectus ad l. cùm de in rem verso ff. de vsur. n. 4. & satisfactio obiectionis. n. 13.*

*Debitor hæreditarius, veluti iuris possessor, conuenitur hæreditatis petitione, & intellectus ad l. neq; vllam. §. fin. ff. de petit. hæreditatis, n. 5. & meliùs. n. 14.*

*Possessorium formale an detur pro libertate possidendi ius percipiendi pensionem annuam, & intellectus ad text. in cap. fin. de restit. spoliator. n. 6. & meliùs n. 15.*

*Intellectus ad text. in cap. sicut de re iudicata, & an ibi detur possessorium formale, vel restitutio status. n. 7. & n. 16.*

*Intellectus ad text. in cap. querellam de electione, & an intelligatur in possessorio formali, vel in restitutione status, num. 8. & num. 17. & nouus intellectus ad eum textum. numer. 18.*

*Possessoriũ formale, licet non detur in annuis præstationibus personalibus, datur tamen status, ad quẽ sit restitutio, & quis dicatur is status, & intellectus ad cap. si Episcopus. 3. q. 2. cap. diligenti de foro competenti, n. 10. & 11.*

*Restitutio status datur, quando annua pensio personalis, quæ annuatim soluitur, est causata, ex causa nempe legitima, debita, & præstita, & intelligitur communis sententia Doctorum. numer. 12.*

## CAPVT. XXVI.

IN capitibus præcedentibus egimus de censibus personalibus, annuis nempe præstationibus, quæ à persona personę debẽtur, inquibus sępè contingit dubitari, an detur petitorium & possessorium formale, vel tantũ actio personalis ad dandum. Quam dubitationẽ vidi semel cõtrouersam in Regia Pinciana Chãcellaria, in qua duo casus principales considerantur.

Primus in petitorio formali; secundus in possessorio. In petitorio dixerunt plures notabiles viri, quòd in his præstationibus annuis personalibus non detur petitorium formale, sed tantùm concedatur contra promittentem pensionem annuam actio nuda personalis ad dandum. Ita resoluunt Cyn. in l. si certis annis circa fin. C. de pactis, Bald. in l. 1. in principio. C. de fideicommiss. dicens, quòd in personalibus obligationibus non insurgit petitorium, quia solùm agitur ad dandum. Idem tenet Angelus in l. regulariter. ff. de petit. hæreditatis, dicens, quòd contra personaliter obligatum dari non potest petitorium formale; & ante eos idem scripsit Ioan. Fauer in §. præiudiciales. n. 37. instit. de act. & elegãter Tiraq. de retract. Lignag. §. 1. gloss. 6. num. 11. Cæsar Contard. in repetitione. l. vnicæ. C. si de momentanea possessione. q. 13. Quorum sententiam ex eo cõfirmari existimo, quia petitorij, & ipsius contractus censualis personalis natura id suadet; dicitur enim petitorium, cùm de rei proprietate est quæstio. l. is qui destinauerat. ff. de rei vendicat. notandus text. in l. qui petitorio, vbi gloss. eod. tit. de rei vẽdicat. vbi Acurs. exponit verba text. ibi: *Quod qui petitorio iudicio vtitur*, vt intelligatur de actione in rem, ex quo denotat non cõpetere petitoriũ, nisi pro actione in rẽ; quia in petitorio competit in rẽ actio. l. actio in personam. ff. de act. & obligat. l. pecuniæ verbũ. §. actionis de verb. signific. notat glos. in l. 1. verb. vendicante. C. vbi in rem actio, & docent Doctores in l. naturaliter. §. nihil commune, maximè Ripa n. 10. & n. 197. de acquirẽd. possess. Rubeus n. 3. Fernandez in 1. p. n. 32. Corras. in prælud. ij. n. 41. Rebuf. in cõmẽtarijs ad Regias cõstitutiones

tom.3.art.7 gloss.1.num.2. & 3. ex quo cùm in censu personali agatur personali actione, non possunt in eo propriè accipi verba, *Rem peto*, l.non solum.§. si mihi de vsucapionibus. l.3.§.item quęri,de rebus eorum, qui sub tutela,& post Cyn.in l. 1. C. communia vtriusque,aduertit Hormanot.in l.naturaliter.§. nihil commune.num.2.ff.de acquirend. possess. Cùm igitur in censu personali non agatur ad rem,sed contra personam,neque verba, *Rem peto*,in eo censu admitti possint: ergo petitorium non admittitur , neque contra soluentem pensionem datur , sed sola personalis actio ad dandum conceditur. Rursus petitorium requirit duo extrema habilia, dominiũ nempè agentis,& possessionem, vel quasi, rei conuenti,vt deducitur ex l.vnica. C. de alienat.iudicij.l.in rẽ actio in principio.l.qui petitorio cum l.si autem.ff.de rei vendicat.ergo in actionibus personalibus,quæ ex annuis prę stationibus nascuntur,non datur.

2 Et quamuis aliqui sentiant contrarium, existimantes petitorium formale dici, quando agitur ad vsum,vel vsum fructum, cùm agens ad iura incorporalia censeatur dominus, Alexand.in d.§.nihil commune.num.4. Maranta de ordine iudiciorum dist.7.num.1.& consequenter dari petitorium præsupponant, in eisdem iuribus incorporalibus ; certissimum tamen est,petitorium formale non dari,cùm deficiat substãtia petitorij,scilicet ius reale, seu mixtum;posse tamen censuarium cõdemnari ad dandum; quia sicut in actione reali agitur, & concluditur ad declarationem iuris realis. l.ex diuerso.ff.de rei vendicat. cum vulgatis; sic in personali potest agi , & concludi ad declarationem iuris personalis, scilicet vt à iudice declaretur, quem debitorem esse certæ pẽsionis annuæ personalis,ex l.si tamen.§. si arbiter.ff.de arbitris.l. si prætor in princip. ff. de iudicijs , notant Doctores in prædictis locis , & aduertunt Cynus in l. si certis annis col.fin.C.de pactis,Ioan.Andr.in additionib. ad Speculat.tit.de vsufructu.§. viso sed qualiter, Aretin.in principio, institut. de interdictis,& in hunc modum sunt intelligendi dicẽtes possedari petitoriũ in his præstationibus personalibus annuis, vt loquantur non de formali petitorio, sed de actione contra personã censuarij ad soluendam annuam pensionem in iudicium deducta.

3 Secundò ex omnibus supradictis infertur ad cognitionem alterius, etiam difficilis dubitationis, cuius sępissimè canonum & legum professores ad inuicem se impugnantes memi nerũt, scilicet an in his præstationibus annuis personalibus detur possessorium formale, vel actio tantùm personalis ad soluendum , & iuris canonici interpretes competere remedia possessoria probant , vt constat ex Innocent. Abb.antiq.Henric.Anton.& alijs in cap. querellam de electione, Aflict.decis.393. Gigas de pensionib.q.48.n.1.Aym.Gabr.cons.140 n.2.& alijs pluribus per decis.Pedemont. 99. n.47.vsq; ad 49.Bornin.Caualcan.decis. 28. in addit.n.13.& 14.& alijs per Menoch. de recuper.remed.1.n.87.& hanc canonistarũ sententiam prosequitur nouissime Felic.in tract. de censib.lib.3.c.1.n.8.& 9. vbi referens Felin.Dominic.Galeaul.Rebuf.& alios, deniq; num.9.in fine resoluit,traditionem canonistarum verissimam esse , & eam ab impugnationibus legistarum ipsam liberasse : sed quia ea sententia sic absolutè , & genericè sumpta nunquam mihi vera visa fuit , eius fundamenta, quibus supradicti vtuntur, referam, & ratione euidentissima impugnabo, vt ita nihil obstantibus contraria verior existat.

4 Primò sic argumentantur. Annua præstatio personalis præscribitur in futurum contra soluentem.l.cùm de in rem verso. ff. de vsuris: ergo possidetur,vel quasi,cum absq; possessione,vel quasi præscriptio non competat. l.sine possessione.ff.de vsucapiõ.reg.sine possessione de reg.iur.in 6. & consequenter si actio personalis ad soluẽdũ prescribitur,& possidetur:ergo possessoriũ formale pro ea dabitur.Ita argumẽtatur Ioan.de Lignano in quodam cõsilio relato inter consilia Bald.425 lib. 3.quod argumentum impugnat,& statim confirmat,atq; iterum impugnat, & deniq; confirmat Felician.in d.n.8.vers. Quintò annua præstatio fol.202.

5 Secundò argumentatur Felician.& confirmat canonistarum sententiam ex text. in l. neque vllam.§.fin.ff. de petit. hæredit. vbi debitor hæreditarius , veluti iuris possessor conuenitur hæreditatis petitione, ex l. regulariter.ff.eodem,vbi iuris, & rerum incorporaliũ possessor conuenitur hæreditatis petitione,inferens, quòd si apud debitorẽ requiritur possessio iuris , propter quam ad aliquid dandum,vel præstandum attringitur, necessariò dicendum est,quod possessorio conueniri potest.Ita Felic.d.n.8.vers. *Tertiò facit text.*

6 Tertiò ponderant pro hac sententia text. in cap.fin.de restit.spoliator.vbi quis possessorio conuenitur pro libertate possidendi ius exigendi pensionem: quem text.ponderat Felician.suprà n.8.vers. *Potest extendi,* text. in cap.vlt.

7 Quartò argumentantur de text. in cap. sicut de re iudicata,dicentes, quòd ibi pensio quinq;

quinq; modiorum frumenti petebatur remedio possessorio, ponderantes verba text. ibi: *Super quinq; frumenti modijs vertebatur, qui dicebantur ipsi Henrico per annos singulos soluendi*, vt considerat Felician. suprà n. 8. vers. *Prequa sententia in primis.*

8 Quintò demum ponderant text. in cap. querellam de electione, vbi similiter præsupponunt, quòd pro pensione sexdecim denariorum annuatim soluenda possessorium in iudicium fuit deductum. Quem text. ponderauit post alios Felician. suprà n. 8. vers. *Secundò facit text.* & cum his fundamentis residunt tenentes canonistarum sententiam.

9 Sed tamen his omnibus fundamentis nihil obstantibus, legistarum sententiam, quæ longè verior, & receptiòr est, tenuerunt Cyn. in l. sciendum. §. qui satis dare cogantur, Ioan. Faber in §. præiudiciales numer. 37. instit. de actionib. Ioannes de Platea in. §. retinendæ. numer. 48. instit. de interdict. Alexand. consil. 94. num. 1. vol. 1. Guid. Pap. decis. 552. Bertrand. consil. 38. num. 3. lib. 1. & cons. 120. eod. lib. Ripa in l. 2. ff. quorum bonorum, Tiraquel. de retract. Lignag. §. 1. gloss. 6. numer. 11. & 12. & his non relatis post Bartol. Bald. & alios antiquiores, & post Menoch. & alios moderniores hoc ipsum confirmat Felician. in d. libr. 3. cap. 1. numer. 8. vers. *Contra verò*, licet contrariam opinionem sequatur. Qui quidem omnes ex eo verissimum id existimant, quia cùm possessorium & petitorium sint correlatiua, vt notissimum est, & in annuis præstationibus personalibus petitorium formale nó detur, vt suprà diximus, neq; possessorium dandum est. Quo argumento vsi fuerunt omnes huius opinionis sequaces, & nominatim Menoch. de recuperat. remed. 1. n. 87. vers. *Nullum autem possessorium*, quod argumentum malè quidé impugnauit Felician. in d. num. 8. vers. *Secundò petitoriam*, vbi si rectè Felicianus consideretur, potiùs contrariú tenet; dicit enim cum Angelo in l. si certis annis. C. de pactis, quod in præstationibus merè personalibus est dabile petitorium, quia quemadmodum in actione reali agitur ad declarationem iuris realis, ita in personali potest agi, vt quis debitor declaretur: ergo manifestè præsupponit Felician. quòd in actionibus annuis personalibus non datur petitorium formale, sed actio personalis contra debitorem, vt debitor declaretur: dari enim actionem personalem contra debitorem, non est dari petitorium formale, sed solam actionem: ergo neque datur petitorium: neque Felician. id negat, sed potiùs nostram sententiam, quam suprà in petitorio tradidimus, confirmat: & consequenter si petitorium non datur, dari non potest possessorium, vt argumentatur Menoch. & alij suprà, Cæsar Contard. in l. vnica. C. si de momentanea possessione. Considerant etiam legistæ pro hac sententia text. in l. 2. ff. quorum bonorum, vbi aduersus debitorem personaliter obligatum possessorium non datur. Neque ad d. l. 2. respondet benè Felician. in d. numer. 8. vers. *Primò autem*, dicens, quòd prætor ibi non prouidet, ni si aduersus corporum possessores, & quòd ideò aduersus debitores hæreditarios non cópetit possessorium: quia si Felician. fatetur in d. l. 2. possessorium non dari, nihil interest, quòd non detur ex ea ratione; imò nostra sententia in ea potissimum ratione fundatur, quia cùm annuæ præstationes sint merè personales, & actiones ad earum exactionem cópetentes similiter personales sint, possessorium formale competere non potest; & consequenter d. l. 2. euidenter probat nostram sententiam, & satisfactio Feliciani ad eam legem concludens non est. Denique legistarum sententia confirmatur ex natura ipsius census personalis, quia cùm in eius creatione, neque progressu nihil reale, neque mixtum interueniat, aut considerari possit, sed totum opus, substantialia, atq; accidentia ipsius contractus personale sit, nullam habens mixturam actionis realis, pro qua possessoriú formale competere possit, meritò pro eo census non datur.

10 Qua sententia firmiter retenta non obstát fundamenta in contrarium adducta, ad quorú veram satisfactionem, atque cognitionem veritatis huius dubitationis prænotandum est, quòd quamuis verum sit, pro annua præstatione personali non dari formale possessoriú, secundum communem opinionem legistarum, datur tamen, & consideratur quidam status possessionis, vel quasi, ad quem, censuario recusante soluere pensionem, iustè petit dominus census restitui, quasi iure percipiendi pensionem annuam spoliatus fuerit, & ab statu exigendi eam effectus. Ita in effectu resoluit Angelus in l. fin. col. 2. vers. *Secus est in iudicio.* C. de annali except. & in l. si certis annis col. fin. C. de pactis, dicens, quòd quamuis contra negantem soluere pensionem personalem nó competat petitorium formale, neq; verum possessorium, competit tamen restitutio status, & vtile possessorium, quoad hunc scilicet effectum, vt restituatur in statum pristinum exigendi pensionem annuam. Cuius sententiam, & quasi conciliationem opinionum Legistarum & Canonistarú sequitur Ant. de Butr. Cardin. Abb. & Sicul.

in cap. querellam de electione, Iacob. de sancto Georgio in l. si certis annis. C. de pactis, & habetur in decis. Tolosana 59. & melius post Decium consil. 136. prope finem; & ita fuit decisum in cõs. Neapolit. teste Matthæo de Afflictis decis. 395. nu. 5. ad finem, vbi notabiliter loquitur, & post Abbatem resoluit Gigas in tractatu de pensionib. q. 41. num. 1. Aym. Crauet. cons. 40. n. 1. & eam resolutionem eleganter prosequitur decis. Pedemont. 99. n. 47. vsque ad n. 50. & idem in effectu resoluit Menoch. de recuperation. remed. 1. nu. 87. ad finem. Pro qua sententia facit text. in cap. si Episcopo. 3. q. 2. ibi: *In ante pristinum statum restituere*; & iterum ibi: *Præsul verò cum omni honore statui pristino reddatur*: neque aliter possunt intelligi verba textus in cap. si diligenti, de præscription. ibi: *Si tu fueris in quasi possessione iuris exigendi*: in quibus locis status, ad quem fit restitutio, & quasi possessio equiparantur: & hanc resolutionem nouissimè sequitur Felician. in dicto libr. 3. cap. 1. num. 8. vers. *Sextò nam per vsum*, & vers. *Septimò facit*, vbi quamuis suprà dictos, neque vllum ex eisdem referat, denique tenet, quòd negata solutione census personalis, in continenti creditor dicitur quasi possessione spoliatus, & ad priorem statum esse restituendum. In quo Felicianus, quamuis verum dicat, intelligendo ipsum non de possessorio formali, sed de restitutione status, sibi ipsi aduersatur, dum statim in nu. 9. resoluit, in fine dari formale possessorium: quem ego intelligo secundum ea, quæ antea dixerat, scilicet quòd detur quædam restitutio status.

11 Et secundum hanc receptissimam sententiam intelligenda erunt, quæ suprà in contrarium adducta sunt, vt infrà dicendum erit; sed vt altius nostram conciliationem repetamus, scilicet vt non detur possessorium formale, sed quædam restitutio status, intelligenda est, quando aliquid præstitum fuit, vt annuatim, vel perpetuo debitum, vt si annua pensio solueretur animo præstandi eam in futurum, vt quia ex aliqua legitima causa (quæ si vera esset, induceret necessitatem soluendi) præstaretur: quia in hac specie per actum annuæ præstationis formalis constitueretur recipiens in statu, vel quasi possessione iuris percipiendi pensionem annuam in futurum. Quo quidem iure, statu, & quasi possessione diceretur priuari recipiens per denegationem soluere debentis; & ideó iustè datur status restitutio. Ita resoluunt eleganter Innocent. in dicto cap. querellam, vers. *Subtractus*, Bald. in l. siquis conductionis. C. locati, Felin. in cap. licèt causam, notabili 12. de probationib. & iterum Bald. in l. 2. C. de seruit. & aqua numer. 44. Ripa in cap. cùm Ecclesia numer. 9. de causa possess. & propriet. imò eo casu cùm quis priuatur statu, quem occupabat, ex eo quòd ad eum statum restituendus est, diceretur non impropriè competere eidem possessorium, licèt non formale, vt malè canonistæ existimauerunt, vtile tamen, & virtuale, cùm fere eundem effectum operetur. Ita aduertunt Anton. de Butr. Cardin. & Abb. in dict. cap. querellam, & deducitur ex traditis per Paul. in l. regulariter colum. 1. vers. *Per hoc*, de petit. hæredit. Angel. in l. hac edictali. §. is illud num. 2. C. de secundis nuptijs, & in l. si certis annis. numer. 12. C. de pactis, vbi Aretin. columna penult. Paulus Castrens. consil. 130. libr. 2. versic. *Secundò nota*. Si verò annua præstatio personalis non fit formis ex causa habili, sed informis ex inhabili, ita quòd non constet quid vt annuatim debitum præstitum fuisse ex sola præstatione personali, neque vlla quasi possessio formaretur, neque vllus status daretur, qui per denegationem soluere debentis mereretur restitutionem, vt elegantissimè resoluit Paulus in dicto consilio 130. lib. 2. & melius Iacob. Benenensis Bonon. in tract. de annua præstatione in princip. quæst. 6. per totam: qui quidem tractatus habetur in 6. volumine tract. 2. par. fol. mihi 244. Quibus sic vtiliter adductis, ad satisfactionem contrariorum deueniamus.

12 Et primò ad priorem obiectionem respondet Felician. suprà num. 8. vers. *Quintò annua præstatio*, & denique satisfactionem, quam ipse tradit, impugnat: vnde respondendum existimo, quòd dubitatio nostra, scilicet in annuis præstationibus personalibus detur possessorium, non verificatur, quando ius exigendi pensionem quæsitum est præscriptione, vt inde inferatur, quòd si præscribitur, possidetur, vel quasi, sed est propriè verificanda, quando ex conuentione personali, vel donatione ius fuit formatum & quæsitum: quo casu cùm agens non fundetur in præscriptione, sed in legitima originis creationis causa, illatio non procedit: imò & quando quis fundaretur in præscriptione, si fundamentum esset sola præscriptio absque causa legitima, nihil interesset, cùm tempus sine causa non inducat obligationem, vt diximus in capite de censu ex consuetudine inducendo: ergo si petens se restitui ad pristinum statum exigendi pensionem, quem occupabat, non fundatur in sola temporis præscriptione, sed in causa exigendi pensionem non procedit argumentum de præscriptione, maximè

quia

quia considerato statu, & quasi possessio eius status, non impropriè agens diceretur possessor, vel quasi.

13 Secundò, malè Felicianus pro sententia Canonistarum ponderat l. neque vllam. 13. §. fin. ff. de petit. hæredit. quia ibi non agit hæres tanquàm possessor, vel quasi, sed potiùs agit contra debitorem, tanquàm contra possessorem rei hæreditatis, quod omninò distinctum est à nostro casu; quia agens possessorio pro censu personali non habet possessionem, sed statum; debitor verò hæreditatis quasi possessor debiti est, cùm debitum possideat; ideò contra eum, tanquam contra possessorem, rectè datur hæreditatis petitio d. §. fin. qui sic debet intelligi, dumdicit: *Item à debitore hæreditario, quasi à iuris possessore*, subdens rationem statim ibi: *Nam & à iuris possessoribus posse hæreditatem peti constat*; quod anteà regulariter constituerat Vlpian. in l. regulariter. 9. ff. eod. tit. ergo malè Felician. de possessorio passiuo contra debitorem hæreditatis competenti argumentatur ad possessorem actiuum, dominũ nempe census personalis.

14 Tertiò non obstat text. in cap. finali de restitution. spoliator. vbi pro libertate possidendi existimat Felician. dari possessorium, quia præterquam quòd ipse Felicianus in dicto numer. 8. vers. *Potest extendi*, aduertit, & non malè, loqui de præstatione reali. Potest etiam aduerti, quòd loquitur de præstatione personali accessoria ad rem: quo casu mirum non est, si detur quasi possessorium pro libertate possidendi, vt infrà dicendum erit in hoc capite; vel potest, & benè responderi, quòd ibi non detur possessorium, sed restitutio status ad priorem libertatem exigendi pensionem, quod permittitur, vt suprà dictum est. Vel propriè etiam potest intelligi textus ille, quòd ibi detur possessorium, quia quidquam possidetur. Quod sentiunt omnes, dum dicunt per illum text. quòd pro libertate possidendi datur possessorium: ergo quid possideri præsupponunt: & si quid possidetur, mirum non est, quòd possessorium detur. Denique aut dari potest possessio, vel quasi, & daretur possessorium; aut dari non potest possessio vlla, sed status, & daretur ad eum restitutio: & sic non benè pro possessorio formali argumentatur Felician. de dicto cap. fin. Ego tamen nouiter, & benè considerabam, quòd in eo textu nullum verbum additum est de annuis præstationibus personalibus, neque de possessorio, aut restitutione iuris exigendi pensionem annuam, sed de possessione castrorum Ecclesiæ Lucanæ, petentis restitutionem ad priorem statum possidendi, vt ex contextura totius textus constat, & nominatim ibi: *Vt possessione, quam in quibusdam castris constat Lucanam Ecclesiam habuisse, sibi priùs plenè, ac libere, sicut tempore motæ discordiæ habuerat, restituta*; ideò nihil text. obstat.

15 Minus etiàm obstat text. in cap. sicut de re iudic. quia facilè ad eum respondetur, licèt nouiter, quòd ibi non constat, an pro quinq; modijs frumenti actum fuisset petitorio, vel possessorio; sed simpliciter præsupponitur causa, neque verba text. ibi: *Et restitutionem sibi fieri postularet magis ad possessorium, quàm ad petitorium, vel restitutionem referuntur*, licèt propriùs ad restitutionem, cuius meminit text. adaptentur: & si fateremur, quòd ibi agitur restitutione status, rectè ageretur, vt suprà diximus: sin verò possessorio, vel quasi, etiam actio admitteretur, cùm pensio debita fuisset occasione rei, & actionis realis: quo casu quamuis fuisset personalis, competeret pro ea possessorium, vt benè considerat Paul. Castrens. in d. cons. 130. in princip. vt in effectu idem sentit Decius cons. 136. & decidit Afflict. decis. 395. num. 8. resoluitque Ripa in l. 2. ff. quorum bonorum; & respondet ad eum text. Iacob. Benet. in tract. de annua præstatione in princip. q. 3. num. 11. maximè quia in eo text. non principaliter dubitatur, neque agitur de possessorio, petitorio, aut restitutione status, licet in narratiua de restitutione fiat mentio, sed principaliter agitur de probatione sententiæ, & eius tenoris, qui secundum iuris formam probari potest, si perdita sit, licèt regulariter in scriptis sit proferenda, sicut probatur tenor priuilegij perditi in cap. cùm olim de priuilegijs, secundum formam eorum, quæ scripsimus in l. 41. Tauri, glos. 4. per totam: ergo si in eo textu solùm agitur de probatione tenoris sententiæ, nõ benè adaptatur, neq; ex eo argumentari potest ad possessorium annuæ præstationis personalis.

16 Demum, non obstat text. in d. cap. querelam de elect. à quo principale fundamentum huius opinionis sumitur, quia præterquam quòd textum illum intelligunt de annua præstatione personali, quæ vniformiter soluenda est prætextu alicuius iuris realis, vt suprà diximus, & aduertunt Anton. de Butr. Cardin. & Abb. ibi, atque Menoch. post plures dicto remed. 1. de recuperand. possess. num. 88. verissimè, & propriè potest intelligi in restitutione status, quæ licèt possessorũ negetur, iustè conceditur. Ita intelligunt

text. illum Menoch. suprà numer. 87. & decis. Pedemont. 99. numer. 49. & 50. atque ex text. satis constat, dum dicit: *Vos in eundem statum percipiendi huiusmodi Ecclesias sancti Saluatoris de Termis Ecclesiam vestrã decernimus restituendam.* Quæ verba verè & propriè præsupponunt status restitutionem.

17 Sed quamuis hic intellectus communis, & in se verus sit: ego tamen nouiter, & verius existimo, quòd in eo capite non agitur possessorio pro exigendis annuis præstationibus personalibus, sed pro restituenda Ecclesia sancti Saluatoris, quam pleno iure pertinere ad Ecclesiam sanctæ Agathæ, & restitui debere cum pensionibus decursis Echonomus conabatur, vt constat ex text. ibi: *Super Ecclesia ipsa proposuit*, & melius statim in decis. text. ibi: *Ecclesia eadem spectat ad titulum sanctæ Susanæ in spiritualibus pleno iure*, & iterum in vers. *Quia verò fuit liquidè comprobatum*, vbi præsupponitur, quod pensiones annuæ non fuerunt petitæ, neque in iudicium deductæ principaliter, sed accessoriè, & in consequentiam restitutionis Ecclesiæ sancti Saluatoris, quæ cum ipsis pensionibus decursis restitui petebatur. Cùm enim facta restitutione Ecclesiæ constaret liquidè de quantitate pensionis decursæ, vt præsupponit text. in vers. *Quia verò*, mirum non est, si accessoriè, & in consequentiam fiat restitutio decursarum pensionum. Neque mirum etiam esset, quòd ibi competeret petitorium, vel possessorium: vnde in actionibus, & præstationibus annuis merè personalibus verissimum est non dari petitorium, neque possessorium formale, sed vel restitutio status, vel actio personalis ad dandum.

18 Quæ quidem omnia, quæ suprà dicta sunt, intelligenda erunt in censu personali, vt quando quidquam datur, vel promittitur annuatim, non ex causa alimentorum, neque ex testamento, neque habito respectu ad rem vllam, ita vt census realis formetur, secundum ea, quæ in capitibus præcentibus diximus; quia si census verè realis sit, aliter dicendum erit, vt suo loco constabit.

(.?.)

# DE PRETIO NATVRALI in genere, & quando in creatione census reseruatiui, & consignatiui interuenire possit. Caput XXVII.

## SVMMARIVM.

*Pretium naturale cuiuscunque rei non est indiuiduum, sed ex communi hominum extimatione formatur. n. 1.*

*Pretium naturale an & quando possit interuenire in censu consignatiuo redimibili, seu ad vitam, vel perpetuo, seu ex pretio rei immobilis constituto. n. 2. vsque ad n. 4.*

*Census an possit creari ex suprema specie pretij naturalis, latè, & eleganter discutitur nu. 4. per totum.*

*Deceptio an considerari possit inter species infimi, medij, & supremi pretij naturalis, & intellectus ad text. in l. in causa. §. idem Pomponius ff. de minoribus. n. 5. cum alijs.*

*Vendi an possit aliquid pretio supremo, pecunia credita ad tempus, & quid vtroq; iure sit obseruandum. n. 7. cum alijs.*

*Deceptio intra latitudinem iusti pretij si notabilis sit, an sustineatur. nu. 8. cum præcedentibus & sequentibus.*

*Locupletari an quis possit cum iactura aliena nu mer. 9.*

*Examinatur intellectus ad textum in d l. 2. §. idem Pomponius ff. de minoribus, num. 11. & traditur secundus intellectus. nu. 12. & nouus, atq; verus assignatur. n. 17.*

*Intellectus ad text. in cap. cùm dilecti, de emptione & venditione, traditur. n. 18.*

*Pretiũ rei immobilis probatur per communẽ extimationem & an pensio ad instar eius pretij constituenda sit. n. 21.*

*Pretium rei immobilis probatur per extimatores eiusdem rei, & an pensio censualis ad instar eius pretij reseruata sit iusta. n. 22.*

*Pretium rei immobilis an probetur ex instrumentis venditionum similium rerum immobilium vicinarum. n 23.*

*Pretium rei immobilis censualis an probetur per extimationem communem. n. 20. vel ex fructibus viginti annorum. nu. 24. vel ex qualitate eiusdem rei. n. 26.*

## CAPVT. XXVII.

1 IN capitibus præcedentibus egimus de natura & iustitia vtriusque census consignatiui, & reseruatiui, perpetui, redimibilis, seu ad vitam: sed quia iustitia non solum pendet à natura ipsius contractus, sed à quantitate legitimi prætij, necessariò de pretio agendum est, & priùs in genere, vt in capitibus sequentibus ad cuiuslibet census quantitatem pretij accedamus.

Et primò aduertendum est, quòd pretium in genere diuiditur in duas species, in naturale, & legale; naturale quidē pretium est, quod lege non definitur, neque consistit in puncto indiuisibili, sed continet latitudinem iustitiæ inter eas species infimi, & medij, & supremi: legale verò est, quòd à lege statuitur, & designatur, nullam habens latitudinem, neque latitudinis iustitiam inter eas species, sed in puncto diuisibili consistens. Et hæc est resolutio & distinctio tam communis, quàm vulgaris Theologorum & Canonistarum; de legali pretio agetur in cap. sequenti; de naturali in præsenti; & peculiaris natura huius pretij naturalis est, quod certis finibus non circunscribitur, neque quantum sit, liquidè potest decerni, sed ex varijs circumstantijs deducendum, atque stimandum est, considerando rē, locum, tempus, abundantiam, caristiam, & alia, quæ communis extimatio, atque hominum consideratio aduertit, ex l. pretia rerum. ff. ad l. Falcid. cap. 1. de emptio. & vendit. l. si seruum meum. ff. ad l. Aquiliam. l. Septem. C. de erogatione militaris annonę lib. 11. & vtrobique Scribentes: intra quam latitudinem iustitiæ, atque species infimi, medij, & supremi, non committitur peccatum, neque iniquitas interuenit; ex doctrina Scoti in 4. distin. 15. quæst. 2. vbi Ioan. Maior quæst. 29. & 40. Dominic. Soto lib. 6. de iust. & iur. quæst. 2. artic. 3. concluf. 3. Nauarr. in capit. qualitas de pœnitentijs distin. 5. num. 45. & de restitutione libr. 3. capit. 2. ex principio, Matienço, in l. 1. titul. 11. libr. 5. nouæ Recopilac. gloss. 1. numer. 7.

2 Quod quidem pretium naturale interuenire nunquam potest, neque considerari in censu consignatiuo, redimibili, seu advitam, quia cùm à legibus Regni hic censibus pretium indiuiduum, atque in puncto indiuisibili consistens designatum sit, vt dicendum erit in c. de pretio census consignatiui redimibilis, & in cap. de pretio census consignatiui ad vitā, nullam continere potest latitudinem iustitię, & consequenter legale debet esse; & indiuiduum ad rationem quatuordecim pro vno, ex constitutione l. 6. titul. 15. lib. 5. nouæ Recopil.

3 Poterit tamen pretium hoc naturale considerari in censu consignatiuo perpetuo; quia cùm hic census non habeat designatum à lege pretium indiuiduum, & legale sed variabile sit, secundum vniuscuiusque Regnorum prouinciæ consuetudinem, vt dicendum erit in cap. de quantitate pretij census consignatiui perpetui, necessario creandus erit ex quantitate eius pretij, quòd ex prouinciæ consuetudine vsitatur, quòd non impropriè naturale diceretur; quia si ex consuetudine regionis variari potest intra eas vulgares species medij infimi, & supremi, cùm non possit esse indiuiduum, diceretur naturale, nisi consideres indiuiduitatem respectu infimæ speciei huius pretij naturalis; vt quia cùm pretia census consignatiui perpetui sint diuersa, scilicet ad rationem viginti, viginti quinque, & triginta, pro vno considerandum sit infimum pro indiuiduo, quasi minuit non possit, neque census pro minori creari, hoc enim modo rectè dari potest in pretio naturali indiuiduitas.

4 Secundò, hoc nostrum pretium naturale interuenire, & verificari poterit in censu, qui creatur ex pretio rei immobilis venditæ: qui quidem census quāuis in effectu & substantia sit verè consignatiuus, & non reseruatiuus, vt latè dicendum erit in cap. de quantitate pretij census ex pretio rei immobilis venditæ, & inde videatur, quòd possit creari ad rationem quatuordecim pro vno, ex dispositione d. l. 6. ita quod si res vendatur pro quatuordecim, vnum annuatim pro eo pretio ab emptore possit vendi, & super re sibi vendita consignari; tamen cùm pretium illius rei immobilis, quæ venditur, naturale sit, habens latitudinem iustitiæ; & inde nullo modo, neque casu posset dici indiuiduum, & legale, neque in puncto indiuisibili consistens, si pro eo census constitueretur, directè fundaretur d. l. 6. quæ cū indiuiduum pretium formaliter requirat naturale, latitudinem habens inter eas tres species infimi, medij, & supremi, expressè excludit qua ratione ne fraudetur, & simul ne pretium census indirectè minuatur, atque demum ne correspondentia de pensione ad sortem in quantitate & qualitate deficiat pro eo naturali pretio rei immobilis venditæ census constitui non potest. Quam resolutionem verissimam & elegantem restringerem, quando cēsus non creatur pro infima specie pretij naturalis rei venditæ, sed pro media, vel suprema; quia in suprema & media specie pretij naturalis nō datur indiuiduitas, neq; legalitas,

sed

sed potius latitudo: & ideò mirum non est, quòd dicte pretij naturalis species non contineant pretium indiuiduum & legale, sed naturale cum latitudine, & inde pro naturali pretio census ad rationē quatuordecim pro vno non possit creari. Sin vero pro infima specie eius pretij naturalis census constituatur ad rationem quatuordecim provno, cùm ea infima species contineat indiuiduitatem, vt quia minui, neque excedi possit, recte census constitutio fieret, tanquam si pro vero, legali, & indiuiduo, & non naturali crearetur: quod notatu dignum est. ad d. l. 6. Secundò restringerē supra dictam receptissimam sententiam, quādo pretium illud rei venditæ, proquo census creatur, iudicialiter designatum fuit, vt quia res iudicialiter in publica subhastatione fuit vendita, quia eo casu licèt pretium illud negari non possit, quod est naturale; vt quia ab homine designatur, & non à lege, cum tamen iudicialiter datum sit, ita iustum videtur, ac si à lege designatum fuisset, & consequenter pro eo pretio iuste cēsus crearetur ad rationē quatuordecim pro vno, & in eo cēsu procederet d. l. 6. quæ quidem notatu digna sunt, & à nullo, quem legerim, adducta; & alibi suo loco dicenda erunt.

5 Demum pretium hoc nāturale etiam interuenit in creatione census verè reseruatiui, in quo datur res immobilis cum reseruatione pensionis annuæ; quia licèt is contractus non sit emptio & venditio, neque propriè in eo pretium accedat, vt diximus in cap. de naturā census reseruatiui; & inde in eo censu nō propriè dubitetur de quantitate pretij rei in censum concessæ, cùm ipsa non vendatur, sed de quantitate pensionis reseruatæ, quantum scilicet possit reseruari, vt dicendum erit in cap. de pretio census reseruatiui; cum tamen pretium naturale rei in censum reseruatiuum concessæ clariùs iustitiam pensionis reseruatæ demonstret, licèt ea pensio ex fructibus rei immobilis iustificetur, vt dicendum erit in capite de censu creando super re immobili & fructifera, similiter etiam iustificabitur ex pretio naturali ipsius rei immobilis: quia si pensio correspondeat tam fructibus, quam pretio, iustior erit reseruatio: ergo in eo censu verè reseruatiuo nō impropriè dici potest, quòd interuenit pretium naturale, maximè quia quāuis ipsa pensio reseruata sit verè pretium census reseruatiui, vt quia pro ea conceditur res immobilis in ea pensione verificatur latitudo iustitiæ pretij naturalis inter eas species infimi, medij, & supremi, cùm non sit designatum pretium indiuiduum, & legale eius pensionis nec quantitas certa, sed ex conuentione partium maior, vel minor multoties designetur.

6 Quibus exemplis pretij naturalis sic adductis, & in censuum speciebus verificatis, aduertendum est, quod ea latitudo pretij naturalis, quam omnes inter eius species infimi, medij, & supremi, admisserunt, ita minima, & exigua debet esse, vt iustitiæ commutatiuæ qualitatem non excedat, licet aliquis excessus in pretio detur; quia licet pretium naturale non consistat in puncto indiuisibili, & inde impossibile sit, quòd in hominum extimatione non detur aliquis excessus, atque ideo modica deceptio non consideretur; si tamen latitudo etiam inter eas species pretij naturalis notabilem deceptionem, atque excessum cōtineat, & census resultet cōstitutus respectu supremi pretij, est elegātis dubitationis, an videatur legitimo pretio creatus, vel iniusto institutus, & q̄ iusto pretio vēdatur, si nō excedat supremā speciē pretij naturalis, quāuis excessus inter eas species notabilis sit, videtur tenendū ex sequētibus. Primò, quia cū pretiū naturale indiuiduū non sit, sed inter eas medij, infimi, & supremi species habeat latitudinem iustitiæ, ferèque impossibilis sit, ex hominum pactione, & lege, aut peritorum extimatione, etiamsi iudicis autoritate fiat, attingere indiuiduum cuiuslibet rei pretium; imo ea latitudo pretij naturalis sit quasi punctum indiuisibile, cùm vtraque species iustitiam contineat, necessariò fatendum est, quòd quamuis census respectu supremi pretij instituatur, & intra latitudinem iustitiæ notabilis deceptio detur, census constitutio iustissima erit, cùm inter eas species iustitia versetur, vt resolnit Ioan. Maior in 4. sentent. quæst. 29. & 40. Conrad. de contract. quæst. 56. col. 3. in 3. part. Burgens. in capit. cum causa numer. 5. de emptio. & vendit. Medina de restit. quæst. 31. Nauar. in cap. qualitas. nume. 43. de pœnitentijs. dist. 5. Soto de iust. & iur. libr. 6. quæst. 2. articul. 3. Couarr. libr. 2. variar. capit. 3. numero 5.

7 Rursus, quos natura non obligat, conscientia non ligat, sed iure naturæ inter eas species licitum est ad inuicem contrahentibus interse decipere; quasi eo casu non detur deceptio, sed extensio de vna specie pretij naturalis ad aliam, ex vulgata regula l. in causa 2. §. idem Pomponius. ff. de minoribus. l. si hæres. ff. ad l. Falcid. l. si pretio. §. fin. ff. locati. l. si voluntate. C. de rescind. vendit. quorum iurium regulam tradiderunt & explicauerunt Pinel. in l. 2. C. de rescindend. vend. 1. parte per totam. Bernard. Diaz. regul. 151. vbi additio Salcedi, Ioan. Matieço in l. 1. tit. 15. lib. 5. nou. Recop. glos.

gloss. 1. per totam, & plurimos referens Ioan. Gracian. regula 119. incipit, *Decipere se*; ergo si inter eas, quæ iustitiæ continent latitudinem, species licita est deceptio, licebit & census creatio pro suprema naturalis pretij specie, & legitimè creatus diceretur.

8 Rursus, ius canonicum, cuius finis est, animarum salutem prospicere, passim approbat contractum, in quo interuenit deceptio intra dimidiam iusti pretij, cap. cùm dilecti, capit. cùm causam, de emptio, & vendit. capit. cùm causam, de testib. ergo etiam si deceptio notabilis sit, dummodò non excedat prædictas tres species pretij naturalis, licita erit, & consequenter census constitutio & creatio pro suprema specie eiusdem naturalis pretij licebit.

9 Ex quo dixerunt plures notabiles viri, posse què iustè vendere, pecunia ad tèpus credita, pretio supremo eas merces, quas pecunia numerata pretio medio, vel infimo, statim venditurus erat, vt resoluunt Decius consil. 111. Cepola consil. 10. col. 4. Syluester in verbo, *Vsura*. 2. §. 1. Couar. lib. 2. variar. cap. 3. n. 1. Dominic. Soto de iustit. & iure. libr. 6. quæst. 2. art. 3. col. 3. deductione 1. qui in deductione 12. intelligit text. in d. l. cause. 2. §. idem Pomponius. ff. de minoribus, vbi refert Ant. de Padilla in l. 2. C. de rescind. vendit. num 11. & tradit Ioann. Gutierr. in practicis quæstionib. canonicis. quæst. 39. num. 11. ergo deceptio intra latitudinem iustitiæ pretij naturalis rectè admittitur, & consequenter census creatio pro suprema pretij naturalis specie sustinebitur. Vnde eam sententiam, scilicet quòd deceptio etiam notabilis, dummodò non excedat latitudinem iustitiæ inter eas species iusta sit, senuerunt Bald. in authent. ad hæc. C. de vsuris; quem sequuntur Ancharran. Barbacia, Philipp. Dec. Crot. Dueñas, Anton. de Padilla, quos refert. Felician. de censib. lib. 2. c. 1. de pretio census, n. 6.

10 Contrariam tamen sententiam, non obstantibus suprà dictis, veriorem existimo, scilicet quòd omnis excessus notabilis, etiam intra latitudinem iustitiæ pretij naturalis iniustus sit & quòd ideò census non possit creari respectu supremę speciei, sed præcisè, & formaliter respectu speciei infimæ pretij naturalis sit creandus. Quæ resolutio vera & iuridica ex sequentibus suadetur. Primò, omnis deceptio de iure diuino & naturali reprobatur. Leuit. cap. 19. *Non mentiemini, neque decipiet vnusquisque proximum suum*, Paul. ad Thessalonicēses cap. 4. *Ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum, quoniam vindex est de his omnibus Dominus*; ergo hæc diuina & naturalis deceptionis prohibitio, non solùm notabilem etiam intra latitudinem iustitiæ, sed quamcunque comprehendit, & census creationē, in qua ea notabilis deceptio interueniat, prohibet, atque consequenter pro infima specie pretij naturalis censum esse creandum præsupponit.

11 Secundò negari non potest, nisi quòd deceptio notabilis, etiam intrà latitudinem iustitiæ inducit inæqualitatem inter contrahentes, efficitque etiam, vt quis locupletetur cū iactura aliena, contra præceptum naturale, de quo in l. nam & hoc natura. ff. de condit. indebit. l. iure naturæ. ff. de regul. iur. cap. locupletari, eod. tit. libr. 6. obligetque in conscientia ad resarciendum id notabile damnum, vt vulgare præceptum est: ergo illicita erit, & ex eius iniustitia census iniustè creatus.

12 Tertiò, & nouiter, atque ingeniosè, non solùm ex naturo notabilis deceptionis illud cōstat, vt suprà dictum est, sed ex peculiari, ac propria eiusdem pretij naturalis ad sensum pater: est enim pretium naturale, vt suprà diximus, hominum extimatio, falibilis, & extensibilis, quæ non consistit, neque consistere potest in puncto indiuisibili, sicut pretium legale, & indiuiduum; cùm ferè impossibile sit, ex hominum extimatione, & lege, seu testium legitima depositione, aut extimatorum declaratione, attingere indiuiduum cuiusq; rei pretium. sed sic est, quòd pretium creationis census consignatiui redimibilis legale, & indiuiduum debet esse, vt quia nullo modo, neque casu directè, neque indirectè minui potest: ergo hæc indiuiduitas dari non potest in suprema specie pretij naturalis, neque in media, sed demum in infima, quæ non potest recipere latitudinem, & inde dicitur indiuidua, atque consequenter creatio census non respectu medij, vel supremi pretij est facienda, sed infimi, vt iusta sit. Quārtò ex natura creationis census id etiam suadetur; certū enim est, & vniuersale principium huius materiæ censualis, quòd iustitia pensionis ab indiuiduitate, & certitudine sortis pendet, vt quia pensio legitima sit, si correspondeat infallibili, & iustissimo pretio rei censualis, atque verissimæ quantitati sortis. Sed sic est, quòd in infimo pretio rei, ex cuius quantitate cēsus creatur, datur certitudo, & indiuiduitas, atque reciproca correspondentia ad sortem, & non in medio, vel supremo, cùm latitudinē habeant: ergo præcisè pensio censualis regulanda est cum infima specie pretij naturalis, quæ indiuidua dicitur, cùm excedi non possit, & non cum suprema, vel media, quæ variabilis est. Maior prouatur euidentissimè; quia si pensio

annua

annua est vniformis, & certa, similiter sors, à qua deriuatur, & pendet, certitudinem debet continere, cùm ex sortis latitudine, vel incremento resultet variatio pensionis, quasi non dentur fructus, nisi ad instar sortis. Minor etiam patet, cùm respectu supremi, vel infimi pretij in quibus nulla datur certitudo, neque indiuiduitas, sed potiùs latitudo, & decrementum, certa, & indiuidua pensio nó possit considerari, sed variabilis & incerta, ad instar valoris sortis, nempe rei, ideò consequentia est nota, ex hoc argumento inconuincibiliter suadetur, quòd pensio census constituti & creati ex pretio rei immobilis venditæ, præcisè regulanda est ad instar infimi pretij rei venditæ, ex cuius pretio creatur, & constituitur, & non medij, neque supremi, vt ex ea iustissima regulatione resultet minor pensio, minorque obligatio soluendi, atque consequenter iustior & æquior constitutio census. Quintò hæc omnia euidenter confirmantur ex eo quòd licèt infima pars pretij naturalis sit quædam species ipsius pretij, efficit tamen pretiũ legale, cùm minuit non possit, neque variari, sicut media, vel suprema: ergo ad eam iustiùs fieret relatio pensionis, quam ad supremam, vel mediam, variabilem, & falibilem, maximè quia cùm ex supremo, vel medio pretio rei immobilis venditæ, ex cuius pretio census creatur, maior resultet pensio, & consequenter non tanta iustitia creationis census, ex infimo tamen minor, & inde iustior contractus, quis non diceret, ad instar infimæ speciei pretij naturalis, & non medij, neque supremi, cẽsum creandum esse? Ego quidem ex his considerationibus firmiter credo, quòd quando cẽsus cõstituitur pro legitimo pretio rei immobilis venditæ, considerandа est notabilis deceptio etiam intra latitudinem iustitiæ, vt si forsan creatus sit pro supremo, vel medio pretio iniustitiam contineat: sin verò constituatur pro infimo pretio rei, iustissima sit constitutio. Quam sententiam in fortiori casu probauerunt omnes, qui firmiter tenent, deceptionem considerabilem etiam intra latitudinem iniustitiæ iniustam esse, & obligare ad restitutionum. Ita docent D. Thom. 2.2. quæst. 77. art. 1. & quodlib. 2. art. 10. & in numer. 4. dist. 15. quæst. 3. artic. 2. Nauar. in cap. qualitas. nu. 45. de pœnitent. dist. 5. & in cap. nouit, notabili 6. de iudicijs, Couarr. dicens communiorem, & receptiorem sententiam lib. 2. variar. cap. 4. num. 11. Pinel. in l. 2. C. de rescindend. vendit. 2. part. capit. 2. ad finem, Medin. Soto, Michael de Palac. & alij plures, quos referens sequitur Felicianus libr. 2. de censib. capit. 1. numer. 7. per totum. Quæ sententia verissima retentа, non obstant fundamentа in contrarium adducta, quia ex sequentibus facilè reijciuntur.

13 Et ad primum respondetur, quòd quamuis inter eas species, infimi, medij, & supremi detur latitudo pretij naturalis, ita quòd regulariter inter eas iustitia præsumatur; tamen si excessus notabilis sit, deceptio non admittitur, vt omnes, quos suprà retulimus, probant, & infrà referendi probabunt, atque ex sequentibus satisfactionibus apertiùs suadetur.

14 Secundò minus obstat difficile Vlpiani responsum in d. l. in causæ. §. idem Pomponius, ex quo alijsque iuribus probatur licitũ esse ad inuicem contrahentibus inter se decipere; quia ad eum text. post Fortun. Garc. Nauar. Sot. Couarr. Medin. Pinel. Padilla, & Cuiacium, quos refert Felician. de censib. lib. 2. cap. 1. de pretio census num. 11. ad finem, respondit ipse Felician. vt liceat contrahentibus ad inuicem inter se decipere; non quòd natura ipsa hoc permittat, neque quód verbum *Naturaliter*, de quo in d. §. ad ius naturale referatur, sed quòd regulæ naturales cõtractus emptionis & venditionis hoc patiantur, atque permittant, quasi verbum, *Naturaliter*, significet non ius naturale, sed naturam contractus, qui quidem intellectus, quamuis literæ improprius non videatur, verus tamen non est, & ex eo apertissimè conuincitur, quòd ipse Felician. anteà. num. 7. post D. Thom. & alios quam plurimos maximi nominis viros resoluit etiam, quòd etiam ex natura contractus emptionis & venditionis non est licita deceptio notabilis inter contrahentes, etiam inter species pretij naturalis: ergo si deceptio inter eas species licita non est, neque contrahentibus ex natura contractus licebit interse decipere.

15 Vnde responderi videbatur ad eum text. quòd quamuis de iure gentium, & ciuili ex natura contractus, & impulsu naturæ, sensualitate hominum instante, quodam modo liceret dicatur contrahentibus interse ad inuicem decipere intra latitudinem iusti pretij, nulla tamen lege diuina, naturali, neque humana, ea deceptio permittitur, nisi modica, & exigua sit, non verò notabilis, etiamsi intra latitudinem contingat, vt resoluit D. Thom. in locis suprà relatis, & alij omnes, quos suprà retulimus, atque tenent plures per Tiraquel. de legib. connubialib. l. 9. num. 8. vbi num. 10. dicit hanc communem sententiam Plaça de delict. cap. 36. num. 15. Mascard. de probat. conclus. 443. nume. 11. Cepola de simulatione contractus præsumptione. 2. col. 2. Matiençø in l. 1. tit. 11. lib. 5. nouæ Recop. gloss. 1. n. 9. & 10. &

quòd

quòd ita text. ille intelligatur in excessu mini
16 mo, & non notabili. Sed hæc satisfactio ad regulam tex. in d. §. idem Pomponius, licèt in se verissima sit, non tamen congruit literę text. neque ab eius verbis clarè deducitur, imò literæ aduersatur: non enim probat, quòd instinctu, atque impulsu naturæ licita est deceptio, sed quòd naturaliter licet contrahentibus se ad inuicem circumuenire in pretio: ergo alia ratio deceptionis quærenda est. Rursus natura ipsa, neque instinctus, vel impulsus naturæ non dirigit homines ad circũuentionem, neque deceptionem permittit: ergo intellectus non procedit. Antecedens patet, quia potiùs ê conuerso natura ipsa, & instinctus, atque impulsus naturę prohibent, ne quis cum aliena iactura locupletetur. l. nã hoc natura cum vulgatis de condit. indebiti, neque cuiquam lædatur; & demum Leuit. c. 19. habetur: *Neque decipiet vnusquisque proximũ suum*, & Paul. ad Thessalonic. c. 4. *Ne quis supergrediatur, neque circũueniat in negotio fratrẽ suum*: ergo neque natura ipsa, neq; instinctus, atq; impulsus naturæ permittit deceptionem: neq; D. Tho. vt infrà dicẽdũ erit, illud probat.

17 Vnde nouus & verus intellectus ad text. in d. §. item Põponius est, q̃ ille text. loquitur in deceptione, vel circũuentione exigua, quę in pretio naturali naturaliter contingit. Quæ quidem deceptio propriè dici potest, quòd contingit naturaliter, non quod natura ipsa, neque instinctus, neque impulsus naturæ deceptionem vllam permittat; sed quia cum pretium naturale, de quo ille text. loquitur habeat naturalem latitudinem ex ipsa natura pretij naturalis, impossibile est, quód consistat in puncto indiuisibili, ex eaque impossibilitate nascatur, quòd homines nullo modo attingere possint indiuiduitatem pretij naturalis, & inde fit necessarium, quòd inter se contrahentes ad inuicem decipiantur, atque consequenter quòd deceptio necessaria & præcisa sit, quasi naturaliter ex natura pretij naturalis proueniat, & ex ea parte sit iusta, vt quia omne necessarium & præcisum quasi naturaliter iustum sit. Qui intellectus ad text. in d. §. Põponius verissimus est, & nostram sententiam euidenter probat, vt scilicet, quòd preter naturalem illam deceptionem, quæ in pretio naturali contingit, omnis alia iniusta sit. Eodem modo intelligendus est D. Thom. cæterique omnes, qui eum sequuntur, dum exiguam deceptionem permittunt, & notabilem etiam intra latitudinem iustitiæ contingentem reprobant, vt exigua illa deceptio sit, quæ naturaliter prouenit, & contingit ex ipsamet natura pretij naturalis.

18 Tertio minus obstat regula text. in d. cap. cùm dilecti, quia Felician. in dicto l. 2. cap. 1. nume. 11. versic. *Huic tamen receptiori*, respondet, quòd ideò leges Cæsareæ & Pontificiæ Cæsis intra dimidiam negant actionem, vt lites, quibus Respublica turbatur, & homines inter sepugnant, rixisque molestantur, cessent, & quòd eo casu leges illæ permissę sunt propter Reipublicæ tranquilitatem conseruãdam, quod aliquibus modis exemplificat. Sed hic intellectus sustineri non potest; quia text. in d. cap. cùm dilecti non loquitur in deceptione intra dimidiam, vt ex eius contextura apertè constat; quia dum dicit, *Cùm res minus dimidia iusti pretij comparatur*, non negat actionem, sed expresse eam vltra dimidiam concedit: ergo malè ex eo text. deducitur, quòd intra dimidiam permittit deceptionem. Neq; argumentum à contrario sensu quid quam operabitur, cùm resultet iniustitia deceptionis, quæ numquam, nisi naturaliter, ex natura nempe pretij naturalis sustinetur, vt suprà diximus. Et quibus omnibus euidenter cõstat, quòd si census constituatur ex pretio naturali alicuius rei, vt quia priùs vendita sit, & statim census ex pretio creatus constituendus erit ad instar infimæ speciei pretij naturalis, non supremę, neque medię, vt hoc modo pro infalibili pretio creatus existat, & certitudo pensionis correspondeat certitudini sortis, neque detur in eius creatione deceptio vlla etiam intra latitudinem iustitię. Quæ consideratio, & noua resolutio notatu digna, atque verissima est.

19 Ex qua infertur ad cognitionem cuiusdam sententiæ Ioannis Calderini, & Panormit. in capite cum causam de testib. Philipp. Dec. in cap. 1. de constitut. qui mediam viam eligentes dixerunt, deceptionem etiam notabilem intra latitudinem iustitiæ fuisse admittẽdam, quando præter intentionem contrahentium re ipsa deceptio contingit; non verò quando ex proposito, atque data opera dolo & fraude interuenit. Cuius conciliationem sequitur Gomezius in cap. 2. num. 6. cum alijs de constitut. libr. 6. Sed ea conciliatio vera non est, ex omnibus suprà dictis, & ex his, quæ tradit Felician. in d. c. 1. num. 8. & in specie creationis census maiori longè ratione reijcitur, ex indiuiduitate nempe sortis, ad quam pensio est referenda, quę non datur, neque reperitur in pretio medio, vel supremo, sed demum in infimo; & ideò nihil refert, quòd præter intẽtionem deceptio contingat.

20 Secundò etiam infertur ad cognitionem alterius conciliationis Aretini & Burgensis in cap. cùm causam de testib. & inde capit. cùm

dilecti

dilecti de emptio.& vendit.dicentium,quòd si quis à principio sciens iustum rei valorem vendidit pluris,aut emit minoris , quàm res ipsa valeat , deceptio notabilis intra dimidiã iniusta sit:ſm verò ignorans id fecerit , sustineatur,& teneat . Quam conciliationem latè reprobat Felician. d. cap.1.numer.9. & 10.& præter quàm quòd ex omnibus supradictis in contractu emptionis & venditionis non sustinetur,cùm deceptio notabilis etiam vltrà dimidiam iniustissima sit ; in censu tamen à fortiori reprobatur ex indiuiduitate , quam fors,à qua pensio regulatur,debet continere: quæ indiuiduitas in pretio medio , vel supremo non reperitur,sed demum in infimo interuenit,vt ideò respectu eius infimi pretio pẽsio constituenda sit.

21 Hoc tamen naturale pretium,ex cuius infima specie census creari debet, quod indiuiduum non est,neque legale,vt suprà diximus aliquibus modis constat,quorum nonnulli referendi sunt . Et primò deducitur, & probatur per testium depositiones, qui de cõmuni pretio eius specificè testificentur , efficacem rationem valoris designantes , secundum rei qualitatem , vulgaremque extimationem.l. pretia rerum.ff.ad l.Falcid.& tradunt latè Couar.lib.2.variar.cap. 3.Pinel. in l.2.C.de rescind.vendit.3.p.cap.fin.ex num. 8. vsque ad num.17. Ioan.Lup.commẽt.2.§.3.num. 120. vsque ad numer.128. Vnde si per eam valoris æstimationem,vel probationem pensio reseruata ex domo in censum concessa,vel constituta ex pretio alicuius rei immobilis venditæ correspondeat legitimo pretio rei censualis à testibus iuridicè designato secundum ea,quę suprà dicta sunt , diceretur iuxta reseruatio, & constitutio pensionis , & census legitimè creatus, ac si pro eodem pretio in pecunia numerata crearetur.

22 Secundo modo probatur valor & pretium rei immobilis censualis per depositiones extimatorum,quia partib' nominati , & à iudice approbati iuramento decidant legitimum rei censualis pretium, cuius peritia in arte , quæ semper cõsideratur,efficit,vt illud,quod ipsi declarauerint, habeatur pro vero & legitimo rei valore,vt eleganter probant Ioan. Lup.in dicto comment.2.§.5.num.142. Pinel.in d.c. fin. per totum , qui de his extimatoribus ad longum egerunt,qua extimatione rei immobilis huiusmodi facta,si pensio reseruata , vel pro pretio rei immobilis venditæ constituta correspondeat valori extimato diceretur iustè reseruata,& designata,atque census legitimè constitutus.

23 Tertio modo probatur pretium rei immobilis censualis ex instrumento venditionum similium rerum immobilium vicinarum cum aliquibus requisitis,de quibus per Ioan. Lup.in dict.§.5. numer. 118. & 119. Alexand. consil.156.in fine vol.2.Bursat.consil. 99.nu. 4.vol.1.& consil.184.num.17.vol.2.Cephal. consil.261.num.16.vol.2.& plurimos referẽs Bornin. Caualcan.decis.45.num.48. qua probatione valoris habita , si pensio eidem correspondeat,esse iustè reseruata,& census legitimè creatus.

24 Quarto modo probatur pretium rei immobilis per extimationem cõmunẽ,non ex affectione,seu vtilitate particulari deductum,sed ex libera hominum taxatione iustificatam, & communi obseruantiæ vendendarum talium rerum similem,& conformem,vt post Couar. Alciat.& alios eleganter resoluit Pinel.in d.l. 2.3.p.cap.fin.numer.17.& 18. & si secundum eam communem extimationem pensio correspondeat pretio rei,diceretur legitimè reseruata,& constituta.

25 Quintò probatur verus valor rei immobilis ex cumulatione *fructuum* ipsius viginti annorum,ex Acurs.communiter recepto in l. perpetua.verb.*Iusta*, C.de sacrosanct.Eccles. de quo latè per Pinel.in l.2.3.p.c.fin.num.29 Vaez de iur.emphyt.quæst.11.numer.2. cum alijs,Rodericus quæst.6.num.12.13.14.& 15. 19.20.& num.25.vsque ad finem, & infrà dicendum erit.Qua probatione verè valoris sic habita,& pensio iustè reseruaretur, & census legitimè crearetur.

26 Quibus exemplis probationis pretij naturalis sic adductis ad cognoscendum, quomodo,atque casu pro pretio naturali census creari possit, ad pretium legitimum in genere accedendum est, cum eo præsupposito , quòd naturale multoties augetur , & diminuitur, ex qualitate rei,vt quia erat litigiosa, vel sita in loco periculoso , vel dominus implicitus ære alieno,de quibus & alijs egerunt ad longum Ioannes Lupus de vsuris,comment.2.n. 128.Pinel.in d.l.2.3.part.cap.fin.ex mume.19. vsque ad finem.

## DE LEGITIMO ET indiuiduo pretio census in genere, tam reseruatiui, quàm consignatiui,perpetui,redimibilis,seu ad vitã.Cap. XXVIII.

## SVMMARIVM.

*Pretium indiuiduum & legale nullo modo, neque casu excedi potest absque culpa & restitutione, quia latitudinem non habet. numer. 1. & alijs.*

*Princeps, vel Rex potest designare pretium legale, & indiuiduum, à quo recedi non potest. numer. 2.*

*Conditio, seu grauamen adiectum creationi census quando minuat, vel augeat pretium, num. 3. & intellectus ad l. fundi partem. ff. de contrahend empt. gabella solui debet ex creatione census, & conditio adiecta in eius creatione, iustissima erit. n. 4.*

*Simulatio contractus an præsumatur ex promissione facta à venditore desoluendis collectis, seu oneribus, & quomodò hoc intelligatur. numer. 5.*

*Venditor census tenetur soluere impensas conficiendi instrumenta censualia. dum. 6. & an conditiones pretium legale minuentes, an in totum annullẽt contractum, vel in totum reijciantur. num. 7.*

*Pretium legale continet publicam vtilitatem, & ideò comprehendit omnes personas, etiam Ecclesiasticas. n. 8.*

*Census constitutus minori pretio, quàm legali, an ex temporis antiquitate iustificetur, & intellectus ad text. in l. 6 titul. 15. libr. 5. nouæ Recopilat. num. 9 & 10 & an pretium legale ex tempore possit variari. ibid.*

*Pretium legale, & indiuiduum interuenire in census creatione, quibus exemplis verificetur. num. 11.*

## CAPVT XXVIII.

1 IN capite præcedenti egimus de pretio naturali vtriusque cẽsus in genere, & quando ex eo naturali pretio legitimè probato census creari possit: vnde in præsenti agendum est de legali & indiuiduo vtriusque, etiam census in genere; est enim legale, & indiuiduum pretium, quòd à lege nominatim designatur, & cõstituitur, nullam habens latitudinem iustitię, neque latitudinis species, aut gradus, sed in puncto indiuisibili consistentes; ideò nullo modo, neque casu excedi potest absque culpa & restitutione, vt resoluit Cremensis in l. 2. C. de rescind. vend. num. 171. Soto de iust. & iure lib. 6. quæst. 2. art. 3. Medina in C. de restit. q. 36. Ioan. Matienço in l. 1. tit. 11. lib. 5. nou. Recop. gloss. *En mas de la mitad del justo precio*, num. 9.

2 Quod quidem legale, & indiuiduum pretium tam in census creatione, quàm in alijs rerum speciebus vendibilibus iussè à Principe designare potest propter publicam vtilitatem, & ad reijciendam insaciabilem auaritiam emendi similes census, impugnandasque paliationes, quas contra miseros, & inopia coactos venditores passim emptores vtuntur, vt in simili aduertunt Cagnol. Couarr. & alij, quos referens sequitur Pinel. in l. 2. C. de rescind. vendit. 3. p. c. fin. numer. 35. & pretium istud à Principe designatum, atque lege decisum dicitur indiuiduum, & legale indiuisibile, vt resoluunt Cagnol. in d. l. 2. numer. 269. Cremensis numer. 273. Pinel. in dict. cap. fin. num. 35.

3 Quod adeò verum est, vt sicut directè huiusmodi pretium legale & indiuiduum minui non potest; ita neque indirectè, aut simulatè per conditionis adiectionem, vel grauaminis expressionem, cùm quælibet conditio, seu grauamen sit pars pretij. l. fundi partem. ff. de contrahend. empt. quæ regula eleganter comprobatur, atque exemplificatur à Tiraquell. libr. 2. retract. in præfact. num. 21. Caualin. de vsur. quæst. 9. & iterum Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 18. num. 69. cum alijs, decis. Pedemont. 91. numer. 10. Ioan. Lup. de vsuris, comment. 2. §. 5. num. 128. tit. 8. part. 5. gloss. verb. *A censo*, col. 5. versic. *Sed quod dicitur*, Pinel. in l. 2. C. de rescind. vend. 3. p. c. fin. num. 19. Valasc. de iur. emphyt. quæst. 32. num. 12. & quæst. 10. num. 51. Sarmient. lib. 7. Selectar. c. 1. num. 25. Olan. in Antinom. litera A. num. 100. dicentas, & ferè omnes in specie creationis census, quòd conditio, seu grauamen minuet pretium.

4 Quæ quidem resolutio communis verè procedit, quando conditio, seu onus ex natura ipsius contractus, atque rei, de qua agitur, non ineſt, sed à partibus ex conuentione adijcitur, maximè si in emptoris commodum, & venditoris præiudicium adijciatur; quia eo casu procedit regula d. l. fundi partem, & deducitur ex l. eos. C. de vsuris, versic. *Si quis autem*, ibi, *Inter dicta licentia*, vbi gloss. verb. *Sportularum*: sin verò conditio, seu onus ex ipsa natura rei, atque contractus nascatur, neque ex eius adiectione lucrum ad emptorem perueniat, vt in conditione, seu onere soluendi gabellam ex census creatione, non procederet regula d. l. fundi partem; quia tunc neque venditor census ab emptore grauatur, sed à lege ipsa contractus, neq; emptor quid quam lucri recipit. ita in genere in quacunq; conditione, seu grauamine, & nominatim in conditione soluendi gabellã resoluunt Ignatius

rius Lasarte in tract. de decima vendit. & permut. cap. 10. num. 6. post. Caualin. de vsur. q. 5. nume. 124. & post Ludouic. Mexia, Rebuf. Tiraquel. & alios, resoluit, & intelligit Felic. lib. 2. de censib. cap. 1. de pretio census num. 14. per totum.

5 Ex qua etiam recepta sentia infertur declaratio ad quandam Scribentium opinionem dicentium, quòd ex promissione facta à venditore de soluendis collectis, seu oneribus, deducitur præsumptio simulationis, & iustitiæ contractus, Ita probant Bald. consil. 311. col. 2 lib. 5. Paris. consil. 54. num. 77. & consil. 55. numer. 56. lib. 1. & consil. 82. numer. 41. lib. 3. Rolland. à Valle consil. 40. num. 33. 34. & 35. libr. 2. Anton. Natta consil. 198. num. 11. & 13. qui omnes debent intelligi, quando venditor census, vel alterius rei, promittens soluere decimam, seu collectas aliàs ex natura & lege cõtractus ad id nõ teneatur, sed potiùs emptor, ita quòd ex adiectione eius conditionis venditor grauetur, & emptor commodum consequatur; quia tunc & in partem pretij computarentur similes conditiones, & simulationis suspicionem inducerent; non tamen si ex natura & lege contractus conditiones & grauamina proueniant, quia sustinerentur: similiter etiam verificatur supra dicta recepta sententia in conditionibus retractus, atque non alienandi rem censualem, cæteriſque similibus, ex quarum adiectione non magis venditor grauatur, quàm si non adijcerentur; vt quia in effectu emptor nihil commoditatis ex eisdem cum preiudicio venditoris consequitur. Quæ quidem conditiones ex creatione census adiectæ neque pretium minuunt, neque contractum iniustum efficiunt, sed integrè sustinentur, vt dicendum erit ad longum in capitibus earum conditionum retractus, & de non alienando rem censualem.

6 Rursus infertur, quòd si venditor census, vel alterius rei, promiserit soluere impensam conficiendi instrumenta censualia, neque turpis sit, conditione que reijciatur, cùm ex lege contractus & ad id teneatur, & grauamen nullum sit. vt tradit Tiraquel. de retract. lignag. §. 29. gloss. 3. per totam, & de retractu conuentionali §. 6. gloss. 2. num. 23. & ita post Montalu. & Pizarr. resoluit Lasarte de decima vẽdit. c. 10. num. 7.

7 Hæ tamen conditiones, quæ pretium census minuere solent, an in totum contractum annullent, vel in totum reijciantur, explicuit Ioannis Gutierr. in practis ad Recopilat. 2. p. quæst. 176. per totam, vbi denique resoluit, contractum non annullari in totum, sed potiùs reijci conditiones, de quo videnda sunt, quæ dicenda erunt in capit. an census illegitimo pretio constitutus in totum annulletur, vel in aliquo sustineatur.

8 Quæ quidem designatio pretij legalis, & indiuidui adeò iustitiam, & publicã continet vtilitatem, vt quascunque personas etiam Ecclesiasticas, & qualificatas ad sic contrahendũ comprehendat, vt resoluit Mexia in pragmatica panis concl. 5. num. 39. in fin. Didac. Perez in rubric. titul. 2. lib. 8. ordin. pag. 32. col. 2. Lasarte de decima vendit. cap. 10. num. 3. Felic. de censib. lib. 2. cap. 1. de pretio census n. 46. vsque ad finem.

9 Quæ quidem omnia, quæ de pretio legali, & indiuiduo dicta sunt, scilicet quòd directè vel indirectè minui non possit, etiam procedunt, quamuis longissimo tempore annuæ præstationes vniformes censuales præstitæ sint ex ea census creatione, quæ minori pretio, quàm ad rationem quatuordecim pro vno facta fuit; quia cùm euidenter constet iustitia pretij, & tantó graviora sint peccata, quanto diutiùs infelicem animam detinent allegata capit. fin. de consuetud. capit. non debet, de consang. & affinit. atque lex expressè resistat creationi, census induci non poterit ex quacunque consuetudine, vel præscriptione iustitia census contra legem constituti; ita latè resoluit Felician. lib. 2. de censib. cap. 1. numer. 24. cum alijs, & latiùs nos alibi ad lõgum dicemus circa declarationem l. 6. tit. 15. libr. 5. nouæ Recop. in versic. *No embargante que sean antiguos, y de mucho tiempo impuestos, ni que se hechos en parte ni en prouincia, donde se diga, y alegue que ha sido costumbre venderse a menos precio.*

10 Quam l. refert Felician. statim nume. 45. & secundum eam dubitat, an consuetudine minui possit pretium legale & indiuiduum illius l. & denique resoluit post Medin. in C. de restit. tit. de censib. cap. 2. & post Palac. in praxi Theolog. lib. 4. cap. 7. pag. 350. consuetudine pretium & minui, & variari, ex eo quòd lex Regia preteritam solam improbat consuetudinem, non tamen expressè resistit futuræ: in quo quidem Felician. videbatur aduersari priori sententiæ traditæ nume. 24. sed ab origine considerando veritatem vtriusque resolutionis, vtrumque verum esse constat; quia priuatus præscriptione efficere non potest, vt census illegitimo pretio creatus iustificeretur; consuetudo tamen vniuersalis totius Regni, vel prouinciæ, cùm legem vincat, atq; ex iusta causa efficere possit, quòd pretiũ minuatur, vel augeatur recte, non obstante lege Regia, si legitimè inducta sit, pretium minueret, de quo etiã latè suo loco dicẽdum erit.

Cum

11 Cùm tamen de pretio legali, atq; indiuiduo dixerimus, conueniens erit exemplis demonstrare, quando in census creatione interuenire possit. Et primò interuenit, atq; verificatur in censu consignatiuo redimibili ad rationem quatuordecim pro vno constituto; in quo quidem casu pretium legale & indiuiduũ est, cùm à legè designetur, vt in cap. de quantitate pretij census consignatiui redimibilis dicendum erit. Secundus casus figurari potest in censu consignatiuo ad vitam, qui contractus etiam habet pretium legale, & indiuiduum à lege designatum, vt in cap. de quantitate pretij census consignatiui ad vitam dicendum erit. Tertiò, pretium etiam legale & indiuiduum interuenire potest in censu consignatiuo perpetuo; quia quamuis à lege nullum designatum sit, si tamen non pro supremo, aut medio, sed pro infimo pretio constituatur, diceretur pro legitimo & indiuiduo pretio constitutus, vt infrà dicendum erit in cap. de quantitate pretij census consignatiui perpetui. Demum huiusmodi pretium legale interuenire poterit in censu reseruatiuo perpetuo, redimibili, seu ad vitam, quando resultat creatus pro infimo pretio rei censualis, vt dicendum erit in capite sequenti, & in his casibus exemplificanda erunt, atque procedent, quæ in hoc capite dicẽda sunt de pretio legali & indiuiduo. Vnde ad species cẽsus transeamus.

# DE PRETIO CENSVS reseruatiui in specie perpetui, redimibilis, seu ad vitam. Caput XXIX.

## SVMMARIVM.

*In censu reseruatiuo prædiali perpetuo res ipsa, quæ datur in censum, succedit loco pretij, n* 1.

*Iustitia pensionis pecuniariæ, quæ reseruatur in creatione census reseruatiui prædialis, regulãda est ad instar pretij rei immobilis in censum datæ. n.* 2.

*Pretium rei immobilis datæ in censum multipliciter probatur, nempè extimatione hominum, instrumentis antiquis, consuetudine extimandi, & deniq; ex cumulo fructuum ipsius rei viginti annorum, vel triginta. n.* 3.

*Interesse iustum, & legale, atq; fere indiuiduum dicitur, quod adæquat sortem principalem viginti annorum. n.* 4. & 5.

*Iustitia pensionis reseruatæ non in pecunia, sed in alia specie, pendet à sortis correspondentia, id est, à quantitate fructuum rei censualis, quæ loco sortis habetur. n.* 6.

*Pensio pecuniaria, vel frumentaria, quæ reseruatur ex datione rei in cẽsum, an debeat correspõdere infimo, medio, vel supremo pretio rei censualis, nouiter, & latè discutitur, atq; resoluitur n.* 7. *vsq; ad finem capitis.*

*Pretium census reseruatiui redimibilis an sit res ipsa, quæ datur in censum, an verò quantitas, proqua redimendus est. n.* 10.

*Pretium census reseruatiui redimibilis an sit constituẽdum ad rationem quatuordecim pro vno, & intellectus ad l.* 6. *tit.* 15. *lib.* 5. *nou. Recopil. n.* 11. & 12. *cum alijs.*

*Pretium census reseruatiui ad vitam, cuius diuersas formulas referunt Doctores, quale sit, numer.* 14.

## CAPVT XXIX.

1 IN capitibus præcedentibus egimus de pretio census in genere, tam naturali, quàm indiuiduo, & legali, vnde in præsenti ad pretiũ in specie census reseruatiui perpetui redimibilis, seu ad vitam accedamus: & cùm in iure non sit designatum verum & indiuiduum huius census pretium, à iuris principijs deducendum est; & quamuis considerando naturam huius contractus videbatur dicendum, quòd in eius creatione nullum pretium accedat, cũ non sit emptio, neq; venditio, aut permutatio, seu alius contractus nominatus, sed pactũ nudum rei traditione vestitum, vt quia totum factum, & opus creationis census à concedente rem prouenìat, concessio scilicet rei in censum, & reseruatio pensionis: in effectu tamen & substantia res ipsa censualis datur in censum loco pretij pensionis reseruatę, li. èt non sit verè pretium, ideò non propriè dubitatur de quantitate pretij huius cẽsus, sed propriùs dubitaretur de quantitate pensionis reseruatæ, quanta scilicet possit reseruari, vt census resultet iustè creatus. Et in hac dubitatione sic nouiter & vtiliter pensitata, duo casus considerandi, atque decidendi sunt. Primus, quando pensio in pecunia reseruatur. Secundus, quando in frumento, vel alia specie reseruata est.

2 In primo casu ex regula constituitur, quòd iustitia pensionis reseruatæ ad instar pretij rei immobilis in censum datæ præcisè debet regulari, ita quòd secundum qualitatem census, qui creandus est, ad minus correspondeat infimo pretio rei censualis. Quæ

cōsideratio verissima est, quia si pensio pecuniaria reseruatur à re ipsa data in censum: ergo pretium eius rei succedit loco sortis; igitur si de pensione ad sortem debet dari correspondentia, vt inde resultet pensionis iustitia: ergo pensio pecuniaria ad instar pretij pecuniarij rei censualis est regulanda, aliàs non datur correspondentia de pensione ad sortem. Qua ratione necessarium est, quòd priùs cognoscatur pretiū pecuniariū rei sensualis, quā ad cognitionem iustitiæ pensionis, quæ inde nascitur, accedamus.

3 Vnde pretium pecuniarium rei immobilis datæ in censum, vt pro eo pensio reseruetur, multipliciter probatur, nempe extimatione hominum, instrumentis antiquis, consuetudine extimandi similia bona, vt diximus in cap. 27. & deniq; ex cumulo fructuum rei viginti annorum, gloss. in authent. perpetua. C. de sacrosanct. Eccles. gloss. in authent. de non alienand. §. si verò alicuius, collat. 2. & resoluunt Roman. consi. 423. col. 1. Guid. Pap cons. 180. col. 2. Bertrand. consil. 318. num. 2. libr. 3. Iass. in l. si fundum, per fideicommiss. ff. de legat. 1. Tiraquel. dicens communem de retract. 1. part. §. 7. gloss. 19. num. 19. Lara de aliment. §. sed si filius num. 117. Pinel. in l. 2. 3. p. cap. fin. num. 29. Valasc. de iure emphyt. quæst. 11. numer. 2. Menchaca lib. 3. præsumpt. 122. num. 51. decisio Seraphini in decision. Rotæ nouis. 651. num. 2. Surd. cons. 151. numer. 6. libr. 2. & consil. 282. num. 16. eod. libr. Cepola de simulat. contract. præsumpt. 3. Ioan. Garc. de expens. cap. 9. num. 79. Ioan. Lup. de vsur. comment. 2. numer. 77. qui quidem omnes resoluunt, quòd huiusmodi pretium deductū ex cumulo fructuum viginti annorum est pretium infimum, & quasi legale rerum immobilium, etiamque periculis, seu casibus fortuitis subijciuntur, quia securiora magis quàm fructifera, & opulentiora bona maiori cumulo fructuum extimantur, nempe triginta annorum, vt aduertit Roderic. de ann. redditib. libr. 1. quæst. 6. num. 13. 19. & 25. atq; per totam quæstionem, vbi latissimè comprobat ex principio quæstionis, quòd licèt cumulus fructuum viginti annorum sit pretium infimum rerum omnium immobilium, multoties extimantur ex quantitate, quam ascendunt fructus triginta, quadraginta, vel quinquaginta annorum: sed quia census creatio tanto iustior erit, quantò sors iustior sit, pro infimo pretio rerum immobilium, quod ex cumulo fructuum viginti annorum extimatur, creandus est, & pensio pecuniaria reseruatur.

4 Quæ pretij extimatio ex eo iustificatur, quia illud interesse promiscuum, & successiuum diceretur iustum, & quasi legale, atque indiuiduum, quod adequaret sortem principalem in viginti annos, vt ita resultet ad rationem quinq; pro centenario. Ita resoluit Socin. consil. 103. columna penult. in fin. libr. 4. Cuman. consil. 18. Aym. Crau. cons. 148. n. 8. & consil. 490. n. 8. Cagnol. in l. 2. q. 46. n. 170. C. de pact. inter emptor. Bornin. Calualcan. decis. 35. n. 20. 23. & 25. & deniq; hæc est cōmunis & recepta sententia in causa alimentorum interesse & fructuum, vt ad rationem viginti pro vno, quinq; scilicet pro centenario, in casu, quo peti possint, exigi valeant, & solui debeant. Ita decidit Concil. Neapolit. teste Matthæo de Afflict. decis. 284. num. fin. Couar. lib. 3. variar. c. 10. n. 2. Bursat. cons. 11. nu. 14. & cons. 99. n. 10. vol. 1. Paris. cons. 60. n. 20. vol. 1. Crauet. cons. 180. n. 6. in fine; & ita de communi consuetudine obseruatum esse fatetur Roch. de Curte de consuetud. c. 11. sub num. 19.

5 Qua ratione qui voluerit dare in censum reseruatiuum aliquam rem immobilem, deducat pretium ad minus ex cumulo fructuum viginti annorum, & pro eo pretio sic deducto reseruet pensionem pecuniariam secundum naturam census, qui creari prætēditur, ita quòd si perpetuus creandus est, ad rationem triginta pro vno cōstituatur, & si redimibilis sit, vel ad vitam, minori, secundum ea, quæ de his cēsibus hîc erunt dicenda.

6 In secundo verò casu principali, quando pēsio non reseruatur indiuidua & certa in pecunia, sed in alijs rerum speciebus, iustitia pēsionis reseruatæ etiam pendet à sortis correspondentia, id est, à quantitate fructuum rei censualis, qui loco sortis in ipsa re censuali habentur, vt quia sint maiores & opulentiores pensiones, secundum ea, quæ necessaria sunt ad iustitiam creationis similis census reseruatiui, ex quorum fructuum quantitate & correspondentia iustificatur, vt diximus in cap. de iustitia census reseruatiui, & nominatim probant Rodulphus de vsur. q. 12. Medina de restit. c. 2. Greg. Lup. in l. 28. tit. 8. par. 5. gloss. verb. *A censo*, col. 3. vers. *Secundò limita nisi census*. Pizarro in explicat. ad ordinationem de Guadalupe gloss. verb. *De las tales heredades*, per totam, & post Cassan. & Nauar. idē resoluit Auendañ. responso 12. num. 13. prope finem, Sarmient. lib. 7. Selectar. c. 1. nu. 38. vers. *Fructiferam autem*, & in num. 19. vers. *Finge*: & probant Pinel. Ioan. Lup. Tiraquel. Ant. Gom. Ioan. Matienço infrà referendi in cap. 31.

7 Constito igitur de pretio & sorte rei immobilis

bilis datæ in censum reseruatiuum, proqua, & ad cuius correspondentiam reseruanda est pẽsio pecuniaria, vel frumentaria, conuenit examinare, ad cuius rationem pro eo pretio & sorte census sit constituendus, & pensio reseruanda, an ad rationem quatuordecim pro vno, vel viginti, vel triginta. Quæ dubitatio nouissima est, atque digna consideratione, & in ea sequentes casus proponendi, ac decidendi sunt. Primus, quando res immobilis data in censum reseruatiuum, & pro pretio eiusdem deducto ex cumulo fructuum viginti annorum pensio pecuniaria reseruatur perpetua, absque vllo pacto redimendi. Et in eo casu cùm in effectu & substantia formetur quidam census reseruatiuus perpetuus ex eo pretio deducto ex fructibus viginti annorum, non videbatur posse constitui differentiam quoad pretium inter eum censum, & verè consignatiuum perpetuum, sed quòd idem in vtroque dicendum sit, vt quia vterque census sit perpetuus, & vterque habeat pensionẽ pecuniariam; & ideo ex his, quæ de pretio census consignatiui perpetui suo loco dicenda erunt, resolutio videtur deducenda. Qua ratione cùm census perpetuus consignatiuus ad rationem viginti pro vno constituatur, minorique pretio creari non possit, vt quia illud sit infimum, & quasi legale, atque indiuiduum, vt dicemus in cap. de pretio census cõsignatiui perpetui, videtur dicendum, quòd pensio pecuniaria reseruata ex re data in censum reseruatiuum, reseruanda, & constituenda sit pro cumulo fructuum viginti annorum ad eandem viginti pro vno rationem.

8 Sed quamuis verum sit, quòd infimum pretium census consignatiui perpetui ad rationẽ viginti pro vno constituatur, id tamen procedere non potest in censu reseruatiuo, cuius pensio ex re data in censum reseruatur. Sed is census longè maiori pretio constituẽdus est, vt inde resultet maior sors, & minor pensio, atque consequenter iustior concessio, atque datio rei in censum. Quæ noua consideratio ex eo iustificatur, quia census consignatiuus perpetuus ad rationem viginti pro vno constitutus vtrumq; habet, pecuniarium, & indiuiduum, nempe, sortem, & pensionem: ideò mirum non est, si pensio constituta ad rationem viginti pro vno correspondens sorti pecuniariæ indiuiduæ iustè dicatur constituta: quando verò pensio pecuniaria reseruatur ex re data in censum pro pretio deducto ex cumulo fructuum viginti annorum, & ad rationem viginti pro vno, licèt pensio pecuniaria certa & indiuidua sit, sors tamen, & pretium deductũ ex cumulo fructuum viginti annorum indiuiduum non est, neque pecuniarium, sed productum ad hominum extimatione; qui iudicialiter, vel extraiudicialiter fructibus valorem dederunt, atque quantitatem eorum ex cumulo viginti annorum extimauerunt; ideò cùm extimatores non potuissent attingere in diuiduitatem illius pretij naturalis, neq; omnimodam certitudinem eius cumuli fructuũ, quem fecerunt, & inde resultet cumulus naturalis cum latitudine, meritò non erit iustum, quòd census constituatur, neque pensio reseruetur ad rationem viginti pro vno, sed concesso quòd cumulus fiat ad eam rationem iustius esset, quòd pensio ad computationem triginta pro vno sit reseruanda, vt ita & sors sit maior, & pensio minor, & consequenter constitutio iustior. Qui quidem discursus nouus, & verisimus, quamuis possit deduci à Feliciano, qui lib. 2. de censibus cap. 1. num. 16. versic. *Sed hæc sententia*, aduertit, quòd redditus perpetui extimatio non est similis extimationi pretij, quod deducitur ex cumulo fructuum viginti annorum, neq; de vno ad aliud rectè infertur, non tamen eum integrè explicuit, licèt eius resolutio vera sit: ergo pretium census reseruatiui perpetui ad rationem triginta pro vno est constituendus.

9 Quod à fortiori procedit, quãdo res immobilis datur in censum perpetuũ, cum reseruatione pensionis frumentariæ; quia cùm deficiat certitudo in sorte & pensione, vt quia vtrumq; sit frumentarium, & non pecuniarium, neq; indiuiduum ratione eius in certitudinis, non debet esse pretium infimum, sed vel supremum, vel medium: & in hac specie intelligo Michaelem Salõ 2. tom. de iustitia. q. 77. art. 1. controuersia 17. col. 296. qui disputans, cùm pretia varia sint, à quo sit sumendus excessus, deniq; resoluit, à medio esse sumendum, vt quia infimum in his rebus, quæ latitudinem habent, quasi indiuiduum sit, & non attendendum. Scio etiam, quòd Matienço in l. 1. tit. 11. lib. 5. nouæ Recop. gloss. 3. Ludou. Molina. 2. tom. de iustitia disput. 349. dixerunt, excessum attendi debere à pretio supremo, & riguroso; quod non impugnat nostram sententiam.

10 Secundus casus principalis est, quando pẽsio reseruatur redimenda ex re data in cẽsum, vt quia nominatim datur cũ reseruatione pensionis, & pacto expresso redimendi eam pro certo pretio; quo quidem casu duo sunt decidenda. Primum, quale sit pretium huius contractus, an res quæ datur in censum, an verò quantitas, proqua pensio redimenda est.

Secundum, ad cuius rationem propretio eius census reseruanda est pensio, an ad rationem quatuordecim pro vno, vel maiori. Et ad primum breuiter resoluimus, quòd pretium eius contractus non est res, quæ datur in censum, sed illud, pro quo pensio est redimenda, vt in specie aduertit Ioan. Gutierrez libr. 2. pract. quæst. q. 172. numer. 6. Quod est indubitatum.

11 Ad secundum videtur dicendum, quòd cùm is census nón sit verè pecuniarius, neque consignatiuus, sed reseruatiuus, vt quia res detur in censum, non verò super re constituatur, non sit seruanda forma pretij legalis, dé qua in l. 6. tit. 15. libr. 5. nouæ Recopil. sed quòd etiamsi pretium minus sit, sustineatur census. Ita resoluit Ioannes Gutierr. d. quæst. 172. numer. 6. versic. *Nihilominus*, & in hac specie videntur procedere Castanæus, & Mexia, quos libenter sequitur Felician. de censib. lib. 2. cap. 1. de pretio census. numer. 35. versic. *Inter quas opiniones*, vbi in versic. *Ipse verò credo*, statim sequenti existimat, ea potissimum ratione procedere eam sententiam, quia is contractus dationis fundi in censum non est verè censualis; & quòd ideó dispositio circa pretium eum non comprehendit, & probat non esse contractum verè censualem per totum numer. 36. atque denique numer. 37. credit, eam formam contractus iudicari emptionem & venditionem cum pacto l. curauit. C. de action. empti. Cuius resolutio in hoc vera non est; quia datio rei immobilis cum reseruatione pensionis non est emptio, neque venditio, sed verè census reseruatiuus, vt diximus in cap. de censu reseruatiuo, & eius natura, atque iustitia, & ipse Felician. vocat eum censum in proæm. numer. 9. sed videamus an vera sit quantum ad hoc, vt lex Regia 6. respectu pretij cúm contractum comprehendat.

12 Et miror de Ioanne Gutierrez & Feliciano, aliàs doctissimis, qui de hoc dubitauerũt; quia si census iste redimibilis propretio, quo redimendus est, videtur constituros, minori quàm ad rationẽ quatuordecim pro vno creatus non sustinebitur. Si enim minor excessus pretij pecuniarij legalis censum reddit nullum, vt dicendum erit in cap. de pretio census consignatiui, qua ratione census, qui nominatim creatur, minori pretio quàm ad rationem quatuordecim pro vnó sustineatur, ignoro. Rursus si Ioannes Gutierrez, & omnes supradicti fatentur, quòd pretium huius census non est res ipsa immobilis, quæ datur, sed pretium, proquo pensio reseruata redimitur, qua ratione pro minori quàm à lege designatur, constitui possit, & sustineatur, non decidunt. Vnde non solùm teneo, quòd is census, non potest creari pro minori pretio, quam ad rationem quatuordecim pro vno, sed firmiter credo, quòd neque ad eam rationem constitutus teneat, sed pro maiori pretio, vt sustineatur, sit constituendus. Quod ex eo apertissimè suadetur: quia census iste non potest dici creatus pro pretio pecuniario, sed pro naturali, quod partes redemptioni designauerum, quod est, ac si rem ipsam immobilẽ pro eo pretio dedissent, vt Gutierrez existimat d. q. 172. nu. 6. Sed sic est, quód quando census creatur pro pretio naturali, non sufficit, si constituatur ad rationem quatuordecim pro vno, vt diximus in cap. de pretio naturali ingenere: ergo census iste iniustus erit. Demum, quando pretium constituitur pro pretio rei immobilis vẽditæ, quod partes creationi designauerunt, non sufficit, si constituatur ad rationem quatuordecim pro vno, vt quia pretium illud neque sit, neque possit esse legale & indiuiduum, sed naturale cum latitudine, vt dicendum erit in cap. sequenti: ergo nec iste census sustinebitur.

13 Vnde credo, quòd ad hoc vt census iste iuste constituatur, debet constare priùs de vero pretio rei immobilis, quæ datur in cẽsum per vnum ex modis relatis in cap. de pretio naturali, & constito de pretio constituẽdus est ad rationem viginti pro vno, vel ad minus ad rationem 16. vt magis ad longum dicendum erit in cap. sequenti. Pro quibus ponderandá sunt, quę latè tradit Roderic. de annuis redit. lib. 1. q. 6. per totam, vbi agens de pretio census consignatiui redimibilis ad rationem quatuordecim pro vno constituti refert plurima, ex quibus si pretium illud lege Regia nó designaretur, resultaret iniustum: ergo illa omnia procedunt, & propriè adduci possunt ad censum, qui non est verè pecuniarius consignatiuus, sed pro pretio rei immobilis cõstitutus.

14 Vltimus casus considerari potest in censu reseruatiuo ad vitam, cuius aliquas formulas refert Valasc. de iur. emphyt. quem retulimus in capitibus de cẽsu reseruatiuo: qui quidem census creari debet propretio deducto ex fructibus rei, quæ datur in censum, regulando pensionem reseruatam pro cumulo fructuũ, non ad rationem septẽ pro vno, quod est pretiũ census consignatiui ad vitá, sed pro vna vita ad rationẽ nouẽ, vel decẽ; & pro duabus ad rationẽ duodecim; quia cùm cumulus fructuũ, proquo cẽsus creatur, nõ efficiat pretiũ indiui-

indiuiduum, & legale, sed naturale, vt sæpius dictum est, non potest pro eo census constitui, nisi cumulus fructuum factus sit ad instar infimæ speciei pretij naturalis; quia cùm ea species habeatur loco pretij indiuidui, iustè pro ea census creatur. Quibus sic habitis, ad censum, constitutum ex pretio rei immobilis transeamus.

# DE NATVRA, IVSTITIA, & pretio census, qui creatur ex pretio rei immobilis venditæ. Caput XXX.

## SVMMARIVM.

*Census, qui creatur ex pretio rei immobilis venditæ an sit verè census, vel emphyteosis, aut emptio, & venditio, cum pacto l. curauit. C. de act. empt. n. 1.*

*Census, qui creatur ex pretio rei immobilis venditæ an sit iustus, & de eius iustitia latè discutitur. n. 2. 3. & alijs.*

*Pretium census, qui creatur ex pretio rei immobilis venditæ, an debeat regulari ad rationem quatuordecim pro vno, vel maiori, seu minori quantitati n. 4. vsq; ad finem, vbi n. 6. traditur noua consideratio ad text. in l. in causæ. §. Pomponius. ff. de minoribus.*

## CAPVT. XXX.

1 TRES dubitationes ad cognitionem huius census, qui creatur ex pretio rei immobilis venditæ se offerunt examinandę. Prima, qui contractus sit. Secunda, an iustè formetur. Tertia, pro quo pretio sit creandus. Ad primam breuiter est dicendum, quod quãuis eum contractum aliqui, licèt malè, vocauerunt emphyteoticum, alij verò reseruatiuum, alij emptionem & venditionem, cum pacto l. curauit. C. de act. empti, vt constat ex latè traditis per Felic. de censib. 2. p. lib. 1. cap. 10. n. 2. vsq; ad 17. verissimum tamen est, & ab omni dubitatione alienum, quòd iste contractus est quidam census consignatiuus creatus pro pretio rei immobilis venditæ, atque super ea re, quæ venditur, constitutus; & quòd non est emphyteoticus, neque reseruatiuus, neque res ipsa est pretium, pro quo creatur, sed verum pretium eius contractus est quantitas, pro quâ redimi valet: si enim res ipsa quæ datur, venditur pro certo pretio, & pro eodem super ea census consignatur, quis dicere poterit, nisi quòd census iste sit verè cõsignatiuus pro eiusdem rei, quæ venditur, pretio creatus. Vnde ad iustitiam eius accedamus.

2 Et quãuis de iustitia egisset latè Michael Salon de iustitia. 2. tom. tit. de censib. art. 6. col. 1457. iniustum esse resoluens, alios eius opinionis sequaces referens, & idem videantur tenuisse Cagnol. in l. curauit. num. 57. vbi Ioan. Bapt. Lup. §. 7. n. 15. dicens eam sententiam communem, & Ruyn. cons. 73. n. 3. lib. 1. Purpurat. in l. lecta. num. 70. ff. si certum petatur, Plot. in l. si quando. num. 454. C. vnde vi, & eleganter prosequitur Barbosa in l. de diuisione. num. 71. ff. solut. matrim. prædicti tamen Scribentes in alia specie contractus loquuntur, & hunc censum creatum ex pretio rei immobilis venditæ iustum esse dixerunt Couarr. lib. 3. variar. c. 4. num. 6. & c. 11. nu. 5. & post Cassan. Ioan. Gutier. Lasarte, Molinã, & alios, benè comprobat Felic. de censib. 2. p. lib. 1. c. 10. num. 15. cum alijs: iustitia tamẽ, vel iniustitia non pendet à natura contractus, sed à quantitate pretij; quia licèt non accedente pretio in numerata pecunia, sed re immobili data pro sorte, iustè census constituatur, tamen si pretium in re immobili accedat, dummodò iustũ sit, sustinebitur census. Ideò ad pretij quantitatem accedamus.

3 Et primò reperio Cassan. in Consuetud. Burgund. rubr. 11. §. 4. gloss. penult. in additione eiusdem dicentem, quòd in ea census specie non creatur census consignatiuus, sed reseruatiuus; quia cùm à principio domus pro sorte & pretio census vendita sit, & origo cõtractus semper consideretur, in effectu & substantia intelligi debet, reseruatiuum, & non consignatiuum censum fuisse creatum. Ex quo credit, quòd etiamsi pensio resultet constituta ad rationem decem pro vno, sustinebitur contractus, & non erit contra formam l. taxantis pretium census verè consignatiui, quod, licèt accessoriè, & enuntiatiuè, videtur sentire Couar. lib. 3. variar. cap. 4. num. 6. in princip. vbi agens de iustitia pacti soluendi pretium, interim dum pretium rei venditæ soluitur, subdit, quòd eo pretio potest census constitui ad rationem quatuordecim, vel duodecim pro vno, quasi sentiat, quód in eo casu non procedit taxatio d. l. 6. quod etiam sentit Mexia in l. Regia *De los terminos* in 2. fundamento 2. partis num. 18. & sequentib. pro quibus póderatur d. l. 6. tit. 15. lib. 5. nou. Recop. dum specialiter loquitur in pretio creationis

census consignatiui redimibilis, qui non ex pretio rei immobilis venditæ creatur, sed in pecunia numerata, quod quidem pretium in pecunia numerata consistens, cùm sit indiuiduum, & legale, mirum non est, si census pro eo creatus ad rationem quatuordecim pro vno, ex decis. illius legis creandus sit: at verò in censu creato ex pretio rei immobilis venditæ, cùm pecunia non interueniat, sed pretium naturale eiusdem rei immobilis habens latitudinem iustitiæ inter eas tres species, medij, infimi, & supremi, quod diuersum omnino est à pretio indiuiduo & legali, meritò taxatio, & indiuiduitas pretij, de quo in d.l.6. formaliter seruanda non est in eius census creatione, sed minori, vel maiori pretio creari poterit: & ad dictam l.6. respondetur, quòd cùm loquatur in censu verè cõsignatiuo, ad nostrum casum extendenda non est.

4 Secunda verò opinio & sentẽtia fuit, quòd is census constitutus ex pretio rei immobilis venditæ creandus sit ad rationem quatuordecim pro vno, secundum formam d.l.6. tit. 15. lib.5. nou. Recop. quam sententiam reprobans Mexiam tenet Olan. in Anthynomijs verb. Annui redditus. n. 101. quem referens sequitur Ignat. Lasart. de decima vendit. & permut. c. 10. n. 71. Ioan. Gutierr. in practicis quæstionib. circa Recop. q. 172. n. 3. vers. *Quid tenendum*, & n. 4. & 5. & post eos Felicia. lib. 2. de censib. c. 1. de pretio census. n. 35. Quorũ sententia ex eo confirmatur, quia is census non est reseruatiuus, cũ ex nulla re immobili data in censum reseruetur, sed est verè consignatiuus, cùm ex pretio rei immobilis venditæ constitutus super eadem re immobili vẽdita consignetur. Neq; obstabit, quòd cùm is cẽsus pro pretio rei immobilis cõstitutus sit, in effectu & substantia ab eadẽ re vendita reseruatus videtur; quia vt sæpiùs dictum est, quando is census creatur, duo contractus diuersi, atq; separati formantur: vnus venditionis rei pro certo pretio, alius creationis cẽsus pro eodem pretio rei venditæ, & inde duæ decimæ, seu gabellę debebuntur, vt suo loco dicendum erit: ergo in ea specie dubitari non potest, an formetur census reseruatiuus, cùm nulla res detur in censum, neque vlla pensio ex redata in censum reseruetur, sed pro pretio rei venditæ census constituatur. Sed potiùs dubitari poterit, an is census creatus pro pretio rei venditæ iustus sit, & cùm pretium in pecunia numerata non interueniat, difficile videbatur iustum esse; sed quia idem in effectu sit, censum emi, seu vendi pro pretio rei immobilis venditæ, aut pro pecunia numerata, si legitimum pretium accedat, vt latissimè dicendum erit in cap. de pretio census in pecunia numerata soluendo cum alijs capitibus sequentibus, verius, & certius est, constitutionem iustissimam esse, ac si emptor rei censualis, debitor nempe pretij eiusdem, cùm pretium soluere deberet, tantundemque in pecunia præstare teneatur, id ipsum soluisse intelligatur; & breui manu procensus creatione iterum pretium illud in pecunia recepisse, ex fictione. l. singularia. ff. si cert. petat. & ex his, quæ tradit Couar. lib. 3. variar. cap. 7. numer. 6. & nos tradidimus in cap. an emptio & venditio formetur in constitutione census, & dicendum erit in cap. de censu creãdo ex debito legitimè contracto. Cùm igitur dubitari non possit de iustitia huius census, de natura dubitandum non est, imò & securè tenendum, quòd sit verè consignatiuus: ergo si cõsignatiuus est, rectè dixerunt Olan. Ignat. Lasarte, Ioan. Gutierr. & Felici. quòd pretium eius computari debet ad ratione quatuordecim pro vno, secundum formam dictæ l.6.

5 Quorum sententia retentâ, non obstant Mexia, & alij prioris opinionis sequaces; quia si rectè considerentur, non loquuntur in censu creato ex pretio rei immobilis venditæ, sed in reseruato ex re immobili in censum cõcesso: ideò ad nostram speciem census malè adaptantur, imò & in ea specie census reseruatiui id absolutè verum non est, vt diximus in capitibus præcedentibus, & dicendum erit in cap. sequenti.

Ego tamen altiùs considerando census naturam, contra omnia supradicta nouiter, licèt verè existimarem, quòd census, qui creatur ex pretio rei immobilis venditę, constitui nõ potest ad rationem quatuordecim pro vno, sed quòd longè maiori pretio ad rationem, nempe 16. & 20. pro vno constituendus est. Quod ex sequentibus euidentissimè cõstat. Primò ex eo quòd pretium huius census, rei nempe immobilis venditæ, ex quo census creatur, naturale est, habens latitudinem iustitiæ inter infimi, medij, & supremi species naturalis, vt ad sensum patet, & probauimus in cap. de pretio naturali in genere: sed sic est, quòd census consignatiuus impossibile est, quòd constituatur propretio naturali rei, ex eo quòd præsupponit pretium indiuiduum, & legale, consistens in puncto indiuisibili, vt probat nominatim text. in d. lib. 6. tit. 15. lib. 5 nou. Recopil. & etiam diximus in d. c. 27. de pretio naturali in genere. nu. 2. ergo neq; pro pretio rei immobilis venditæ, quod est naturale, census creabitur.

Secundò, contraponendo præcedens argumentum,

mentum, hæc sententia probatur ex eo, quòd census consignatiuus redimibilis ad rationem quatuordecim pro vno constitutus, præsupponit pretium quatuordecim pro vno, atque sortem indiuiduam & legalem ita consistentem in puncto indiuisibili, quòd nullo modo, aut casu fraudari, aut minui possit, vt nominatim probat d.l.6. & diximus in cap. de pretio indiuiduo & legali in genere, & dicendum erit in cap. de quantitate pretij census consignatiui redimibilis, sed pretium rei immobilis venditæ non est, neque esse potest in diuiduum, & legale, sed potius naturale, cum latitudine supradicta, (Quod facilè decipere potest, atque fallere contrahentes, vt notissimum est) ergo census ex pretio naturali, & fallibili rei immobilis venditæ constituendus non est.

Tertiò, dissimilia sunt pretium legale, & naturale, imò & penitus contraria, atque effectus diuersi, vt constat ex his, quæ diximus in cap. de pretio naturali in genere, & in cap. de pretio legali & indiuiduo in genere: ergo l. 6. quæ formaliter requirit pretium legale, naturale omninò excluſit, vt pro pretio rei immobilis venditæ census non constituatur.

Quartò, iustitia pensionis ab indiuiduitate & certitudine sortis pendet, vt quia pensio legitima sit, si correspondeat infallibili, & iustissimo pretio sortis, non solùm in quantitate, sed in qualitate, vt latè, atque eleganter dicendum erit in capitibus de qualitate pensionis: sed sic est, quòd pensio censualis indiuidua, & certa, impossibile est, quòd correspondeat sorti, atque pretio indiuiduo & certo, quando census creatur ex pretio rei immobilis venditæ, vt quia pretium non sit indiuiduum, & legale, pensio verò indiuidua, & certa sit: ergo ne deficiat correspondentia inter sortem, & pensionem, census creandus non est ex pretio rei immobilis venditæ ad rationẽ quatuordecim pro vno, sed maiori.

Quintò, præcedens fundamentum fortificatur, quia si recte consideretur, in eo censu non solùm deficeret correspondentia de pensione ad sortem in quantitate, vt quia pensio indiuidua & certa ad indiuiduũ, & legale pretium non referatur, sed in qualitate, vt quia cùm pensio sit pecuniaria, nõ referatur ad sortem verè pecuniariam, cùm sors ipsa verè sit domus, vel res alia immobilis, ex cuius pretio naturalis census consignatur: ergo ne in totũ deficiat correspondentia de pensione ad sortem, ex pretio rei immobilis venditæ census creandus non est.

Sextò impossibile est, quòd ex hominum extimatione, quæ fallibilis est, pretium indiuiduum rei immobilis venditæ tangi possit, cùm & naturaliter, id est, in pretio naturali emptionis & venditionis latitudo detur. Ex
6 qua noua consideratione nouiter intellexi-mus text. in l. in causæ. §. idem Pomponius. ff. de minor. in cap. de pretio naturali in genere: ergo si pretium indiuiduum & legale rei immobilis venditæ attingi non potest, & ex pretio dictæ rei immobilis venditæ census consignatiuus, qui legale pretium requirit, & nõ reseruatiuus formetur, impossibile videtur, quòd is census consignatiuus ex pretio rei immobilis venditæ constituatur ad eam rationem.

Demum ad sensum videmus, quòd triticũ ex eo quòd habet pretium indiuiduum & legale, non potest vendi ita confusè, & genericè, vt extra illud pretium fraudando directè vel indirectè de signationem vendatur: ergo similiter census consignatiuus, qui legale pretium habet, pro naturali generico, & confuso creandus non est. Quibus considerationibus nouiter, & vltra omnes, quos legerim, pẽ sitatis, verissimum, & ab omni dubitatione alienum existimo, quòd regulariter is census, qui creatur ex pretio rei immobilis venditæ constituendus non sit ad rationem quatuordecim pro vno, sed quòd maiori pretio creari debeat.

Quæ quidem verissima resolutio primò limitatur, quando is census pro pretio rei immobilis venditæ constitutus creatur ad rationem quatuordecim pro vno, respectu infimæ speciei pretij naturalis eius rei venditæ, pro quo pretio creatur: quia cùm infimum pretiũ rei immobilis venditæ, licet sit species pretij naturalis, sit tamen iustissimum, & legale, simulque indiuiduum, cùm excedi, aut minui non possit, respectu eius infimæ speciei pretij naturalis, rectè census crearetur, vt latè, ac eleganter diximus, & resoluimus in cap. de pretio naturali in genere, vbi probauimus, quòd tunc census consignatiuus pro pretio naturali in genere alicuius rei venditæ rectè crearetur, quãdo creatio fit pro infimo pretio eiusdem rei: quia cùm eo casu pensio ad rationem quatuordecim pro vno constituta prædicto infimo pretio, non medio, neque supremo correspondeat, daretur in sorte quasi legalitas & indiuiduitas pretij, quæ dari non potest in medio, neque supremo. Et in hunc modum sunt intelligendi Olan. Ignat. Lasart. Ioan. Gutierr. & Felicianus, qui pro pretio rei immobilis venditæ censum ad rationem quatuordecim pro vno creari posse dixerunt, vt intelligantur, quando census ad rationem qua-

tuordecim pro vno creatur respectu infimæ pretij naturalis speciei, non quando ex pretio simpliciter conuento pro re vendita creatur, vel quando pro medio, aut supremo pretio ad rationem quatuordecim pro vno constitutus resultat.

Secundò restringitur supradicta sententia, quando res immobilis vendita, pro cuius pretio census creatur, autoritate iudicis in publica subhastatione taxata fuit, quia pretium illud iudicialiter designatum, licèt quodammodò sit naturale, quatenus à lege non designatur, cùm tamen iudicialiter designetur, ita iustum visum est, ac si à lege designaretur; & proinde census ad rationem quatuordecim pro vno respectu eius pretij rectè crearetur; & in hûc etiam modũ intelligi possunt Olan. Lasarte, Ioan. Gutier. & Felic. quos suprà retulimus.

Tertio modo restringi, atque limitari potest prædicta hæc nostra sententia, quotiescunque census creatus ex pretio rei immobilis venditæ antiquus est, vt quia post creationem transacti sunt decem, vel viginti anni, quibus annuatim vniformiter censuarius libenter soluit pensionem, quia ex ea temporis diuturnitate, atque patientia vniformi soluendi præsumitur iustum pretium in creatione census ex pretio rei immobilis venditæ, imò in ipsius rei immobilis venditione interueniisse, donec contrarium constiterit per probationes censuarij; quia licèt tempus non possit efficere, quòd census iniustè creatus iustus sit, vt alibi latè diximus, poterit tamen facere, quòd præsumatur in rei venditione, ex cuius pretio census creatur, legitimum pretium interueniisse, saltem vt in censuarium transferatur onus probandi contrarium.

Quarto modo restringerem prædictam vtilissimam resolutionem, quoties ex aliqua Regia licentia census pro pretio rei immobilis venditæ crearetur; vt quia res aliqua immobilis maioratui, vel restitutioni subiecta ex Regia licentia venditur ad subrogandum pretium in census creatione; quia si facultate Regia vendendi, & subrogandi venditio, & subrogatio, atque pretium venditionis approbetur, & pro eo censum posse constitui permittatur, & pretium iustum esse, & similiter census creationem, certum est; quia vtrumque Regia facultate, quæ pro lege habetur, factum fuit.

(?.)

# DE QVANTITATE pretij census consignatiui perpetui. Caput XXXI.

## SVMMARIVM.

*Pretium census consignatiui perpetui quantum, & quale sit, & â qnibus possit designari. nu. 1. cum sequentibus.*

*Princeps, & Respublica, atque ciuitas quando possit assignare cuiuslibet rei pretium. num. 2. & alijs.*

*Interesse iustum, & legale taxatur ad rationem viginti pro vno, quinq; scilicet pro centenario num. 7.*

*Intellectus ad text. in l. siquis argentum. C. de donat. n. 4. & n. 13.*

*Iudex potest taxare interesse & fructus in casibus, quibus peti possunt, & solui debent ad rationem viginti pro vno, quinq; scilicet pro centenario n. 8.*

*Maritus faciens dilationem in restitutione dotis debet soluere interesse ad rationem viginti pro vno quinq; scilicet pro cẽtenario, & quid si â principio designatũ sit huiusmodi interesse. nu. 9. per totum.*

*Tutor & curator an debeant interesse & redditus ad rationẽ viginti pro vno, quinq; scilicet pro centenario, & an â principio taxari possit huiusmodi interesse. n. 10.*

*Marito sustinenti onera matrimonij, an interim dum dos sibi soluitur, præstetur interesse ad rationem viginti pro vno. numero. 11. & 12.*

## CAPVT. XXXI.

IN capitibus præcedentibus egimus de quantitate pretij census in genere, & de quantitate pretij vtriusque census reseruatiui: vnde in præsenti & sequentibus agendum est de quantitate pretij census consignatiui perpetui; ad cuius cognitionem prænotandum est, quòd de iure diuino, aut naturali definitum non fuit huiusmodi census pretium; quia lex natura solùm dictat, quòd quælibet res vero & iusto pretio vendatur, non quòd illud, aut illud sit designatum cuiuslibet rei pretium; quia hoc ad legem humanam spectat, vel ad consuetudinem legitimè inductam, quoniam consuetudo, Princeps, vel Respublica taxare possunt iustum, atque legitimum cuiuslibet rei pretium.

l.1.C.de Episcopali audiētia.cap.1. de empt. & vendit.& benè resoluunt Couarr.lib.3.variar.cap.9.num. 6.Michael de Palac.in praxi Tgeologica lib.2.capit.1.Mexia in pragmat. tax.concluſ.1.numer.4.& concluſion. 4. numer.11.

2 Ea tamen conſuetudo ex temporum varietate variatur, & diuerſis temporibus diuerſa pretia conſtituūtur his cōſibus conſignatiuis perpetuis, vt conſtat ex Caualcano deciſ. 45. num.3.ad finem, Couarr.lib.3.variar.capit. 9. numer.5.vſque ad finem, Tiraq.lib.1.retract. §.1.gloſſ.6.num.15.cum alijs, Pariſ.conſil.60. num.29.lib.1.Ioann.Lup.de vſur.comment. 2.§.2.num.72.Foller.in praxi cenſuali, gloſſ. verb.*Vidiſtis* per totam, & nominatim procedendo in cenſu perpetuo conſignatiuo iuſtū pretium dixerunt plures eſſe ad rationem viginti pro vno, ex ea ratione, quòd de iure cōmuni iuſtum pretium fundi ſit, quantum fructus viginti annorū congererent, iuxta gloſſ. in authent.perpetua.C. de ſacroſact. Eccleſ. quam ſequuntur plures, quos in capitibus precedentibus retulimus, & Tiraquel.lib.1.retractuum.§.1.gloſſ.6.num.19.Couar.lib. 3. var. cap.9.numer.5.Pinel. in l.2.C.de reſcindend. vendit.3.p.c.4.& vltim.n. 29.Menoch.conſ. 343.n.24.vol.4.

3 Hæc tamen conſideratio, & regulatio pretij cenſus conſignatiui perpetui ex correſpōdentia & cumulo fructuum viginti annorum deducta non benè ad caſum adaptatur; quia deductio legitimi pretij alicuius rei ex cumulo fructuum viginti annorum fit, quando res immobilis fructifera venditur, cuius pretium inter alios modos deducendi iuſtum deducitur ex cumulo fructuum viginti annorum, vt diximus in capit.de pretio naturali cenſus in genere: at vero cum in cenſu conſignatiuo perpetuo res immobilis cenſui ſubiecta non vendantur, ſed ius tantùm percipiendi penſionem annuam ex fructibus eiuſdem rei, vt diximus in cap.an emptio & venditio formetur in cenſus creatione; certum eſt, quòd ad conſiderandum legitimum pretium cenſus conſignatiui perpetui non eſt habenda ratio ad cumulum fructuum viginti annorum rei immobilis cenſui ſubiectæ, cùm ipſa non vendatur, ſed pretium iuris percipiendi annuam pēſionem, quòd in eo contractu emitur, & vēditur, quo ſcilicet pretio emi, aut vendi poteſt. Ita, licèt ex alia ratione, cōſiderat Felician.d.libr. 2.de cenſib.cap.1.num.16.verſ.*Sed hæc ſententia*, dicens, quòd redditus annui perpetui extimatio ſimilis non eſt prædiorum extimationi, quæ ex eorum fructibus deducitur, & quòd ideò ab vno ad alterū nō rectè infertur.

4 Vnde alij dixerunt, verum pretium huius cenſus conſignatiui perpetui eſſe, quantum aſcendit cumulus penſionum quindecim annorum, ex l.ſi quis argentum.§.ſi autem donatur. C. de donat. quem text. intelligendum eſſe, vt procedat ſpeciali fauore donatoris, poſt Petr. Cyn. Alberic. & Gerard. aduertit Felician.in dicto num.16.verſic. *Quare verum eſt*: ſed ea computatio non poteſt procedere in cenſu conſignatiuo perpetuo, ſed magis accedit ad cenſum conſignatiuum redimibilem, in quo cenſus propriè verificatur, vt dicendum erit in cap.ſequenti, & ex infrà dicēdis circa verum pretium huius cenſus conſignatiui perpetui apertiùs conſtabit.

5 Vnde cùm ex legibus Romanorum, neque huius noſtri Regni certum pretium huius cēſus conſignatiui perpetui deſignatum ſit, id totum relinquendum eſſe conſuetudini prouinciæ, & ab ea regulandum, poſt Ripam, & Carolum Molinæum reſoluit Couar.dict.lib. 3.variar.cap.9.num.6. verſic. *Ex quibus colligitur*, Franciſc.Garſ.de contract.1.p. capit.4. conditione 4.

6 Demum Felician. de cenſib. dicto libr. 2. cap.1.de pretio cenſus.num.16.verſ. *Legibus autem Hiſpanis*, exiſtimat ſimiles cenſus conſignatiuos perpetuos non habere certum pretium ſtatutum à lege; eſſe tamen conſuetudine receptum, quòd ad rationem triginta pro vno conſtituantur, vel ad rationē 35. per text. in authent.de Eccleſiaſticis tit. lis.§. ſin autē, ita quòd ſupremum pretium ſit 35. pro vno, & infimum 25. pro quolibet milliario.

7 Sed ego ad origine conſiderabam, quòd vt cognoſcatur iniuſtitia pretij huius cenſus cōſignatiui perpetui, priùs cognoſcendum eſt, & à iuris principijs deducendum, quæ ſit quātitas infimi pretij creationis huius cenſus, vt infimo pretio cognito, quod pro legali, & indiuiduo habetur, iuſtitia & iniuſtitia creationis cognoſcatur; quia ſi à lege pretium deſignatum non eſt, & inde ad iuſtitiam pretij naturalis deuenire ſit neceſſarium, infimaque ſpecies pretij naturalis ſit pretium legale, & indiuum, cum directè, aut indirectè minui nō poſsit, certum eſt, quòd ad cognitionem pretij creationis huius cenſus cognoſcere priùs debemus infimam eius pretij naturalis ſpeciē, & nullam iuris regulam, qua hæc noſtra dubitatio propriùs, & veriùs diffiniri poſsit, inueni, quàm eam, quæ probat, quòd intereſſe verum, & legale illud ab Scribentibus dicitur, quòd adæquat ſortem principalem, in annos viginti, regulando illud, penſionem ſcilicet annuam, quæ pro intereſſe habetur, ad rationem quinque pro centenario: ergo deducēdo

quãntitatem pretij huius census ex correspõdentia pensionis annuæ, dicendum est illud esse legitimum & legale, quod formatur, & componitur ex computatione pensionum viginti annorum. Quæ regula deducitur à Socino consil.103.columna penult.in fine. vol.4. Cuman.consil.18. Proponitur Aymon. Cravet.consil.148.num.8.vol.5. Bornin. Caualc. decis.35.numer.24.& interesse, alimentis, & fructibus, quòd in casibus, quibus debentur ad rationem viginti pro vno, quinque scilicet pro centenario, peti possunt, & solui debent, resoluunt Riminald.Iun.consil.172.nume.27.volum.2. Alciat.responso 8. nume.10. lib.1. Cravet.dicto consil.490.num.6. vol.5. Ioseph. Ludouic. in Rota Lucana decis. 21. Cagnol.in l.2.quæst.46.num.170.C.de pact. inter emptor. Bornin.decis.35.numer.20.23. & 25.

8 Et hinc nascitur, posse iudicem tãxare interesse fructus & alimenta cuiuslibet rei, in casu quo peti possunt, & solui debent ad rationem vnius pro viginti, quinque scilicet pro centenario. Ita resoluunt Cravet.dict. consil. 490. num.6.& 7. Ioan. Lup.de vsuris comment. 1. §.6.num.128. Cagnolus in.d.l.2.num.17. Caualcan.in d.decis.35.num.6.21.& 25. Pinel.in l.2.C.de rescind.vendit.3.p.c.4.

9 Et inde quando maritus facit dilationem in restitutione dotis socero, vel cognato, quòd pendente dilatione debeat soluere interesse, aut alimenta ad rationem viginti pro vno, quinque scilicet pro centenario, & quòd à principio huiusmodi interesse secundũ eam computationem taxari possit, probat Alexãd. consil.31.nmm.3. &.4.vol.6.dicens, quod ea taxatio est omnino licita, comprobans eius sentẽtiam ex identitate rationis per text.in c. salubriter de vsuris, vt sicut ibi Pontifex mandat, quòd fructus prædij dati in pignus genero, dilatione pendente non computantur in sortem dotis propter onera matrimonij sustinenda, idem dicendum sit in dote non data, vel retenta, vt interim fructus iustè præstentur cùm vtroque casu & maritus onera sustineat matrimonij, & vna militet ratio. Quam sententiam dicunt magis communẽ Alexãd. in l.insulam.§.vsuras ad fin. ff. solut. matrim. Clot.in l.si cùm maritus.C. vnde vendit.meliùs Couar.lib.3.variar.cap.1.sub.nu.8.vers. *Quartò hinc poterit*, Fanus de pignorib.5.part. 5.membro.numer.16.in fin.versic. *Limitatur*, Ruyn.consil.104.num.10.vol.4.& cons.224 numer.13. & 14.volum.1. Roman.consil.517. num.4. Riminald.Senior.consil.318.volum.2 Alexand.consil.56.nume.9.volum.4. & facit text.cum gloss.in l.2.C.de iure dot. Baldus, Nouel. in tract.de dote 7.part. priuil.3. vers. *Ex prædictis*, & ita practicari per totã Italiam testatur consil.164.num.3.& esse æquissimã, & iuri consonam opinionem testatur Bald. q. 94. *Vtrum maritus*, vol.1. Alexand.consil.148. num.42.volum.5. Roman.consil.517. num.5. Corneus consil.74.volum.4. qui omnes quatenus efficiunt legitimum & legale interesse ex cumulo pensionum viginti annorum, vt quia computetur ad rationẽ viginti pro vno, securè procedunt, sed quatenus præsupponunt, quòd illud interesse iustum, & legale à principio cuiuslibet conuentionis, secundum eam computationem taxari potest, contradictores habent; quia cõtrarium tenent Gratus consil.11.volum.2.& consil.18.vol.1. Berous consil. 178.vol.1. Cephal.consil.29.volum.2 quorum resolutio confirmatur ex alia dicentium committi vsurariam prauitatem, si super certo interesse taxato conuentio fiat, vt resoluunt Plotus in l.si quando.num.452.C. vnde vi, Decius consil.119.num.12.vers. *Et pro ista considerationẽ*, Cravet.consil.148.nume.5.6.& 7.vol.1.dicentes, quòd instrumenta, in quibus fit hæc fructuũ taxatio exequenda non sunt, sed ea impugnatio apertè ex suprà dictis, & infrà dicendis conuincitur, & receptius est, interesse legitimum & legale à principio in pactũ deduci posse, vt supra dicti omnes tenent. Et resolutionem Grati, Verois Cephal.& cæterorum respõdetur, quòd procedunt in casu à iure specialiter prohibitio, vt in mutuo, vel alio simili in quem cadit naturaliter vsura, vel quando taxatio excessiua est; quia in his casibus, & alijs similibus à principio interesse taxãri non potest, vt considerat Plot. & alij suprà relati, & aduertunt Capitius decis. 175. Goza din.consil.69.num.14. Alexand.cons.101. sub num.3.vol.4. Cravet.consil.189.volum.1. sin verò casus specialiter à iure prohibitus non sit, & interesse taxetur ad rationem viginti pro vno valebit taxatio & promissio, cùm in ea promissione exprimatur illud, quòd aliàs de iure tacitè in erat, scilicet deberi interesse legitimum & legale ad rationem viginti pro vno. Ita resoluunt, & intelligunt Aym. Crave. qui contrarium tenere videbatur in cons. 89. num.2.lib.1.& consil.145.num.4. & 5. Burs. consil.11.num.26.vol.1. Paris.consil.135.num. 21.vol.4. Ioan. Lup. de vsuris comment.1.§. 4.circa l.curauit. C.de act.empt. maxime ex num.91.cum præcedent.& sequent.

10 Similiter etiam in tutore, & curatore potest illud interesse & alimenta taxari ad rationem quinque pro centenario, viginti scilicet pro vno, quia sic à lege taxatum videtur, & in ea taxatione solùm intelligitur expressum, quod

quod à iure constitutum erat: quod non ita foret, si taxatio excederet interesse iustum & legale, vt quando quis promisisset octo, vel decem pro centenario; quia cùm eo casu non sit iuxta ea taxatio, sed potiùs excessiua, & contra iuris receptas sententias, non posset exigi illud interesse, nisi specificè probatum fuisset, quòd secundum loci consuetudinem, & rei qualitatem, atque communem hominũ extimationem ad eam rationem extimaretur. Ita aduertunt Decius consil. 111. *Pro tenui*, n. 13. versic. 3. & num. 14. Riminald. Sen. consil. 318. vol. 2. Anton. Fan. de pignorib. 5. part. 5. membr. numer. 16. versic. *Tertio restringitur*, Cephal. consil. 290. num. 1. vol. 2. & ita distinguit, atque limitat Cagnol. in l. curauit. num. 54. C. de action. empt. & sentit Gabet. consil. 89. numer. 2. Paris. consil. 135. numer. 25. volum. 4.

11 Et sic in marito sustinente onera matrimonij, quod interim dum dos sibi soluitur; ex pacto, vel statuto consequatur interesse ad rationem viginti pro vno absque vlla suspicione vsurarum. Probat Ioan. Lupus in capit. per vestras. §. 24. sub numer. 3. versic. *Et tenendo*, Cranet. consil. 189. num. 5. Ruyn. consil. 224. nume. 14. volum. 1. Cepola consil. 15. Marian. Anguisola consil. 25. n. 30. lib. 1.

12 Et denique hæc est receptissima sententia & vniuersale preceptum in causa alimentorũ, interesse, & fructuum, vt ad rationem viginti pro vno, scilicet pro centenario, in casu pro petipossint, exigi valeant, & solui debeant. Ita decidit consil. Neapol. teste Matthæo de Afflict. decis. 284. num. fin. Couar. lib. 3. var. cap. 10. num. 2. Neuizant. consil. 77. nume. 28. Bursat. consil. 11. num. 14. & consil. 99. num. 10. vol. 1. Paris. consil. 60. n. 20. vol. 1. Cranet. consil. 180. num. 6. in fine, Boer. consil. 6. numer. 11. & ita de communi consuetudine obseruari fatetur Roch. de Curte de consuetudine cap. 11. sub nume. 19. Ruyn. consil. 224. nume. 13. vol. 1. & sub hac taxatione non esse credendum, si non constiterit de maiori interesse, præter Doctores in authent. Præterea. C. vnde vir & vxor, tenent Marc. Mantua cõsil. 145. num. 21. vol. 1. & sentit Cepola consil. 506. ex quo ipse Cepola desimulat. contract. præsumpt. 3. col. 1. fatetur eam esse coniecturam simulationis, & contractus fæneratitij, quando datur maius interesse, quàm ad rationem quinque pro centenario, viginti scilicet pro vno, quem sequitur Natta consil. 498. numer. 12. Tiber. Decian. consil. 105. numer. 16. libr. 2. & referens Cepol. Ioseph. Ludouic. in communib. opin. titul. desimulat. contractus, conclus. 1. versic. *Duodecima coniectura est*. Cùm igitur ex omnibus suprà dictis receptissima sententia sit, quòd interesse iustum & legale illud esse ab Scribentibus dicitur, quod adæquat sortem principalem in annos viginti, regulando pensionem annuam ad rationẽ quinque pro centenario; certum etiam erit, quòd pretium infimum & iustum creationis huius census consignatiui perpetui ad rationem viginti pro vno est regulandum; & meritò dicimus infimum pretium; quia si fortè similes census ad rationem viginti pro vno constituãtur, non poterunt recipere conditiones præiudiciales venditori præter pactum de non redimendo, quæ peculiaris ac naturalis est eius irredimibilis census; quia quælibet alia conditio cùm pretiũ minueret. l. fundi partem. ff. de contrahend. empt. censum iustum efficeret, vt diximus in cap. de pretio legali census in generè; est enim pretium infimum huius census consignatiui perpetui legale, & indiuiduũ creationis eius, vt scilicet ibi probauimus, & in hoc capite resoluimus: cæteri verò omnes census consignatiui perpetui, qui non pro infimo pretio ad rationem nempe viginti pro vno creantur, sed pro medio, aut supremo cõstituuntur, veluti ad rationem 25. 30. vel 35. pro vno, conditiones quantumcunque præiudiciales venditori reciperent, (quia licet pretium minuant, ex d. l. fundi partem) in medio, vel in supremo rectè sustinentur, vt in capitibus de conditionibus censuum dicendum erit. Et demum de hac materia pretij census videndi sunt Ioannes Garcia de expẽsis cap. 9. num. 78. Ioan. Gutier. lib 2. pract. cap. 170. Roderic. de ann. redditib. lib. 1. quæst. 6. fere per totam.

## DE QVANTITATE pretij census consignatiui redimibilis. Caput XXXII.

### SVMMARIVM.

*Pretium census consignatiui redimibilis aliquando considerabatur ad rationem viginti pro vno num. 1. aliquando ad rationem quindecim pro vno. num. 2. vbi intellectus ad l. si quis argentum. §. sin autem donator. C. de donat. aliquãdo ad rationem 10. pro vno. numer. 3. & in aliquibus prouincijs ad rationem 17. pro vno. num. 4. & 12. pro vno. num. 5.*

*Pretium census consignatiui redimibilis hodie designatus ad rationem 14. pro vno, nume. 6. &*

*minorẽ*

*minori pretio credi non potest ibi, & numeris sequentibus vbi ponderatur l. 4. & 6. tit. 15. lib. 3. & num 6 refertur disceptatio Roderici curantis defendere ante legem Regiam pretiũ esse ad rationem 20. vel 30. pro vno.*

*Census minori pretio quàm ad rationem 14. pro vno constitutus an sit omnino nullus, & an puniatur tabelio conficiens scripturam contra legem Regni. num. 8. & an pretij designatio obseruanda sit in foro conscientiæ. n. 9. vbi an clericos comprehendat n. 10.*

*Consuetudo an possit efficere, quòd census minoris pretio, quàm à lege designatum est, constituantur, & an sufficiat consuetudo ordinaria, vel sit necessaria immemorialis. numero. 11. 12. & 13.*

*Quòd reductio pretij, quæ respicit publicam vtilitatem, non obligat Principem ad restitutionem. num. 14.*

*Quòd omnis consuetudo, seu præscriptio submouetur. n. 15.*

*Census minori pretio constitutus, quàm ad rationem quatuordecim pro vno an confirmetur, si vendi velit cognoscere contractum. numer. 16. & quid si curauerit cõtractum num 17. & an possit emptor petere, quòd sibi restituatur fors vel pars contractui. numer. 18. & an taxatio pretij procedat contra minorem numer. 19. & an successor impugnet censum minori pretio constitutum. n. 20.*

## CAPVT XXXII.

PRETIVM census consignatiui redimibilis nulla iuris communis lege designatum fuit, neque iure naturali cognitũ erat; quia lex naturæ solum dictabat, quòd quælibet res verò & iusto pretio venderetur. non quòd illud, aut illud esset legitimũ cuiuslibet pretium, vt in principio capitis præcedentis diximus: vnde ad veram cognitionẽ pretij eius census aduertendum est, quod diuersæ prouinciæ mundi diuersa pretia, tam lege, quàm consuetudine induxerunt; in Regno enim Galliæ iustum prætium huius census consignatiui redimilis fuisse ad rationem viginti pro vno, scripsit Guid. Pap. consil. 108. & apud Germanos ipsum seruari testatur Cõrad. de contract. quæst. 84. statutoque Vormaciensi publicè pretium illud designatum fuisse, post [redacted], refere Couar. libr. 3. variar. cap. 10. num. 2. Quorum resolutio videbatur confirmari ex his, quæ suprà diximus in capite præcedenti circa quantitatem pretij census consignatiui perpetui, vbi resoluimus, quòd illud dicitur interesse iustum, & legale, quod adæquat sortem principalem in annos viginti: ergo si de legitimo & vero pretio census consignatiuo redimibilis dubitetur, nulla alia regula id verius probari, ac deduci potest, quàm ea, quæ legale, & verum interesse designat; vt sicut verum & legale interesse regulatur ad rationem viginti pro vno, ita & pretium census consignatiui redimibilis ex eadem computatione reguletur; è conuerso tamen cùm hi, qui designauerint eam regulã, expressè non loquantur in interesse redimibili, & considerando libertatem redemptionis, & seruitutem non redimendi, diuerso pretio perpetuum, & redimibilem censum constituẽdum esse constet, maiori nempe perpetuum, quàm redimilem, & pretium perpetui infimũ, atque legitimum sit ad rationem viginti pro vno, vt diximus in cap. de pretio census consignatiui perpetui, meritò eandem regulam ad redimibilem consignatiuum trahere non possumus, neque iustum pretiũ videtur quod ex ea computatione deducitur.

2 Quare alij dixerunt, pretium legitimum fuisse ad rationem 15. pro vno, vt in aliquibus Germaniæ & Galliæ ciuitatibus vsu receptũ erat, vt refert Conrad. de contract. d. quæst. 84. concluf. 2. & idem obseruari apud Gallos testatur Rupelan. libr. 1. forens institut. cap. 34. Rebuf. in comment. ad constitut. Gallicas tract. 2. de constit. reddit. art. 1. gloss. 1. num. 2. de quo meminerunt Tiraquel. lib. 1. retract. §. 1. gloss. 6. numer. 18. & 19. Ioan. Lup. de vsuris comment. 2. §. 2. numer. 75. quorum sententia iubatur ex text. in l. si quis argentum. §. sin autem donator. C. de donat. ibi, *in redditibus autem in 15 annos extimationem præstent*: & hæc regulatio magis accedit ad verum pretium huius census consignatiui redimibilis, quàm supra relata, neque alia ex infrà referendis, vt ex his, quæ dicenda sunt constabit.

3 Alij verò existimauerunt, legitimũ pretiũ huius census fuisse ad rationem decem pro vno, & ad eius computationem similis census constitui solere, licet lege, vel statuto tale pretium constitutum non sit, vt aduertit Franc. Garsi. de cõtract. 1. p. c. 4. cõdit. 4. & deducitur à Bart. in l. Falci. ff. ad l. Falcid. Bald. in l. fin. §. præterea. C. de iur. dot. & in c. cõsultationibus col. 2. versic. *Sed nunquid valeat*, de offic. de legati, Sot. de iust. & iur. lib. 6. quæst. 55. col. 2. Bertrand. cons. 26. Baeça de dote. cap. 4. numer. 22. cui opinioni accedat text. in l. Papinian. §. vnde si quis. ff. de inoffic. testam. quem post Corneum consil. 165. ad hoc ponderat Tiraquel. de vtroque retract. §. 1. gloss. 6. num. 17. & secundum hanc computationem vnus pro 1. cẽsus redimibiles emi solebant, &

frequen-

frequentiùs apud Hispanos in prouincia Bethica, & alijs, quæ vltra flumen Tagij Granatensi prætorio institutione Regia soluunt, ea que computatio illius Chancellariæ sententij sæpissimè confirmata fuit propter communẽ hominum extimationem, vt testatur Couarr. lib.3.variar.c.10.n.2.sed hodie non procedit, vt ex infrà dicendis constabit.

4 In Regno tamen Nauarræ quadam priuatâ lege nominatim sancitum est, vt redditus annui redimibiles ad rationem 6. pro centenario constituantur, & præstontur: quod idem est, ac si ad rationem 17. pro vno constitueren tur, vt aduertit Ioan. Martinez Olano in Anthynom. litera A. num. 95. Sed hæc regulatio quamuis proximè accedat ad verum huius cẽsus pretium, aliquantulum tamẽ ab eo distat, vt ex infrà dicendis constabit.

Alij verò ad rationem 12. pro vno similes census constitutos fuisse aduertunt, vt cõstat ex Caualinõ de vsur. numer. 127. Tiraquel. de vtroq; retract. lib. 1. §. 1. glo. 16. n. 16. & eos nõ referens Felician. de cẽsib. lib. 2. c. 1. de pretio census. n. 18. ad finem.

5 Inter quas varias, penitus diuersas, ac contrarias opiniones à Rege nostro Philipo Secundo Christianissimo Hispaniarum media via electa fuit, & lege quadam condita anno 1563. quæ habetur in l. 4. tit. 15. lib. 5. nou. Recopil. nominatim constitutum, quòd hi cẽsus consignatiui redimibiles ad rationem 14. pro vno, præcisè, & formaliter crearentur. Quod quidem pretium indiuiduum & legale est, nullam habens latitudinem iustitiæ, sed in pũcto indiuisibili consistens, ita quòd directè, neque indirectè minui potest, per expressam, vel tacitam conuentionem, aut conditionis, vel grauaminis adiectionem, vt ex his, quæ in cap. de pretio legali census latè diximus, apertè constat, & clariùs, ac nominatim deciditur in l. 6. tit. 15. lib. 5. nouæ Recop. ad quarum legum verum intellectum sequentia notabilia prænotantur.

6 Primò infertur, quòd quamuis Roderic. de ann. reddit. lib. 1. quæst. 6. per totam diligenter improbet census constitutos minori pretio, quàm ad rationem 30. vel 20. pro vno, ex eo, quòd fructus rerum immobilium, qui colliguntur his temporibus verum eorum pretium efficiunt, tamẽ omnia ab eo tradita, quæ non solũ nõ sunt contẽnenda, sed ad plurima conducibilia, hodie cessant, si quidem leges Regiæ immobiliter sunt obseruandæ, vt etiã ipse aduertit.

7 Secundò notatur, quòd ita circa pretij designationem seruanda est prędicta lex Regia, vt census minori pretium constitutum iniusti omnino sint, & exigi nullo modo possint, vt probant verba d. l. 6. ibi, *Y que las ventas y contratos y censos, que en otra manera â menor precio se hizieren, sean en si ningunos y de ningun valor, y efeto, y no se pueda en virtud dellos pedir, ni cobrar en juyzio, ni fuera del.* Ex quibus verbis apertè deducitur, quòd prædictæ legis exceptio scilicet censum constitutum esse minori, quàm ab eo designatum est, impedit etiam viam executiuam, sicut quælibet alia exceptio legitima, imò & fortius, cùm expressè lex illa resistat creationi census minori pretio factæ.

8 Tertio etiam notatur, quòd non solùm lex illa annullauit contractum, sed pœnam priuationis officij designauit tabelioni conficienti scripturam eius, vt apertiùs lex illa demõstraret enixam conditorũ voluntatem desiderantium inuiolabiter obseruari taxationem illam pretij, vt constat ex d. l. 6. ibi, *Y que ningun escriuano destos nuestros Reynos dê fê, ni haga escritura de semejantes contratos, so pena de priuacion de su oficio.* Ex quo in eo casu procedere non potest distinctio illa, quam Scribentes sæpissimè fecerunt inter præceptum affirmatiuum & negatiuum, quando inducat actus nullitatem, & quando tabelio propter confectionem contractus puniatur; quia cùm in nostra l. 6. non solùm affirmatiuè iubeatur, sed negatiuè prohibitum sit, vt & contractus censualis minori pretio non creentur, & tabelio puniatur, distinctio illa procedere non potest ex his, quæ in simili circa explicationem pragmaticæ de Alcala tradit Burg. de Paz in l. 3. Tauri. 2. part. concl. 3. num. 1284. cum præcedent. & sequent.

9 Quartò notatur, quòd ea pretij designatio cùm sit legalis & indiuidua, seruanda erit in foro conscientiæ, vt aduertit Nauarr. in Manuali cap. 28. in additione ad capit. 23. quem refert, & sequitur Azeued. in d. l. 6. tit. 15. lib. 5. num. 4. & inde comprehendit omnes personas priuilegiatas, cuiuscunque sint quantitatis, vt diximus in cap. de legitimo & indiuiduo pretio census num. 8.

10 Quintò infertur, quòd prædicta lex Regia non solum comprehendit laicos, sed etiam clericos, dum pretium census indiuiduum designauit, vt quia talis taxatio, seu limitatio fauorem publicum respiciat, & Ecclesiasticas personas comprehendat, etiamsi ea taxatio inducat priuationem lucri Ecclesiasticarum personarum, ex l. si quis ad declinandam. C. de Episcop. & cleric. ibi, *Nullo penitus ex hoc lucro, vel Economo, vel Episcopo, vel sacrosanctæ Ecclesiæ relinquendo*; & ita post Didac. Perez, Mexiam, & alios aduertit Roderic. de ann. reddit.

reddit.lib.1.quæst.6.numer.49.vbi num.50. resoluit, quòd leges reducentes census frumentarios ad pecuniam comprehendit clericos.

11 Sextò etiam notandum est, quòd ad inducendam iustitiam census antiquissimi minori pretio constituti, quam ad rationem 14. pro vno non sufficit antiquitas, neque vlla præscriptio; quia cùm euidenter ex ipsa census creatione, atque creationis scripturæ constet de iniustitia pretij, & tãtò grauiora sint peccata, quantò diutiùs infelicem animam detinẽt alligatam, cap. fin. de consuetudine, capit. non debet de consang. & affinit. lex quæ resistat expressè creationi census, non poterit iustitia induci ex quacunque præscriptione, aut creationis antiquitate, ex d.l.6. ibi, *No embargante que sean antiguos, y de mucho tiempo impuestos:* & ita resoluit Felician. lib. 2. de censib. cap. 1. num. 24. cum alijs, quod adeò verum est, vt si annuæ præstationes censuales virtute census antiquissimi minori pretio quàm ad rationem 14. pro vno creati vniformiter factæ sint ad rationem 12. vel alio iniusto pretio, adhuc vniformis præstatio non suppleret iniustitiam, neque ex ea præstatione vniformi, etiám antiquissima induceretur obligatio soluendi cẽsum insuturum, cùm resistat futuræ præstationi notoria, & euidens iniustitia creationis cẽsus, sed potius contractus reduceretur ad rationem 14. pro vno, vt in l.6. probatur, & infrà dicendum erit.

12 Et hæc de præscriptione ordinaria, vel longissima soluendi intelligenda sunt: sin verò per scripturam antiquissimam confectam vltra centum, vel ducentos annos constituerit, censum creatum fuisse minori pretio, quàm ad rationem 14. pro vno, & ad eam computationem præstationes annuæ vniformes factæ sint, certum erit, quòd insuturum secundum veterem præstationem pensiones annuæ soluendæ erunt; quia eo casu non interuenit præscriptio ordinaria, sed immemorialis, quę vim, & potestatem habet priuilegij. Et quamuis ex aduerso consideretur, non dari eo casu immemorialem, cùm ex scriptura constet de iniusto principio creationis census contra naturam eius præscriptionis, quæ præsupponit tempus infinitum, & memoriam hominum excedit, vt post Oldrald. Abb. Felin. & Couar. & Ottalor. tradidimus in l.41. Tauri num.11. glos. 1. tamen cùm transactis plusquàm centum annis ante, vel post creationem census potuisset contingere, quòd ex aliqua iusta causa minori pretio census crearetur, potuissetque incipere contraria præscriptio, de cuius initio nemo recordetur, cùm memoria hominum excedat, quæ centum annis durare præsumitur, & præscriptio diceretur immemorialis, & dici non posset, constare de principio, quamuis constet de actu contrario, atque consequenter effectum immemorialis præscriptionis ea præscriptio soluendi pensionem obtinebit, vt post doctrinam Innocentij, Alexand. & aliorum resoluimus in d.l.41. glos. 1. nume. 13. & 14. vbi numer. 15. diximus, quòd obseruanda sit in centenaria: ergo si in nostri casus specie verificari potest immemorialis præscriptio, notissimum est, quòd ea accedẽte, & per id tẽpus præstationibus vniformibus factis de inceps ad eam computationem census soluendus erit, non obstante quòd resultet creatus minori pretio, quàm ad rationem 14. pro vno, cùm immemorialis habeat vim priuilegij, tituli, atque legitimæ causæ, vt vulgaria præcepta docent. Neque etiam obstantibus verbis d.l. fin. ibi; *No embargante que sean antiguos, y de mucho tiempo impuestos*, quia licèt prædicta verba regulariter excludant præscriptionem immemorialem, tamen non excludunt, quæ nunquam censetur exclusa, etiãsi præscriptio excludatur, ex gloss. notanda in authent. vt de cætero non fiant commutationes, verb. *Præscriptio*, quam sequuntur plures dicentes singularem, quos retulimus in l.41. glos. 1. num. 6.

13 Sed quamuis hæc omnia fortissima sint ad probandum, quòd census antiquissimus minori pretio, quàm ad rationem 14. pro vno cõstitutus ex præscriptione immemorialis iustus fiat; adhuc tamen firmitur teneo, quòd nulla etiam immemoriali præscriptione obstante is census antiquissimus nõ sustinetur, sed quòd ad legitimam quantitatem sortis reducendus sit, vt probat nominatim text. in dict. l. 6. ibi, *Y en quanto á los juros, y censos, y contratos hasta aqui hechos á menos precio de a catorze mil el millar, mandamos que assi mesmo sean reduzidos, y los reduzimos al dicho precio y respeto, no embargante que sean antiguos, y de mucho tiempo impuestos.* Cuius legis vera ratio dubitandi fuit, quia ex omnibus supradictis videbatur sufficere antiquissimam præscriptionem, maximè immemorialẽ ad iustificandos prædictos cẽsus minori pretio quàm ad rationem 14. pro vno constitutos, è conuerso tamen ea decidẽdi moti fuerunt conditores; quia cùm aduersus iustitiam nulla præscriptio induci possit, & tamen immemorialis fortissima erat, mediũ suauissimum eligentes decreuerunt, quòd neque præscriptio quidquam operetur, neq; in totum census nullus sit, sed quòd ad legitimam quãtitatẽ veniat reducendus, de qua reductione infrà suo loco & capite dicẽdũ erit.

Non

14 Non omittentes, quòd ea l. 6. §. ductio cũ fiat generaliter propter publicam Reipublicæ, atque totius Regni vtilitatem, & fauorẽ animarum contrahentium non obligat Principem ad restitutionem eius quantitatis redditũ, quæ reducitur, ab emptoribus aufertur, vt latè resoluit Paris. consil. 1. num. 46. libr. 1. referens alios, maximè Decius in capit. quæ in Ecclesiarum. num. 21. de constitut. & in specie aduertit Ioannes Matiençio in l. 6. titul. 15 libr. 5. nou. Recop. gloss. 6. per totam. Ex quo cessant, quæ de quantitate pretij huius cẽsus scripsit latissimè Pizarro in gloss. ad ordinationes de Guadalupe in 4. conditione in gloss. verb. *Competente pretio*, per totam, vbi per 14. columnas id explicat.

15 Septimò etiam notandum est, quòd etiam ex quacunque consuetudine prouinciæ non iustificantur, neque seruandi sunt census minori pretio, quàm ad rationem 14. pro vno constituti, vt probat nominati text. in d. l. 6. tit. 15. lib. 5. ibi, *No embargante que sean antiguos y de mucho tiempo impuestos, ni que sean hechos en parte, ni prouincia, donde se diga y alegue que ha sido costumbre venderse à menos precio.* Ex quorum verborum decisione in totum reijcitur potestas consuetudinis contrariæ, cuius meminit Guid. Pap. consil. 180. Couarr. lib. 2. variar. cap. 10. per totum, & inde deducitur, non benè dixisse Medin. in C. de restit. ca. de censib. fol. 178. col. 3. quod Principis intentio non fuit excludere communi consensu vtentium cõprobatã, quia certum est, omnem per eam legem fuisse exclusam, etiã antiquissimã; & ita contra Medin. aduertit Ioann. Gutier. in practicis quæstionibus ad nouam Recopil. 1. part. quæst. 171. per totam, referens Matiençio in d. l. 6. tit. 15. lib. 5. gloss. 2. Quod ego intelligo, etiamsi consuetudo prouinciæ immemorialis sit, quia quamuis regulariter ea immemorialis consuetudo vim legis, atque priuilegij specialiter à Principe concessi obtineat, neque censeatur exclusa, etiamsi à lege omnis consuetudo excludatur, vt suprà diximus; & inde inferatur, quòd d. l. 6. excludens consuetudinem etiam antiquam non comprehendat immemorialem; tamen cùm prædicta lex non solũ agat de excludẽda cõsuetudine antiquissima, sed de reducẽdo iniusto pretio à cõsuetudine antiquissima inducto ad legitimã pretij quãtitatẽ, & Princeps reducere iustè possit pretium à lege designatũ, vel a consuetudine inductum; meritò reductio d. l. etiam contra consuetudinem antiquissimam & immemorialem iustissima fuit, imò medium illud elegerunt conditores ad excludendas consuetudines contrarias, quas semel legitimè inductas absque eorum correctione excludere non poterat, ideò eas non expressè excludendo, neque reprobando pretium creationis ad legitimam quãtitatem in futurum reduxerunt. De hac tamen reductione, & an census minori pretio creatus, quam ad rationem 14. pro vno nullus sit, vel ad legitimam quantitatem reducendus, circa intellectum d. l. 6. titul. 15. lib. 5. nouæ Recopil. dicendum erit in capitibus, an census illegitimo pretio constitutus rescindatur, ex l. 2. C. de rescindend. vendit. & in capite an census illegitimo pretio constitutus in totum sit nullus, vel ad legitimã quãtitatem reducendus.

16 Quid autẽ sit iudicãdũ, quando cẽsus fuit cõstitutus minori pretio, quàm ad rationẽ 14. pro vno; & emptor vult agere contra venditorem, vt pretium restituat, vel stet contractui, an illud efficere possit, vel contractus ad iustitiam reducatur, disputat latè Roder. de ann. redditib. lib. 1. quæst. 9. per totam, vbi num. 4. post Bart. Tiraq. & alios resoluit id fieri non posse, etiamsi venditor consentiat.

17 Imò & num. 5. illud procedere credit, etiãsi debitor iuraberit se non repetiturum, imò cõtractum semper approbaturum, ex l. non dubium. C. de legibus, & per gloss. in cap. ad nostram. 2. de iure iurando.

18 Et ipse Roderic. d. lib. 1. quæst. 10. per totã disputat, atque resoluit, an minor emens redditum excessiuum sit restituẽdus, vel census moderandus, pluresque dubitationes ad pretij census quantitatem conducibiles in d. cap. 10. cum præcedentibus refert.

19 Et an successor impugnet censum minori pretio, quàm à lege designatum est, constitutum, dicendum erit in capitibus, an cẽsus excessiuus rescindatur remedio læsionis, vel reducatur al legitimam quantitatem. Vnde accedamus ad pretium census ad vitam.

20 Quæ quidem omnia, quam de quantitate pretij census consignatiui dicta sunt, & constituatur ad rationem 14. pro vno, hodie procedunt, dummodò ad rationem 21. pro vno, constitutus est. Ex notoria pragmatica condita anno 1608. 25. mensis Ianuarij.

## DE QVANTITATE pretij census cõsignatiui ad vitam circa intellectum l. 8. tit. 15. lib. 5. Recopil. Caput XXXIII.

SVM-

## SVMMARIVM.

*Pretium census consignatiui ad vitam aliquando regulabatur secundum coniecturam verisimilē vitæ num. 1. aliquando ad rationem vnius pro sex, & alibi ad rationem vnius pro octo, alibi pro duabus vitis ad rationem nouem pro vno, & denique diuersa erant pretia. n. 2.*

*Pretium indiuiduum & legale census consignatiui ad vitam lege Regia designatur ad rationē septem pro vno. n. 3.*

*Census consignatiuus ad vitam constitui non potest pro duabus vitis, sed pro vna tantum. num. 4. & antea constituti pro vitis plurimorum reducendi sunt ad duas tantùm vitas. numero 5.*

*Census ad vitam constituti maiori pretio quàm ad rationem septem pro vno ad illud pretium reducendi sunt. n. 6.*

*Census ad vitam constituendi sunt in pecunia numerata, & intellectus ad text. in l. 9. titul. 15. libr. 5. Recopil. & ad l. 8. eod. tit. & libr. 6. num. 7.*

*Ponderatur repugnantia fortißima inter l. 8. & 10. titul. 15 lib. 5. nouæ Recopil. circa traditionem pretij census consignatiui ad vitam in pecunia numerata, & alibi pradicta leges conciliantur. n. 8.*

## CAPVT XXXIII.

1 IN capite de iustitia census consignatiui ad vitam resoluimus, quòd hodie is census ad vnius tantùm vitam creandus est, & rationem cuiusdam legis Regni reprobantis census constitutionem ad vitam duorum factam tradidimus; vnde in præsenti de quantitate pretij huius census agendū est, & in hac dubitatione præsupponitur, quòd anteà quàm lex Regia infra referenda indiuiduum, & legale huius census pretium designaret, ad eius iustitiam considerabant Scribentes probabilem, atque verisimilem coniecturam vitæ, pro qua census emebatur, valetudinem nempe, & ætatem, ex qua verisimiliter vitæ tempus deducebatur. Ex quibus, & alijs considerationibus, vel impugnabāt, vel iustos efficiebant contractus, vt ex deducitur ex Baldo in l. ea pactione. C. de vsuris, & in l. si pater puellæ. C. de inoffic. testam. vbi Iass. in fine, Decius consil. 123. & post alios Ioan. Lup. de vsur. comment. 3. §. 4. nu. 98. vsque ad finem, Molin. de Hispan. primog. lib. 1. cap. 19. n. 39. cum alijs.

2 Sed quia hæc consideratio, atque vitæ verisimilitudo fallibilis erat, & non certa, diuersa pretia diuersæ prouinciæ constituerunt; alij enim existimauerunt iustum pretium vnius vitæ esse ad rationē vnius pro sex, alij ad rationem vnius pro octo, alij pro decem, alij iustè constitui posse pro duorum, seu plurimorum vitis ad rationem nouem, vel decem; & denique circa verum & legitimū pretium variant Scribentes, diuersæque fuerunt opiniones, vt cōstare ex Oldrad. consil. 207. Bald. consil. 292. vol. 5. & 410. vol. 1. & cōsil. 18. vol. 1. Roman. consil. 302. Raphael. Cumau. consil. 181. Caualin. de vsuris, quæst. 72. num. 473. Medin. de restit. cap. de censu ad vitam, Couar. lib. 3. variar. cap. 9. num. 7. Pinel. in l. 2. C. de rescind. vendit. 3. part. cap. fin. num. 32. Afflict. decis. 34. Ioan. Lup. de vsuris comment. 2. §. 2. num. 82. Molina de contract. disput. 388. Brun. q. 8. per totam in legalibus quæstionibus, Andr. Gail. obseruat. 128. colum. 2. in principio dicētes, ex consuetudine regionis, atque prouinciæ deduci & regulari huiusmodi census pretium.

3 Qua ratione, vt hæc omnia cessarent, superuenit constitutio religiosissimi Regis Philippi Secundi Hispaniarum condita anno 1583. die 3. Iulij promulgata, contenta in l. 8. tit. 15. lib. 5. nouæ Recop. quæ nominatim designat pretium creationis census ad vnius vitam ad rationem septem pro vno, atque simul prohibet maiori pretio creari similes census infuturum; ex qua quidem lege sequentia notabilia ad veram eius cognitionem necessaria deducuntur.

Primò infertur, quòd quamuis intelligendo textum in l. hæreditatum. ff. ad l. Falcid. impugnauerit Rodericus hanc pretij designationem in libr. 1. de annuis redditibus quæst. 5. num. 15. vsque ad finem, referendo, & refutādo plures eiusdem legis intellectus, omnia tamen ab eo tradita quantum ad nostri census pretium superabundant, licèt aliàs vtilia sint.

Secundò, quòd pretium illud legale, & indiniduum ab ea lege designatum directè, neque indirectè minui potest per conditionis, vel grauaminis adiectionem, imò omnes personas, etiam priuilegiatas comprehendit, neque vlla cōsuetudine abrogari potest, vt hæc omnia probauimus in capit. præcedenti circa pretium indiuiduum, & legale census consignatiui redimibilis.

4 Tertiò deducitur, quòd similes census ad vitam duorum, vel plurimorum constitui non possunt, sed vnius tantùm, vt constat ex eadē lege, ibi, *Por dos, ni por tres, ni por mas vidas, sino*

que

*que le puedan tomar y constituir por sola vna vida*; cuius legis originariam rationem tradidimus in cap. de iustitia census consignatiui ad vitam, & in hoc corrigit lex contrariam resolutionem existimantium similes census sæpissimè creatos fuisse, & creari posse ad vitã plurimorum, de qua per Bald. & alios suprà relatos per Cumanum, & alios, quos refert Felician. libr. 2. de censibus, capite primo, numer. 21.

Quartò notatur ex eadem l. 8. quòd census ante ipsam constituti ad vitam duorum, quamuis omnino non reprobentur, neque ad vnius vitam reducantur, ad rationem tamen octo pro vno reducti sunt, vt constat ibi: *Pero auiendose otorgado por dos vidas, aunque permittimos se queden otorgados por ellas, mandamos que se reduzgan, y reduzimos â ocho mil marauedis el millar*; cuius decisionis rationem dubitandi, atque decidendi etiam designauimus in cap. de iustitia census consignatiui ad vitam.

5 Quintò, notabilis est lex illa, dum dicit; *Y los censos, que hasta aqui se huuieren tomado, y otorgado mas de por dos vidas, mandamos que reduzgan todas las vidas porque se huuieren tomado, â dos vidas solamente, y al precio de los dichos ocho mil marauedis el millar por ellas*; in quo iustissima videtur tam quantum ad reductionem contractuum ad vitam vnius, vel duorum, quàm quoad pretium reductionis in reductione scilicet contractum, ad duorum tantùm vitas, ex eo iustissima videtur; quia contractus, qui pro plurimorum vitis creantur, quasi perpetui dicuntur; quia si quem posse viuere centum annos præsumitur. l. fin. C. de sacrosanct. Eccles. à fortiori tres personas eo tẽpore viuere præsumeretur, atq; consequenter census pro earum trium personarum vitis constitutus quasi perpetuus existeret; ideò vt pretium contineret iustitiam, amplissimũ esse oportebat, maius scilicet, quàm ad rationem 8. pro vno, nempe ad rationem 15. vel 20. qua ratione si eodem pretio emi poterant sine periculo, atque in certitudine vitæ, summè conueniens fuit, quòd ad vitam plurimorum non emerentur, sed quòd empti ad vitam duorum reducti essent, & ad rationem octo pro vno, vt dicta lex 8. constituit, quæ in hoc est singularis, & notanda.

6 Sextò, & vltimò notatur, quòd prædicti census ad vitam non possunt constitui pro vllo pretio, quòd non sit pecunia, neque in alia specie, vt probat dicta l. 8. ibi: *Sino que todo el dinero de la dicha suerte principal se aya de pagar, y se pague y cuente al principio todo el dinero de contado, sin intervenir otra cosa, que no sea dinero de contado*, adeò quòd census in alia specie, quàm pecunia constitutus soluendus deinceps in pecunia sit, & pen-
7 sio annuatim soluenda ad pecuniam reducta est, per text. expressum in l. 9. titul. 15. libr. 5. nouæ Recopil. quæ habetur in nouo quaterno earum legum, per quam legem ampliatur l. 4. eiusdem tituli, quæ census constitutos in aliqua specie vini, tritici, seu olei reducuntur ad pecuniam; vt lex illa extendatur ad omnes census consignatiuos, redimibiles, seu ad vitam; de qua reductione ad pecuniam agendũ erit in cap. de censu frumentario ad pecuniam reducendo.

8 Inter eas tamen leges. 8. & 10. dum 8. requirit pecuniam numeratam, & 10. probat, quòd à proprio motu Pij V. quo cauetur, quòd pretium debeat interuenire in pecunia numerata, supplicatum est, repugnantia vrgentissima versatur: vnde circa earum verum intellectum agendum erit in cap. de pretio cẽsus in pecunia numerata coram testibus ac notario soluendo.

## DE IVSTITIA VENDItionis veteris cẽsus circa intellectũ textus in l. 6. tit. 15. lib. 5. nouę Recopil. Caput XXXIIII.

### SVMMARIVM.

*Census semel legitimè constitutus an minori pretio vendatur. n. 1. & per totum caput.*

*Quòd in venditione veteris census propriùs emptio & venditio formatur. n. 2.*

*Quòd in venditione veteris census propriùs debetur gabella. n. 3.*

*Census reseruatiuus, vel emphyteoticus an vendi possit minori pretio, quàm à principio creatus fuit. num. 4. & quid in censu consignatiuo perpetuo. n. 5.*

*Census consignatiuus redimibilis creatus à principio maiori pretio quàm à lege designatũ est, an possit postea minori pretio vendi. n. 6.*

*Census consignatiuus constitutus ad rationem 14. pro vno an possit vendi minori pretio. n. 7. vsq; ad finem cap.*

*Quòd si postea census redimatur, venditori, & non emptori restituendus est excessus pretij numer. 8.*

*Venditio nominis, seu actionis regulariter*

*valet, ideò non datur in ea venditione enormis læsio, sed habetur communis extimatio hominũ num.10.*

*Venditio veteris census propriùs est emptio & vẽditio, quàm cõtractus nouę creationis, vt quia magis in eo casu præexistat materia vendibilis.n.11.*

*Cessio actionis pro minori pretio facta, an, & quando valida sit, & intellectus ad leges ab Anasthasio & l.per diuersas.C.mandati.numer.12.*

*Lex Regni, quæ designat pretium indiuiduum creationis census an extendatur ad veteris venditionem, vel sit in eo casu diuersa ratio. num.13.*

*Venditio veteris census an causetur egestate venditoris, sicut venditio fundi, vel an detur in vno casu diuersa ratio quàm in alio. numer.14.*

*Creatio noui census an propriùs quàm veteris venditio accedat ad interusurium, vel in vtroque casu versetur eadem ratio, seu diuersa. numer.15.*

*Constituens nouum censum an dicatur quasi conducere vsum sortis, vendens verò veterem non & differentia inter eos casus n.16.*

*Noui census creatio non recipit augmentum neque diminutionem, quantumcunque venditor inops sit, & quid in veteris census venditione. numer.17.*

*Emptor, qui scit verum pretium rei venditę, non habet remedium rescissionis contractus per lęsionem.n.21.*

*An liceat emere censum valentem mille pro centum.n.23.*

*Differentia inter creationem noui census, & veteris venditionem potiùs est verbalis, quàm realis.n.24.*

*Quòd reprobatur modus, per quem deuenitur ad cẽsum, & statum prohibitionis, & traditur ad longum intellectus ad proprium motum super forma creandi censum. numer.25. & sequentibus.*

*Census, qui non est securus, sed litigiosus, an possit vendi minori pretio, quàm à principio fuit constitutus, & quid dicatur vitium litigij.n.34.*

*Si venditor nominatim se obligauit ad census euictionem atque redditus solutionem, an adhuc valeat venditio veteris census minori pretio facta.n.35.*

*Quid si ante venditionem facta fuit diligentia, vt legitimè census venderetur, & non potuit alius emptor reperiri.n.37.*

*Traditur quid erit in censu ad vitam vnius, vel duorum constituto, an possit emi, seu vendi minori pretio, quàm fuit constitutus.n.38.*

*Quando census fuit venditus minori pretio quàm fuit creatus, ad quem pertineat defectus vel excessus legitimi pretij ad emptorem, venditorẽ, seu debitorem.n.39.*

*An debitor redimendo satisfaciat si dederit pretium emptionis.n.40.*

*An in ea venditione veteris census debeat pretium interuenire in pecunia numerata. numer.41.*

## CAPVT XXXIIII.

1 IN capitibus præcedentibus egimus de iustitia venditionis noui census reseruatiui, & consignatiui perpetui, redimibilis, seu ad vitam: vnde in præsenti agendũ est de iustitia & pretio venditionis veteris census, vt quia iustè creatus & constitutus vendi tur, & emitur; & simul agendum est de iustitia & pretio huius secundæ venditionis: & quantum ad iustitiam breuiter dicendum est, omni iure permissam & licitam esse huius census veteris venditionem, & cessionem, sicut cuiuslibet alterius rei mobilis, vel immobilis venditio; quod patet, cùm ante contractum venditionis præexistat in actu, materia vendibilis nempe, nomen ipsum, seu actio producta, & formata ex prima; atque iusta census creatione, & ius percipiendi pensionem annuam ex fructibus rei censualis; qua materia præexistente pura & vera sequitur venditio, non magis, quàm si quælibet alia res vendere tur: vnde iustitia vendendi notissima est, & in specie aduertunt omnes infra referendi, atq; nominatim Sarmiento lib.7.Select.c.1.n.13. vers.fin.

2 Imò & eo casu propriùs & verius formatur emptio & venditio, quàm in creatione noui census, vt aduertit Couar.lib.3.variar.cap.7. num.2.vers.5. Et ratio differentię ex eo deducitur; quia in creatione noui census, nulla videtur præexistere materia vẽdibilis ante creationem contractus, neque tempore creationis eius, neq; ex post facto nascitur spes probabilis materiæ de iure cõmuni cognita, & approbata, sed tantũ datur spes ex hominũ industria quęsita, & inuẽta, vt quia speratur lucrũ, pecuniæ scilicet; quòd ex pecunia pẽsio pecuniaria prouẽiat; quo casu cũ materia omnino deficiat, & ex parte vendentis nulla mers interueniat, sed vtrumque pretium, & res quæ venditur, sit pecunia; & consequenter de emptione pecuniæ, cùm pecunia agatur contra veram naturam emptionis & venditionis, de qua in l.1.ff.de contrahenda empt. & in l.1.in princip.ff.de rerũ permut. difficile videbatur, quòd

quòd venditio noui census iusta esset, cùm pecunia sterilis concipiat, cum voluptate emptoris, & pariat cum dolore venditoris, nullaque detur materia vendibilis, neque mers intercueniat. Et quamuis hæc consideratio fortissima sit, non obstante resoluimus in cap. de iustitia census consignatiui iustè creari similes census, & dari præexistentiam materiæ vendibilis, iuris nempe percipiendi pensionem annuam ex fructibus rei censualis, cuius fructus verisimiles sunt; ergo à fortiori in nostro casu dicendum est, venditionem iustissimam esse, cùm detur materia vendibilis, nõ ficta & imaginaria, sed naturalis, & propria, census nempè legitimè creatus, & constitutus, & consequenter de iustitia dubitari non potest.

3 Ex quo deducitur deberi ex ea venditione gabellam, vt post Didac. Perez resoluit Ignat. Lasarte de decima vendit. & permutat. capit. 10. numer. 7. ad finem, & numer. 8. & dicendum erit in capite de solutione gabellæ.

4 Quod in venditione cuiuslibet census veteris dicendum est; quia siue reseruatiuus, siue consignatiuus sit perpetuus, redimibilis, seu ad vitam; rectè vterque vendetur, cùm in vtroque præexistat materia vẽdibilis, & mers interueniat, & consequenter venditio iusta sit; iuxta præsupposito ad quantitatem pretij venditionis huius veteris census accedamus, & ad eius clariorem intelligentiam sequentes casus proponendi, & examinandi sunt.

5 Primus, quando census reseruatiuus pro infimo pretio creatus fuit, secundũ ea, quæ diximus in cap. de natura, iustitia, & pretio similiũ censuũ, & in eo verum existimo, venditionem veteris census minori, quàm infimo pretio factam iniustam esse; quia licet prædictus census non habeat pretium indiuiduum, & legale, eius tamen infimum loco indiuidui succedit, & ideo contrahentes illud excedere non possunt, ex his, quæ in sequentibus casibus dicenda sunt. Quæ omnia, licet in eadem ratione pretij indiuidui fundentur, ad hunc tamen casum rectè adaptantur: sin verò census reseruatiuus à principio creatus sit pro maiori pretio, quàm infimo, & vulgariter fit, vendi pro infimo rectè poterit, dummodò illud infimum non excedatur, secundum ea, quæ in censu consignatiuo dicenda sunt in capite sequenti. In emphyteotico tamen censu non potest hæc dubitatio verificari, cùm emphyteota ad subemphyteoticandum non habeat pretium designatum, imò in eo contractu emphyteotico indiuiduum pretium rarò, vel nunquã verificatur. Vnde ad censum consignatiuum accedamus.

6 Secundus casus consideratur in censu consignatiuo perpetuo, in quo distinguendũ est; quia si à principio cõstituitur pro infimo pretio, non poterit constitutus vendi pro minori vt quia sicut diximus in capite de pretio huius census, infimum eiusdem pretium indiuiduum & legale sit, ac si à lege designaretur, ideò excedi nullo modo potest, ex his, quæ dicenda erunt in censu consignatino redimibili, quæ propriè quantum ad excessum ad nostrum casum adaptantur. Sin verò census perpetuus consignatiuus à principio pro maiori pretio quam infimo constitutus sit, recte pro minori venderetur, dummodò infimum non excedatur, vt in casu sequenti dicẽ dum erit.

7 Tertius casus est in censu consignatiuo redimibili, qui a principio creatur pro maiori pretio, quàm ad rationem quatuordecim pro vno, & semel constituto minori postea vendi poterit, nempè legitimo pretio à lege designato; quia emptor eo casu pro iusto & legitimo cẽsum emit, imò & facilè inuenire posset censuum venditores, qui nouiter pro simili pretio census venderent, & ex perceptione pensionis nihil amplius emptor consequatur, quã si denuo sibi census pro legali pretio venderetur, sitque tam iusta veteris census emptio, quàm noui creatio. Quæ resolutio deducitur ex Nauarro in summa c. 27. num. 78. 81. & 82 Cordoba in summa quæst. 79. versic. *Testo se pruena*, Sarmiento lib. 7. Select. cap. 1. num. 41 versic. *Quid si Rex*, Ioann. Gutierr. in pract. quæst. ad Recop. quæst. 173. num. 7. vsque ad finem, & referens Sarmiento breuiter tenet Felician. lib. 2. de censib. cap. 1. de pretio census. num. 44.

8 Quod tamen est restringendum, vt si census redimatur, non possit emptor, cessionarius nempè aliquid recipere vltra pretium & sortem, pro qua census emit; quia residuum illud sortis restituit debet venditori, seu cedẽti, cùm certum sit, quòd emptor non possit amplius recipere pro redemptione, quam præstitit pro creatione, vt in cap. de redemptione census ad longum dicendum erit; & quia si residuum illud reciperet, emptor, resultaret, census cõstitutus longè minori pretio quàm à lege designatur, & inde sequeretur vsura, cùm aliquid vltra sortem recipiatur; similiter etiam venditor nimis fraudaretur dando censum ad rationem viginti pro vno constitutum pro quatuordecim tantum; & ideò ne venditor grauetur, & emptor quidquam vltra sortem recipiat, residuum

illud redemptionis; quod supereſt ex quatuordecim vſque ad viginti, vel ex quantitate pretij venditionis veteris cenſus vſque ad legitimam creationem cedenti reſtituendum eſſet, & non emptori veteris cenſus; quod quidem notatu dignum præter ea, quæ dicenda ſunt in cap. de cenſus redemptione, probatur ex traditis per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 18. nu. 11. vſque ad n. 18. & de retract. conuent. §. 1. gloſſ. 3. per totam, vbi eleganter loquitur.

9 Quartus caſus, & in quo tota difficultas conſiſtit, conſideratur, quando cenſus conſignatiuus à principio ad rationem quatuordecim pro vno creatus fuit, & poſteà minori pretio venditur; in qua ſpecie conuenit indiſtinctè eam dubitationem examinare, vt ſtatim ad caſus, in quibus reſolutio limitetur, accedamus. Et partem affirmatiuam, ſcilicet quòd emptio, & venditio veteris cenſus minori pretio facta, quàm fuit creatus, iuſta ſit, ex ſequentibus ſuadetur.

10 Primò, quia contractus iſte vera emptio & venditio eſt nominis, ſeu actionis; ideó regulariter valet ex toto titulo. C. de hæreditate, vel actione vendita; & emptor ſciens, atque ſponte tali pretio vendidit; ex quo non poterit querellari, etiamſi enormiter læſus ſit. l. 1. C. de reſcind. vend. Neque eſt conſiderandum, quanti res fuerit empta, ſed ſolùm debet haberi ratio communis hominum extimationis, ex l. pretia rerum. ff. ad l. Falcid. & aduertit Couar. lib. 2. variar. c. 3. num. 4. ergo nihil refert, ſi cenſus legitimo pretio creatus pro minori vendatur, ſi ſecundum hominum extimationem etiam illud legitimum ſit.

11 Secundò contractus iſte venditionis veteris cenſus propriùs eſt emptio & venditio, quàm contractus nouæ creationis, vt aduertit Couar. lib. 3. variar. cap. 7. num. 2. verſ. 5. & ratio quidem, licèt nouiter à me conſideretur, veriſsima eſt, ſcilicet, quia in creatione noui cenſus nulla præexiſtit materia vendibilis ante creationem, neque tempore creationis, neque ex poſt facto naſcitur ſpes probabilis materiæ de iure communi cognitæ & approbatæ, ſed tantùm datur ſpes quæſita, & inuenta ex hominum induſtria, vt quia ſperatur lucrum pecuniæ, & quòd ex pecunia penſio pecuniaria proueniat: qua ratione cùm materia omnino deficiat, & ex parte venditis nulla mers interueniat, ſed vtrumque & res, quæ venditur, & pretium ſit pecunia, & conſequenter agatur de emptione pecuniæ cum pecunia, contra propriam naturam emptionis & venditionis, ex l. 1. de contrahend. empt. l. 1. in princ. ff. de rerum permutatione, & hæc omnia in venditione veteris cenſus deficiant, vt quia in ea vtroque tempore materia vendibilis præexiſtat, & non tam propriè pecunia cum pecunia ematur, neque ſola ſpes materiæ, ſed materia vendibilis reperiatur, merito propriùs in venditione veteris cenſus, quàm in noua creatione vera emptio & venditio formatur: ergo propriùs regulis pretij naturalis, atq; reſciſsionis contractus ea veteris cenſus venditio, quàm noui creatio accedere debet.

12 Tertiò fortificantur præcedentes conſiderationes ex l. ab Anaſthaſio, & ex l. per diuerſas. C. mandati per locum ab ſpeciali; quia ſecundum veriorem intelligentiam earum legum procedunt contra eos, qui auaritia ducti, vel animo vexandi quemquam coacti, actiones emunt, non tamen contra legitimos emptores, qui ſeruatis legibus eius contractus actiones emunt, quia eo caſu non reperitur prohibitum emptionis commercium ſub lege & pactione contrahentium, vt notat gloſſ. in d. l. per diuerſas verb. venditionis, vbi Bart. in prima opinione, Cynus in l. 1. C. ne liceat potentiores, Innocent. in cap. fin. de alienat. iudicij, Azo in ſumma, ne liceat potentiores, Hoſtienſ. & ſpeculator in ſumma deceſsione actionum, Dueñas regula 88. numer. 9. Anton. Gabr. Philipp. Port. Franciſ. de Põte, & alij, quos referens ſequitur Felician. in 2. tom. de cenſib. libr. 2. cap. 1. numer. 11. Quorum intellectus ad eas conſtitutiones ex ipſarum verbis deducitur, dum Anaſthaſius in d. l. per diuerſas in præfactione dicit, *Alienis rebus, fortunisque inhiantes*, vbi Acurſ. verb. *Inhiantes*, exponit inſidiantes, & ſtatim ipſe Anaſthaſ. ſubdit, *In ſemetipſos exponi properare, modicum ſcilicet dando pro ceſsione*, & iterum, *Diuerſis perſonis litigatorum vexationibus afficere*; & ſimiliter poſt præfactionem ſignificat mentem eius conſtitutionis, ſentiens in eo fundari, quòd in poſterum huiuſmodi conamen, id eſt, fictus modus emendi actionem inhibeatur, ea potiſsimum ratione, quòd dubium non ſit, redemptores litium alienarum videri eos eſſe, qui tales ceſsiones in ſe confici cupiunt animo vexandi debitores; quorum auaritia & dolo motus Anaſthaſius iuſtè conſtituit vſque ad legitimam tantùm ſolutarum pecuniarum quantitatem ceſsionem valere, & in reſiduum nullam eſſe; ideò ſtatim Iuſtinianus ſecutus Anaſthaſij iuſtitiam in d. l. per diuerſas eius reſponſum confirmauit, & extendit in l. ab Anaſthaſio

ſequen-

sequenti, etiam ad casum, quo tales machinatores litium partem debiti venditionis titulo, & partem per coloratam accipiant donationem, ambo principaliter obuiantes machinationibus eorum, qui circa lites morantur, vt vterque & Anasthasius, & Iustinianus fatentur: vnde ipsorum constitutio ad hunc casum restricta extendi non debet ad alias legitimas cessiones; si enim extenderetur, nequirent ipse Anasthas. & Iustinian. vllas excipere actionum cessiones, vt ab Anasthas. excipiuntur, ibi: *Exceptis scilicet cessionibus*, quia si ex solo quòd plus cedatur, nulla fuisset cessio, eadem ratione procederet Anasthasij prohibitio in cessionibus exceptis, cùm in omnibus regulariter plus cedi possit: ergo non ex eo quòd cessiones sint, & plus in eis cedatur, prohibetur cessio, neque leges extenduntur ad legitimas cessiones, sed in eis tantùm verificantur, quæ animo vexandi debitorem, contra quem actio ceditur, fiunt. Ita clarè sentit Acurs. in d. l. per diuersas, verb. venditionis, & in glossis sequentibus, vbi referens admittit cessionem pro minori pretio factam, dummodò non animo vexandi debitores fieret, sed potius ex iusta & legitima causa: ergo eadem ratione dicendum est, quòd census consignatiuus ad rationem quatuordecim pro vno constitutus minori pretio vendi potest.

13 Quartò ponderatur ad id text. in l. 6. tit. 15. lib. 5. nou. Recopil. dum pretium creationis census assignat ibi: *No se pueda constituir ni imponer*, quæ ad venditionem veteris census, cuius actus dissimilis est, non benè extenditur.

14 Quintò, venditio veteris census non magis causatur egestate & necessitate venditoris, quàm venditio fundi, cùm vtrumque fiat ex pluribus, atque diuersis causis, imò maiorem egestatem, & necessitatem præsupponet venditio fundi, quàm veteris census; sed in venditione fundi permittitur læsio ex natura contractus: ergo & in venditione veteris census permittenda est.

15 Sextò, creatio noui census ad interusurium, venditio verò veteris ad contractus commutatiuos rerum omnium mobilium, seu immobilium propriè referuntur: ergo in creatione noui census necessarium est pretium iustum & indiuiduum, vt quia nulla in eo detur latitudo, in venditione verò veteris census non idem requiritur, cùm pretium naturaliter extendatur, & in eius veteris census venditione seruentur tituli de emptione & venditione, de contrahenda emptione, de hæreditate, vel actione vendita, & alij similes. Quæ considerationes deducitur à Panormitano in disputatione 5. Conrado de contract. q. 79. concl. 8. & concl. 3. & 5. Caualino. q. 68. de vsuris: dicunt enim, quòd fortiùs & facilius præsumitur fraus in creatione noui census, quàm in veteris venditione: quod quidem verum videtur tam propter simbolum, quàm propter discrimen negotiationis; quia de forma vsuræ est, quòd obligetur debitor ad aliquam præstationem vsurarum successiuam vltra sortem, cũ quo simbolizat creatio census; non tamen ad vsuram accedit secunda negotiatio & venditio; quia per cessionem eius statim cedens liberatur, neq; remanet in futurum obligatus: Quod aduertit Caualinus dict. quæst. 62. & 69.

16 Septimò constituens nouiter censum dicitur quasi conducere vsum sortis pro pensione redditus annui, donec sortem reddat. Ità quòd quandiu velit, ea mercede sortis vsum conductum habeat, ex Caualino d. q. 69. & aduertit Rodericus de ann. redditib. libr. 3. q. 1. fere per totam. Qua ratione ea negotiatio creationis census sapit quodammodò naturam fæneratitij contractus; quod verificari non potest in venditione veteris census, vt quia nullo modo vero, neque ficto dici possit, quòd pretium reconducatur, cùm illud perpetuò venditor adquirat animo non reddendi, neque soluendi successiuam pensionem, sed solum cedendi actionem ad exigendum censum: quare longè distant hi duo contractus.

17 Octauò, noui census creatio cùm habeat pretium indiuiduũ & legale, non recipit augmentum, neque diminutionem, quantũcunq; debitor inops sit, vel fideiussoribus careat, aut in loco longè distanti, vel periculoso moretur; at verò venditio veteris census ex his omnibus, quæ pretiũ minuere solent, quamuis minori pretio contracta sit, iustificatur, vt infrà in hoc capite dicendum erit: ergo euidentissima differentia versatur inter eas nouam & veterem venditionem, & consequenter sustinebitur venditio veteris census minori pretio facta, quàm à lege designatur, quamuis noua creatio sustineri non possit.

18 Nonò, & vltimo hanc sententiam, licèt nõ his fundamentis, tenuerunt Olanus in Anthi nom. verb. *Annui redditus*. num. 113. vsque ad 118. Sarmiento lib. 7. select. c. 1. num. 40. vers. *Sed quid si Rex*, vsque ad finem numeri, Salaçar de vsu & consuetudine cap. 11. numer. 93. Sylvest. Nauar. & alij, quos refert Roder. libr. 1. de ann. reddit. quæst. 8. numer. 7. quamuis, vt infrà dicendum erit, si rectè consideretur

ventur, in nostri casus specie non loquantur.

19 Sed his omnibus nihil obstantibus, contrariam sententiam existimo veriorem, & ex sequentibus tenendam. Primò, quando venditur census minori pretio, quàm creatus fuit, semper contingit propter egestatem, atq; necessitatem venditoris, quæ omnino excludit eius voluntatē, ex Aristotele in 3. Ethyc. Scoto in 4. sentent. dist. 15. q. 2. art. 3. & Bald. in l. penult. ad finem. C. quomodò & quando iudex: ergo cùm emptor sciat necessitatem venditoris, malè agit emendo veterem censum pro minori pretio, quàm creatus fuit.

20 Secundò, emptor veteris census, certum est, quòd decipit sciēter venditorem, cū emeret censum minori pretio, quàm creatur fuit, & secundum legem creandus erat; & in hac malitiosa deceptione non procedit regula iuris positiui, qua constituitur, licere contrahentibus se ad inuicem circumuenire; quia ea indulgentia concessa à iure positiuo inter species pretij naturalis non extenditur, vbi quid dolo, vel fraude propter bonam fidem factū est, sed restringitur ad circumuentiones quasi naturales, quæ naturaliter, hoc est, ex natura pretij naturalis, & propter naturalem facilitatem & imbecilitatem hominum citra omnem dolum & fraudem accidere solent, de qua naturali circumuentione loquitur text. in l. in causæ. 2. §. idem Pomponius. ff. de minoribus, quæ dum in pretio emptionis & venditionis admittit naturaliter circumuentionem, intelligenda est de circumuentione, quæ in pretio naturali quasi naturaliter contingit; vt quia nullus attingere possit iustitiæ indiuiduitatem pretij naturalis, cùm in puncto indiuisibili non consistat, sed latitudinem habeat iustitiæ, & inde in eo detur quasi naturalis latitudo: ergo circumuentio scienter facta iniustitiam continet, quia necessarium est, contractū ab vtraq; parte bona fide, & absq; dolo & fraude celebrari. l. res bona. ff. de cōtrahēd. empt. l. bona fide. C. de action. & obligat. & consequenter in venditione veteris census, vbi agitur de percipiendis vsuris, & consideratur forum interius conscientiæ, eadem imò, & maiori ratione accedente, scientia emptoris census, non dabitur latitudo iustitiæ inter eas vulgares species pretij naturalis, vt diximus in c. de pretio naturali census; & inde Pinel. in l. 2. C. de rescind. vend. 3. p. c. 2. num. 19. aduertit, quòd etiam in foro exteriori non procedit lex illa, quando datur dolus in emptione, seu venditione, vt quia scienter quis emit pro minori pretio, quàm à lege designatum est; quia cùm paria sint, dolum expressum committi, & cum aliena iactura locupletari, vt resoluunt Vldericus Sacius cons. 5. nu. 22. lib. 1. Calcan. cons. 73. Petr. Loriotus in l. si me & Titium numer. 5. ff. si cert. petat. meritò deceptio dolosa reijcitur etiam in foro exteriori.

21 Et quamuis ex aduerso replicetur, quòd cùm venditor veteris census pretium creationis eius sciat, & nihilominus veterem cēsum viliori vendat, nulla inficitur iniuria; ex communi sententia dicentium, quòd remedium legis. 2. C. de rescind. vendit. non competit scienter valori rei, de qua per Ant. Gabr. libr. 3. commun. opin. tit. de emptio. & vendit. conclus. 1. n. 98. vsq; ad 104. Ad eam obiectionem respondetur, quòd licet scientia venditoris aliquando excludat remedium d. l. 2. ex dolo tamen nunquam excluditur, vt resoluit Pinel. ibidem. 3. p. c. 2. n. 19. Qui quidem dolus negari non potest, nisi quòd interueniat in emptore veteris census minori pretio, quàm à lege designatum est, cùm sciat indiuiduum, & legale, præsupposito quòd non solùm scientia vēditoris, sed neq; consensus expressus sufficeret ad iustificandum contractū censualem minori pretio, quàm à lege designatum est, constituū; ideò emptio, seu venditio minori pretio facta dolosa erit, & consequēter non sustinenda. Quod quidem fundamentum pro hac sententia ponderauit Roderic. libr. 1. de ann. reddit. c. 8. n. 9. 10. & 11.

22 Tertiò certum est, quòd si permissum esset emere veterem censum minori pretio, quàm à principio fuit constitutus, fraudibus esset aperta notissima via siquidē census, qui creari non possent, facile emerentur, indirectèq; & pretij designatio fraudaretur, & leges illud designantes contemnerentur; qua ratione gratia vitandæ fraudis fieri debet, quòd prohibitio legis extendatur de casu creationis ad casum venditionis veteris census. Quo argumēto vsus est Roderic. de ann. reddit. lib. 1. q. 8. n. 13.

23 Quartò, quia si non licet emere fundum communiter redentem centum pro mille, ex eo quòd quamuis in ea venditione interuenit pretium naturale, datur tamen excessus vltra speciem pretij, vt considerat Caualin. de vsuris. q. 56. eadem, & maiori ratione non liceret emere veterem censum ad instar eius regulationis; & quamuis in eo casu Caualini excessus pretij non sit vsura, sed deceptio humana; cùm tamen si excessus egrediatur ex infima specie pretij naturalis, vel excedat supremā, contractus sit iniustus; idem à fortiori dicendum erit, si pretium indiuiduum, & legale in pun-

in puncto indiuisibili consistens, non obseruetur, sed in venditione veteris census excedatur. Quo etiam argumento vsus fuit Roderic. d.n.13.in fine.

14 Quintò, ea subtilis differentia inter emptorem, seu emptionem noui, vel veteris census, verbalis potiùs, quàm realis est, vt quia secundum veram rei substantiam, effectum, & essentiam interse non differant, imò idem ius, permissio, prohibitio, atq; lucrum, & omnimoda ratio inter eos casus versetur, cũ emptor pro minori pretio, quã à lege designatũ est quidquã vltra sortem recipiat: ergo prohibitio legis vtrumq; casum comprehendit.

25 Sextò hæc sententia confirmatur ex eo, quòd iniustitia cuiuslibet contractus eodem modo cõstat ex his, quæ indirectè facta sunt, quàm ex directè factis, contra mentem & verba legis, eademq; ratione prohibetur modus, per quem ad vsuram deuenitur, sicut & ipsa vsura formalis, ex vulgata regula.c.cum quid de regulis iuris in 6.& regula, Is committit in legem, cum vulgatis, ex quibus in proposito locuti fuerunt Decius in cap. quamuis de vsuris, lib.6, Gratus cons.92.lib.1.num.19.Panormit.in cap.cùm infirmitas.num.4. de pœnitẽtijs & remiss. Neuizandũ in sylua nuptiali lib. 1.num.168.circa argumentum à consequenti destructum, Euerard.in sua centuria loco 96. & 97.Castel.in l.69.Tauri num.11. Orozcus in l. 2.de iurisdict.omn.iudic. qui eleganter exornauerunt prædictam regulam. Quibus accedat alia regula.l.oratio. ff. de sponsalibus, quæ propriè procedit, quando finis prohibetur, ex Bald.in c.innotuit, quẽ Deciũ, & alios referens sequitur Ant.Gabr.libr.1. communium opin.tit.de præsumpt.concl.7.n.8.sed sic est, quòd emẽdo veterem censum minori pretio, quàm à lege designatur, deuenitur ad casum prohibitum creationis eius, finisq; legis taxãtis pretium creationis turbatur, & fraudatur, & deniq; ad vsuram formalem deuenitur; cũ certum sit, quòd aliquid annuatim recipiatur vltra sortem principalem: ergo eodem modo & ratione prohibetur, emptio veteris census, sicut & noui creatio, si minori pretio, quàm à lege, & iuris principijs dèsignatum est, vendátur.

26 Septimò pro ea sententia inducebat quidã Aduocatus solemnis, proprium motũ Pij V. super formã creandi census, qui sæpissimè in hoc opere repetitur, ibi: *Nedum in censum nouiter creandum, verum etiam in creato quocunq; tempore alienando*, qui nominatim loquitur in veteri, & nouo censu, & iterum ibi: *Declarantes pretium censui semel constitutum nunquam posse obtemperum, aut contrahentium qualitatem, minui, vel augeri*, sed eã proprij motus inductio dura, & impropria semper mihi visa fuit, vt quia prædicta verba ad alia requisita creationis census, quàm ad pretij quantitatem propriùs referantur, vt scilicet tam in censu creãdo, quàm alienando interuenire necessarium sit; imò & nouissima verba eiusdem proprij motus non tam referantur ad quantitatem pretij venditionis veteris census, quàm ad noui creationis quantitatem, dum dicunt, *Declarantes pretium semel censui constitutam nunquam posse obtemporum, aut contrahentium qualitatem minui, vel augeri*: quasi dicat proprius motus, quòd pretium à lege censibus designatum nunquam possit minui, vel augeri, sed quòd semper pro eo creandi sint; ideò licèt hæc nostra sententia verissima sit, non tamen à proprio motu probatur.

27 Octauò & vltimò eam sententiam in specie, licèt non his fundamentis, tenent Mercado in tractatu *De tratos y contratos*, in cap. de censib.fol. 76. Cordoba in tractatu *De casis de conciencia*.q.76. Nauarr. in additionib. ad cap.23.num.82. Palac. in praxi Theologica libr.4.cap.7.pag.318.cum alijs, Couarr.libr. 3.variar.cap.10.numer.3.Ioan. Gutierr. libr. 2.quæst.ciuil.q.173. Azened.in l.fin.tit.15. lib.5.nouæ Recopil.glossi.1. & nouissimè Rodericus de annuis reddit.libr.1.q.8. num.15. & 16.qui alios refert. Pro quibus vrgentissimè faciunt infrà dicenda circa satisfactiones contrariorum.

28 Qua sententia firmiter retenta, non obstãt fundamenta in contrarium adducta. Et primò non obstat, quòd in venditione veteris census formetur emptio & venditio, quia iustitia contractus non ita pendet ab eius natura, quã à pretij quantitate. Quod patet ad sensum; quia si creatio census, in qua formatur emptio, & venditio, iniusto pretio fieret, iniusta omnino esset, atque contra legis formam: ergo eius iustitia non pendet à natura contractus, sed à pretij quantitate, & consequenter, vtroque casu. & creando nouum censum, & veterem vendendo, pretium iustum debet interuenire. Rursus, causa taxationis pretij eadem fuit, scilicet vt eo iusto & indiuiduo pretio emeretur ius percipiendi successiuam pẽsionem: quod cùm accederet ad interusurium, & feneratitiam intentionem, constitutum fuit, ne venditores necessitatibus coacti vilissimis pretijs census crearent. Sed hæc ratio militat, & à fortiori procedit in venditione veteris census: ergo pretij designatio etiam in ea veteris census venditione seruanda est.

29 Secundò non obstat fortificatio argumenti præcedentis, scilicet, quòd in venditione veteris census propriùs formatur emptio & venditio, vt ideò legibus de rescissione contractus is census strictiùs subijciatur; quia si iustitia contractus non pendet à sola natura emptionis & venditionis, sed simul & principaliter à pretio: ergo nihil interest accedere magis vel minùs ad naturam emptionis, imò potiùs illud operaretur, quòd ex natura contractus pretium deberet integrum interuenire in pecunia, ex l. 1. ff. de contrahend. empt.

30 Tertiò respondetur ad l. ab Anasthasio, & l. per diuersas. C. mandati, quòd quamuis in tertio fundamento contrario dixerimus extè di non debere ad legitimas cessiones, sed strictè verificari & procedere, quando cessio facta fuit animo vexandi debitorem; longè tamen verius est, generaliter esse intelligendas quoad hunc effectum, vt ad legitimam pretij recepti quantitatem cessiones sint reducendæ, etiamsi animo vexandi debitorem fierèt, vt pro regula constituit Ant. Gabr. libr. 2. cómun. opin. tit. de actionib. concl. 5. per totam, & agens de vero intellectu earum legum Conan. lib. 7. comment. iuris. cap. 8. Cuiac. lib. 6. obseru. cap. 16. & sententia Bartoli, atque Cynii in dicto tertio fundamento relata intelligè da est ad effectum annullandi in totum cessionem ex decisione rubricarum de alienat. iudicij, & C. ne liceat potentiores: ergo nihil vrget contrarium argumentum, maximè quia quamuis intellectum ad eas leges suprà in tertio argumento contrario designatum veriorẽ esse fateamur, ad nostram tamen speciem venditionis veteris census resolutio ibi tradita non benè adaptatur; quia in eo casu simplicis cessionis alicuius nominis, seu actionis, agitur tantùm decedenda sorte, & debitor ad sortem tantùm soluendam, non adampliùs tenetur; in venditione tamen veteris census decedenda sorte & vsuris simul actũ est: quo casu formaliter requiritur correspondentia pensionis ad sortem, vt vsura euitetur, quæ regulariter committitur, quando recipitur aliquid vltra sortem principalem: ergo cessio actionis simplicis, & veteris census diuersa est, differentiaque nulla versatur inter creationem noui census, & veteris venditionem; sed in effectu & substantia similes sunt prædictæ vẽditiones, & consequenter eisdem legibus regulantur.

31 Quartò minus obstat l. 6. tit. 15. lib. 5. nouæ Recopil. in contrarium adducta; quia nouiter considerando verba eiusdem legis, potiùs cõfirmat, quàm impugnat nostram sententiam, dum dicit. *Vender, ni imponer, ni constituir juros ni censos algunos*; verbum enim, *vender*, non impropriè ad venditionem veteris census referri potest, vel generaliter intelligitur tam in venditione veteris, quàm noui census, cùm sequentia ibi, *Ni imponer ni constituir*, ad creationem propriè & strictè sint referenda, & cõsequenter d. l. vtrumque comprehendit, & nouam creationem, & veteris census venditionem; ideò nihil obstat. Rursus, quamuis hæc noua legis consideratio non admittatur, sed sine præiudicio veteris fateatur, quòd dicta l. 6. solùm loquitur in pretio creationis, & inde inferatur, quòd constituit differentiam inter creandum nouum censum, & veterem vendẽ dum, ea differentia potiùs verbalis esset, quã realis, cùm secundum rei substantiam & effectum noua census creatio, & veteris venditio non differant. Quod præter ea, quæ suprà dicta sunt, ex eo suadetur, quia vtroq; casu, & in noua creatione, & in veteri venditione ius percipiendi pensionem annuam in futurum venditur, & census in effectu emitur: qua ratione æqualis correspondentia sortis ad pensionem debet interuenire in actu vendendi veterem censum, quæ in noui creatione formaliter est necessaria, vt inde vtroq; casu resultet iustitia pensionis, & nihil emptor recipiat vltra sortem principalem, quod absq; dubio reciperet, si veterem censum minori pretio emeret, quàm creatus fuit.

32 Quintò, iustitia venditionis veteris census non pendet à causa vendendi, necessitate nempe, vel egestate venditoris, sed à quantitate legitimi pretij, à traditione que veri & integri: ergo inutiliter ex ea causa argumentatur.

33 Sextò, venditio veteris census propriùs spectat, & accedit ad contractus fęneratitios, quàm ad commutatiuos rerum mobilium, seu immobilium, cùm ex ea venditione successiua obligatio vsurarum resultet, sicut ex census creatione. Rursus, quòd hæc secunda negotiatio venditionis veteris census, sicut creationis sapiat vsuram, patet ad sensum; quia si de forma vsuræ est, quòd venditor obligetur ad aliquam successiuam præstationem, in ea veteris venditione ex natura euictionis obligatur iterum, etiamsi venditor noui census dicitur vsum sortis conducere pro pensione, eodem modo à venditore veteris census conducitur vsus pretij, atque sortis pro pensione emptori cessa, cùm ex natura euictionis ad pensionem maneat obligatus. Prætereà si noua census creatio habet pretium à lege designatũ, certum, & indiuiduũ, non recipiens augmẽtum, vel diminutionem,

eadem

eadem ratione veteris census venditio ex pretio legale regulatur, vt quia à iuris principijs ex correspondentia sortis ad pensionem constitutum sit, quòd fructus, redditus nempe sorti correspondeant, & æquiualentes sint, non maiores, vt sæpissimè in hoc opere dicendum est. Vnde & primum & secundum fundamentum contrarium diluitur.

34 Quartus casus, qui consideratur, quando census iam constitutus, qui venditur, litigiosus est, aut venditor implicitus ære alieno, vel aliter periculũ existit, vel ex alio capite incertus, aut difficilè exigibilis est, deducitur ex doctrina Innocentij in cap. in ciuitate de vsuris sentientis, quod minori pretio emi, seu vendi potest; quod etiam sequitur Panormitan. in cap. 1. num. 6. de alienat. iudicij mutand. caus. fact. Bald. in dicta l. per diuersas numer. 7. C. mandati, Paul. consil. 393. volum. 2. Syluest. in verb. *Vsura*. 2. num. 14. Cagnol. in l. qui actionem. num. 10. de regul. iur. Molinæus in consuetud. Paris. §. 22. num. 65. dicũt enim, quòd in venditione nominis, seu actionis debet cõsiderari dubius euentus, & facultas venditoris, adeò, quòd si venditor saltem opinione implicitus sit ære alieno, pretium venditionis minuatur, ex Bart. in l. 1. §. si hæres percepto. ff. ad Trebel. quem ibi sequuntur Alexand. & Iass. dicentes, communem, Iacob. in l. si fideicommissum. §. si tractatum. num. 4. de iudicijs & hoc modo intelligendus est Pinel. in l. 2. C. de rescind. vendit. 3. p. cap. fin. numer. 37. & anteà nume. 26. cum alijs. Ideò vltra supradictos hanc sententiam tenet post Parisienses Roderic. lib. 1. de ann. reddit. quæst. 8. num. 4. vbi num. 22. cum alijs benè id prosequitur, & Felician. 2. part. de censib. lib. 2. cap. 1. num. 9. vbi refert Molinam, & Michaelem Salonem, qui vtrumque tenent, scilicet, quòd census legitimo pretio constitutus regulariter minori non vendatur, nisi litigiosus sit, & qualiter consideretur pretium huius census litigiosi, aduertit Felic. d. c. 1. n. 12.

35 Quid tamen erit dicendum, quando quis obligauit se ad euictionem solutionis veteris census, & Roderic. quæst. 8. num. 23. resoluit, quòd si simpliciter census vendatur, atque nomen cedatur, neque vendens obligetur nominatim de euictione, nisi tantum vt debeatur census iuxta text. in l. si nomen de hæredit. vel actio vendita, non teneatur de euictione: secus verò si cedens, seu vendens nominatim se obligauerit, atque promiserit non solum euictionem iuris, sed etiam facti, scilicet debitorem esse soluendo: quia tunc teneretur de euictione, & in eo casu diceretur census secutus, atque consequenter legitimo pretio esset vendendus. Quod magis ad longum explicuit ipse Roderic. lib. 2. quæst. 21. per totam, vbi materiam dictæ legis, si nomen, eleganter explicuit. Quod etiam, & benè, prosequitur Felician. in 2. part. de censibus tom. 2. dicto cap. 1. num. 13. vsque ad finem, vbi fatentur, ita in Pinciano prætorio obtinuisse.

36 Similiter minueretur pretium ad iustificãdam veteris census distractionem ex incertitudine exactionis, & expensarũ quantitate in ea expendenda, vt resoluunt Syluest. in dicto verbo, *Vsura*. quæst. 14. Nauar. in Manuali. c. 17. num. 230. & 231. Palac. lib. 4. de contract. cap. 7. & nouissimè Gutierr. in pract. quæst. ciuil. lib. 2. part. quæst. 173. num. 2. & & in terminis l. per diuersas, & l. ab Anasthasio, referens plures resoluit Anton. Gabr. libr. 2. commun. opinion. titul. de actionib. conclusion. 5. numer. 34.

37 Iustificatur etiam pretium venditionis huius veteris census, si forsan venditor facta diligentia non potuisset opulentiùs interuenire; quia semper, & vbique ad iustitiam pretij actionis cessæ, & consequenter venditionis veteris census cõsideratur, quantum esset valitura actio cedenti, non cessionario. Ita Bald. in l. per diuersas. quæst. 12. vbi Paul. Castrens. Corn. consil. 230. volum. 2. & post Speculat. & Anton. Gabr. in dicta conclus. 5. nu. 6. Nauar. in summa. cap. 23. num. 78. 81. & 82. quem refert, & sequitur Cordoba in summa quæst. 79 imò ex ipsa natura venditionis nominis, seu actionis aliquantulum posse pretium minui, videtur ex consideratis à Pinelo in l. 2. C. de rescind. 3. part. capit. fin. numer. 37. ad finem, Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 18. nu. 33. & 40.

38 Quæ quidem omnia non procedant in vẽditione veteris cẽsus ad vitam; quia cum eius pretium tempore currẽte decrescat, minusq; semper valeat, propriùs dubitaretur è cõuerso, an possit vendi pro legitimo pretio creationis, quam quòd si pro minori vendatur, an venditio valida sit. Et reperio Felicianum 2. part. de censib. lib. 2. cap. 1. num. 10. dicẽtem, eo casu suspectã esse venditionem, & legitimũ pretium interuenire debere, cuius quantitatẽ arbitrio iudicis relinquit decidendam. Quod mihi benè videtur.

39 Vbi ipse Felician. num. 11. per totum explicat, quid erit agendum, cùm census iste venditur minori pretio, quàm à lege designatur; an quòd supereſt, vel deficit à pretio legitimo ad venditorem, vel emptorẽ pertineat. Cuius dubitatio, atque resolutio videtur non posse verificari, quia si emptio veteris census nulla est, nihil supereſt, neque deficit, quòd ad

emptorem, seu venditorem possit pertinere: sin verò venditio ad iustitiam pretij reducenda sit, idem etiam dicendum est, quia nihil supereſt, neque deficit; sin verò in totum valeat, vt in casibus, in quibus venditio veteris census sustinetur, certum est, ad emptorem, qui legitimè veterem censum emit, quod supereſt spectare: ergo nullo ex his casibus verificatur dubitatio Felic. licèt resolutio eius in suo casu vera sit.

40 Rectè tamen verificatur respectu venditoris in terminis l. per diuersas. C. mandati, quia cùm in eo casu, vel legitima sit venditio, vel ad legitimam quantitatem pretij reducenda, benè supereſt, vel deficit, quòd possit ad venditorem, vel emptorem pertinere. Et quòd ad venditorem pertineat, post Iacob. de Arenis, Petr. Cyn. Oddofred. Bart. Gabr. Portium, & alios, resoluit Felic. suprà n. 11.

41 In casibus tamen, in quibus venditio veteris census valida est, dubitatur, & meritò, an pretium emptionis, & venditionis debeat interuenire in pecunia numerata, sicut quando nouiter census creatur, requiritur; & quid erit in venditione veteris census ad vitam, de quo ad longum agendum erit in capit. an pretium census debeat interuenire in pecunia numerata.

## AN CENSVS REseruatiuus perpetuus redimibilis, seu ad vitam, illegitimo pretio constitutus, in totum sit nullus, vel remedio l. 2. C. de rescindēd. vendit. rescindendus, aut reduci debeat ad legitimam pretij quantitatem. Caput XXXV.

## SVMMARIVM.

*Census reseruatiuus perpetuus redimibilis, seu ad vitam, pro infimo, vel maiori pretio creatus, an rescindatur læsione, vel sit in totum nullus, vel ad legitimam pretij quantitatem reducendus, latè discutitur num. 1. & per totum caput.*

*Læsio vltra dimidiam an habeat locum in contractu emphyteosis, & intellectus ad l. 2. C. de rescind. vendit. an procedat in emphyteos. num. 4 5. 8. & 9.*

*Pensio, quæ reseruatur ex creatione emphyteosis, non soluitur pro pretio, sed in recognitionem directi dominij. nu. 5. & ideò quamuis minima sit, sustinetur. ibidem. & n. 10.*

*Læsio enormis, vel enormissima an habeat locum in contractibus correspectiuis. n. 11. & 12.*

*Et an in contractu locationis. numer. 13. vsque ad finem.*

## CAPVT XXXV.

1 IN capitibus præcedentibus egimus de quantitate pretij vtriusque census, tam reseruatiui, quàm cōsignatiui perpetui, redimibilis, seu ad vitam, & tam naturale, quàm legale, & individuum vtriusque census pretium designauimus, resoluimusque in capite præcedenti, iustitiam pretij creationis census seruandam esse non solùm in nouiter creando, sed in veteris vendendo: sed quia sæpissimè contingit, censum nouiter creari, seu veterem vēdi minori pretio, quàm à lege designatum est, vel à iuris principijs deducitur examinandū se offert, *An is census in totum nullus sit, vel remedio legis. 2. rescindatur seu ad legitimā pretij quantitatē sit reducendus?* Quæ dubitatio ita genericè sumpta difficilis ad modum videtur, & nullo modo explicari, ac decidi potest: vnde ad eius clariorem intelligentiam distinguendum est inter censum reseruatiuum & consignatiuū, atque emptionem veteris census; de reseruatiuo agendum est in capite præsenti, de consignatiuo, atque de emptione veteris census in sequentibus erit agendum; & denique vt hæc nostra dubitatio clariùs in censu reseruatiuo verificetur, ac decidatur, sequentes casus examinandi sunt.

2 Primus, quando census reseruatiuus perpetuus redimilis, seu ad vitam pro infimo pretio rei censualis, ex his, quę designauimus in cap. de quantitate pretij cēsus reseruatiui creatus fuit; in quo casu verificari non potest, an competat censuario, vel danti rem in censum remedium. l. 2. C. de rescindend. cùm læsio, quæ interuenit in infimo pretio, non excedat speciem pretij naturalis, sed intra latitudinem iustitiæ cōtingat, & consequēter l. 2. eo casu nō procedat, quę solùm procedit, quando læsio contingit vltra dimidiam, vt satis notum est. Neque etiam in hoc primo casu principali dubitari poterit, an census reseruatiuus sit in totum nullus; quia si læsione rescindi nō potest, à fortiori neque in totum annullari, vt patet ad sensum: neque demum remediū reductionis erit eo casu necessarium; quia pensio census reseruatiui iustè reseruatur, si correspondeat infimo pretio rei immobilis in censum concessæ,

concessæ, vt latè resoluimus in cap. de quantitate pretij census reseruatiui: ergo reductio ad legitimam quantitatem cessabit, quæ præsupponit iniustitiam pensionis reseruatæ, atque creationis cēsus: vnde in hac prima casus specie, & annullatio in totum, & rescisio creationis ex l.2. & remedium reductionis verificari non potest.

3 Secundus casus figuratur, & contingit, quādo pensio cēsus reseruatiui pro minori, quàm infimo pretio rei cēsualis reseruatur, ita quòd læsio, licèt contingat in pretio rei censualis, atque in reseruatione pensionis, non tamē sit vltra dimidiam, sed inormis, vt quia excedit species pretij naturalis, atque latitudinem iustitiæ, quæ inter eas datur; & tamen non attingit deceptionem vltrà dimidiam, & in hac secūda casus specie verificari etiam non potest remedium l.2. cùm non competat, quando læsio vltra dimidiam non interuenit, sed priùs eo casu dubitaretur, an census in totum sit nullus, vel ad legitimam pretij quātitatem reducendus; & cùm dixerimus in cap. de pretio census reseruatiui, quod infimum pretium rei in censum concessæ respectu cuius pensionis reseruatur, habetur pro indiuiduo, & quasi legali, & quòd pensio debet eidem correspondere, vt iustè reseruata dicatur videtur dicendum; quòd si respectu minoris quàm infimi pretij reseruatio fiat, & census constituatur, in totum nullus sit, sicut quando pro minori quàm legali creatur, ex his, quæ dicēda erunt circa censum consignatiuum in cap. sequenti. Rursus si, vt diximus in cap. de pretio naturali census, excedens latitudinem iustitiæ tenetur ad restitutionem, atque læsionem resarcire, eadem ratione in præsenti casu dicere debemus, quòd census creatio pro minori, quàm infimo pretio rei censualis facta in totum nulla sit; è conuerso tamen cùm quantitas reseruationis pensionis à lege designata non sit, sed solum ex iuris principijs, atque natura pretij naturalis deducta, & ex ipsa qualitate contractus censualis, in quo fructus rei in censum datæ debent correspondere pensioni, & è contra iustitia producatur, meritò excessus non annullabit in totum contractū, sed eum ad legitimam pretij quantitatem, in qua creandus erat, reduceret. Ita in effectu resoluit Roman. in consil. 369. col. 2. versic. *Cùm igitur*, vbi allegat text. in l. item si pretium. §. fin. cum l. sequenti. ff. locati, & referens Roman. Hieron. Gig. in tract. de pensionib. q. 35. num. 4. dicentes, quòd sicut contractus subiacet reformationi, cùm deceptio vltra dimidiam iusti pretij contingat ex d. l. 2. Ita pensio reformatur, cū iniustè reseruata est. Pro qua resolutione vrgēter faciunt, quæ infrà in hoc capite & sequenti dicenda erunt circa iustitiam reductionis cōtractus ad legitimam pretij quantitatem; quæ in nostri casus specie rectè procedunt. Neque obstabit, quod infimum pretium rei censualis, cui pensio debet correspondere, habetur pro legitimo & indiuiduo, & quòd inde excedi non potest; quia licèt verum sit, tamē in ea dubitatione à iuris principijs deducta non adest annullatio contractus, sicut in designatione à lege expressa quæ quidem lex non solùm designat pretium sed annullat contractum; ideò diuersi casus sunt, maximè quia etiam quando lex nominatim designat pretium, vt in dicta lege Regia designatur, ipsa lex desiderans contractus cōseruationem, pretium, vt contractus sustineatur, ad legitimam pretij quantitatem reducit, vt dicendum erit in cap. sequenti. Ex quo deducitur, quòd in hac secunda casus specie neque census in totum annullatur, neque remedio legis 2. de rescindend. vendit. rescindi tur, sed potiùs ad legitimam pretij quantitatē reducitur.

4 Tertius casus principalis, & in quo tota difficultas consistit, contingere potest tam respectu censuarij, quàm dantis rem in census reseruatiuè, quando læsio vltra dimidiam, vel in datione fundi in censum, vel in reseruatione pensionis interuenit; quo quidem casu si de annullatione contractus in totum dubitetur, dicendum est, quòd cùm nullum pretiū indiuiduum & legale in creatione eius contractus designatū sit, sed naturale pretiū interueniat, habens latitudinē iustitiæ, & iniustitię in totū annullandus nō est, sed rescindēdus, vel reducēdus; ideò ad casum rescisionis trāseamus. Et quantum ad rescisionem ex læsione vltra dimidiam deceptionis contractum contractum rescindi non posse, videt ex sentētia Speculatoris in tit. de emptione & venditio. §. nunc dicendum. num. 142. versic. *procedit in emphyteosi*, dicentis, quòd remedium l. 2. C. de rescind. vend. non habet locum in emphyteosi, cuius sententiam sequuntur Bald. in rubric. C. de iur. emphyt. Abb. in cap. cum causa de emptio. & venditio. Paul. Castr. consil. 387. vol. 2. Alexand. consil. 122. vol. 1. Iaff. in l. 1. num. 75. C. de iur. emphyt. & in l. de quibus. num. 28. de legibus, Benedict. in cap. Raynūtius, verb. *Et vxorem*. num. 985. de testamentis Fabian. de empt. & vend. quæst. 8. num. 14. & referens alios (licet non fideliter eos referat) Anton. Gom. in l. 68. Tauri col. fin.

5 Pro quibus, & in confirmationem sententiæ Speculatoris vrgenter facit, quòd pēsio, quæ reseruatur ex concessione fundi in emphyteo-

phyteosim, non soluitur pro pretio eius, sed in recognitionem directi dominij. Ita Bart. in l. 1. nu. 4. Bald. 7. Iaſſ. 17. C. de iur. emphyt. Riminald. conſil. 212. numer. 4. libr. 2. Aluar. Vaez de iure emphyt. quæſt. 1. numer. 15. Ex quo quamuis penſio minima ſit, vnius nempe numi, ſuſtinetur contractus, ex Baldo in rubr. C. de iur. emphyt. num. 19. Beroi. in capit. potuit n. 84. & 85. de locato, Carol. Ruyn. conſ. 50. num. 4. & 18. lib. 1. Aluar. Vaez. in dict. q. 1. num. 11. ergo in emphyteoſi non eſt habenda conſideratio ad quantitatem pretij, ſeu pẽſionis, neque ad læſionem etiam vltra dimidiam, ſed principaliter ad recognitionem directi dominij, vt inde inferatur, quòd in datione fundi in emphyteoſim non procedat. l. 2. C. de reſcindend. vendit. quæ pretij quantitatem, & extimationem rei, non verò directi dominij recognitionem reſpicit; & conſequenter idem in cenſu reſeruatiuo, cui emphyteoſis aſſimilatur, dici poteſt.

6 Secundo, pro hac ſententia facit noua & elegans conſideratio ad d. l. 2. C. de reſcind. vend. ſcilicet quòd ea lex ex natura contractus emptionis, & venditionis, in quo loquitur, neceſſariò debet reſtringi ad alios contractus correſpectiuos, & nominatis, in quibus adeſt commutatio reciproca vnius rei pro alia inuicemque datur aliquid, & recipitur, vt in permutatione, & ſimilibus; & ideo non propriè ad noſtram ſpeciem cenſus reſeruatiuis adaptatur, vbi ex parte cenſuarij nihil proficiſcitur, ſed totum factum, & opus creationi cẽſus prouenit à concedente rem, vt quia ipſe concedens dat eam in cenſum, & ſimul ſibi, reſeruat penſionem: ergo cùm deficiat commutatio, & correſpectiuus effectus cõtractus, deficit etiam l. 2. Quæ conſideratio deducitur à Caualino de vſuris quæſt. 182. dicẽte, quòd dicta l. 2. neceſſariò reſtringi debet ad conuẽtiones commutatiuas, in quibus ex vtraque parte vnum pro alio datur, & recipitur, ſimiliterque deducitur ex Bart. conſil. 90. numer. 2. & alijs.

7 Sed his non obſtantibus, verius exiſtimamus in cenſu reſeruatiuo procedere d. l. 2. ex eo quòd ſiue eum contractum inter bonæ fidei contractus referamus, ſiue ſtricte iuris cõtractibus æquiparemus, quocunque caſu remedium reſciſſorium d. l. 2. competere cõſtat, ex his, quæ regulariter in omnibus contractibus tradunt Pinel. in l. 2. C. de reſcind. 1. part. cap. 3. per totum, vbi nu. 1. poſt. Bart. Roman. Oldrald. & alios, ad omnes contractus, cuiuſcunque ſint qualitatis, eam legem extendit, & idem Anton. Gabr. lib. 3. commun. opinion. tit. de empt. & vendit. col. 1. nu. 19. cum alijs, & latiùs Ioan. Matien. in l. 1. tit. 11. lib. 5. nou. Recopil. gloſſ. 8. num. 1. & nume. 5. & 6. Quæ ſententia ex eo confirmatur, quia ſi cẽſuarius qui pro re immobili, ex qua pauci fructus percipiuntur, exceſsiuam penſionem promiſit, in contractu grauatur, non video, cur deceptionis remedium eidem denegetur, & è conuerſo ſi dans rem in cenſum, quæ opulentiſsimos fructus reddit cum reſeruatione minimæ penſionis, deceptus notoriè eſt, ignoro, qua ratione remedio eiuſdẽ legis vti nequeat cùm vtroque caſu deceptio contingat, quæ regulariter omnem contractum reſcindit: vnde quòd in cenſu habeat locum l. 2. tenent, licèt ſummariè, Couarr. libr. 3. variar. cap. 7. nu. 3. Olan. in Anthynom. verb. Annui redditus num. 118. quorum breuis reſolutio, licèt vera ſit ex omnibus ſupradictis, defectuoſa tamen eſt, dum præſupponunt, quòd ſi deceptio ſit intra dimidiam, cenſuarius non poſsit impugnare contractum; quod ſanè præſuppoſitum verum non eſt, cùm ſi fructus rei cenſualis minores ſint penſione, remedium reductionis ad legitimam fructuum metam cenſuario competat, ex his, quæ circa reductionem dicta ſunt in cap. ſequenti, & quæ circa correſpondentiam fructuum ad ſortem, dicenda erunt in cap. de cenſus creatione ſuper re immobili fructifera: ergo excluſa reſciſsione cõtractus per læſionem non excluditur reductio, vt malè Couar. Et Olan. præſupponunt, qui quidem, licèt in effectu verum dicant; in noſtro tamen caſu non propriè loquuntur.

8 Qua ſententia retenta, non obſtant fundamenta in contrarium adducta; quia ad primũ reſpondetur, quòd verior, & receptior ſentẽtia eſt, dictam legem 2. habere locum in emphyteoſi, ex ſententia eiuſdem Speculatoris, qui ſibi contrarius fuit in tit. de emptione, & vendit. §. ſi verò aliqua. num. 114. quem ſequitur Bald. in l. 2. num. 6. in fine, Salicet. num. 8. Paul. 14. C. de iur. emphyt. & plures referens Pinel. in l. 2. C. de reſcindend. vendit. 1. part. cap. 3. numer. 37. verſic. *Abſque dubio*, vt poſt Cephal. Rebuf. Ferrar. & alios, dicit eam veriorem ſententiam, quam ſimiliter ſequitur discens communem Meneſ. in d. l. 2. numer. 28. & meliùs Aluar. Vaez de iur. emphyt. quæſt. 11. num. 19. verſic. *Verum attende*, & Ioan. Matienço in l. 1. tit. 11. lib. 5. nouæ Recop. gloſſ. 8. num. 7.

9 Et ad fundamentum contrarium, quo moti fuerunt Speculator, & ſequaces, negantes in emphyteoſi remedium legis 2. facilè reſpõdetur erroneam eſſe, & falſo fundamento fundari; dicunt enim, quòd lex 2. non procedit in emphyteoſi, quia non extenditur ad con-

tractus

tractus stricti iuris, sicut est emphyteosis. In qno certè lapsi fuerunt; quia longè receptius est, legem illam comprehendere contractum etiam stricti iuris, in quibus eadem ratio versatur, vt latè resoluit Pinel. in d.l.2.1.part.ca.3.ex nume.5. cum alijs. Ioann. Matiençó post plures in d. gloss. 8. numer. 6. & ita reprobat illud Speculatoris, & sequacium fundamentum, Pinel. in d.cap.3.num.37. versic. *Neque dubito.*

10 Et ad fortissimam cõsiderationem, ex qua nouiter confirmauimus Speculatoris sententiam, respondetur, quòd quamuis plures dixissent sustineri emphyteosim sub quancunque minima pensione, & ideò non admitti remedium rescissorium contractus, ex dicta l.2. vt considerauit ibi Bald. numer.7. Salicet. 10. Cremens. 38. Padilla 29. non tamen ideò beneficium rescindendi contractum excluditur, quod pro minima pensione creatio sustineatur; quia licèt pensio reseruetur in recognitionem directi dominij, simul etiam ad pensionis quantitatem attenditur; neque pugnans est præstari pensionem in recognitionẽ directi dominij, & simul attendi debere ad læsionem vltra dimidiam, vel enormissimam in pensione, vel datione rei contingentẽ, imò vtrumque simul compatibile est; rectè enim potest minima, vel maxima pensio præstari in recognitionem directi dominij: ergo minima, vel maxima quantitas directo dominio cõtraria non est; & hinc plures æquiparauerunt quantùm ad rescisionem contractus per læsionẽ, locationem, & emphyteosim, vt sicut in locatione consideratur quantitas pensionis, & datur remedium rescissorium contractus, ex capite læsionis vltra dimidiam, vt probat
2 Pinel. in d.l.2.1.part.cap.3.ex numer.17. Ita detur in emphyteosi. Quam æquiparationem quoad hunc effectũ considerauerunt Roman. in l.si quis cum aliter, limitatione 10. de verborum. & plures per Anton. Gabr. lib.3. commun. opin. tit. de emptione & vendit. concl. 1. num.75. Ioan. Matiẽço in d.l.1. tit.11. gloss. 8. num.7. ergo similiter in emphyteotico cõtractu ex æquiparatione Doctorum habenda est cõsideratio non solùm ad recognitionem directi dominij, sed simul ad quantitatem pẽsionis, vt si pro infima, vel excessiua fiat recognitio, ita quòd dominus, vel emphyteota grauetur, atque læsio maxima contingat, remedium rescissorium contractus competere possit; ex quo reprobatur Iass. in l. de quibus num.28. de legibus, & in l.1. numer.75. C. de iur. emphyt. dicentis, quòd ex parte dominij directi remedium legis 2. non datur: qui quidem Iass. meritò reijcitur ex eo, quòd eadem ratio militat respectu dominij directi, quæ respectu emphyteotæ, læsionis nempè, propter quam contractus rescinditur: quem meritò reprobant Pinel. in d.l.2.1.part.cap.3.nu.37. prope finem, Valasc. de iur. emphyt. quæs. 21. numer.19. versic. *Quæ retenta*, vbi Valasc. mordet Pinel. dum fatetur, se nunquam in praxi vidisse, neque audiuisse admissum fuisse in emphyteosi remedium legis 2. dicit enim Valasc. se paucis annis sæpenumerò id contingere vidisse; & ego semel in Regia Pinciana Chãcellaria dubitatum vidi, maximè quia licet in emphyteosi non admitteretur remedium legis 2. non bene de emphyteosi ad censum reseruatiuum argumentatur, cùm dissimiles contractus sint in pluribusque differãt, vt latè diximus in cap. de natura & iustitia cẽsus reseruatiui.

11 Ad secundum igitur fundamentum contrarium de noua consideratione, quam designauimus, ex natura census reseruatiui deducta, respondetur, quòd ea noua consideratio est intelligenda in contractibus nullo modo correspectiuis, & in quibus ex parte vnius ex cõtrahentibus nihil prouenit, neque agitur, sed totum factum & opus ab vno tantúm pendet, vt in depositio, mutuo, commodato, & similibus; in his enim non potest congruè læsio cõsiderari, & consequenter neque dari remediũ rescissorium contractus, vt considerant Rebuf. in 2. tomo ad constitut. Gallicas in tract. de rescisione contractus, argum. vnico, gloss. 15. numer.16. quem in hoc refert, & sequitur Pinel. in l.2. C. de rescind. 2.p.cap.3.nume.4. vbi post Laurent. Syluan. consil. 13. num.4. & Fabian. de emption. & vendit. quæst. 8. num. 10. id exemplificat in actus, in quo liberalitas exercetur, dicens in eo non procedere legem illam, licet is actus liberalitatis ex alijs causis rescindi possit, quidquid pugnauerit Cagnol. in d.l.2. num.58. relatus à Pinelo in d.capit.3.
12 numer.7. ad finem: in alijs verò contractibus, seu conuentionibus commutatiuis, quæ quãuis distent à primæua natura emptionis & vẽditionis, atque in plurimis dissimiles sint, correspectiui tamen sunt, & in eis ab vtroque ex contrahentibus aliquid datur, & recipitur, certissimum est, remedium rescissorium locũ habere posse non solùm ex identitate rationis cæterorum contractuum, sed ex vi comprehensionis, vt benè considerauit Pinel. in dicto cap.3. num.1. & per totum, maximè n.3. & 7. & exemplum dari potest in emphyteosi, qui contractus licèt differat ab emptione, correspectiuus tamen est in creatione & progressu, cùm ex parte domini res in emphyteosim concessa proficiscatur, & ab emphyteota pẽsio

sio reseruata præfetur; quâ ratione rescindi potest deceptionis remedio, vt supra diximus.

13 Similiter exemplificatur in contractu locationis, qui quamuis distet ab emptione, correspectiuus tamen est, & ideò deceptionis remedio admittit, vt considerat Pinel. in d. l. 2. 1. p. cap. 3. num. 17. cum alijs. Anton. Gabr. libr. 3. commun. opinion. tit. de emption. & vendit. conclus. 1. num. 3. Menchaca libr. 3. controu. vsufrequentium cap. 61. num. 11. & nouissimè Ioan. Matienço in l. 1. tit. 11. libr. 5. nouæ Recopil. glos. 6. per totam: ergo idem dicendum est in contractu census reseruatiui, in quo quidem si certum est, quòd à concedente rem cẽsualem res ipsa proficiscitur, & similiter quòd à censuario pensio reseruata promittitur, & exoluitur, commutatiua erit conuentio, & correspectiuus contractus, atque consequenter remedio rescissorio ex deceptione rescindi poterit. Ex quibus omnibus firmiter constat, quòd in eo contractu census reseruatiui datur remedium rescissorium, ex dicta lege 2. de de rescind. vendit. tam in fauorem censuarij, quando recipit in censum rem immobilem, cuius fructus longè minores sunt pensione, quàm respectu concedentis rem in censum, quando dedit eam cum reseruatione minimæ pensionis.

14 Imò si deceptio, de quâ in dicta l. 2. vel enormis, aut enormissima contingat in datione fundi in censum, & censuarius nolit vti remedio rescissionis contractus, habebit aliud fauorabilius, nempe reductionis ad legitimã, & iustam creationis quantitatẽ, de qua in hoc capite, & sequentibus agendum est; & hoc quia cùm bona censualia debent esse fructifera, & fructus maiores, vel ad minus æquiualentes pensioni, vt iuste dicatur pensio reseruata, vt dicendum erit in cap. de censu creando super rebus immobilibus fructiferis, necessariò fatendum est, quòd si censuarius in fructibus grauetur, poterit vti remedio reductionis ad legitimam sortis quantitatem, quæ à principio creandus erat census, atque pensio reseruanda, vt præcepta iustitiæ commutatiuæ in contractu seruentur, & correspondentia sortis ad pensionem, quæ formaliter in eo contractu necessaria est, interueniat, vt etiam constabit ex dicendis in capitibus sequentibus.

# AN CENSVS CONsignatiuus perpetuus redimibilis, seu ad vitam, illegitimo pretio creatus, in totum sit nullus, vel remedio l. 2. C. de rescindend. vendit. rescindendus, seu ad legitimam pretij quantitatem reducendus. Cap. XXXVI.

## SVMMARIVM.

*Census consignatiuus illegitimo pretio cõstitutus an rescindatur remedio l. 2. C. de rescind. vend. vel in totum sit nullus, seu reducendus, & læsio an rescindat generaliter omnem contractum, & quid in pensione, & intellectus ad l. 1. tit. 11. lib. 5. noua Recop. n. 1.*

*Læsio an consideretur ad rescindendum contractum, tam respectu emptoris, quàm venditoris, & ponderatur l. 56. titul. 5. part. 5. n. 2.*

*Reductio alicuius contractus ad iustitiam quomodò procedat, & an in censu consignatiuo admittatur, & an emptor census consignatiui, qui scire debet pretium legale, possit agere remedio læsionis, & an competat scienti verum valorem rei, & intellectus ad l. 21. tit. 15. lib. 1. nou. Recop. n. 4. & 5.*

*Venditor census consignatiui redimibilis an possit agere ex læsione remedio rescissionis cõtractus, & ponderatio ad d. l. 6. titul. 15. libr. 5. nouæ Recopil. & ad l. 8. eod. tit. & lib. & an omissio formæ annullet contractum. n. 6.*

*Contractus indiuiduus est, & ideo in parte annullari, & in alia sustineri non potest, sicut alius actus indiuiduus. n. 7.*

*Rescissio an dicatur legitimè, & integrè facta, si deficiat vnicus numus, vel qualibet etiam minima pars. n. 8.*

*Actus inutilis & inualidus an, & quando operetur ademptionem actus validi. n. 10.*

*Donatio omnium bonorum an in totum sit nulla, vel reducenda ad legitimam quantitatem. numer. 11.*

*Donatio, quæ reuocatur propter natiuitatem filiorum, an in totum sit nulla, vel ad legitimam quantitatem reducenda. n. 12.*

*Vtile per inutile quando vitietur, latè discutitur & intelligitur text. in l. pecuniæ, & in l. placuit. ff. de vsuris, & actus si non valet, vt agitur, quando valeat, vt valere possit. numer. 14.*

Patet

*Pater transiens ad secundas nuptias, si relinquat vxori plusquam vni ex filijs primi matrimonij, an annulletur in totum relictum n.15.*

*Donatio excedens quinquaginta solidos, licèt nõ valeat absque insinuatione, an sit reducenda ad legitimam quantitatem num.16.*

*Emphyteosis concessa vltra generationem an in totum annulletur, vel reducenda sit ad gradus permissos n.17.*

*Feudum consuetum dari in masculos tantùm si detur in masculos & fœminas, reducitur vt valeat, potiùs quàm pereat concessio ad masculos tantùm. num.18.*

*Cessio actionis minori pretio facta, quàm à lege designatur, non est in totum nulla, sed ad statum iustitiæ reducitur. n.19.*

*Inutile, & inualidum, quando operetur ad emptionem actus validi, & quid in individuis. numer.20.*

*Pacta, & conditiones iniustæ, quæ multoties adijciuntur in creatione census, an in totum efficiant contractum nullum, vel pro non adiectis censeantur. num.21.*

*Venditio veteris census minori pretio facta, quàm creatus fuit, an in totum sit nulla, vel reducatur ad statum iustitiæ. num.22.*

*Interesse & vsuræ si promittantur excessiuè, vel vbi non debentur, an reducatur promissio ad legitimam quantitatem. nume.23. Et intellectus ad l. placuit. 29. ff. de vsuris, & ad l. pecuniæ fœnebris. ff de vsuris, & ad l. si pro mutua. C. si cert. petatur. numer. 24. & sequentibus.*

## CAPVT XXXVI.

1 IN capite præcedenti egimus de rescindendo censu reseruatiuo illegitimo pretio constituto, vel ad legitimam quantitatem, qua creandus erat, reducendo: vnde in præsenti agendum est de eisdem remedijs rescisionis, vel reductionis cõtractus in censu consignatiuo admittendis, vel non; & vt clariùs hæc nostra disceptatio intelligi possit, sequentes casus considerandi, ac decidendi sunt.

Primus, quando census consignatiuus perpetuus est absque vlla facultate redimendi cõstitutus, & illegitimo pretio creatus, vt quando minori quàm ad rationẽ viginti pro vno, vel minori, quàm ad computationem quadraginta pro milliario fuit institutus, & in hoc casu quantum ad remediũ annullationis contractus in totum, si census pro minori, quàm infimo pretio constituatur, videbatur dicendum in totum nullam esse creationem; quia cùm infimum pretium pro legali & indiuiduo habitum sit, vt notauimus in cap. precedenti, si excedatur in totum, creatio euanescere videtur tanquam si contra legem Regiam pretium indiuiduum, & legale designantem fieret. E cõuerso tamen cùm in censu consignatiuo perpetuo nulla designatio pretij à lege facta sit, & inde pretium verè legale dici non possit, sed potius naturale, habens latitudinem iustitiæ, contractusque sit vera emptio & venditio iuris percipiendi pensionem annuam; dicendum est, quòd nullus in totum esse non possit, sed quòd rescindatur, ex d.l. 2. vel quòd ad legitimam creationis quantitatem reducatur de rescisione ad l. 2. patet ad sensum, quia remedium rescissorium ex ea lege regulariter procedit in omnibus contractibus, tam bonæ fidei, quàm stricti iuris, cuiuscunque sit qualitatis. vt diximus in capite præcedenti, & regulariter probat Pinel. in dicta l. 2. 1. part. cap. 3. per totum. Anton. Gabr. lib. 3. commun. opin. tit. de emptio. & vendit. conclus. 1. numer. 19. & 20. cui resolutioni accedat alia vera & communis dicentium, quòd in assignatione & creatione cuiuslibet pensionis, admittitur remedium dictæ l. 2. quã probauerunt Roman. consil. 360. nume. 9. Garcia Lupus de pensionib. quæst. 6. Gigas in eodem tract. quæst. 9. Dominicus Soto de iust. & iure lib. 9. artic. 2. quæst. 7. Padilla in d. l. 2. numer. 19. & post Staphilæum, Pinel. in d. l. 2. 1. part. cap. 3. num. 16. in fine; pro qua sententia facit text. in l. 1. tit. 11. lib. 5. nouæ Recopil. ibi; *Y esto mismo deue ser guardado en las rentas, y en los cambios, y en los otros contratos semejables*, vbi Ioannes Matiençø glos. 6. verb. *En las rentas* per totũ, aduertit.

2 Et hæc resolutio similiter procedit in emptore census, sicut in venditore, quia etiam emptori datur eius remedium, ex glos. 1. in cap. cùm dilecti de empt. & vendit. & in dicta l. 2. verb. *Item atque* resoluunt Dominic. Soto lib. 6. de iustit. & iur. quæst. 3. artic. 1. Pinel. in eadem lege 2. 1. p. cap. 2. num. 1. vbi Menesius num. 12. argum. l. ex conuentione. C. de pact. l. 1. C. de cupresis lib. 11. & plures referens idẽ tenet Ant. Gabr. dicto l. 3. cõcl. 1. numer. 31. & probatur expresse in l. 56. tit. 5. part. 5, in vers. *Otrosi dezimos que el comprador*; dum enim pretium huius census perpetui non sit legale, sed naturale, emptorque multoties iustum pretium ignoret; non videtur emendo læsioni renunciare, sicut in censu consignatiuo redimibili infrà dicendum est, & consequenter eidem iustè competit remedium dictæ legis.

Quæ

§ Quæ quidem omnia de remedio rescisionis contractus dicta intelligenda sunt, quãdo læsio contingit vltra dimidiam: sin verò intra dimidiam contingat, vel contingente vltra dimidiam transierit tantum tempus, quòd remedium rescissorium ex eo tempore excludatur, nempè trigiota annorum cursus, ex l. fin. tit. fin. part. 6. vel emptor, aut venditor noluerit vti remedio rescissorio contractus, succurreretur eisdem alio suauissimo medio reductiones ad legitimam pretij quantitatem, quò census creandus erat, sicut eodem remedio succurritur in alijs casibus, in quibus non poterat competere rescissionis remedium, ne in eo contractu cẽsuali deficiat remedium, quò iniustitia pretij sub moueatur, & contractus moderetur, de quo in sequenti casu dicendum est.

4 Secundus casus principalis exemplificatur, & contingere potest in censu consignatiuo redimibili, in quo pretium legale, & indiuiduum designatum est; & in ea dubitationis specie distinguendum erit inter emptorem, & venditorem census; emptor enim si censum emerit maiori pretio, quam ad legem pertinet, & ab ea designatur, vt ad rationem viginti pro vno, vel maiori pretio, certum est, quòd non habebit remedium annullationis contractus in totum; quia nulla lege annullatur in totum is contractus respectu emptoris, & l. 6. tit. 15. lib. 5. nouæ Recopil. infrà referenda, quæ videtur annullare contractum, loquitur respectu venditoris, vt infrà dicendum erit, imò neque remedio rescisionis contractus vti poterit emptor, quia cùm emens censum sciat pretium legale, quo vulgariter ab omnibus emitur, non poterit dici deceptus, sed potiùs quod sciente, atque volẽte pro illo maximo pretio censum emit, ideò remedium rescisionis eidem non datur; vt quia non competit scienti verum valorem rei, vt latissimè resoluunt plures per Anton. Gabr. lib. 3. commun. opinion. tit. de empt. & vendit. conclus. 1. num. 98. cum alijs, & per Pinel. in d. l. 2. 1. p. cap. 2ª ex num. 10. qui quamuis ex nume. 11. cum sequentibus contrariam defendere conetur, à communi tamen non est recedendum, vt latissimè cõprobat Ioan. Matienço in l. 1. tit. 11. lib. 5. Recop. gloss. 8. n. 35. vbi ex n. 36. vsq; ad
5 n. 41. refutat fundamenta Pineli. Quæ sententia propriùs, atque iustiùs procedit in census creatione, ex eo quòd census creatio tantò iustior est, quantò maiori pretio formatur, cũ respectu maioris pretij minores sint prestationes annuæ; & quia si maiori pretio, quàm à lege designatur, census constituitur, atque emitur, eodem etiã pretio à venditori redimendus est, cùm sors in perpetuum nõ alienetur, sed interim dum census redimitur: ergo non est ita præiudicialis scientia emptoris, neque excessus pretij emptionis census, sicut esset in alijs contractibus, in quibus in perpetuũ pretium alienatur absque facultate redimendi, & consequenter emptori scienti verum, & legale pretium creationis census iustissimè non competit remedium rescissorium contractus, etiamsi maiori prẽtio censum emerit, quàm à lege designatum est, neque similiter remedio reductionis vti poterit, quia excluso remedio rescisionis, à fortiori excluditur: vnde ad vẽditorem transeamus, in quo tota difficultas consistit.

6 Et ad venditorem transeundo videbatur dicendum, quòd is census consignatiuus redimibilis maiori pretio, quàm à lege designatur constitutus, in totum nullus sit; & quòd non veniat ex lege rescindendus, neque ad legitimam pretij quantitatem reducendus; & hoc ex sequentibus fundamentis. Primò, quia leges Regni tam in censu simpliciter constituto cum pacto redimendi, quam in cõstituto ad vitam formaliter designauerunt pretij quãtitatem, quod fecerunt indiuiduum & legale, & consequenter necessarium, & formale, vt in censu consignatiuo redimibili constat, ex l. 2. tit. 15. lib. 5. nouæ Recop. ibi, *Y que las ventas, y contratos, y censos, que en otra manera se hizieren, sean en si ningunos, y de ningun valor y efecto.* & in censu ad vitam constituto probat l. 8. d. tit. 15. lib. 5. Recopil. quæ habetur in quaterno ad lib. 5. nou. Recop. dũ lex dicit: *Y las ventas y cõtratos de los dichos cẽsos, q̃ en otra manera y á menos precio se hizieren, sean en si ningunos, y de ningun valor y efecto*: ergo forma prædictarum legum Regni omninò seruanda est, & actus contra formam earum in totum nullus sit, cap. cùm dilecta de rescript. cap. Pisanis de restit. Spoliat. ca. venerabilis de offic. deleg. cap. cùm ij. §. prætor de transact. in tantum, quòd etiam minimus excessus pretij annullabit in totum contractum, cùm omissio formę etiam in qualibet minima parte reddat in totum actum nullum, vt latissimè resoluit Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 21. num. 11. & de retract. conuent. §. 4. gloss. 6. numer. 31. de quo plurima per Ioan. Matienço in l. 9. tit. 10. gloss. 2. & in l. 9. tit. 11. gloss. 4. numer. 11. lib. 5. nouæ Recopil. Ioan. Gracian. regul. 212. *Formæ defectus*, vbi omnes formam esse omninò seruandam, & actus contra eam in totum nullos esse decreuerunt.

7 Secundò pro hac sentẽtia facit, quòd actus creationis census, imò & ipse contractus censualis indiuiduus est, maximè quantum ad

pretij

pretij quantitatem, cùm indiuiduum & legale pretium sit: ergo ex parte legalis pretij sustineri nequibit; sed creatus pro minori pretio, quam à lege designatur, tanquàm factus contra formam legis in totum esset nullus, ex l. 1. §. illud, & §. Trebatius. ff. de aquâ quotidiana, & æstiua. l. si ergo. ff. de iniusto rupto. l. 1. §. generaliter, vbi Bart. ff. de donat. inter vir. & in missione in possessionem pro debito, ex parte verò, & ex parte nullo, quòd reddatur in totum nulla, cùm iudicis decretum indiuiduum sit, deducitur ex l. 1. §. hęc verba. ff. ne vis fiat l. in hoc iudicio. ff. familiæ Erciscundæ, l. si non sortem. §. debitum. ff. de condit. in debitum.

8 Tertiò facit pro hac sententiâ doctrina Baldi in cap. conquærente col. 1. per illũ text. de restit. Spoliator dicentis, quòd Spoliator non diceretur adimplere restitutionem, si deficiat in restitutione vnius tantùm numi; quẽ in hoc sequitur Iaſ. in authent. qui rem, col. 5. C. de sacrosanct. Eccles. & in l. sancimus col. 3. vers. *Octauò extende.* C. de iudicijs, Decius cons. 34. col. fin. & in l. edita col. fin. C. de edẽdo, Cepola consil. 46. col. 2. Cui fundamento accedũt, quæ tradit egregiè Tiraq. de retract. conuent. §. 4. glos. 6. ex num. 24. vsque ad numer. 33. vbi fortiter comprobat, quòd quãdo certa quantitas est restituenda, soluenda, vel consignanda, non adimpletur obligatio, si deficiat vnus numus.

9 Quartò suadetur ex Baldi doctrina in l. quicunque. C. de bon. quæ liber. dicentis, quòd si fiat concessio vltra licitum, non valet etiá in licito, vt quia in facti contra legem si non valet, quòd fit vltra, neque etiam quod fit intra, ex capit. dudum de rebus Eccles. in 6. Quam doctrinam sequitur Crot. consil. 240. numer. 41. 42. & 43. volum. 2. quæ iubatur ex eo, quòd quando actus indiuiduus est ex voluntate contrahentium, veluti quandò creditor, quod aliter partes non contraxissent, quo casu dicitur contractus indiuiduus ex conuentione partium, ex l. si non sortem. §. si certum ff. de condit. indeb. & declarat elegãter Alciat. in l. 1. §. sed si mihi Pamphilum lectura 1. num. 20. & lectura 2. nu. 16. vtile per inutile vitiatur. l. Pedius. ff. de arbitr. l. quod si duo. ff. de in diem adiect. l. si quis aliam. ff. de solut. & resoluit Alciat. suprà, Florian. & Albericus in l. pecuniæ. ff. de vsuris: ergo sic in censu dicendum est.

10 Quintò suadetur in alia vulgari regula dicentium, quòd actus inutilis & inualidus operatur ad emptionem actus validi, de qua per text. & Bart. in l. planè, delegat. 1. Tiraquell. in l. boues. §. hoc sermone limit. 1. de verborum significat. Alexand. in l. à iudice. C. de iudicijs, Abb. in capit. significasti numer. 7. de offic. delegat. Felin. in cap. ex tenore. §. cæterum. numer. 21. de rescript. ergo idem dicendum est in census creatione minori pretio facta quàm à lege designatur, vt in totum nulla sit.

11 Sexto fortificatur hæc prima pars ex eo, quòd in donatione omnium bonorum tam præsentium, quàm futurorum resoluunt Bald. numer. 19. Purpurat. 247. in l. fin. C. de pact. Guid. Papa. consil. 224. sub numer. 6. Alexandr. in stipulatio hoc modo concepta. numer. 21. ff. de verbor. obligat. Dueñas regul. 219. ampliat. 5. Anton. Gomez. in l. 69. Tauri numer. 21. vt scilicet in totum nulla sit, & non reducatur: ergo idem dicendum est in creatione census maiori pretio facta, quàm à lege designatum est, vt in totum nulla sit, & non reducenda.

12 Septimò confirmatur hęc pars ex eo, quod in specie l. si vnquam. C. de reuocand. donat. tradiderunt plures dicentes, per natiuitatem filiorum reuocari donationem non solùm in partem, sed in totum, ex Socino consil. 93. vol. 4. Abb. in cap. fin. num. 5. de donat. de quo egerunt latè Tiraquel. in d. l. si vnquam, verb. *Totum.* Anton. Gom. lib. 2. variar. cap. 4. num. 11. Couar. lib. 1. variar. cap. 20. nume. fin. Greg. Lup. in l. 8. tit. 4. part. 5. verb. *En ninguna manera*, per text. ibi; dum dicit, *E non deue valer en ninguna manera*: ergo similiter videtur dicendum in creatione census minori pretio facta, quàm à lege designatur, vt in totum nulla sit, non reducenda.

13 Octauò hanc sententiam in specie probauerunt Guido Papa. quæst. 56. Rupelan. libr. 1. forens obseruat. titul. 34. Nauarr. in comment. resolutorio de vsuris notabili 22. num. 78. Sarab. in instruct. mercator. cap. 15. & idẽ videtur sentire Sarmient. lib. 7. Selectar. interpretat. cap. 1. num. 40. versic. *Sed pone quòd census*, & versic. *Sed quid si Rex vendidit*, Pizarro in Extrauaganti Martini V. gloss. *Alterius pecunia*, & post eum hanc sententiam, licèt non supradictis fundamentis munitam, tenet Felic. lib. 1. de cens. c. 9. n. 12. & per totũ & iterũ lib. 2. c. 1. de pretio cẽsus. n. 23. ad fin.

14 Sed his omnibus parum obstantibus, in pũcto iuris verius extimarem, census creationẽ minori pretio, quàm à lege designatum est, factam, in totũ nulla non esse, sed reducendam ad legitimã creationis quantitatẽ, qua census à principio iustè creandus erat; & hoc ex sequẽtib⁹ fortissimis fundamẽtis. Primó ex regula vulgari, licèt recepta qua cõstituitur, ꝙ vtile per inutile vitiari nõ debet maximè quãdo

vnum ab altero separari potest. l. pecuniæ. l. placuit. ff. de vsuris. l. 1. §. si stipulanti. ff. de verbor. l sancimus. §. si quis autem. C. de donat. de quo latè per Tiraquel. de retract. conuentin fin. numer. 143. & eleganter per Sarmient. lib. 6. Select. capit. 5. per totum, maximè in contractibus, in quibus receptum est, quòd si non valet actus, vt agitur, valet vt valere potest, text. in capit. vnico. §. penult. desponsat. impub. lib. 6. l. 1. §. si quis ita. l. quoties in stipulationibus. ff. de verbor. semper enim iudicandum est eo modo, quo actus valeat, potiùs quàm quo perire possit. l. 1. & ibi notatur. ff. de eo quod certo loco: ergo census creatio minori pretio facta, quàm à lege designatur, potiùs vt actus magis valeat, quã pereat, valebit, ac sustinebitur ex parte vtili, quàm ex inutili vitiabitur, maximè cúm inualiditate totius actus corruptio sequatur.

15 Secundò facit pro hac sententia text. in authentic. hac edictali. C. de secund. nuptijs, vbi pater transiens ad secundas nuptias, existentibus filijs prioris matrimonij, non potest relinquere vxori plusquam vni ex filijs relictum est, & tamen si excesserit quantitatem à lege designatam, non in totum annullatur relictum, sed ad partem, quam relinquere poterat, reducitur, & in ea sustinetur dispositio, quòd per illum text. tenent omnes ibidem, & benè resoluunt Cephal. consil. 290. numer. 10. & sequenti, volum. 2. & doctissimè comprobat Lancelot. Galiaula in tract. de consuetud. in verb. vitra, quæstion. 2. numer. 9. ergo in excessu pretij à l. designati idem est dicendum, vt non obstante legis taxatione, non in totum annulletur designatio, sed quòd ad legitimam quantitatem reducatur.

16 Tertiò probat hanc sententiam text. in. l. sancimus in princip. C. de donationibus, vbi excessus donationis non reddit in totum nullam donationem, sed eam reducit ad quinquaginta solidos, vt non obstante prohibitione faciendi eam, in dicta quantitate sustineatur, absque vlla insinuatione, potius quam in totum annulletur. Perquem text. eam sententiam tenuerunt plures, quos referunt, & sequuntur Anton. Gabr. libr. 3. commun. opinion. titul. de donation. conclus. 1. numer. 56. & 57. Iul. Clar. recept. sentent. §. donatio. quæst. 17. num. 2. Bornin. Caualcan. decis. 35. numer. 34. ergo ita dicendum est in census creatione, vt si contra pretium à lege designatum constituatur, in totum nullus sit, sed ad legitimam pretij quantitatẽ, qua creandus erat, reducendus.

17 Quartò facit text. in authent. de non alienandis, vbi emphyteosis concessa vltra generationem permissam vitiatur tantùm in eo, quòd excedit permissionem; vt ex eo text. notat Bald. in authent. si quas ruinas, versic. *Iuxtà hoc*. C. de sancrosanct. Eccles. Fulgos. & Paul. Castrens. in authent. qui rem C. eodem titul. vbi Decius columna penultim. dicit communẽ Imola consil. 69. visis, Roman. in l. 1. §. si stipulanti. ff. de verbor. & consil. 66. Alexand. consil. 38. *Consideratis*, lib. 2.

18 Quintò suadetur ex eo, quòd si feudum Ecclesiæ consuetum est dari in masculos tantùm, & concedatur in masculos & fœminas, non vitiatur concessio in totum, sed quantum ad masculos sustinetur, ex Bald. in l. si pupillorum. §. fin. per illum text. ff. de rebus eorũ, & in capit. 1. in princip. columna fin. versic. *Sed pone*, vbi Laudensis, qui feudum dare possunt, & dicit hanc communem sententiam Iass. tam in feudo, quam in emphyteosi consil. 54. lib. 1. Molinæus, & alij, quos referens sequitur Tiraquell. de retract. conuent. in fine num. 144. ad finem, vbi ex numer. 142. vsque ad num. 145. cum alijs id exemplificat.

19 Sextò, eam sententiam confirmat resolutio, quàm in capitibus præcedentibus veriorem esse probauimus dicta l. ab Anasthasio, & l. per diuersas. C. mandati, vt cessio minori pretio facta, quàm ab eisdem legibus constituitur, non in totum annulletur, sed in legitima parte tantùm sustineatur, vt sic in census creatione dicendum sit.

20 Septimò facit, quia licèt in actibus indiuiduis inutiles; & inualidus operetur ad emptionem actus validi l. planè delegat. 1. de quo per Tiraquell. in l. boues. §. hoc sermone, limit. 1. & inde inferatur, quòd census consignatiui constitutio, quæ indiuidua est, in totum annulletur, ex excessu pretij legalis, tamen quia in his, quæ commoditate diuidua sunt, dicta regula nõ procedit, & creatio reducitur, & sustinetur.

21 Octauò facit, quia licèt verum sit, quòd in census creatione non possunt adijci pacta, seu conditiones, quibus pretium directè, vel indirectè minuatur, vt dicendum erit in capite de conditionibus censuum; si tamen adijciantur, non vitiabitur contractus in totum, sed conditiones reijciuntur, & pro non scriptis habentur, vt & vtile per inutile non vitietur, & contractus meliori modo, quo valere possit, valeat, atq; reducendus sit. Ita post longam disputationem resoluit Ioan. Gutier. in practicis quæstionibus ad leges Recopilationis. 2. p. quæst. 176. per totã; pro cuius resolutione facit, q licèt quãdo

contra.

contractus, qui indiuiduus est, in totum annullatur, clausulæ etiam eius in instrumento adiectæ nullæ sint, ex Bart. in l. nemo potest, delegat. 1. Iaff. in l. si ita stipulatus. §. Grysogonus. ff. de verbor. Dec. consil. 687. vers. *Vltimò non obstat.* Roman. consil. 171. num. 4. & cons. 246. numre. 2. Maranta in disputatione 6. numer. 29. si tamen contractus ex parte tantùm fuisset inefficax, vt quia clausulas iniustas contineret; clausulæ prædictæ pro non rescriptis habebuntur, vt contractus ad statum iustitiæ reductus sustineatur. Ita declarant eleganter Anton. Natta. consil. 497. numer. 11. & consil. 498. numer. 4. 5. & 10. volum. 3. Tiber. Decian. consil. 105. numer. 26. volum. 2. Ferret. consil. 40. numer. 12. & consil. 178. numer. 18. vol. 1. & in specie contractus censualis Ioann. Gutierr. in practicis quæstionibus ad leges Recopilationũ. 2. part. q. 176. per totam.

22 Nonò suadetur ea sententia ex eo, quòd quamuis aliqui dixerunt, venditionem veteris census minori pretio factam, quàm à lege designatur, in totum nullam esse, sicut & census creatio nulla in totum fuisset, vt tenent Mercado in tractatu de contractibus quæst. 76. Nauarr. in addit. ad c. 23. de vsuris num. 82 & è conuerso iustam esse eam veteris census creationem plures dixerunt, vt constat ex Olano in Anthynom. verb. Annui census n. 113. vsque ad num. 118. Sarmiento libr. 7. Select. cap. 1. num. 40. versic. *Sed quid si Rex*, vsque ad finem, Salaçar de vsu & consuetudine cap. 11. numer. 93. tamen ex resolutione eorum, quæ in precedenti & præsenti capite notantur, certum est, ad legitimam pretij quantitatem, atque statum iustitiæ reducendam esse.

23 Decimò, hæc sententia suadetur ex eo, quòd si forsan essemus in casu prohibitio, vbi non debetur interesse in quantitate promissa, & nihilonimus promitteretur, vsuræ adhuc legitimè deberentur, neque vtile per inutile vitiabitur, sed in excessu tantúm esset nulla promissio, & ad legitimam quantitatem reducetur. Ita deducitur à Reminaldo Seniore cons. 91. num. 33. volum. 1. Anton. Natta consil. 497. numer. 11. & 498. numer. 4. & 5. & 10. volum. 3. Tiber. Decian. in dicto consil. 105. numer. 26. dicunt enim, quòd cauiloſè debitores non debent se tueri exceptione vsurarum animo differendi, seu recusandi solutionem, quin à iudicibus statim condemnentur in restitutione sortis & vsurarum legitimè debitarum, non obstante quòd excessiuas promisissent. Idem tenet Alexandr. consil. 178. numer. 10. volumen. 7. Rota Genue. decis. 194. Et benè resoluit Bornin. Caualcan. decis. 35. numer. 32. vsque ad finem, quorum resolutio ad huius nostræ dubitationis decisionem sufficiens est.

24 Vndecimò pro hac sententia pondero iurã notandissima, quæ casum nostrum decidunt, nempe l. placuit. 29. ff. de vsuris, vbi Marcianus iurisconsultus loquens de vsuris percipiendis subdit, *Quod illicitè adiectum est, pro non adiecto haberi, & licitas peti posse.* l. pecuniæ fœnebris. 9. ff. de vsuris, vbi Papinian. addit hæc verba: *Supra modum legitimæ vsuræ respondi non tenere*; & clarius statim ibi, *Quare pro modo cuiuscunque tẽporis superfluo de tracto stipulatio vires habebit.* l. si pro mutua pecunia 8. C. si cert. petat. vbi Diocletian. & Maximian. Imperatores dixerunt, *Licèt vltra vsuram centesimam vsuras stipulanti spondidisti, tamẽ sors, quæ extimatione placito partiũ destinata est, & vsurarũ titulo, legitima summa tãtũ rectè peritur.*

25 Duodecimò, & postremò, hanc sentẽtiam in specie probat Foller in praxi censuali, glos. verb. *Et vides*, num. 3. vsq; ad finem, qui post Bald. in l. si certi conditio. §. quoniã. ff. si cert. petat. in casu etiam fortiori constituit, quòd census constitutio in totum nulla non sit, sed ad legitimam quantitatem creatio reducenda, & referens Bald. atque Foller. idem tenet Olan. in Anthynom. litera A. numer. 110. & 111. & referens Olan. idem tenet Ioann. Gutierr. in pract. quæst. ad leges nouæ Recopilat. 2. part. quæst. 176. num. 3. & idem in effectu probauerunt l. 6. titul. 15. lib. 5. quæ loquitur in reductione census consignatiui redimibilis minori pretio, quàm ad rationem quatuordecim pro vno constituti, & in l. 8. eodem titul. 15. libr. 5. quæ habetur in quaterno legum Recopilationi additarum, quæ similiter loquitur in reductione census consignatiui ad vitam illegitimo pretio constituti; quæ quidem leges Regiæ licè quatenus agunt de census reductione, loquantur in censibus antiquissimis, quorum destructio, & annullatio in totùm iustissima erat, ex eo quòd tanto tẽpore solutiones factæ fuerunt; & ideò videantur habere peculiarem quandã rationem, rectè tamen probant nostram sententiam, ex eo quòd si annullatio in totum præcisſa fuisset, ex temporis antiquitate nõ excusaretur; & ideò ad omnem casum reductionis adaptantur, licet fatendum sit, reductionem iustificare longissimi temporis cursum, cùm durum fuisset rescindere in totum contractum, qui multiplicatis, & antiquissimis præstationibus annuis vniformiter factis confirmatur, atque quodammodò cõua lidatur, & rectificatur.

26 Quæ sententia firmiter retenta, non obstãt fundamenta in contrarium adducta; & ad primum de forma legum Regni omnino adimplenda, & de præcepto negatiuo ipsarum inuiolabiliter obseruando respondetur, quòd leges illæ non annullant in totum contractum censualem minori pretio creatum, quàm ab eisdem designatum est, sed in excessu tantũ reddunt eum contractum nullum, vt constat ex verbis l. 6. titul. 15. libr. 5. nouæ Recopil. quæ quidem lex dum regulam annullationis contractus designat, dicens: *Y que las ventas, y contratos, y censos, que en otra manera â menor precio se hizieren, sean en si ningunos, y de ningun valor y efeto,* continuo eleganter id limitat, ac restringit, dicens: *Y no se pueda por virtud dellos pedir, ni cobrar en juyzio, ni fuera del, mas de â la dicha razon y respeto*: ergo ad legitimam iustitiæ quantitatem reducendi sunt, & non in totum annullandi, & hoc modo sunt intelligenda verba legis 8. tit. 15. lib. 5. nouæ Recopil. dum indistinctè subdit: *Y las ventas y contratos de los dichos censos, que en otra manera, y â menor precio se hizieren y otorgaren, sean en si ningunos, y de ningun valor y efeto,* vt scilicet contractus censuales non in totum, sed in excessu nullius sint momenti, ex d. l. 6. qua ratione reducendo contractus censuales ad iustitiam, non erit formam violare, cùm in excessu tantùm forma designetur.

27 Ad secundum fundamentum contrarium facilè etiam respondetur, quòd actus creationis census in effectu & substantia diuiduus est, cum reduci possit ad partes, atque terminos distinctos, vt patet ad sensum, cùm pro quatuordecim vnum annuatim emi, seu vendi possit, atq; tot considerari possint emptiones & venditiones, quot partes ad instar eius regulationis fieri valent: qua ratione & pretiũ excessiuum ad iustitiam reduci potest, & vtile per inutile non vitiatur, & excessus in totũ non vitiat contractum, sed in parte, quæ legitimam pretij quantitatem excedit. Quæ satisfactio clarè deducitur ex iuribus in contrarium adductis, & ex his, quę resoluit Sarmiẽt. lib. 6. Select. c. 5. per totũ, sic intelligens text. in l. 1. §. si stipulanti. ff. de verbor.

Tertiò respondetur ad Baldi doctrinam in cap. conquerente de restit. spoliat. quòd cùm restitutio sit in pristinum statum repositio, vt vulgaria iura probant, facienda est integrè, & perfectè, vt Baldus existimauit, & inde si deficeret vnicus numus, non diceretur integrè facta, sed potiùs defectuosa; ex quo non infertur, quòd sit in totum nulla, neque quòd in ea parte, cuius fit restitutio, non sustineatur, sed quòd ad hoc vt integrã sit, integrè fieri debet. Et in hunc sensum sunt intelligenda quæ tradit Tiraquell. de retract. conuent. §. 4. gloss. 6. ex num. 24. vsque ad 33. cuius suprà meminimus in tertio fundamento contrario; minor enim quantitas, quæ restituitur, vt in exemplo Baldi, seu minor depositio, vel consignatio, vt in exẽplo Tiraqueli, in maiorem reducibilis non est, sicut neque in minori summa inest maior; ideò & restitutio, & consignatio, atque depositio integrè fieri debet, vt perfectè facta dicatur; at verò creatio census pro minori facta cùm ad statum iustitię reducibilis sit ex rationibus supradictis, absque totius actus corruptione reducenda meritò erit.

28 Ad quartum fundamentum contrarium respondetur, quód vel ea sententia, qua constituitur, quòd actus inutilis & inualidus operatur ad emptionem actus validi, intelligenda est in actibus indiuiduis, vt constat ex iuribus adductis in quarto fundamẽto contrario, vel non esset admittenda, cùm si actus natura, & effectu diuiduus sit inualidus alicuius partis eius, non operatur ad emptionem totius, cùm in parte, sicut in toto, actus, qui de sui natura diuiduus est, sustineri rectè possit sine totius corruptione, vt sæpè dictum est: ergo & census creatio minori pretio facta sustinẽda erit, & ad statum iustitiæ reducenda.

29 Quintò ad fundamentũ de donatione omnium bonorum respõdetur, longè verius esse valere quoad bona præsentia, maximè si adiecta sit clausula illa: *Omni meliori modo,* vt resoluit Angel. cons. 106. *Quædam mulier,* Bertrãd. cons. 41. *Pũctus quæstionis talis est.* num. 9. vol. 8. Natta cons. 453. *Placet conclusio.* nu. 16. vol. 2. Matth. de Afflict. decis. 107. num. 4. vbi fatetur ita decisum fuisse in sacro Regio consilio Neapolitano, & ita post Ludouic. Molin. tradit Sarmiento libr. 6. Select. cap. 5. fere per totum, maximè num. fin. Cuius resolutionis ratio ea est, quia in donatione omnium bonorum duæ distinctæ formantur donationes, vna præsentium, altera futurorum bonorum, arg. l. scire debemus. ff. de verbor. obligat. l. si peculium seruo. ff. de peculio legato: & secunda donatio facta de futuris, quæ indirectè tollit arbitrium testandi tanquam iniusta reijcietur; & si velimus contrariam tenere sententiam, respõdetur ad obiectionẽ, quòd donatio omnium bonorum præsentium & futurorũ non est reducibilis ad terminos distinctos, neque ad aliquam certam quantitatẽ, in qua de iure sustineatur, sed tanquam generalis, & confusa, quęcunq; bona præsentia & futura comprehendens, neq; in totum, neq; in

parte

parte valet; census vero creatio, & cõstitutio, cùm vt sæpiùs diximus, terminos distinctos, & à iure designatos habeat, ad quos sine totiùs corruptione reduci possit, in totum non annullatur, sicut & aliæ similis dispositiones, quarum suprà meminimus, vt in donatione excedente quingentos solidos, probat. l. sancimus, versic. 1. C. de donat. & §. sin autem eiusdem legis. l. 9. titul. 4. part. 5. de quo egit Anton. Gomez in l. 69. Tauri. numer. 2. respondens huiusmodi ad hoc fundamentum, & benè Ioann. Matienço in l. 7. titul. 10. libr. 5. nouæ Recopil. gloss. 6. numer. 6.

30 Neque etiam obstat Baldi sententia in d. l. quicunque. C. de bon. quæ lib. quia loquitur, vbi deficit rei forma; quia tunc actus corruit in totum, & vtile per inutile vitiatur, vt quia forma substantialis individua sit, vt eleganter considerat Alciat. in l. 1. §. sed si mihi Pamphylum. 1. lectura, verb. *Neque vitiatur.* num. 6. & 2. lectura numer. 9. 10. & 11. de verbor. at vero in nostri casus specie vitiũ non est in forma, sed in materia, ideò vtile per inutile non vitiatur, vt post Butricar. obseruat Alueric. in dict. l. pecuniæ. ff. de vsuris. Quòd enim vitium non sit in forma, sed in materia, certum est, ex eo quòd contractus habet formam emptionis & venditionis; igitur nõ peccat in forma: ergo si in materia, quæ accidens est, reducendus erit.

31 Demum ad argumentum de lege si vnquá C. de reuocand. donat. præter ea, quæ tradit ibi Tiraquel. in verb. *Totum*, & in verb. *Quidquid*, respondetur, quòd respectu donationis factæ extraneo, nulla re liberis relicta, vel etiam quando fit donatio, filijs alijs exclusis, procederet lex illa, non verò quando filio, vel extraneo fit donatio, & aliquid simul liberis relinquitur; quia tunc non reuocatur in totum donatio, sed vsque ad legitimam quantitatem. Ita deducitur ex Bartolo in l. Titia. §. Imperator, delegat. 2. Panormitan. Bald. & Ferrar. quos refert & sequitur Tiraquell. in dicto verb. *Totum*. numer. 6. & in donatione immensa, atque inofficiosa à parente etiam ex consilio facta, vt reuocetur tantùm vsque ad legitimam, fuit hæc receptissima sententia Azonis, Acurs. Iacob. Rayner. Ricard. Cynus, Bald. Paul. & aliorum, quos referens sequitur ipse Tiraquel. in dicto verb. *Totum*. numer. 4. maximè hodie stantibus legibus nostri Regni, ex quibus quæcunque donatio, seu melioratio inofficiosa, vel excessiua, reducitur ad legitimam quantitatem, quam parentes donare poterant; de qua reductione & intellectu ipsarum legum Regni egerunt Couarr. Menchaca, Gregor. Mieres, Molina, Matienço, & Angulo, quos retulimus in l. 26. Tauri: ergo aperte constat, quòd aduersus nostri text. consignatiui reductionem nihil obstat d. l. si vnquam.

32 Quibus omnibus non relatis, neque forsan consideratis, eam census constitutionem ad iustam pretij quantitatem reduxerunt Andr. Gail. lib. 1. obseruat. 5. numer. 10. & obseruat. 7. nume. 13. Francis. Milanens. in decis. Regni Siciliæ decis. 2. à n. 52. lib. 2. & plures referens Roderic. de ann. redditib. lib. 1. q. 7. per totã, & quæst. 8. & 9.

33 Quæ quidem omnia non solùm procedunt emptore consentiente reductioni, sed etiam contradicente & pugnante; quia etiamsi petierit, quòd stetur contractui, vel sibi sors restituatur, volente venditore sortem retinere, & contractum ad legitimam pretij quantitatem reducere, audiẽdus erit; & hoc euidenti ratione suadetur, nempe, quia licèt regulariter emptor possit petere à venditore, vt consentiat contractui, vel pretium sibi restituat, maximè quãdo aliàs non fuisset empturus, vt explicat Tiraq. de retract. lignag. §. 23. gloss. 1. per totam; hoc tamen sibi non liceret in contractibus de sui natura illicitis, atque reprobatis; quia cùm venditore etiam nolente, & millies consentiente approbari nequeant, vt latè resoluit ipse Tiraq. de retract. conuent. in fine, n. 150. & 151. & post Molineum, Ioan. Lup. de vsur. cõment. 2. §. 3. n. 90. vers. *Sed contrarium*, non poterit compelli, vt consentiat, vel fortè restituat; sed contractus, qui in totum annullandus non est, ad legitimam sortis quantitatẽ erit reducendus. Ita deducitur non violenter ex traditis per Tiraq. in d. §. 23. gloss. 1. per totam. De quo videndus est Roderic. libr. 1. de ann. reddit. q. 9. per totam.

34 Ex quo reijcitur distinctio Roderici in d. lib. 1. quæst. 7. num. 8. & num. 21. quam anteà tradiderat Michael Salon. 2. tomo. de iustitia in tract. de censib. art. 3. controu. 11. col. 1335. vsque ad 1337. qui eas contrarias opiniones dicentium, census in totum nullos esse, & existimantium reducendos fore componendas esse eo modo censuerunt; vt si pretium sit parùm excessiuum, non annulletur census; sin verò multum excedat, nullus sit, vsurarius, & illicitus, & non reducendus. Quorum conciliatio mihi vera non videtur, vt quia minimus, seu maximus excessus pretij census non eum iustum, vel iniustum efficiat, sed quilibet excessus, si quidem pretium est indiuiduũ, & legale, nõ admittens latitudinẽ, sed in pũcto indiuisibili cõsistens; ideò quocũq; ex

cessu accedente, ad legitimam quantitatem pretij creationem reduxit lex Regia, quam suprà ponderauimus; is enim excessus minimus, vel maximus in pretio naturali verificatur, non in legali; ideò conciliatio non procedit, & eam reprobat Felician. in 2. tom. de censib. libr. 2. cap. 1. numer. 1. versic. *Sapientissimus Michael Salon.* In secundo verò casu principali census reseruatiui illegitimo pretio constituti, an possit reduci ad statum iustitiæ, verificari potest hæc dubitatio, tam respectu dantis rem in censum, quàm recipientis eam, vt quia censuarius excessiuam promiserit pensionem, vel concedens rem in censum, minimam sibi reseruauerit; & in ea specie quamuis in cap. præcedenti scripsimus competere censuario, & danti rem in censum remedium rescissorium contractus, ex l. 2. C. de rescind. vendit. tamen quia frequenter contingunt minores deceptiones, quàm vltrà dimidiam contingeret sæpissimè dubitari, quò remedio, cùm rescissorium contractus deficiat, vti, qui læsi sunt, debeant; & breuiter dicendum est, reductionis remedium admitti vnica tantùm peculiari, & inconuincibili ratione, nempe quia cùm ex natura, & iustitia huius contractus census reseruatiui fructus debeant esse maiores, vel ad minus correspondentes pensioni, vt dicendum erit in cap. de census creatione super rebus immobilibus fructiferis necessario facienda, & peremtis rebus censualibus in totum, vel in parte extinguatur obligatio soluendi pensionem annuam, vt etiam dicendum erit in cap. an perempta re censuali extinguatur obligatio soluendi censum, meritò dicendum erit, reductionem esse necessariò faciendam ad instar fructuum rei censualis. Quod ad petitionem censuarij, qui in pretio creationis census grauatur, iustissimum est, ad instantiam tamen concedentis rem in censum nulla reductio dabitur, sed si contingeret lesio, vteretur remedio rescissionis contractus, ex his, quæ diximus in capite precedenti.

(?.)

## AN PRETIVM CREATIONIS census in pecunia numerata soluendum sit; vel in alijs rerum speciebus solui sufficiat. Cap. XXXVII.

### SVMMARIVM.

*Pretium census consignatiui, vel reseruatiui, an debeat intercedere in pecunia numerata, vel in alijs rerum speciebus. numer. 1. & per totum.*

*Census reseruatiuus an formetur ex pecunia, seu bonis mobilibus, & semouentibus. numer. 1. & 2.*

*Pretium emptionis consistit in pecunia numerata, & pecunia est forma, atque materia pretij. numer. 4. & intellectus ad l. fin. C. de inoffic. emptio. numer. 15. & quomodò hoc intelligatur, latè discutitur. numer. 21. & benè. num. 13.*

*Oblatius absolutus inducit conditionem, & formam, & intellectus ad Extrauagantes Martini & Calixti. nu. 8. & Latiùs nu. 22. vbi etiam intelligitur proprius motus Reg. & plenus nu. 23. & 24. vbi etiam intelligitur caput Matutini circa supplicationem à proprio motu interpositam; & continuatur discursus vsque ad num. 25.*

*Verba, quæ possunt intelligi naturaliter, & diuiditur, naturaliter sumpta intelligenda nu. eodem. num. 6.*

*Pecunia verbum an in sola pecunia verificetur, vel alias species comprehendat. num. 7. & melius. numer. 26. vbi agitur de intellectu l. pecunia de verbor. significat. & proprij motus, atque Extrauagantium; & benè. numero. 12.*

*Simulatio contractus multipliciter deducitur, & an deducatur, quando loco pecuniæ datur merces. n. 8. & n. 27.*

*Traditur intellectus ad text. in l. 8. titul. 15. lib. 5. nouæ Recop. dum requirit pretium census in pecunia numerata. n. 9. & Latiùs, num. 28. vsq. ad finem, vbi nouiter expenditur, & ponderatur.*

*Intellectus ad l. pretij. 9. C. de rescind. vendit. & ad l. 11. C. de rerum permutat. circa cognitionem, an pretium emptionis consistat in alia specie, quàm pecunia, traditur. nu. 15. 16. & 17. vbi datur intellectus ad l. si pro mutua. C. si certum petat.*

Cessante

*Cessante ratione legum Regni, atque Extrauagantium, quæ de censu meminerunt, cessat earum prohibitio, & intellectus verus ad Extrauagantes, & Proprium motum. numer. 18.*

*Quòd si cum pecunia merces intercedant, an pretium accedere possit in mercibus & pecunia. num. 19. Prosequitur hæc materia, & rationibus contrarijs satisfit. numer. sequentibus.*

## CAPVT XXXVII.

1 IN capitibus præcedentibus actũ fuit de quantitate pretij vtriusque census, tam reseruatiui, quàm consignatiui perpetui, redimibilis, seu ad vitam: vnde in sequentibus agendum est de qualitate ipsius pretij, scilicet an in pecunia numerata præcisse soluendum sit, vel in auro, argento, tritico, vino, oleo, mercancijs, nominibus, seu alijs rerum speciebus mobilibus, vel semouentibus, solui sufficiat. Quæ dubitatio verificari non potest in censu vere reseruatiuo; quod ex sequentibus apertè suadetur. Primò, quia census reseruatiuus certissimum est, quòd non potest constitui, neque creari ex pecunia, auro, argento, tritico, vino, oleo, mercantijs, nominibus, seu alijs rerum mobilium speciebus, sed creandus est ex bonis immobilibus soli de sui natura fructiferis, & perpetuam existentiam habentibus, vt dicendum erit in cap. de natura census reseruatiui, & in cap. ex quibus bonis census reseruatibus formetur; sed sic est, quòd pecunia, atque prædicta bona mobilia de sui natura in fructifera sunt, atque peritura, & non existentia: ergo dari non possunt in censum reseruatiuum, & consequenter in eo censu verificari non poterit nostra hæc dubitatio, cùm pecunia, quæ in pretium datur, cum reseruatione pensionis annuæ dari non possit.

2 Secundò, quando census reseruatiuus verè, & propriè formatur, vt quando res immobilis datur cum reseruatione annuæ pensionis, ita quòd res ipsa immobilis loco pretij succedit, verificari etiam non poterit hæc nostra dubitatio, cùm res immobilis, ex qua census reseruatur, & quæ loco pretij succedit, non sit pecunia, sed res quædam immobilis, impropriè dubitabitur, an in actu reseruandi pensionem, & creandi censum reseruatiuum interuenire debeat pecunia.

3 Tertiò, si bona semouentia, quæ de sui natura fructifera sunt cum reseruatione alicuius annuæ pensionis dentur, vt boues, oues, aut similia, dubitauerunt plures, an iustè pensionis reseruatio fiat; & non esse iustam reseruationem tenuerunt aliqui dicentes, quòd ea bona mobilibus equiparantur quantum ad existentiam, vt deducitur ex l. fundum. ff. de actio. empt. l. dolea. ff. de contrahend. empt. Bald. in l. fundo. ff. de verbor. significa. & in consil. 222. libr. 3. Decius consil. 381. numer. 4. & 472. numer. 5. Ruyn. consil. 32. libr. 2. Paris. consil. 67. numer. 2. & consil. 79. numer. 41. libr. 3. Roland. à Valle consil. 24. numer. 32. vsque ad 34. libr. 3. & similiter è conuerso cùm ea bona semouentia fructifera sint de sui natura, rectè dari posse in censum reseruatiuum, quamuis non sint, immobilia, resoluit Hostiens. in summa tit. de transact. §. in alijs, vers. *Quid de his, qui obest.* Laurent. Rodulph. de vsuris. 2. par. q. 21. num. 35. & post Antonin. in summ. tit. de vsuris. cap. 39. nu. 41. resoluit Ioan. Lup. de vsur. comment. 3. §. 4. num. 97. ergo duplici ratione in bonis semouentibus, quæ aliquando dari possunt in censum reseruatiũ, verificari non potest hæc nostra dubitatio, cùm prædicta bona semouentia non sint pecunia; & consequẽter dubitari non possit, an tanquàm pecunia interuenire debeat in actu creationis census reseruatiui. Ex quibus considerationibus notiter pensitatis, atque ex natura census reseruatiui deductis, euidenter constat, quòd ea dubitatio in censu reseruatiuo contingere nõ potest; contingeret tamen alia consimilis, scilicet an res ipsa, quæ datur in censum reseruatiuum, verè & realiter interuenire debeat, vt quia cùm loco pretij succedat, tanquàm pretium, & fors, cuius occasione, atque respectu pensio reseruatur, interuenire necessariũ sit, & quòd ea res immobilis, quæ loco pretij, atque sortis census reseruatiui succedit, verè & realiter censuario tradenda sit, plusquàm notum, ac certum est, cùm absq; vera traditione ipsius, translationeq; dominij in censuarium, neq; census formetur, neq; vlla cõtra censuarium obligatio nascatur, vt constat ex cap. cõstitutus, de relig. domib. cum his, quæ latè diximus in cap. de natura & iustitia census reseruatiui.

4 Vnde cùm hæc nostra dubitatio propriè, ac verè verificetur, atq; contingere possit in censu consignatiuo, ab origine repetendum est, atque inuestigandum, an pretium eius cẽsus præcisse debeat interuenire in pecunia numerata, vel sufficiat, si in alijs rerum speciebus interueniat; & quòd in pecunia numerata soluendum sit, ex sequentibus constat.

5 Primò ex ipsa natura contractus censualis, in quo veram emptionem iuris percipiendi pensionem annuam formari, certum est: ergo si emptio & venditio formatur, necessario fateri debemus, quòd pretium deber solui in pecunia numerata, cùm pretium sit de substantia emptionis & venditionis, & pecunia sit forma, atque materia pretij, vt post longam disputationem Sabinij & Casij contra Neruam & Proculum resoluit Paul. Iurisconsultus in l. 1. ff. de contrah. empt. & sentit Vlpian. in l. 2. eod. tit. ibi: *Non autem pretij numeratio*, & facit l. pacta conuenta eod. titul. l. emptorem. C. de rerum permut. l. empti fides. C. de contrah. empt. Ex quo Bald. in l. 1. colum. 2. C. de rerum permut. versic. *Reuertantur*, eleganter resoluit, quòd pecunia est forma, & materia pretij, & quòd ipsum pretium propriè refertur ad pecuniam numeratam, vt ipse Bald. repetit consil. 98. colum. 2. libr. 1. Quod quidem consilium reperio in lib. 5. consil. 383. vbi tenet hanc sententiam per text. in l. fin. C. de præd. curriculorum libr. 10. & inde ipse Bald. in l. si domus. §. fin. delegat. 1. scripsit, quòd cùm lex fin. C. de iure emphyt. de pretio meminerit, non habebit locum, si pro re emphyteotica non daretur pecunia, quasi pretium pecuniã, & non aliam speciem præsupponat. Inde etiã, licèt summariè, aduertit Pinel. in rubric. C. de rescind. vend. 2. p. c. 1. nu. 1. quod pretium consistit in pecunia numerata: ergo si in censu formatur emptio & venditio, & pretium est de substãtia emptionis, atque pecunia forma, & materia pretij, in pecunia numerata pretium huius census interuenire debere constat.

6 Secundò, & fortiter hæc sententia probatur ex Extrauaganti prima Martini de empt. & vendit. ibi: *Tunc integraliter in pecunia numerata solui conuenerant*, & ex Extrauaganti 2. Calixti eodem tit. ibi: *Certum competens pretium numerata pecunia*, & ex Proprio motu Pij V. super forma creandi census, ibi: *Rursum nisi pecunia numerata*: quorum Pontificum verba formalia sunt, quia cùm per Ablatiuum absolutum proferantur, conditionem inducerent. l. à testatore. 108. ff. de condit. & demonstrat. & dicit communem Bartol. in l. 1. numer. 34. ff. solut. matrim. vbi Iaff. lectura 2. numer. 13. Alciat. 17. Ripa. 31. Orozc. in l. ab emptione numer. 8. ff. de pactis, & iterum Alciat. in l. quærebatur. ff. de verbor. & consequenter formam important, ex Baldo in authent. matri. & auiæ. C. quando mulier officio tutelæ, dequo per Tiraquel. de retract. conuent. §. 2. gloss. vnica. numer. 3. ex quo ea conditio formalis numerandi pretium, quam Pontifices induxerunt, atq; naturaliter adimpleri desiderauerunt, per æquipollens non adimpletur, deficiente naturali pecunia, vt sunt vulgaria iuris præcepta, de quibus agit latè Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 21. fere per totam; sed præcisè verè, atque propriè per naturalem numerationem pecuniæ verificanda, & adimplenda est; quia verba, quæ naturaliter & ciuiliter possunt accipi, debent potiùs naturaliter, quàm ciuiliter intelligi, vt ex l. fin. C. de his qui veniam ætatis, resoluit Tiraquel. plures referens in l. si vnquam. C. de reuocandis donat. verbor. *Susceperit liberos*, numer. 17.

7 Tertiò Pontifices indictis Extrauagantibus, & Proprio motu, non simpliciter desiderauerunt pecuniam, vt inde posset deduci, sub eius appellatione quamlibet aliam rem, seu speciem contineri, ex regula legis pecuniæ. ff. de verbor. signific. sed calificatiui scilicet pecuniam numeratam requirant, quo casu qualitatem debere verificari in specifica forma, & naturalem numerationem interuenire debere, atque verbum pecuniæ egredi non posse ex stricta pecuniæ numeratæ significatione, deducitur ex l. si ventri in fine. ff. de peculeg. credit. ex quo illud notat Rebuf. in dicta l. pecunia, imò etiamsi Pontifices in dictis Extrauagantibus, atque Proprio motu simpliciter de pecunia meminissent absque vlla numerationis expressione nãturalem interuenire voluisse constat, cùm in statutis, & alijs dispositionibus verbum. *Pecunia*, simpliciter pro lato de numerata sit accipiendum, ex Bald. Socin. & Purpurat. in l. 2. §. fin. ff. si cert. petat. Bart. in l. talis scriptura delegat. 1. per text. in l. 1. ff. ad Macedonianum, & tradit Roman. singulari 207.

8 Quartò inter plures simulationis coniecturas, quas eleganter congessit Ioseph. Ludou. in communib. opin. titul. de simular. contract. concl. 1. per totam, maximè in vers. *Sunt tamen multæ coniecturæ*, & remissiuè plures referens Aluar. Vaez de iur. emphyt. q. 7. numer. 7. ad finem; & ea designatur, vt quando emptor loco pecuniæ dedit venditori vestes aureas, vel sericas, aut similia bona, præsumatur contractus simulatus; quam coniecturam fortem esse dixit Tiber. Decian. consil. 105. nu. 18. & sequenti lib. 2. Ioseph. Ludouic. in dicta concl. 1. vers. *Decima octaua coniectura est*: ergo à fortiori idem dicendum est in contractu censuali, qui suspectus nimis est, vt passim ex hoc opere constat.

Quintò,

9 Quintò & vrgenter hanc sententiã probat text. expressus in l. 8. tit. 15. lib. 5. nou. Recop. quæ quidem lex loquens de creatione cẽsus consignatiui, subdit. *Y que el dinero capital, y suerte principal con que se huuiere de comprar, y comprare el dicho censo no se pueda dar todo, ni parte alguna del en plata labrada, ni en oro labrado, ni en rapizes, ni en otras alhajas, ni joyas estimadas sino que todo el oro de la dicha suerte principal se ha de pagar, y se pague, y se cuente al principio todo el dinero de cõtado, sin anteuenir otra cosa, q̃ no sea dinero de cõtado ni estimaciõ alguna dello:* quæ quidẽ lex expresse decidit, quòd pretiũ debet interuenire in pecunia numerata, & nõ in alijs rerum speciebus.

10 Sextò hanc sententiam probat nominatim Rebuf. in 2. tom. ad constit. Gallicas in tract. de constit. reddit. art. 1. gloss. 5. & post Albornoz & Rebuf. Felician. lib. 1. de censib. c. 4. n. 10. vbi in versic. *Ex quo subinde infertur*, subdit hæc verba: *Et apud nos in supremo Regio Consilio quotidie rescinduntur tales contractus*; impropriè tamen, cùm si essent vsurarij, non rescinderẽtur, sed omnino nulli essent; & denique illud pro sequitur vsque ad num. 12. & iterum id ipsum resolut lib. 1. cap. 8. num. 12. ad finẽ, vbi statim num. 13. post Carrança, Pizarro, & Michael. de Palac. idem denique verissimum existimat. Idem prosequitur Felician. lib. 2. de censibus cap. 5. num. 17. versic. *Secundò census non potest creari*, fol. 184. col. 4. vbi plurimos refert.

11 Septimò, & nouiter in confirmationem huius partis facit præcedens consideratio; certum enim est, quòd pretium census consignatiui redimibilis, seu ad vitam, indiuiduũ esse debet ad rationẽ quatuordecim pro vno; ergo debet interuenire in ea specie, quæ valorem habet indiuiduum, vt pecunia, & non in alijs rerum speciebus, quæ non legale, sed naturale pretium habent; maximè quia cùm pẽsio pecuniaria sit sors, etiam in pecunia debet præstari, vt detur æqualis correspõdentia de pensione ad sortem non solùm in quantitate, sed in qualitate: ex quo iustificantur leges reducentes census frumentarios ad pecuniam, vt infrà suo loco dicemus: ergo in pecunia pretium debet interuenire.

12 Octauò diximus in capit. de censu creando ex pretio rei immobilis venditæ, quòd non potest creari ad rationem quatuordecim pro vno, sed longè maiori pretio; quòd in eo potissimum fundatur, quia cùm pensio pecuniaria indiuidua sit pretium, etiam pro quo census formatur, indiuiduum debet esse: cùm igitur res ipsa, quæ pro pretio datur, indiuiduum valorem non contineat, sed naturalem, cum latitudine ad rationẽ quatuordecim, pro eius pretio census non formatur, sed longe maiori formandus est.

13 Sed his omnibus, quæ fortissima videntur, nihil obstantibus, contrariam sententiam, scilicet quòd pretium creationis census interuenire possit in alia specie, quàm in pecunia numerata, dummodo iustitia in eo non deficiat, ex sequentibus veriorem esse constat.

Primò, ex latissima significatione verbi, *Pecunia*, quod omnes res & species comprehẽdit. l. pecunia de verbor. signific. l. penult. C. de constit. pecun. l. quæro. ff. de iure dote. ca. totum. 1. quæst. 3. vbi quidquid habet homo in terra, pecunia dicitur, cap. quidquid. 1. q. 1. cap. sunt nulli, ead. quæst. imò & appellatione pecuniæ venit totum patrimonium. l. cogi in princip. & ibi Bartol. ff. ad Trebelian. Bart. in l. talis scriptura delegat. 1. & inde dixit D. Augustin. in libr. de doctrina Christiana, quòd quidquid homines in terri possident, quorũcunque sunt domini, siue ea sint serui, siue vasa, agri, arbores, pecudes, aut quidquid his simile, id omne pro pecunia habebatur, vt in c. totum. 1. q. 3. Bart. in l. 1. §. an potest. ff. de constitut. pecun. & in l. quisquis ff. delegat. 3. ergo quamuis Pontifices, seu leges de pecunia meminissent, merces in locum pecuniæ succedere poterunt, dummodò dentur legitimè extimatę, cùm accedente legitimo pretio tãtùdem venditor census consequatur.

14 Secundò, & fortiter suadetur hæc sententia; quia pretium largo modo sumptum, imò propriè acceptum, significat omne illud, quod pro redatur, licèt non consistat in pecunia numerata, vt deducitur ex l. seruorum. §. 1. ff. de statu hominum. l. si quemquam post princip. C. de Episcop. & cleric. Ergo & loco pretij succederent merces legitimo pretio extimatæ, cùm functionem recipiant in suo genere, sicut pecunia. l. 2. §. 1. ff. si cert. petat. & in eis eadem ratio versatur, quæ in pecunia: ergo idem ius, ex l. fin. C. ad l. Falcid. nõ quidẽ diuersum, ex l. à Titio. ff. de verbor. omnes enim res, quæ pondere, numero, & mensurâ consistunt, sub verbo *Pecunia*, non impropriè continẽtur. l. 2. §. creditum. ff. si cert. petat. vbi gloss. verb. *Pecuniâ*. l. talis scriptura in principio delegat. l. 1. in princ. iuncta l. fin. de calũniatoribus, facit etiam text. in. l. sed Iulianus. §. mutui. ff. ad Macedonianum, & inde Aristot. libr. 4. Ethyc. appellat pecunias res omnes, quarum extimatio ponderatur numo; quod eleganter cõprobat Boer. in consuetud. Buturicen. lib. §. 1. gloss. 1. col. 4. versic. *Quid si permutans*, Cassan. in consuet. Burg. ritul. 1. verb. *Lepris*, col. 1. versic. *Quæro quid veniat*,

vbi tenet, quòd nomine pretij continetur quidquid datur venditori, etiam si non sit pecunia: ergo si pretium in omnibus rerum speciebus præter pecuniam consistere possit pro eisdem rebus, accedente iustitia pretij rectè census creabitur.

15 Tertiò pro hac sententia pondero text. in l. pretij 9. C. de rescind. vendit. dum subdit; *Pretij causa non pecunia numerata, sed pro ea pecoribus in solutum consentienti dari is contractus nõ constituitur vitiosus*, vbi euidenter probatur, quòd emptio & venditio consistere potest in re extimata, sicut in pecunia. Qui quidem text. quamuis ab aliquibus intelligatur, quando à principio fuit conuentum de pretio in pecunia numerata soluendo, & postea in solutum loco pecuniæ data fuit res extimata, vt ibi explicant Acurs. verb. consentienti, Oddofred. Belapertica, Cyn. Faber, Bald. Angel. & Salicet. & post Sarmient. lib. 7. Select. cap. 1. num. 23. & 39. Felician. de censib. lib. 1. cap. 4. num. 11. versic. *Neque obstat*: tamen negari non potest, quin probet, quòd pretium, quòd aliàs in pecunia numerata soluendum erat, consentiente parte, in pecoribus solui possit; & ideò ad nostram sententiam propriè adducitur, licèt Feliciano contrarium videatur.

16 Quartò, pro hac sententia facit põderatio, quàm fuerunt Scribentes de text. in l. 1. C. de rerum permut. ibi, *Licèt non taxata quantitate* dum præsupponit, quòd taxata à principio quantitate, emptio, & venditio consistit, licèt non accedat pecunia numerata. Quam ponderationem post Acurs. ibi verb. *Taxata*, Bart. Bald. Fulgos. aduertunt Alciat. num. 23. Ripa 26. in l. 1. ff. si cert. petat. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 14. num. 19. Castan. in consuetud. Burgund. fol. mihi 333. nu. 3. Et quamuis Felician. de censib. lib. 1. cap. 4. num. 11. prope finem existimet, quòd id colligitur ab ea lege per argumentum à contrario sensu, quod est non maximi ponderis, decisiua quidem sunt verba illa, *Licèt non taxata quantitate*, vt post alios aduertit ibi Paul. Castrens. Molinæus in consuetud. Paris. §. 13. gloss. 5. numer. 47. ergo licèt pretium creationis census non accedat in pecunia numerata; si tamen in mercibus iustissimo pretio taxatis interueniat, rectè creabitur.

17 Quinto hæc nostra sententia comprobatur ex l. si pro mutua, C. de rebus creditis, & si cert. petat. vbi cõstituitur, quòd si pro mutua pecunia, quam à creditore postulabas, quasc ũ que rerum species: vtriusque consensu legitimè extimatas accepisti, vt ex eisdem pecuniã redigeres, & haberes eam, tanquàm numeratam, teneris ad sortem, & vsuras promissas, ac si pro vero & legitimo pretio in pecunia numerata constituto promissæ fuissent, & deberentur. Qui text. expressus est pro decisione huius nostræ partes accedãt, text. in l. oleo 23. & in l. pro auro 25. C. de vsuris, à quibus idem nominatim respondetur: ergo nihil interest, an pretium in pecunia numerata præstetur, vel in alijs rerum speciebus interueniat, dummodò iustum, & legimum accedat, & inde possint vsuræ prouenire.

18 Sexto facit vrgenter, quia si conderentur tãquàm Pontificum Extrauagantes, quã leges Regni, & demum Pij V. constitutio, quæ de iustitia creationis census meminerunt, omnes principaliter respiciunt iustitiam pretij, & æquiualentiam sortis, ad pensionem, vt & congruentes redditus nascantur, & inter contrahentes seruetur æqualitas iustitiæ commutatiuæ, venditorique census ex iniustitia pretij nullum præiudicium irrogetur; quare si accedente iustissimo pretio non in pecunia numerata, sed in alijs rerum speciebus, ex quã bus eadem vtilitas, & commoditas, idemque effectus sequatur, non solùm venditor non grauatur, sed pretium legitimum recipit, non ideò census annullabitur, quòd qualitas numerationis pecuniæ non accedat, cùm eo casu cesset ratio primæua, ac finalis, qua Pontifices moti fuerunt ad exigendam pecuniæ numerationem, scilicet pretij in certitudo, & iniustitia, quam odio habuerunt, emptorisque fraus, & auaritia, quam etiam summouere voluerunt; venditorisq; præiudiciũ, quod excludere desiderauerunt; ideò cessare debet effectus, atque Hispaniarum constitutionum prohibitio, ex vulgata regula, capit. cùm cessante de appellat. & magis in speciæ deducitur ex l. 1. vbi Bald. C. si rector prouinciæ. cap. & si Christus, vbi omnes de iure iurand. cap. non debet, versic. *Cùm ergo prohibitiones*, de consanguinit. & affinit. & latè id cõ probat Tiraquel. de cessante causa. 1. part. numer. 215. vbi numer. 206. post Bald. consil. 54. lib. 2. hoc adeò procedere existimat, vt propter cessationem causæ prohibitionis expressè videatur inducta permissiuè dispositio, quod anteà benè probauerat in dicto tract. 1. part. numer. 53. resoluens cessare constitutionem, cessante ratione eius q̃ procedit in foro conscientiæ, vt ita cessante ratione Extrauagantiũ, emptores similiũ censuũ, qui licèt nõ in pecunia numerata, in alijs tñ rerũ speciebus iustũ, & integrum pretium, sortem scilicet census venditoribus dederunt, in conscientia tutissimi sint, vt in simili casu aduertit Franc. Curt. Iun. consil. 12. *Videtur*. 1. considerat. colum. 3. versic. *Sed quòd fortiùs*, dicens per text. notandum

dum in cap. quoniam cõtra falsum deprobat. vbi Panormit. col. 4. quòd quando constitutio aliquid disponit, non principaliter propterse, sed propter aliquem finem, non obligat transgressores ad pœnam, si finis, ad quem principaliter tendit, non violatur; cuius dictum ad literam referens, summè laudat Tiraquell. de cessante causa. 1. p. num. 18. ergo si incertitudo, & iniustitia pretij, atque fraudis præsumptio cessat, quando traditur venditori integra sors in rebus extimatis, cessabit etiam iuris prohibitio, atque stricta significatio verbi, *Pecuniæ*, & census creatio pro legitimo pretio facta, nulla habita consideratione ad numerationem pecuniæ sustinebitur.

19 Septimò pro hac sententia facit capit. 2. in Curijs Matriti promulgatum anno 1583. in quo ad instantiam procuratorum Regni petentium declarationem Propij motus Pij V. his verbis respondetur, *A esso vos respondemos, que el Propio motu que dezis, no está recebido, antes se ha suplicado del por el fiscal del nuestro Cõsejo*: ergo per supplicationem ab eo proprio motu legitimè interpositam suspensam esse solennitatem illam numerationis pecuniæ, quam ipse proprius motus requirebat, apertè cõstat.

20 Octauò in confirmationem huius nostræ receptissimæ sententiæ, si in hac censuali materia ad iustitiam creationis census potiùs cõsideratur quantitas pretij, quàm eius qualitas magisque attenditur veritas receptionis sortis, quàm vt recipiatur in pecunia numerata, principaliterq; agitur de summouendis fraudibus circa receptionem veri, & integrè pretij contingentibus, quomodò iustitia pretij, & eius integra receptio faciliùs fraudari poterit quàm ex numeratione pecuniæ? nonne in pecunia, vt contingere solet, simulatè, & fictè numerari potest, vt statim emptori restituatur? ergo si à numeratione pecuniæ non pendet iustitia census, sed à iusta pretij quantitate, & iustissimum pretium interueniat in pecunia, vel in alia specie, quis dicere poterit, quòd qualitas illa numerationis non essentialis, & non veritas, atque substantia receptionis veri & integri pretij attendatur? Rursus iustitia pensionis pendet ne à numeratione sortis? an verò iustitia eius consistit ne in qualitate pecuniæ, an verò in eius substantia? est ne numeratio pecuniæ fructifera? an verò quantitas pretij? ergo numeratio sola non attenditur, sed veritas receptionis sortis consideratur. Ex quo datur nouus, & verus intellectus ad proprium motum Pij V. super forma creandi census, ibi, *integro, iustoque pretio*, vt principaliter respiciat integritatem, & iustitiam pretij, non verò qualitatem eius.

Demum hanc partem vrgenter probant ea omnia, quæ dicenda erunt in capitibus sequentibus, in quibus pro legitimo debito ex mercenijs, seu alijs rerum speciebus contracto, vel ex auro, seu argento ex transactione, ex datione in solutum, ex similique causa, aut sorte, census creari posse constabit.

21 Nonò, hanc sententiam, licèt non his fundamentis munitam tenent nouissimè Salaçar de vsu & cõsuetudine cap. 8. num. 45. versic. *Sed non parum*, Nauarr. in comment. de vsuris num. 105. dicens, quòd de iure naturali & diuino potest iustè creari census, soluto eius pretio in alia re, quàm in pecunia numerata; dummodò res illa fuisset venditori æqui vtilis, aut vtilior, quàm ipsa numerata pecunia. Idem etiam tenet frater Ludouic. Lop. in instruct. negotiat. libr. 1. cap. 59. versic. *Adhæc*, vbi existimat, quòd stando iuri naturali, considerando nempe naturam contractus, id rationi, atque iustitiæ non repugnat. Idem etiam in effectu consuluit Nauarr. consil. 1. sub. tit. de empt. & vendit. & alij per Roderic. libr. 1. quæst. 13. num. 11. in fin. vers. *Eo eandem* & nu. 3. in fine.

22 Qua sententia firmiter retenta, non obstat fundamenta in contrarium adducta, quibus facilè ex sequentibus respondetur; & ad primum fundamentum contrarium dicendum est, quòd licèt verum sit, pretium emptionis & venditionis regulariter interuenire debere in pecunia numerata, largo tamen modo imò & propriè dici potest pretium, quidquid datur, licèt non sit in pecunia, vt diximus in tertio fundamento huius nostræ verissimæ sententiæ, & aduertit Andreas Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. nume. 41. & 42. Ex quo si quælibet res daretur extimata in pretium, vera emptio & venditio formaretur, vt resoluit Paul. in l. 1. ff. de rerum permutat. quem sequitur Alciat. in l. 2. nu. 23. ff. si cert. petat. Decius consil. 160. col. 1. ad finem. Ripa in d. l. 2. num. 26. ff. si cert. petat. Molinæus in consuet. Paris. glos. 5. num. 47. Bolognin. consil. 25. col. 3. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. n. 19. quia regulariter extimatio facit emptionẽ l. 1. §. extimatarum, & §. extimatas. C. de rei vxor. actio. l. plerunque. §. si anteà de iure dot. & late tradit Tiraquell. in dicta glos. 14. num. 20. vbi in sequentibus numeris id exemplificat. Quod à fortiori procederet, quãdo à principio fuit conuentum de pretio in pecunia numerata soluendo, & posteà data fuit res immobilis, seu mobilis extimata loco pecuniæ; quia vera emptio, & venditio eo casu formaretur; inspicitur enim tunc conuentio in pecunia, nó solutio in rebus, quę loco pecuniæ succesſerunt,

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

ferunt, vt benè post Loriotum aduertit Pinel. in 2. part. rubr. C. de rescind. vendit. cap. 3. numer. 16. versic. *Neque obstat.* Cuius Pineli sententia dum improbat priorem opinionẽ Paul. Castrens. in dicta l. 1. de rerũ permut. tenenda non est, sed communis sequenda, quamuis ea communis maiori ratione procedat in casu, quem Pinelus considerauit; vtroque enim quando à principio, vel ex post facto res extimata datur loco pecuniæ, non videtur res ipsa dari, sed pretiũ, & extimatio pro sorte census, sicut quando tibi domum, vel fundum pro legitimo pretio vendidi, & confestim pro eodẽ pretio censum mihi vendidisti; quia licèt eo casu in pecunia pretium non interueniat, vera emptio & venditio contrahitur, vt scripsimus in cap. de censu reseruatiuo: ergo nihil obstabit dicere, quòd cùm emptio & venditio formetur, in censu pretium debet interuenire cùm pecunia numerata, cùm etiam extra pecuniam pretio accedente vera emptio & vẽditio formetur.

23 Secundò minus obstat secundum fundamẽtum contrarium de constitutionibus Proprij motus Pij V. atque Extrauagantium Martini & Calixti, dum meminerunt de pecunia numerata; neque sententia dicentium, quôd verba earum constitutionum formalia sunt, & quòd ideò naturaliter in pecunia numerata, & non ciuiliter sunt verificanda; quia illud fortissimum fundamentum ex sequentibus facile excluditur. Et primò ad Proprium motum Pij V. respondet vulgus Hispanum, vt diximus in septimo fundamento contrariæ opinionis, quòd ab eo fuit supplicatum, atq; ideò in Hispania nunquam receptum, vt nominatim probatur in Curijs Matriti capit. 2. cuius meminimus in dicto septimo fundamento, dum dicit; *A esso vos respondemos, que el Propio motu que dezis, no está recebido, antes se ha suplicado del por el Fiscal del nuestro Consejo:* hæc tamen vulgaris Hispaniæ satisfactio fortiter impugnatur ex eo, quia si diligenter considerentur verba dicti capitis Matriti, non probant, à constitutione Proprij motus fuisse supplicatum, dum numeratam pecuniam requirit, sed in eo tantùm, quòd exigit fieri debere numerationem in actu celebrationis instrumenti coram testibus ac notario, reprobans, vt omnes dicunt, anticipatam, quasi sentiunt Procuratoris Regni per obseruãtiam qualitatis numerationis pecuniæ in actu celebrationis instrumenti totius Hispaniæ cõmertium restringi, & offendi; ergo si à numeratione pretij suplicatum non fuit, sed à qualitate illa, vt scilicet tempore, quo census creatur, pecunia numeretur, non benè respondet vulgus Hispanum, quòd ab eo Proprio motu supplicatum est. Quæ quidem consideratio non violenter deducitur ex verbis dictis capitis Matriti ibi, *En dinero de presente ante de escriuano y testigos de la escritura,* post quæ quidem verba sequitur responsio dicens; *A esso vos respondemos, que el Propio motu que dezis, no está recebido, antes se ha suplicado del por el Fiscal de nuestro Consejo:* ergo à qualitate numerandi pecuniam in actu celebrationis instrumenti supplicatio fuit interposita, & non à substãtia numerandi pretium in pecunia; & consequenter non benè ad eum Proprium motum respondet vulgus Hispanum.

24 Secundò respondetur ad eundem Propriũ motum, quòd quamuis fateremur, supplicationem à Fisco interpositam ad vtrumque casum extendi, scilicet ad actum numerandi pretium in pecunia, & ad qualitatem numerationis, scilicet, vt fiat tempore, quo census creatus fuit; ea tamen suplicatio nihil obstaret, quominus pretium in pecunia numerata non solueretur; quia si à Proprio motum supplicatum fuit, Extrauagantes Martini & Calixti, à quibus supplicatum non erat, adhuc vigebant, quæ numeratam pecuniam formaliter requirere videntur; qua ratione non efficaciter respondet vulgus Hispanum.

25 Adhuc tamen non obstante ea fortissima, atque noua obiectione, ad responsionem, quã Hispani dederunt ad caput secundum Matriti, eorum responsio, vt scilicet à Proprio motu in totum supplicatum sit, verissima est, & à verbis eiusdem capitis apertè deducitur; verba enim dicti capitis non ad vnam qualitatem, aut specialem decisionem proprij motus, sed ad omnem eius contexturam, atque formã referuntur; dicit enim, *Hize publicar vn Propio motu,* & statim, *Y sobre la guarda y obseruancia del Propio motu,* & iterum. *Vuestra Magestad sea seruido de declarar, si se ha de guardar en estos Reynos el dicho Propio motu, ô si está suplicado del, ô no.* Ex quibus verbis apertè constat, supplicationem fuisse interpositam non tantùm à qualitate numerandi pecuniam in actu celebrationis instrumenti, sed etiã à tota eius proprij motus constitutione, & consequenter à substantia soluendi pretium in pecunia: neque verba præcedentia petitionis ibi; *Hize publicar vn Propio motu, que trata, de que los censos se impongan ê situen en dinero de presente ante el escriuano y testigos de la escritura,* restringũt supplicationem, aut responsionem, vt tantùm ad numerationem pecuniæ in actu celebrationis contractus referantur, sed generalia sunt, totumque proprium motum comprehendũt, vt scilicet omnia in eo contenta sub ea suppli-

catione

cātione cōprehendantur, vt denotāt verba eiusdem ibi, *En el qual aßi misмo se contienen otras muchas cosas tocātes à la materia de censos*, & sic ab omnibus in eo contentis supplicationem fuisse interpositam constat: ergo vulgus Hispanum rectè respondet, ab eo proprio motu supplicatum esse.

26 Quo retento non obstabit dicere, vt suprà nouiter considerauimus, quòd quamuis à proprio motu supplicatum sit, ab Extrauagantibus Martini & Calixti, quæ verā enumerationem pecuniæ requirunt, non supplicatur; quia ad eam considerationem nouiter respondetur, quòd Martinus V. dum dicit, *Tunc integraliter in pecunia numerata solui consueuerant*; & Calixtus III. dum dicit, *Certum competens pretium numerata pecunia*, nihil decidunt respectu qualitatis numerationis pecuniæ, sed tantū referunt verba dubitationis, quæ apud ipsos proposita fuit circa iustitiam eorum cōtractuum; vnde quamuis præmissa ea relatione decreuerint contractus consuales iustissimos esse, vt decidunt ibi; *Nos igitur*, non tamē ex eo iustitiam deduxerunt; quòd pretium in pecunia consueuerit numerari, sed qua accedente legitimo pretio in pecunia, vel in alia specie, in eisdem contractibus emptio & venditio vera formabatur; ideò qualitas numerationis pecuniæ à Pontificibus relata, & quasi enunciatiuè in eisdem Extrauagantibus contenta accessoriæ fuit, non formalis, & consequenter non præcisè in pecunia pretium interuenire debet; sed cùm integrum, verum, & legitimum accedat, in quacunque specie nō corrumperetur emptio & venditio, ex defectu naturalis numerationis pecuniæ, quasi pretiū quòd regulariter in pecunia solui, cōsuetum est; vt Martinus & Calixtus præsupponunt, in alijs rerum speciebus interuenire posit; & hic est verisimus intellectus ad prædictas Extrauagantes. Quarum intellectus, atque proprij motus ex infrà dicēndis euidentissimè comprobatur, dum euidenter probatur, quòd qualitas illa numerationis pecuniæ non exprimitur à iure in creatione contractus cēsualis per modum formæ, atque causæ finalis, sed simplicis demonstrationis, & ex accidenti, vt quia forma emptionis sit pretium, & qualitas pecuniæ accidens tantùm. Hinc etiam respondetur ad ea, quibus Extrauagantes, atque proprium motum fortificauimus, vt verū non sit, in eisdem cōstitutionibus formaliter requiri pecuniam numeratam, sed traditionem veri, atque integri pretij, vt suprà diximus.

27 Tertiò minus obstat dicere, quòd Pontifices in dicto proprio motu, atque Extrauagantibus nō simpliciter requirunt pecuniam, sed qualificatè pecuniam numeratam; & quòd ideò, licèt verbum, *Pecunia*, alias comprehendat species, non tamen extenditur ad eas, quā do qualificatè profertur; quia facilè respondetur negando, quòd proprius motus, & Extrauagantes qualificatè, aut formaliter requirāt pecuniam scilicet numeratam; quia longè verius est enuntiatiuè, accessoriè, atque minus principaliter qualitatem illam numerationis requirere, vt benè suprà dictū est, & ad text. in l. si ventri. 9. de priuileg. credit. in fine, dum dicit, *Numerata sit*, & statim, *Numerata est*, ex quo Rebuf. in l. pecuniæ de verbor. signific. restringit verbum, *Numerata pecunia*, ad naturalem numerationem, nouiter, & verè respondetur, quòd ibi Vlpian. non dubitat, neque decidit, an verbum, *Numerata pecunia*, strictè sit accipiendum in naturali numeratione, sed ideò dixit; *Numerata sit*, & statim. *Numerata est*, quia verè & actualiter fuit numerata: vnde ex ea lege non benè argumētatur, neq; Bald. Socin. & Purpurat. in l. 2. §. fin. ff. si cert. petat. quid quam obstant, dum verbum pecuniæ strictè intelligunt in pecunia numerata, quia regulariter verum est, vel quando formaliter refertur ab statuto, & etiam eo casu forma adimpleretur, si pretium, quod in pecunia deberet interuenire, in alijs rerum speciebus integrum, verum, & legitimum interueniat, cùm forma, atque finis eius adimpleatur, vt ex his, quæ suprà diximus in fundamento nostræ opinionis, satis constat.

Quartò nihil obstabunt coniecturæ simulationis, quæ deducuntur ex traditione pretij in alia specie, quàm pecunia, quia procedere possent, quotiescunque non verè, & realiter constat, integrum, & legitimum pretium interuenisse; quo casu cum ex natura contractus censualis suspicio quædam nascantur, mirum non est, si coniecturæ simul nascantur simulationis & iniustitiæ: sin verò euidenter constet, integrum & legitimum pretium in census creatione interuenisse, licèt non in pecunia, in alijs tamen rerum speciebus, omnis simulatio cessabit, cùm veritas simulationem excludat; atque consequenter quartum argumentum non procederet.

28 Quintò ad fortem obiectionem deductam à l. 8. tit. 15. lib. 5. nouæ Recop. quæ verbis expressis requirit traditionem pretij census in pecunia numerata esse faciendam, cui nunquam responsum datum fuit, facilè respondetur ex sequentibus. Primò, quòd text. ille loquitur in censu consignatiuo ad vitam, vt ex eo clarè constat, ibi, *Censos de por vida*, in quibus ob rigorem contractus iustum videbatur, quòd

quòd necessaria sit numeratio pecuniæ. Qui intellectus ex eo confirmatur, quia in l. 10. eiusdem tituli, quæ loquitur in censu simpliciter consignatiuo redimibili contrarium deciditur, dum lex illa 10. probat, quòd à Proprio motu Pij V. qui requirit pretium in pecunia numerata, supplicatum fuisse; quod quidem idem est, ac si diceret, quòd in censu simpliciter consignatiuo redimibili non requiritur, quod pretium interueniat in pecunia numerata: ergo vt prædictæ duæ leges 8. & 10. eiusdem tituli concilientur, dicendum est, quód 8. intelligatur in censu consignatiuo ad vitam, in quo loquitur, & 10. in simpliciter consignatiuo redimibili, vt ita euitetur legum correctio, quæ inducenda non est, maximè inter leges eiusdem tituli. Sed hic intellectus ad l. 8. sustineri non potest, quia præsupponit, quòd census consignatiuus ad vitam iniustior est simpliciter consignatiuo redimibili; & quòd ideò in eius creatione requiritur naturalis numeratio pecuniæ, quod dicendum, neque fatendum est; imò potiús securè tenendum, quòd census consignatiuus ad vitam lõgè iustior est simpliciter consignatiuo redimibili propter incertitudinem vitæ, ex qua præter naturam emptionis, & venditionis, quæ cẽsum in genere iustificat, is contractus iustificatur, vt latè diximus in cap. de natura census consignatiui ad vitam, & in cap. an in certitudo vitæ possit aliquo modo assecurari.

29 Vnde secundus intellectus ad text. in l. 8. is potest assignari, vt lex illa corrigatur per 10. sequentem, dum in 8. requiritur pecunia numerata, & in 10. deciditur, supplicatum fuisse à proprio motu, qui eam requirebat: qui intellectus non solùm violentus non est, sed veritati summè conueniens; si enim in d. l. 10. in effectu & substantia contrarium eius, quod anteà in dicta l. 8. constitutum fuit, decisum est, quis negabit, eam legem 10. correctoriã esse? ergo si dicta l. 8. correcta fuit, nihil contra nostram sententiam obstabit. Qui intellectus, licèt durus sit, in se tamen verus est.

30 Ego tamen nouiter, & eleganter considerabam, quòd dicta l. 8. dum requirit pretium in pecunia numerata, & non in argento, auro, vel in alijs rerum speciebus extimatis, debet intelligi, quando pretium traditur in auro, vel argento extimato, non ex solo pondere, sed simul ex artificis labore, vt constat ibi: *En plata labrada, ni en oro labrado*, quo casu cùm artificium simul cum pondere extimetur, pretium indiuiduum esse non potest: sin verò pro auro, vel argento extimato ex pondere tantùm census constituatur, rectè constitutus diceretur, ex verbis eiusdem legis, & ex his, quæ latè dicenda erunt in capitibus sequentibus de censu creando ex auro, vel argento. Sed is intellectus, & noua consideratio, quamuis in cẽsu ex auro, vel argento creato iustè procedat, in alijs autem rerum speciebus extimatis procedere non videtur, sed ex his censum creari non posse, lex ipsa 8. vetat ibi: *Ni en tapizes, ni en otras alhajas, ni joyas estimadas*: ergo ad eam legem alia consideratio quærenda est.

31 Iterum etiam ad eam l. 8. & ad proprium motum Pij V. atque Extrauagantes Martini & Calixti, dum pecuniam numeratam regulariter desiderauerunt, considerabam, quòd nõ exprimunt qualitatem numerationis pecuniæ alio modo, quàm eo, qui de iure tacitè inerat; vt quia in contractu emptionis & venditionis regulariter pretium interuenire debet in pecunia numerata; & tamen si in alijs rerum speciebus interueniat, contractus non corrumpitur, & quòd ideò expressio numerationis pecuniæ, quæ non alio modo fit, quàm quo tacitè de iure inerat, nihil operetur ex regula legis. 3. delegatis 1. l. 1. ff. de condit. & demonstrat. l. conditiones quæ extrinsecus, eod. tit. l. cùm illud. §. fin. quando dies legati cedat, l. ex facto. §. penult. ff. ad Trebel. cum vulgaris.

32 Maximè cùm pecuniæ numeratio non exprimatur per modum formæ, seu causæ finalis, sed ex accidenti, vt quia forma emptionis sit pretium, & qualitas accedens pecuniæ ipsa, sicut in omni qualitate contingit, quæ nunquam præsumitur expressa per modum formæ, aut causæ finalis, cùm neque ipsa finalis causa præsumatur, ex gloss. fin. in l. 2. §. fin. ff. de donat. Paul. in l. fin. ff. de condit. ob causam Aretin. in §. illis autem de testam. milit. Bald. in l. 1. §. si parendi col. 1. de condit. causa data, Socin. Senior cons. 83. in fin. lib. 3. imò potiùs præsumitur, quòd Pontifices non formaliter ex causa finali, sed ex accidenti meminerunt de qualitate numerationis pecuniæ, animo tãtùm designandi vulgarem pretij solutionem, vt quia à communiter accidentibus pretium in pecunia soluatur; est enim regula iuris, quòd potiùs præsumitur qualitas adiecta dispositioni ex causa demonstrationis, quàm ex causa finali, ex l. fin. §. Titia in fine. ff. de liberatione legata, Bart. in l. cùm pater. §. mensæ de legat. 2. quem sequitur Iaff. in l. centurio. nu. 51. Ripa. 140. de vulgari: ergo expressio numerationis pecuniæ non per modum formæ, seu causæ finalis, sed potius adiecta dispositioni l. 8. atque proprij motus, & Extrauagantium,

tium, ex accidenti, atque causa demonstratio nis, eodem nempe modo, quo de iure tacitè inerat ex natura emptionis & venditionis, nihil in effectu operatur, præter regulam illam iuris, quæ pretium in pecunia numerata regulariter esse tradendum probat, cuius sæpè in hoc opere meminimus.

33 Et inde eleganter infertur, quòd quamuis à verbis legis non sit recedendum, ex l. prospexit. ff. qui & à quibus, hæc tamen regula fallit, quando exprimitur illud, quòd tacitè de iure inerat, simili modo, quo inest, vt intelligit Ioann. Andr. in capit. solitæ super gloss. verb. *Tanquàm*, de maioritate & obedientia, Alexand. consil. 33. lib. 1. numer. 4. Melchior Miere, in tract. maioratus. 1. part. quæst. 60. numer. 8. & præter eam satisfactionem ad l. prospexit aliter eam intellexerunt Felin. in cap. si quando. num. 4. de rescript. Iass. in l. nõ dubium. numer. 32. C. de legibus, & in l. ex facto numer. 13. de vulgari, vbi Ripa numer. 46. idem Ripa in l. vbi purè. §. penult. ff. ad Trebel. Menoch. de arbit. lib. 2. centuria. 1. casu 82. Conan. lib. 2. commentar. cap. 5. num. 4. Quæ quidem omnia notatu digna sunt ad intellectus text. in d. l. 8. proprijque motus, atque Extrauagantium. Sed is ingeniosus intellectus ad text. in d. l. 8. vt scilicet verbum, *pecuniæ*, & eius numerationem non per modũ formæ, sed demõstrationis ibi exprimatur ab eadẽ l. 8. fortissimè impugnatur, dum nõ solũ d. l. 8. exprimit numerationem pecuniæ, sed nominatim probibet, quòd census ex alia specie, quam pecunia formetur, vt probat ibi: *No se puede dar todo, ni parte alguna del en plata labrada ni en oro labrado, ni en tapizes, ni en otras alhajas ni joyas estimadas, sino que todo el dinero de la dicha suerte principal se aya de pagar y se pague y se cuente, sin interuenir otra cosa, que no sea dinero de contado, ni estimacion alguna della*; & fortiùs statim, dum annullat census, qui aliter, quàm dicto modo constituuntur: vnde cùm dicta lex 8. non solum formam inducat, sed annullationem actus importet, vel tenenda est, aut correctam fuisse dicendum per legem 10. sequentem, vt suprà notauimus.

34 Iterum etiam, & verius considerabam, ità distinguendum esse ad veram cognitionem supradictorum, atque satisfactionem contrariorum huius nostræ verissimæ opinionis, vt si census ex debito iustissimo rectè, atque legitimè constitutus dicatur, etiamsi pretiũ in pecunia numerata nõ accedat, quia in effectu & substantia aurũ, vel argentum ex solo pondere extimatã, atq; debitũ legitimũ verè pecunia dici possunt, cùm ex his speciebus, sicut ex pecunia verum, legitimum, atque indiuiduum pretium effici, atq; interuenire possit, nullaque simulatio fraudis deducitur, vt latissimè dicendum erit in capitibus sequentibus, sin verò ex alijs rebus extimatis pretium formetur, & id verum, atque legitimum sit, ac si in pecunia traderetur, vt quia plus species valerent, vel passim idem pretium pro eisdem inuenire posset; hoc enim casu iuste census creatus dicatur. Sin verò in extimatione iustitia deficiat, iniustus quidem sit; si enim merces, seu alia res, ex quarum pretio census formatur, iniustè sint extimatæ, notissimum est, quòd neque appellatione pecuniæ continerentur, neque pretij iustitia interueniret, & consequenter quòd census nullus esset. Et hæc est verissima resolutio huius nostræ disceptationis, quæ ex omnibus supradictis, atq; infrà dicendis apertius cõstabit. Ego quidem consulo, atque semper consuleram, quòd census, qui ex extimatione similium rerum constituuntur non ad rationẽ quatuordecim pro vno, sed maiori pretio constituatur, vt inde, & sub legibus, quæ de pretio legali meminerunt, non contineantur, & iustitia creationis clarior sit.

35 Ad septimum respondetur, quòd quamuis in pretio census non detur quid indiuiduum, neque correspondentia cum pensione in qualitate; si tamen detur iustitia, sufficit, cùm ex sola iustitia pretij, & non ex qualitate iustificetur contractus; & quamuis pensio frumentaria reducatur ad pecuniam, vt detur inter pensionem & sortem integra correspondẽtia in quantitate & qualitate, non inde inferri potest, quòd in nostro casu pretium debet esse in pecunia; quia longè maiori ratione debet esse pensio pecuniaria, quàm pretium, nempè quia pretiũ semel soluitur in creatione; ideò si semel iustum sit, ex temporis varietate non datur iniustitia, & inde nõ habetur consideratio ad læsionem, nisi tempore contractus: pensio verò frumentaria non semel soluitur, sed annuatim: vnde cùm pretium eius varietur ex temporis diuturnitate, & inde resultet differentia inter eam & sortem in qualitate & quãtitate, mirum non est, si ad pecuniam reducatur, cùm ex varietate & inæqualitate resultet iniustitia.

36 Ad octauum fundamentum contrarium respondetur, quòd quãuis census creari non possit pro pretio rei immobilis venditæ ad rationem quatuordecim pro vno, ex eo quòd res immobilis, quæ loco pretij successit, indiuiduum valorem nõ habet, vt diximus in loco suprà relato; non tamen ibi in distinctè, & absolute excludimus creationem, ex eo quòd

fieret

fieret ex pretio rei immobilis venditæ, sed ex eo, quòd facta fuisset ad rationem quatuordecim pro vno; quia eo casu non solum deficit correspondentia in qualitate inter pensionẽ & sortem, sed simul inquantitate; ideò census nõ existit: sin verò creetur maiori pretio, quã ad rationem quatuordecim pro vno, rectè sustinetur census, cùm non deficiat iustitia in quantitate pretij, licèt deficiat correspondentia in qualitate; ideó pecunia in distinctè necessaria non est.

37 Quid enim erit, si cum pecunia merces interueniant, ita quòd pretium accedat in mercibus, & simul in pecunia, videndus est Felic. qui ad longum id explicuit lib. 1. de censib. in 2. tom. cap. 6. nu. 6. vsque ad finem, vbi d. tom. 2. lib. 2. nu. 17. agit quid erit dicendũ in censu consignatiuo ad vitam, an pretium debeat interuenire in pecunia numerata, de quo, de alijsque quæstionibus ad materiam tangentibus vide Roderic. lib. 1. de ann. reddit. quæst. 13. per totam.

38 Ex qua quidem huius nostri capitis resolutione infertur vera esse, quæ dicenda sunt in capitibus sequentibus circa creationem census pro auro, argento, seu debito legitimè contracto, vel alijs quibuscunque rerum speciebus, quæ extimatæ in sortem dantur, vt cẽsus creatio iustissima sit; & similiter è conuersò ex his, quæ dicenda erunt in capitibus sequẽtibus, quæ in præsenti dicta sunt, apertissimè confirmantur.

## DE CENSV PRO LEgitimo debito ex mercancijs, seu alijs rerum speciebus contracto creando. Cap. XXXVIII.

### SVMMARIVM.

*Census reseruatiuus, vel consignatiuus an creari possit ex debito contracto ex mercancijs, seu alijs rerum species. num. 16. & an actiones, seu nomina debitorum an inter bona mobilia, vel immobilia connumerentur, seu tertiam bonorũ speciem constituant, & an loco circumscribantur. num. 1.*

*Census reseruatiuus an formari possit ex debito perpetuo, & successiuo, & an debitum successiuum & perpetuum, veluti ius alimentorum sit quid immobile. n. 2.*

*Verbum, Pecunia, an cõprehendat debitum, & intellectus ad proprium motũ Pij V. & Extrauagãtium Martini & Calixti prima & secunda. ff. de empt. & vendit. n. 3.*

*In creatione census pro debito legitimè contracto, an formetur vera emptio & venditio, vel datio in solutum & intellectus ad l. si prædium. C. de euictionibus. n. 4.*

*Census creatus ex debito an sit nullus in foro conscientiæ, num. 6. & num. 16. vbi traditur & refutatur fundamentum Feliciani.*

*Traditio sortis, atque pretij census an sit necessaria in actu celebrationis contractus, traditur. num. 7.*

*Lucrum cessans, vel damnum emergens in emptore census, qui pro legitimo debito constituitur, an rectè consideretur. n. 8.*

*Potentia propinqua actui habetur pro ipso actu, & paria sunt, quæ in actu existunt, vel in alia deductionis ad actum, & idem priuilegium competit rei, quę est inferi, quod rei factę. numer. 9.*

*Qui se liberat ab obligatione soluẽdi debitũ, perinde habetur, ac si naturaliter pecuniam numeratam accepisset. n. 10.*

*Census quando creari possit pro redditibus decursis, & quando vsura vsurarum peri possint, & iustè debeantur. num. 11. & nouus intellectus ad legem fin. C. de vsuris num. 12. reprobaturque resolutio Felician. n. 13.*

*Census creatio an valida sit, quando promittitur pecunia, & datur species, vel quando simul cum pecunia species traditur, & resolutio Feliciani impugnatur. n. 18.*

*Debitum, ex quo census creatur tanquàm pretium rei, debet esse legitimum, liquidum, & certũ. num. 19. & 20. & an debitum præcedens possit transfundi in aliam causam. numer. fin. & sequentibus.*

## CAPVT XXXVIII.

IN capite præcedenti resoluimus censum iustè creari posse legitimo pretio accedente, licèt non in pecunia numerata, in alijs tamen quibuscunque rerũ speciebus, quæ iustum, verum, atque legitimum pretium efficerent. Ex qua verissima resolutione plurima notatu digna in capitibus sequentibus referenda, ac decidenda sunt; & in præsenti vtiliter infertur ad resolutionem eius vulgaris dubitationis, quam sæpè vidi agitatam in Regia Pinciana Chancellaria, scilicet, *An pro debito legitimè ex quacũq; causa contracto census iustè creari possit?* In qua dubitatione distinguendum est inter censum reseruatiuum & consignatiuũ, atq; duo casus principaliter considerandi, & examinandi sunt.

In

In primo enim casu census reseruatiui certissimum est, quòd ex debito, quantuncumq; iustissimum sit, creari non possit, quia debitũ non est quid immobile de sui natura fructiferum, neque pro re immobili de sui natura fructifera habetur, vt requiritur formaliter ad pensionis censualis reseruationem, ex cap. constitutus de religios. domib. & ex his, quæ latè diximus de natura, iusticia, atque pretio census reseruatiui; sed est debitum quædam res mobilis de sui natura infructifera, quæ neque etiam solo circumscribitur, aut cohæret. Quod ad sensum patet, quia quamuis aliqui censeant, actiones, seu nomina debitorum inter bona immobilia cõnumerari, alij verò existiment mobilibus æquiparari, & alij denique teneant, tertiam quandam speciem bonorum constituere, vt latè explicuerunt Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. Pinel. in rubric. C. de bonis maternis. 1. part. receptissimum tamen est, & sine vlla contradictione, quòd actiones personales, seu nomina debitorum, neque loco circumscribuntur, neque fructifera sunt de sui natura, neque veniunt appellatione bonorum in aliquo loco existentium. Ita probat. l. Caius. ff. de legibus. 2. in princip. l. si fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudicijs. l. vxorem. §. legauerat delegat. 3. & post plures Tiraq. l. si vnquam, verb. Bona. num. 5. cum alijs. C. de reuocand. donat. & de primogenitura, q. 49. ex princip. Pinel. in d. rubric. 1. n. 10. & latissimè Ioan. Matienço in l. 2. tit. 9. lib. 5. nou. Recop. gloss. 1. n. 84. cum alijs: ergo si debita legitimè cõtracta neq; fructifera sunt, neq; loco circumscribuntur, ex eisdẽ censum reseruari non posse constat; quia præcisa reseruãdus est & rebus immobilibus soli, & de sui natura fructiferis, & perpetuã existentiã habentibus, vel ex his, quæ pro immobilibus habentur, & fructifera simul sunt, vt suprà notauimus.

Quod tamen intelligendum est in debito momentaneo, quòd solùm competit ad exigẽdam certam pecuniæ quantitatem pro vna scilicet vicè; sin verò debitum sit successiuum, vel perpetuum, vt ius alimentorum, sed aliud quodcunque simile annuatim percipiendum, illud quidem debitum, licèt verè quid immobile non sit, pro re tamen immobili habetur, ex obligatione perpetua, & successiua, maximè si non sit personale tantùm, sed reale, vel simul personale & reale, ex his, quæ latè Tiraquel. de retract. lignag. §. 32. gloss. vnica num. 79. & §. 1. gloss. 6. num. 11. & 12. Ioan. Matienço suprà in dicta gloss. 1. num. 82. & consequenter ex debito formari poterit census reseruatiuus, dando scilicet ius illud percipiendi pensionem annuam cum reseruatione alterius pensionis, vt latè, ac eleganter dicendum erit in capitibus, ex quibus bonis cẽsus creari possit.

2 In secundo enim casu census consignatiui nostra hæc dubitatio contingere potest, quãdo in continenti cum ipso venditionis cõtractu pro sorte & pretio mercium seu rerũ venditarum census constituitur, vel quando ex interuallo transacto termino datur ad soluendum pro eius debiti quantitate census creatur; & in vtroque casu, vel in alio quocunque contingibili si pretium, quo merces vẽditæ fuerunt, iustum non fuit, vt quia venditor eas carus ad creditum dedisset; vel quia ex alia causa debitum illegitimè contractum erat, ita quòd in pretio & sorte iustitia deficeret, manifestum est, quòd census constitutio sustineri non posset, vel saltem dicendum erit, quòd pro ea tãtùm parte sustineatur, pro qua ex pretio à vẽditore recepto à principio creari poterat, ex his quæ latè diximus in capitibus præcedentibus: sin verò iustissimo pretio merces venditæ fuissent, atque debitum legitimè contractum esset, dubitatio hæc nostra propriè contingit, & verificatur, & quod census creatio non teneat, sequentia vrgentissima docent fundamenta.

3 Primò, ea omnia, quæ in capite precedenti scripsimus de pretio census soluendo in pecunia numerata, & de vera, atque stricta significatione verbi pecuniæ, cuius meminerunt Pius V. in proprio motu super forma creandi census, Martinus & Calixtus in Extrauagantibus prima & secunda de emptione & venditione, quæ constitutiones debitum, vt quia pecunia non est, euidenter excludunt. Quo argumento, existimans fortissimum esse, vsus fuit, hanc partem tenendo Felician. de cẽsib. lib. 1. c. 8. n. 13. in princip.

4 Secundò, sic argumentatur pro hac sententia idem Felicianus ibidem in versic. *Deinceps* dicens; Vbi pro debito quidquam datur, non est propriè emptio & venditio, sed datio in solutum, ex l. si prædium. C. de euictionibus, sed ex origine, substantia, & forma in censu formatur emptio & venditio: ergo ex datione in solutum creari non potest. Quod etiam argumentum prosequitur latiùs ipse Felic. in lib. 2. de censib. cap. 5. num. 17. versic. *Igitur*, fol. mihi. 184.

5 Tertiò ipse Felician. in dicto lib. 1. cap. 8. numer. 14. repetit in effectu & substantia primum argumentum, quo anteà vsus fuerat, dicens, quòd cũ contractus censualis, in quo pretium non interuenit in pecunia numerata sit nullus in foro exteriori, nullus etiam erit

in foro conscientiæ ; quia lex fundata in præsumptione obligat in foro conscientiæ.

6 Quartò ipse Felicianus in d.cap. 8. versic. *Denique*, num. 14. sic argumentatur. Ex natura rei, atque de iure diuino & naturali ad substantiam, validitatem, & iustitiam census requiritur traditio pretij contemporanea cum creatione; sed quando ex debito census creatur, ea contemporanea traditio non interuenit: ergo cēsus creatio ex debito quantūcunq; legitime contracto non sustinetur. Quod argumentum ipse latè repetit, atq; cōfirmat lib. 2. c. 5. n. 17. vers. *Census non potest*, fol. 185. & cum hoc deniq; resident Felic. existimans verissimam esse eius resolutionem, & nonnullos eandem sententiam tenentes referens, & iterum ipse Felic. 2. tom. de censib. libr. 1. c. 8. n. 7. vers. *Contraria verò*, fol. 52. col. 1. vbi benè id prosequitur.

7 Quibus argumentis parum obstantibus, cō siderando ab origine naturam huius census, iustitiam eius, finem, quem in ipsorū contractuum creatione adimplerè Pontifices desiderauerunt ex parte venditoris, emptoris, atque ipsius contractus, contrariam sententiam veriorem, & omninò tenendam existimamus, scilicet censum consignatiuū iustè posse creari, licèt pretium non interueniat in pecunia numerata, dummodò iustum, & legitimū ex debito anteà contracto accedat. Et primò præter ea, quæ dicta sunt in capite præcedenti de cessante ratione prohibitione proprij motus, Extrauagantium, atque legum Regni, ex parte venditoris hæc veritas constat ex eo, quia longè fauorabilius eidem esset pro debito iusto, & liquido, & ad cuius solutionem statim tenetur, cēsum creare, quàm ad æris alieni solutionem bona sui patrimonij vili pretio vendere, imò & creditori vtilius esset debitam sibi pecuniam vnica solutione incontinenti accipere; quàm pro ea censum constituere, cū forsam inueniret alios censuū venditores magis diuites, & idoneos, posset q; cōuertere pecuniam in emptionem aliarum rerum, ex quibus opulentiores, & vberiores fructus prouenirent. Rursus ex debiti remissione in effectu, & substantia integra fors à venditore recipitur, quæ aliter ab eo foret præcisse exigenda: ergo vendendo censum pro debito legitimo, nihil incommodi venditor sentit, & consequenter ex parte venditoris iuste similis cēsus creatur.

8 Ex parte quidem emptoris etiam euidenter suadetur ex ratione lucri cessantis, vel dāni emergentis, quam passim Pontifices considerauerunt in fauorem eius, qui si præ manibus nem. vel pecuniam sibi debitam habuisset, facilè, & breuiter vendendo, vel alio mōdo eam distrahendo, posset ex pretio tantundem lucri deducere, vt præter ea, quæ dixi mus in capite de natura, & iustitia census reseruatiui aduertunt benè Paul. Castrens. in l. 3. §. fin. ff. de eo, quòd certo loco, Iass. in l. 1. Lectura 1. numer. 50. C. de summa Trinit. per text. in l. quemadmodum. §. item labeo. ff. ad l. Aquiliam, Cassan. in Consuetud. Burgund. rubric. 4. §. 23. in principio numer. 29. Afflict. decis. Neapol. 20. num. 2. de quo per Palac. Rub. in cap. per vestras. 6. notabili. §. 1. per totum, & elegantèr Cagnol. in l. curauit. C. de action. empti: si enim in emptore haberi potest consideratio lucri cessantis, & damni emergentis, mirum non est, si vsura restauratiua, quæ iustificatur ex damno emergenti, vel lucro cessante, aut recompensatiua, commodi scilicet percepti á venditore census, qui debitum non exoluit, sed locupletatur cum iactura aliena, debeatur, atque iustè peti possit.

9 Similiter ex parte debiti, quod datur in pretium census, iustificatio creationis iustissima est; quia licèt debitum in actu pecuniæ non sit, effectualiter tamen, & in habitu, atq; potentia propinqua pecunia est, non quidem ficte, sed verè, cùm facile in pecuniam sit reducibile, vendendo, vel exigendo ipsum; ex quo verba Extrauagantium, quæ de numeratione pecuniæ meminerunt, non dicerentur ficte adimpleri per debiti traditionem, sed potiùs verè, & propriè verificari, atque mentem Pontificum desiderantium veram pretij traditionem, & considerantium in ea traditione pretij æquitatem iustitiæ commutatiuæ, scilicet quòd emptor & venditor æquale commodum sentiant, integrè, & formaliter adimpleri. Quæ resolutio ex his regulis iuris confirmatur; quibus probatur, quòd potētia propinqua actui habetur pro ipso actu, quam scripsit Sebastianus Medicis in tract. de reg. iuris regula. 5. in princip. n. 3. & quòd paria sint, quæ in actu existunt, vel in via deductionis ad actum, ex Socino cons. 70. n. 8. vol. 4. & quòd idem priuilegium competit rei, quæ est in fieri, quod competit rei factæ, ex his, quæ resoluit Felician. cap. fin. in princip. de Iudæis, de quibus regulis latissimè vltra Sebastianus Medicis egit Fænutius in tract. de momento temporis cap. 28. per totum: si enim ex natura ipsius debiti constat, & facilè reduci posse in pecuniam, & in effectu & substantia idem esse quòd pecunia ex eo, sicut ex pecunia numerata censum creari posse constabit.

Rursus

10 Rursus certũ est, quòd is, qui se liberat ab obligationi soluendi debitum, perinde habendus est. ac si naturaliter pecuniam numeratam accepisset, ex Paulo Iurisconsulto in l. si quis 116. ff. de regul. iur. sentiens debitum, & pecuniam æquiparari, quod etiam tradunt omnes per text. ibi, & probat text. in l. si fundum §. si titio fundum. ff. delegat. 1. l. si mulier. ff. de condit. ob causam. l. 3. §. si stipulanti de donation. inter virum. l. promittendo. §. 1. l. licet. ff. de iur. dot. ex quibus legibus propriè deducitur, quòd debitum in effectu & substantia locum pecuniæ tenet; & eius resolutionis ratio est, quia cùm debitum iustum, & liquidum statim à debitore sit soluendum, si pro eo census constituatur, non impropriè dici poterit, & quòd debitor in effectu, & substantia soluit pecuniam, & creditor breui manu pro sorte census eam ipsi venditori restituet, ac si naturalem eius numerationem fecisset, ex l. singularia. ff. si cert. petat. l. licet. §. quoties de iure dot. & facit l. 3. §. final. de donat. inter virum, vbi ex celeritate coniungendarum actionum vnam occultari videmus; & ita in simili casu aduertit Paulus Castrensis, in l. Iulianum. ff. de condit. & demonstrat. per text. in l. si sponsalibus. §. 1. in fine. ff. de iure dot. quem referens sequitur Decius in dicta l. si quis obligatione. num. 6. ff. de regul. iur. vnde, licet non his fundamentis, hanc nostram sententiam sequitur Salaçar de vsu & consuetudine capit. 8. numer. 45. versic. *Sed non parum*, dicens, quòd cùm Pontifices damnauerint eos contractus censuales, quorum pretium non interuenerit in pecunia numerata, ea potissimum ratione, quòd in eis verisimiliter fraus præsumitur, meritò cessante fraude, & accedente vera quantitate pretij, licet nõ in pecunia numerata, liciti erunt, cùm eorum iustitia à quantitate sortis pendeat, & non à qualitate pretij. Quam sententiam ante Salaçar in effectu tenuerunt Bertrand. cons. 91. *Ex propositis*. lib. 3. & eum referens Tiraq. in tractatu de retract. conuentionali in fine n. 135. Caualin. in tract. de vsuris quæs. 27. per totam, Benedict. Bon. in tract. de censib. art. 25. vers. *Vnde decisiuè procedendo*.

11 Quod quidem verum existimarem, etiamsi debitum deberetur ex redditibus annuis decursis alterius census; quia quamuis emptor duplicem quæstum ex vnica pecuniæ sorte percipere videatur, scilicet fructus fructuum, accessionem accessionis, & vsuras vsurarum, quòd à iure reprobatur. l. fin. C. de vsuris. l. placuit. ff. eodem. l. si non sortem in princip. ff. de condit. indeb. l. improbum. C. ex quibus causis infamia irrogetur. l. neque eorum 15. ff. de vsuris; cùm tamen ex calculatione iuridice facta constiterit de quantitate liquida & certa præteritorum reddituum, & eo casu redditus decursi non vt vsura, sed pro iusto interesse deberentur, atque exigi possint, meritò pro eisdem census legitimè crearetur, sicut & pro vsuris legitimè debitis vsuræ peti & accipi possunt, vt elegantèr ferè in simili casu resolait Carol. Ruyn. consil. 55. num. 15. & sequentib. vol. 2. Iass. in l. cùm fundus. num. 5. ff. si cert. petat. Bened. Stracha in tract. de mercatura titul. de contractibus mercator. num. 3. & 4. & alios referens Bornin. Caualcan. decis. 21. num. 30. & post Ruyn. decis. Gen. de mercatura 78. numer. 16. ad finem; & ita debet intelligi resolutio Cagnoli. in l. vnica, nume. 47. C. de sentent. quæ pro eo quod interest, & quæ tradunt Ruyn. consil. 56. nu. 13. lib. 2. Cephal. cons. 85. n. 7. cum alijs, dicẽtes, quòd neque fructus fructuum, neq; vsuræ vsurarũ, neque accessiones accessionũ debentur, vt intelligantur, quando accessiones liquidæ non sunt, neque calculatæ, sed incertæ, quia si liquidam efficeret quantitatem, ex ea, sicut ex debito certo & liquido iustè census formaretur, vt Ruyn. & alij suprà relati sentiunt. Quæ resolutio deducitur ex l. placet. 29. ff. de vsuris, dum Martianus Iurisconsultus improbat vsuras vsurarum, quando à principio ex stipulatione deductæ fuerunt, vt quia tunc incertæ essent. Idem etiam deducitur ex l. neque eorum 15. ff. eodem tit. vbi Paul. Iurisconsultus ideò malæ fidei possessorem non teneri ad vsuras fructuum perceptorum constituit, quia nondum in sortem redactæ erant, neque quantitas liquida & certa: sic etiam accipitur Vlpian. in l. si non sortem in princip. cum vsurarum vsuras neq; in stipulationem deduci, neque exigi posse constituit, vt scilicet à principio neque super eis stipulatio formetur, neque aliquo modo exigi valeant. Idem in effectu constat ex l. improbum 20. C. ex quibus causis infamia irrogetur, vbi vsuras vsurarum improbat Dioclecianus, quando pecunia credita ad certum diem soluta vsuræ in sortem computantur, & totius sortis vsuræ petuntur.

12 Et quamuis aduersus eam resolutionem fortissimè obstare videatur l. fin. C. de vsuris, vbi Iustinian. plenius, ac perfectiùs prohibuit vsuras vsurarum, quàm à veteribus legibus prohibitæ erant, nempe quando in sortẽ redigerẽtur, & totiùs summæ vsuræ stipulatę & promissæ fuerunt; nihil tamẽ huic veritati

contrà dicit; quia Iustinianus ibi loquitur, quando vsuræ præteriti, vel futuri temporis cum sorte cumulantur, & ex totius cumulo vsuræ stipulatur, vt quia sors erat decem, & vsura quinque; quo casu, quamuis ex veteribus legibus poterant creditores vtrumque, & vsuras congerere, & totius summæ vsuras stipulari, vt aduertit Iustin. ibi: *Et totius summæ vsuras stipulari*, cùm tamen eo casu fuisset legem imponere verbis, & non rebus, constituit stipulationem vsurarum non valere, sed vsuras semper vsuras manere, & nullum vsurarum incrementum dari; nos verò loquimur in longè dissimili specie, scilicet non quando à principio vsuræ fuerunt stipulatæ, sed redditus cum sorte cumulantur, vt ex eo census formetur; sed quando ex redditibus decursis liquidè, & legitimè debitis, qui præcisè exigi poterant, constituitur; quo casu cùm debitum certum sit, licèt ex redditibus proueniat, pro eo census iustè crearetur, ac si debitor soluisset; & statim eandem quantitatem recipiens, pro eadem censum constitueret, vt in specie per text. in l. singulari. ff. si cert. petatur, aduertit Acurs. in dicta l. fin. gloss. fin. C. de vsuris. Et hanc sententiam, quòd ex redditibus decursis possit census formari, probat, licèt summariè, Caualinus de vsuris. quæst. 24. & sic intelligenda sunt, quæ tradit Rodulphus de ann. redditib. quæst. 5. ad med. Vocatius de interdicto recuperando. cap. 18. num. 36. Ex quibus hæc sententia verissima videtur, & omnino tenenda, atq; in iudicando & consulendo sequenda: quam tenens plures, quos refert Felic. de censib. 2. tom. lib. 1. cap. 8. numer. 7. versic. *Quoad primum*, col. 49. cum alijs, licèt teneat contrarium Roderic. de ann. redditib. lib. 1. q. 13. n. 3. cum alijs.

13 Ex quo infertur, quòd Felic. de cens. lib. 1. c. 9. in fin. n. 16. vers. *Secundam conditionem* non rectè resoluit ex redditibus decursis censum creari non posse; qui quidem præterquã quòd neminem refert, neq; suam resolutionem iure comprobat, solùm fundatur in commoditate, quã indè prouenire Reipublicæ existimat: & ego nullam video, neq; considerari posse credo; quia si certũ est, quòd annui redditus verè & legitimè debiti cũ debitoris incommoditate, atque bonorũ distractione exigi possunt, certũ etiam erit, maiorem incommoditatem debitorũ sentire in suorũ bonorũ distractione, quæ sæpissimè vilissimo pretio vẽdũtur, quã in census creatione pro legitimo, iusto & liquido debito facta. Ideò consideratio Feliciani contra ipsum retorquetur.

14 Qua sententia firmiter retenta, non obstant fundamenta in contrarium adducta; & ad primum de necessitate soluendi pretium in pecunia numerata, atque numerandi sortem in actu celebrationis instrumenti inconuincibiliter responsum est, ex his, quæ diximus in cap. præced. in quo probauimus sufficere, si iustum pretium interueniat in alia specie, quàm pecunia, dummodò iustum & legitimum accedat, & ex his, quæ latiùs dicenda erunt in cap. an pretium debeat interuenire in actu celebrationis instrumenti, vel sufficiat si anticipetur, in quo non solùm non reprobantur anticipatæ solutiones, dũmodò veræ & integræ sint, sed omni iure iustissimas esse demonstratur; ideò Feliciani argumentũ subuertitur.

15 Ad secundũ argumentum respondetur negando, quòd quando pro debito census creatur, detur quidquam in solutũ, cùm certũ sit, quòd emptio & venditio formetur. Quod patet, quia accedit res vendibilis, ius nempe percipiendi pensionẽ annuã, & simul accedit pretium debitum, scilicet ipsum, pro quo census creatur; quod in effectu & substantia pecunia est, vt suprà diximus: ergo census creatio non est datio in solutum, deficiunt enim eo casu substantialia dationis in solutum; quia datio insolutum formatur, quando fundus soluendi causa datur. l. vel soluendi. ff. de publican. in rem act. vel cùm pro soluto datur. l. eleganter in princip. ff. de pignorat. action. at verò quando census pro debito legitimo creatur, nihil datur in solutum, sed debitum, quod in effectu & substantia pecunia dici potest, in sortem accedit, & ex eo, tanquàm ex pecunia, census creatur; ideò Felician. malè argumentatur. Rursus, quamuis fateamur, quòd in hac census creatione ex debito legitimo quidquam datur in solutum, adhuc malè argumentatur Felicianus; quia datio in solutum vim habet emptionis, & venditionis. l. prædium. C. de euictionib. & latè tradit post Decium, [illegible], Pinelum, & alios, ipse Felicianus lib. 1. cap. 8. numer. 13. versic. *Deinceps quoniam*, & Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 14. numer. 2. cum alijs, vbi numer. 3. refert plurima iura, quæ nominatim probant, dationem in solutum habere vim emptionis: ergo in vtroque casu emptionis & venditionis, aut dationis in solutum census creatio ex debito legitimo sustinetur; quamuis verius sit, dationem in solutum in ea creatione census formari, sed potiùs veram emptionem, vt suprà diximus.

16 Ad tertium argumentum facile etiam respondetur negando maiorem, scilicet, quòd census,

census si in eius creatione pretium non interuenit in pecunia numerata, nullus sit; quia vt sæpè dictum est, atque euidentissimis fundamentis comprobatum, quamuis non accedat pecunia, sed iustum, & integrum pretium in alia specie, iustus erit contractus: ergo dici non poterit, quòd cùm nullus sit census ex debito creatus in foro interiori, imò potius argumentum illud Feliciani non violenter, sed proprie pro hac sententia retorquetur; si enim iustus est census pro debito legitimo creatus in foro exteriori, iustus etiã erit in foro conscientiæ, ex eadem ratione, quàm Felicianus designauit, scilicet quòd lex fundata in præsumptione obligat in foro cõs-
17 cientiæ.

Demum ad quartum argumentum Feliciani facilè etiam respondetur negando, quòd ex natura rei, atque de iure diuino, atque naturali ad substantiam & iustitiam census requiratur traditio pretij contemporanea cum creatione, & in actu celebrationis contractus; quia vt etiam suprà diximus, atque latiùs dicendum erit in capite de traditione sortis in actu celebrationis contractus, non est de natura, neque de substantia, atque de iustitia census, vt pretium tradatur in actu celebrationis eius, sed potius omni iure receptissimum est, & quod magis est, à motu proprio Pij V. nominatim decisum, quòd ex integro iustoque pretio anteà recepto possit census creari, vt in dicto capite ad longum scripsimus: ergo non benè sic argumentatur: Necessaria est traditio sortis tẽporanea cum creatione contractus; ergo anticipata, licèt vera, non sufficit; quia cùm antecedens verum non sit, consequentia subuertitur. Quibus satisfactionibus ad argumenta Feliciani sic vrgenter adductis, nostra hæc sententia
18 verissima est.

Ex qua etiam verissima resolutione reprobatur resolutio Feliciani lib. 1. de censib. cap. 4. num. 11. ad finem, & num. 12. in princip. dicentis non sufficere, si à principio conuenia-tur de creando censu ex pecunia, & posteà tantundem loco pretij detur in specie; quia si pretium legitimum accedat, ita quòd in pretio iustitia non deficiat, nihil interest, quòd in pecunia, aut alia specie traderetur. Secundo etiam reprobatur ipse Felicianus, dum statim dicto numer. 12. resoluit, quòd si emptor census dederit pretium in pecunia, & simul in alia specie, corrumperetur creatio; quia cum ipse Felician. post Bartol. Tiraquel. Couarr. Pinel. & alios libenter fateatur, eo casu formari veram emptionem & venditionem; nescio quo fundamento ductus, accedente in creatione legitimo pretio, venditionem census nullam esse existimauerit. Ego quidem ignoro fundamenta, cùm qualitas numerationis pecuniæ, in qua fundatur, ex traditione iustissimi pretij in effectu adimpleatur, & verificetur.

19 Quæ quidem omnia intelligenda sunt, dũmodò pretium huius creationis, debitum scilicet, omnino verum, & certum sit, atque precisse à debitore exigendum, vt constat ex verbis notandissimis proprij motus Pij V. ibi, *Integro, iustoque pretio*, & Extrauaganti 1. & 2. Martini & Calixti de emptione & venditione, & satis suadetur ex eo, quia pretium non solùm est de substantia emptionis & vẽditionis. l. 1. & 2. ff. de cõtrahẽd. empt. §. pretium, & §. item pretium, institut. de emption. & vendit. & latè tradit Paris. consil. 64. vol. 1. sed debet esse omnino certum. §. pretium, ibi, *Certum esse debet*, institut. eodem. l. hæc venditio. 7. §. 1. ff. de contrahend. empt. Pinel. in l. 2. C. de rescindend. in 2. part. rubricæ. capit. 1. num. 1. & quòd debitum debeat esse certum, ita quòd præcisse exigi possit, probat in simili Rodoan. de reb. Eccles. rubric. 12. n. 13. Caualc. decis. 46. nu. 354. & in cessione probatur in l. 54. tit. 18. p. 3, ibi, *De manera q̃ non se pueda escusar de los non pagar*; & in hac specie creationis census maiori quidem ratione requiritur certitudo pretij, debiti nempe, pro quo cẽsus creatur, cum ex iustitia sortis iustificentur annuæ pensiones.

20 Et non solum pretium debet esse certum, debitum nempe, ex quo census creatu, sed constare oportet euidentissimè per eius debiti scripturam, aut legitimas probationes, ità quòd indubium reuocari nõ possit, an pretiũ debitum sit, neque sufficeret confessio censuarij dicentis se debitorem esse, vt ex sola cõfessione probetur debitum, ex his, quæ latissimè dicenda erunt in capite, an confessio de recepto pretio probet veram numerationem; imò & non solùm debet constare de certitudine pretij, & debiti, sed si debitũ constat per scripturam, verè, & realiter venditori census tradẽda est; quia cùm in locum sortis debitum succedat, sicut pretiũ erat naturaliter numerandum, seu aliter verè tradendum; sic traditio scripturarum eius debiti censuario facienda est, ex text. in l. 64. tit. 18. part. 3. ibi, *De la qual carta le entrego el faciendole persone-ro*; & resoluit Bald. in l. ii nomẽ. ff. de hæreditate, vel actione vẽdita, Alex. in l. sciẽdũm. 1. ff. de verb. Roman. cons. 163. nu. 5. qui in casu minus dubitabili loquuntur.

21 Ex quibus omnibus cessabunt opiniones controuersæ Azonis, Ioannis Eracursi, Pur-

purati, Cagnoli, & Bologneti in l. singularia. ff. si cert. petat. dubitantium, an debitum ex vno contractu antecedenti possit transfundi in causam alterius contractus. Quam dubitationem applicat Felicianus ad materiam censualem tom. 2. de censib. lib. 1. c. 8. n. 7. versic. *Hæc autem*, fol. mihi 53. cum alijs, quia si census ex vero debito antecedenti creari potest, etiam poterit antecedentis debiti causa in aliâ transfundi.

22 Ex quibus omnibus iam constat, quòd ex debito legitimè contracto, & antecedente pretij iustitia census iustè creari potest, indeque infertur, quòd si pro auro, argento, tritico, vino, & similibus rerum speciebus census formetur, creatio sustineatur, vt dicendum erit in capitibus sequentibus.

## DE CENSV RESERVATIVO, vel consignatiuo pro auro, seu argento creando. Caput XXXIX.

### SVMMARIVM.

*Census consignatiuus, vel reseruatiuus, quando possit creari ex auro, vel argento, & differentia inter aurum, vel argentum designatur. n. 1. & 2. cum alijs.*

*Pecuniæ appellatione quando comprehendatur aurum, vel argentum, & è conuerso auri, vel argenti appellatione quando pecunia comprehendatur. n. 4. & alijs.*

*Intellectus, & ponderatio ad l. Quintus Mucius. §. 1. ff. de auro & argento legato num. 2. & ad l. 2. ff. ad l. Aquil. numer. 4. & vide numer. 11.*

*Vestimentorum appellatione an pannus comprehendatur, & intellectus ad l. vestimentorum 22. ff de auro & argento legato, et an potentia pro pinqua reducibilis ad actum sit habenda pro actu. num. 7.*

*Mutata forma mutatur eius substantia, et quomodò hæc propositio intelligatur, vbi ponderatur texte notandus in l quæsitum. 78. §. illud delegat. 3. n. 6.*

*Materia auri, vel argenti quando dici possit pecunia. n. 7. et an in pecunia consideretur quantitas, vel materia ipsa. n. 8.*

*Pretium an constituatur iustius in massa metalli, quàm in pecunia, et an princeps possit pecuniæ constituere maiorem valorem, quàm valet materia, seu metallum. num. 9.*

*Debitor auri, vel argenti ad pondus, an satisfaciat soluendo pecuniam, et intellectus ad l. si pro auro. 25. C. de vsuris. nu. 9. et 10. et intellectus ad l. 8. tit. 15. lib. 5. nou. Recopil. numer. 13. et 14.*

## CAPVT XXXIX.

1 IN capitibus precedentibus resoluimus, censum iustè creari posse, pretio legitimo accedente, licèt non in pecunia numerata, in alijs tamen rerum speciebus, vt ex debito legitimè contracto, mercancijs, tritico, vino, oleo, aut alijs similibus; ex quo infertur ad quæstionem contingibilem de censu creando pro auro, vel argento, quã semel de facto vidi agitatam in Regia Pinciana Chancellaria circa eius explicationem, omissis quæ de significatione verbi pecuniæ, de natura pretij emptionis & venditionis, de qualitate illa numerationis pretij, quam plures necessaria existimauerunt, in capitibus præcedentibus scrupsimus breuiter in hac dubitatione ita distinguendum existimaui.

Aut agitur de creando censu reseruatiuo ex auro, vel argento, vt quia detur argentum, vel aurum alicui cum reseruatione pensionis annuæ, & hac in specie certissimum est, censum ex auro, vel argento creari nó posse; quia cum reseruatio pensionis præsupponat bona immobilia de sui natura fructifera, perpetua, atque stabilia, & soli, vel solo cohærentia, aut quæ perpetuam habent existentiam, vt latè diximus in capite de natura & iustitia census reseruatiui, & dicendum est in capitibus, ex quibus bonis census formari possit, aurumque, vel argentum non sit quid immobile de sui natura fructiferum, neque perpetuum, aut stabile, sed potiùs res mobilis de sui natura infructifera, atque à communiter accidentibus breuiter peritura, certum est, ex eo argento, vel auro non posse pensionem reseruari, vt in simili diximus in cap. de pretio soluendo in numerata pecunia in principio.

2 Aut enim agitur de creando censu consignatiuo ex auro, vel argento, dando scilicet in pretium, vel sortem, argentum, vel aurum, vt inde censu constituto fructus proueniant; & in hac specie, omissis etiam, quæ diximus de vera, & stricta significatione verbi pecuniæ, de forma tradendi pretium in numerata pecunia, de alijsque, quorum meminimus in capitibus præcedentibus, ad speciem nostræ

dubitat

dubitationis, quantum est possibile accedendo, videbatur dicendum, quòd pretium creationis census in auro, vel argento consistere non possit, & hoc ex sequentibus fundamentis. Primo, per text. in l. cùm aurum in principio. l. Quintus Mucius. §. 1. ff. de auro & argẽto legato, ex quibus constituitur, quòd auro, & argento legato, pecunia signata, seu numus non continetur; dicit enim Vlpianus in dicta l. cùm aurum. 19. *Pecuniam autem signatam placet eo legato non contineri*, & statim ipse Vlpianus in d. l. Quintus Mucius. 27. §. 1. subdit: *Et ego puto non contineri*: ergo Vlpianus differentiam constituit inter pecuniam & aurũ: quod etiam ipse sentit in l. prætoriæ satisdationes 7. ff. de prætorijs stipulationibus, ibi: *Neq; pecunia, vel auri, vel argenti*, & in l. si quis stipuletur. 12. ad finem. ff. de relig. & sumpt. funer. & consequenter proprius motus, atq; Extrauagantes, leges q; Regni, quæ pretium in pecunia interuenire decreuerunt, traditione auri, vel argenti contentæ non sunt, sed pecuniã præcisse requirunt.

3 Secundò debens pecuniam non satisfacit soluendo massam auri, vel argenti, seu alterius metalli, ex resolutione Decij in l. 2. §. 1. n. 6 ff. si cert. petat. vbi Alciat. n. 12. dicit communẽ, & Butigela 17. atque Ripa 12. idem aduertunt: ergo si emptor in pecunia numerata debet soluere pretium census, non satisfacit soluendo illud in auro, vel argento, quod prosequitur Felic. in 2. tom. de censib. lib. 1. c. 4. nu. 4. per totum.

4 His tamen parum obstantibus, contrariam sententiam veriorem existimamus, & præterea, quæ in capitibus præcedentibus scripsimus de significatione verbi pecuniæ latissimè facienda, de natura creationis census, quæ principaliter requirit iustitiam pretij, atq; correspondentiam sortis ad pensionem, & è conuerso de mente Pontificum, atque legũ Regni desiderantium veram & integram sortis receptionem in pecunia, seu alia specie, vt inde fructus iusti proueniant, sequentia ad speciẽ nostræ dubitationis conducibilia ponderantur. Primum, quòd ex communi vsu loquendi, quem omnino sequi debemus. l. librorũ. §. quod autem, Cassius. ff. delegat. 3. etiam in statutis, & alijs strictis dispositionibus, vt resoluit Tiraquel. de retract. lignag. §. 2. glos. 1. numer. 1. appellatione auri & argenti omne genus monetę, cuiuscunque materię sit, significatur, ac comprehenditur; quod ab Hebręis profectum videri potest, vt tradit D. Augustinus libr. 7. quæstionum in libro Iudicum cap. 17. referens illud Esaiæ. 52. *Gratis venditi estis, & non cum argento redimemini*; & item Esai. cap. 43. *Non emisti mihi argento calamum*, & iterum ca. 55. *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentũ properate*, & rursum, *Venite, emite absque omni argento*, & Actor. cap. 3. Argentum, & aurum non est mihi; in quibus sacris literis argentum accipi pro pecunia constat; imò & veteres Romani argenti appellatione pecuniam numeratam contineri probant, vt post Iulium in Topycis, Boetium, Salustrium, & alios, probat Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 20. num. 6. est similiter probatur in l. 2. ad l. Aquiliã, vbi ita scribitur. *Qui seruum alienum, quadrupedem, vel pecudem iniuria occiderit, quantum id in eo anno plurimi fuerit, tantum æs dare domino, damnas esto*, & in l. 3. ff. de alimentis & cibarijs legatis, vbi legitur: *Minimi æris pro minimo pretio*, & in l. si quis pignori. §. 1. ff. de pignoribus, vbi fit mentio de re ampla ad modicum æris pignorata, ideò in l. etiam. ff. de verborum significat. aurus quoque numus æs dicitur, & in l. quæ extrinsecus, iuncta glos. verb. *Denarios*, ff. de verbor. obligat. probatur, quòd interroganti de pecunia aurea si respondeatur de aurea, vel è conuerso, valet stipulatio; quamuis aliarum rerum diuersitas eam vitiet. §. si de alia, institut. de inutilibus stipulat. & ita aduertunt Bald. & Alexand. in l. singularia, colum. 4. ff. si cert. petat. ergo si aurum & argentum pro pecunia, & è contra pecunia pro auro multoties accipitur, durum non est, imò iuri consonum, quòd appellatione pecuniæ aurum, & argentũ comprehendatur.

5 Secundò ad sensum patet, quòd argentũ, & aurum facilè reduci possunt in pecuniam, vt quia eadem substantia sit: quo casu potentia illa propinqua reducibilis ad actum pro ipso actu habenda est, vt in cap. præcedenti ad longum probauimus, & per text. in l. penult. ff. de testamentis tradit Bald. ibi, & Panormitan. in c. Pisanis de restit. spoliator. & cons. 85 *Postulatio*, libr. 1. de quo plurima per Palac. Rub. in rubr. de donat. inter vir. §. 38. per totum. Quod Probatur ex Vlpiano in l. vestimentum. 22. ff. de abro & argento legato, vbi appellatione vestimentorum continetur pannus remotus à texendo, vt quia substantia eadem sit, & breuiter in vestimenta reducibilis, idem Vlpian. in l. librorum 52. §. sed neq; de legat. 3. ergo si in effectu & substantia aurum, vel argentum pecunia est, in locum pecuniæ rectè datur.

6 Tertiò considero, quòd quamuis mutata forma alicuius rei regulariter mutetur eius substantia. l. Iulian. §. siquis. ff. ad exhibendũ. l. repeti. §. fin. ff. quibus modis vsusfructus

ãmittãtur.l.quãres.§.areãm.ff.de solut. & inde inferatur, quòd ex mutatione materiæ, auri, vel argenti in pecuniam substantia mutetur, & quòd ea ratione appellatione pecuniæ argentum, vel aurum non continetur; ea tamen vulgaris regula, quòd mutata forma mutetur eius substantia, debet intelligi, quando ita mutatur materia, vt in primæuam formam ipsa materia reduci non possit, vt quia triticum in farinam, seu vinum in acetum conuertatur; sin verò mutatio formæ & materiæ iterum admittat reductionem in primæuam formam, vt in argento & auro contingit; quia si mutantur in pecuniam, in primæuam argenti & auri materiam reduci valent, mutatio formæ nunquam mutat substantiam. Ita distinguit, & intelligit Paulus Iurisconsultus in l. quæsitum. 78. §. illud. ff. delegat. 3. vbi loquens de mutatione materiæ assignat notabile præceptum dicens: *Quippe ea, quæ talis naturæ sint, vt sapiùs in sua redigi possint initia, ea materiæ potentia victa nunquam eius vires effugiunt.*

7 Ex quibus notandissimis verbis Bartol. & ibi longa additio Alberici in dicta l. Iulianus. §. si quis rem, & eos referens Gregor. in l. 19. tit. 2. part. 3. resoluunt, quòd quotiescunque mutatur forma rei, ita quod mutata res ipsa in primæuam non est reducibilis, diceretur mutata substantia; non tamen si natura reduci potest in primæuam formam: vnde cùm pecunia aurea, vel argentea reducibilis sit in aurum, vel argentum, idem in effectu & substantia vtrumque operatur, & argentum, & pecunia, & alterum appellatione alterius propriè continetur.

8 Quartò, licèt anteà quàm materia auri, vel argenti cudatur, propriè dici non possit pecunia, sed massa, & metallum, ita vt verè & proprie existimetur pecunia, ex l. qui falsam. 19. ibi: *formare*, ff. ad l. Corneliam de falsis, & post Tiraquel. aduertit Pinel. in l. 2. C. de rescind. vend. 1. par. rubricę. cap. 3. num. 7. ad finem, in valore tamen, & extimatione idem in effectu & substantia, cùm pecunię extimatio ex pondere materię fiat, ex l. 1. C. de veteri numismat. & post Plateã aduertit Pinel. in d. c. 3. n. 2. explicans l. 1. ff. de cõtrahend. empt. ibi: *Publica & perpetua extimatio*, vt quia pecuniæ valor publicus & perpetuus sit ex pondere & qualitate metalli: ergo eadem iustitia versatur in quantitate pretij, auri, vel argẽti, quæ in pecunia versari potest, vnaq; indiuiduitas pretij vtroq; casu datur.

9 Quintò, licèt in numis non consideretur materia, ex qua formantur, sed quantitas publice constituta in numo, seu moneta, vt aduertit Pinel. in d. cap. 3. num. 7. hoc tamen indistinctè non procedit, quia ex sola forma & quantitate pecuniæ valor ipsius pecuniæ non constat, sed simul ex valore, & substantia formę, metalli nempe, crescit, & minuitur, vt resoluit Caualin. de vsuris num. 703. & 798. & ita debet intelligi l. 1. ff. de contrahend. empt. ibi: *Tam ex substantia, quàm ex quantitate*, vt cũ Fulgosis aduertit eleganter Pinel. in rubr. d. cap. 3. num. 7. & 8. ergo recte, & proprie aurum, vel argentum loco pecuniæ succedit, cũ eadem quantitas indiuidua in auro vel argẽto accipi possit.

10 Sextò sępissime contingit, quòd pretium iustiùs constituitur in auro & argento, quàm in pecunia; quia præsuppositò quòd Princeps ex iusta causa maiorem pecuniæ valorem constituere potest, quàm valet metallũ, materia, & pondus, vt aduertit Pinel. in d. cap. 3. num. 8. acciperet venditor census eo casu minorem sortem in pecunia, quàm in materia. Rursus recipiens massam auri & argenti ad pondus, satisfacit soluendo in pecunia non solum eiusdem bonitatis & substantiæ, sed minoris ponderis, ex gloss. in l. 2. §. 1. ff. si cert. petat. & Bart. Alexand. & Decius, & post communem, atque Iasonem num. 5. Ripam numer. 3. ibidem aduertit Pinel. in d. cap. 3. numer. 9. ad finem, ex eo, quòd pecunia ęquiualet auro, vel argento in extimatione, licet non in pondere & substantia: ergo multoties est maioris commoditatis materia pecuniæ quàm pecunia.

11 Septimò, pro hac sententia facit text. in l. si pro auro. 25. C. de vsuris, vbi text. subdit: *Pro auro, & argento, & vecte facto chirographo licitas solui, vel promitti vsuras iussimus.* Cuius responsum necessariò debet intelligi, quando datur aurum, vel argentum extimatum ex pondere; quia specierum non præstatur vsura, vt aduertit Acurs. ibi verb. *Esse*, referendo ad id alia iura, & antea decreuerat Imperator in l. oleo. 23. C. eodem titul. de vsuris; cuius responsum, licet procedat respectu in certi pretij, & in certi exitus fructuum, vt aperte probat ibi: *Incerti pretij ratio additamenta vsurarum eiusdem materię fieri admitti*; & anteà senserat Imperator Alexand. in l. frumenti. 12. C. eod. tamen in effectu & substantia prædicta iura probant nostram sententiam, cùm ex mercibus legitimè extimatis, maximè ex auro & argento fructus possint prouenire, redditus nempe ex eã rũ specierũ sorte formari; quod etiam clariùs probatur in l. si pro mutua pecunia. 8. si certũ petatur, vbi cõstat, quòd pro auro, vel argẽto, seu alijs rerũ speciebus, quæ extimatæ datæ fuerunt,

fuerunt, vsuræ debetur intra legitimum modum vsurarum; qua ratione hæc est verissima sententia, quam, licèt non his fundamentis, sequitur Salaçar de vsu & consuetudine cap. 8. num. 45. versic. *Sed non parum.*

12 Quæ tenenta non obstant fundamenta in contrarium adducta. Et primò ad text. in l. cũ aurum, & in l. Quintus Mucius. ff. de auro & argento legato respondetur, quod ibi auro & argento legato non definit contineri pecunia ex defectu significationis verborum auri, vel argenti; sed quia tempore iuris consuetorum non facilè quisquam argenti numero numos computabat, vt expressis verbis pro ratione designauit Vlpianus in dicta l. Quintus Mucius. §. 1. ibi, *Non facilè enim quisquam argenti numero numos computabat*: & inde ipse Vlpianus statim probat contineri pecuniam sub legato auri, vel argenti, si constet id testatorem voluisse; quasi sentiat, q; ibi non cõprehendi-tur pecunia sub legato auri, vel argenti, ex defectu voluntatis est, non verò significationis vocabuli.

13 Ad secundum fundamentum contrarium respondetur, quòd licèt ex Decio in l. 2. §. 1. num. 6. ff. si cert. petat. debens pecuniam non satisfaciat soluendo massam auri vel argenti, contraria tamen sententia deducitur, ex Bart. in l. diuortio. §. ob donationes. num. 3. ff. soluto matrim. dum resoluens, quòd debitor massæ potest soluere in pecunia, subdit; *Et ê cõtra*, cuius sententiam sequitur Iass. in §. in bonæ fidei. nume. 62. instit. de actionib. & hoc à fortiori, si creditori detur impensa reducendi massam in pecuniam, ex Bart. in l. Paulus. 99. ff. de solut. & post Abb. & alios resoluit in simili casu Pinel. in rubric. de rescindenda 1. p. cap. 3. nume. 12. & hoc modo sunt intelligenda, quæ statim tradit ipse Pinel. in dicto cap. 3. nume. 14. Ex quibus omnibus de iure communi hæc videtur verissima sententia, quam uis aliter, prædictis non relatis, consideret Felicianus tom. 2. de censib. lib. 1. capit. 4. num. 4. & antea 1. p. de censib. lib. 1. capit. 4. nu. 10.

14 De iure verò Regio multum obstat l. 8. tit. 15. lib. 15. Recopil. ibi; *No se pueda dar todo, ni en parte alguna, en oro, ni en plata labrada, ni en tapizes, ni en otras alhajas, ni joyas estimadas*: post quam ipse Felic. in dubitatum esse credit non valere census constitutionem pro auro, seu argẽto, in dict. 2. tom. lib. 1. c. 4. n. 4. prope finem. Sed nihil obstante prædicta lege Regia, tenenda sunt quæ suprà diximus, & ad eam legem respondetur in capit. 37. præcedẽti, vbi veram eius legis interpretationem tradidimus; atque iterum in specie nostri casus respondetur, quòd dicta lex Regia non loquitur, neque procedit, quando pretium census accedit in massa auri, vel argenti eiusdem ponderet, valoris, atque quantitatis, cuius est pecunia. Sed quando datur pretium census, *En oro y plata labrada ô joyas*, vt verbis expressis lex ipsa decidit; quo casu præsupponit, quòd vltra pondus, atque valorem auri, vel argenti extimatur industria, atque labor eius materiæ. Ideò cùm prædicta industria non efficiat verum, atque certum pretium, in pondere & massa, sed illud excedat, mirum non est, si pro auro, vel argento atque simul quantitate industriæ, & laboris census non constituatur. Cùm tamen pretium non solùm in pecunia numerata, sed in alijs rerum speciebus, dummodò iustum, fit accedere possit, videndum est, an accedat, quando ex sententia quis condemnatur ad soluendam certam quantitatem, & interim decem, vel quid annuatim, vt ita sententia ipsa sit verum pretium creationis census, & censualis contractus ex ea formetur, & creari possit, de quo dicendum erit in capitibus sequentibus.

## AN CENSVS EX sententia condemnatoria creari possit, & quando. Caput XL.

### SVMMARIVM.

*Census reseruatiuus an formari possit in sententia atque simul declarari, an iustê creatus sit, necne. num. 2.*

*Census consignatiuus an creari possit hoc modo in sententia, vt scilicet declaretur præcessisse legitimam constitutionem. n. 3.*

*Census consignatiuus redimibilis an constitui possit per sententiam condemnatoriam sub ea conceptione condemnationis, vt certa quantitas, vel fors præstetur, & interim dum non præstatur, quid annuatim soluendum sit. nu. 4. & per totum caput.*

*Census an possit constitui alio titulo, quàm emptionis, seu venditionis numer. 5. cum alijs. & num. 19. vbi numer. 7. an valeat pactum, quòd si debitum non præstetur ad certum tempus, quid annuatim soluatur, & numer. 8. atque quòd sententia debet esse conformis libello.*

*pœna adiecta dationi quantitatis quando contineat vsuræ prauitatem. numer. 13. & intellectus ad l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. petat. vbi*

*num.* 11 *an possit quis eum aliena iactura lucrum consequi.*

*Index an possit debitorem condemnare, vt quandiu non paruerit sententiæ, soluat vsuras, & intellectus ad text. in l.* 1. §. *socium. ff. de vsuris. num.* 12.

## CAPVT XL.

IN capitibus præcedentibus resoluimus, quòd pretium census consignatiui non polùm potest interuenire in pecunia numerata, sed in alijs rerum speciebus, dum modo iustum, & legitimum interueniat, & similiter in prioribus capitibus huius tractatus aliter quàm titulo emptionis & venditionis, ex testamento nempe, & consuetudine, seu præscriptione, censum etiam induci valere demonstrauimus. Vnde in præsenti examinandum se offert, an formari possit ex sententia, ita vt ipsa sententia possit esse pretium creationis census, ac si in pecunia numerata crearetur. Quam dubitationẽ in distinctè examinauit Felician. de censib. lib. 2. cap. 5. num. 11. vsque ad numer. 15. resoluens denique creationem iniustam esse, referens pro vtraque parte non nulla fundamenta; vnde ad eius dubitationis veram resolutionem sequentes casus, quibus verificatur, proponuntur, & examinandi sunt.

2 Primus in censu reseruatiuo, vt quando nẽgans reseruationem alicuius annuæ pensionis in concessione fundi in censum fuisse factã, condemnatur, vt censuarius ad soluendam annuam pensionem, vt quia probata fuit reseruatio, & concessio fundi cum reseruatione; & in hac casus specie dubitari nõ potest, quin ex ea sententia census iustè formari possit, cùm cessent eo casu omnia, quæ de interuentu pretij in pecunia numerata, & in actu creationis contractus in censu consignatiuo traduntur: & quia census reseruatiuus in substantia, forma, & iustitia omnino à consignatiuo dissimilis est; non enim in eo dicitur, neque dici potest, aliquid recipi vltra sortem, cùm ex sorte ipsa concessa censuario, re nempe immobili data in censum pensio reseruetur, sitque pars fundi censualis ipse census, vt diximus in capite de natura & iustitia census reseruati, sententiaque condemnatoria nihil aliud operetur, quàm decidere, ac declarare contractum de sui natura iustum formatum fuisse, perinde ac si super alio quolibet contracta iustissimo, & eius perfectione fuisset prolata: quod diuersum omnino est à sententia, quæ in censu cõsignatiuo profertur; cùm in ea non solùm declaretur contractus ipse, sed extrà causam emptionis & vẽditionis, & cõtra Extrauagãtes Martini & Calixti census consignatiuus formetur. Vnde in reseruatiuo secure tenẽdum est, formari posse in sententia; nec de hoc quidquam disputat Felicianus suprà, sed tantùm de censu consignatiuo, vt infrà dicẽdum erit.

3 Secundus casus principalis consideratur, & figurari potest in censu consignatiuo, in quo quidem aliquibus modis subdistinguitur; quia si versatur lis circa iustitiam creationis census, vt quia venditor iniustè, emptor verò iustissimè creatum fuisse contendant, & super eius iustitia sententia proferatur, licèt non verè, & propriè ex sententia formari dicendum sit, cùm in ea non formetur, sed declaretur creatum fuisse, non tamen improprie ex sententia procedere diceretur; cùm sententia ipsum contractum censualem inuitum fuisse declaret, & perfectum atque iustum esse decidat; & huiusmodi contractus censualis ita in sententia declaratus iustissimus erit; quia non à sententia ipsa, sed à priori conuentione, & creatione, quæ per eam sententiam declaratur, & confirmatur, originem trahit, ex primæuaque conuentione in iudicium deducta, & sententia decisa, & non ex ipsa sententia formatur, & nascitur; & his casus non est, quem Felicianus examinat, sed alius longè dissimilis infrà referendus.

4 Tertius casus principalis, & qui magis accedit ad censum consignatiuum, figurari, & considerari potest, quando lis non versatur circa iustitiam creationis alicuius census, sed super solutione, aut restitutione certæ quantitatis, vel sortis; & cõdemnatio ita sequitur, *vt certa quantitas vel sors præstetur, et interim dum nõ præstatur, quid annuatim soluendum sit*; & in hac specie est vtilissimæ, & frequentis dubitationis, an census iustè sustineatur. In qua dubitatione Nauarr. in comment. de vsur. nu. 99. distinguit inter causam mutui, & alterius cõtractus, vt in primo casu, vel quãdo lis fuit mota super rebus consistentibus in ponderе, numero, & mensura, census ex sententia non valeat, extra eos tamen casus iustè formetur. Cuius resolutionem reprobat Felic. de censib. lib. 2. cap. 5. nu. 12. Gasp. Roderic. lib. 1. de arrend. additib. quæst. 16. numer. 27. ad finem: vnde eam quæstionem explicuerunt ad longum ipse Felician. numer. 11. vsque ad 15. & deniq; resoluit, censum non posse creari, & Roder. post eum d. quæst. 16. ex num. 22. vsque ad 27. eum reprobans; sed vt ab origine veritas cognoscatur, videamus fundamenta

damenta Feliciani, quibus intrepide sequitur hanc sententiam.

Et primò sic argumentatur Felician. Census non potest constitui alio modo, quã titulo emptionis & venditionis; & pecunia præsenti, ac numerata: ergo neque per sententiam.

Secundò ponderat, quòd daretur occasio, viaque facilis aperiretur ad extorquendas vsuras; vt quia facilè posset conueniri inter venditorem, & emptorem, vt ex consensu vẽditoris simulatè, & fictè sententia proferatur, qua condemnetur ad census solutionem.

Tertiò aduertit cum Bart. non licere dare aliquid consistens in pondere, numero, & mensura, siue quidquam mutuare cum pacto pœnali, quòd si non soluat ad certum tẽpus, quidquam nomine pecuniæ præstetur: ex quo infert, neque hoc sententia fieri posse. Quæ argumenta fatetur fuisse Nauarri in commentario de vsuris. n. 99. & 100.

Quartò Felicianus ipse post Nauarr. in dicto lib. 2. c. 5. num. 12. sic argumentatur. Sententia debet esse conformis libello, cap. licèt Heli de simonia cum vulgatis; sed in libello creditor non potest petere mille, & interim decem; ergo neque debitor ad id condemnari in sententia.

Quintò considerat, quòd pœna adiecta dationi quantitas continet vsuræ præsumptionem. l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. petat. & latiùs ipse Felician. lib. 1. capit. 10. sed in præsupposita condemnationi pœna adijcitur dationi quantitatis; ergo condemnatio non sustinetur.

Sextò sic argumentatur. Lucrari quẽ cum iactura aliena ipsa quoque natura vetat. l. nam & hoc natura. ff. de condit. indeb. sed debitor debitor recipiens lucrum ex sententia cum aliena iactura lucratur: ergo.

Septimò sic insurgit. Vbi ex mora debitoris ius non est factum deterius, debitor non potest condemnari ad interesse: ergo ob debitam solutionem iudex non poterit debitorem ad quid, interim dum sors præstatur, condemnare.

Octauò ponderat Felic. in num. 15. text. in l. 1. §. socius. ff. de vsuris, dicens sibi probari à Papiniano, iudice non posse debitorem condemnare, vt quandiu non paruerit sententiæ, soluat vsuras. Quibus argumentis prædicta sententia vtitur Felicianus.

5 E conuerso tamen ipse Felicianus. numer. 11. pro contraria sententia nonnulla refert fundamenta; dicit enim, quód cùm licita sit obligatio, quaquis ad stringitur ad aliquid faciendum sub pœnã, mirum non est, si ea obligatio sententia confirmetur.

Secundò debitor non solum tenetur soluere sortem, sed etiam interesse, quod passus est creditor. l. 1. C. de sentent. quæ pro eo quod interest: ergo iustè potest condemnari per sententiam ad id soluendum.

Tertiò vtitur vulgari argumento, dicit enim; Cuilibet, quod est plus, licebit, quod est minus; sed iudex potest condemnare simpliciter ad soluendũ: ergo alternatiuè, vt quis soluat sortem, vel interim quid annuatim.

6 Ego tamen, qui fere nunquam argumentationibus vtor, in hac dificultate ita distinguẽdum existimo. Aut casus sententiæ iustus est, vt quia in eo licitum sit creditori præstari interesse; & in hac specie quis vnquam dubitare potuit, quin debitor iustè condemnetur in eo, ad quod iure obligatus est? nonne obligatio reduci potest ad condemnationem, & cõdemnatio ad sententiam? ergo sententia iustissima erit. Neque in hac specie procedere poterunt fundamenta Feliciani in contrarium adducta, cùm sit impossibile defendi, quòd quid per sententiã non condemnetur ad præstandum id, cuius debitor est.

7 Aut enim casus sententiæ iniustus est notoriè, vt quia nullo modo, neque casus condemnatus tenebatur ad interesse, seu annuum censum; & in hac specie verissimum credo, per sententiam censum constitui non posse; quia si condemnatio iniustissima est, vt quia contractus notoriè iniustus in sententia confirmatur, vel quòd vsurarium annuatim soluẽdum præcipitur sententia, confirmari non poterit cõdemnatio, nec iniustitia notoria sententiæ sustinebitur; & in hac specie rectè procedunt fundamenta Feliciani, quæ præsupponunt, iniustam condemnationem, iniustum, & vsurarium contractum; proceduntq; omnia, quæ diximus in cap. de censu iniusto confirmando ex sententia.

8 Aut enim non dubitatur de iustitia, vel iniustitia condemnationis, sed de conceptione verborum eiusdem; vt quia condemnatio formatur in hunc modum, *quod Petrus intra certũ tempus soluat, vt restituat Illephenso centum, vel quid annuatim*; & in hac specie negari non potest, nisi quòd alternatiuè in defectum solutionis sortis censuus annuus per sententiam constituitur; quo casu succedit propriè dubitatio Feliciani, scilicet an census constitutio teneat; & præter fundamenta Feliciani videbatur iniustam esse, ex eo quòd census consignatiui creatio formaliter requirit, vel naturalem numerationem pecuniæ contemporaneam cum actu creationis coram testibus ac notario,

notario, vt Felicianus aduertit, vel interuentum sortis, respectu cuius census consignetur; cum igitur in sententia nec pretium in pecunia, nec vera sors de præsenti interueniat, sed sola condemnatio sortis, & vsurarum fiat, census creationem sustineri non posse videtur. Rursus, si ex pretio conuentione fieri nõ potest, nec est conceptione testamentaria, quòd quis intra certum tempus sortem restituat, & interim quid annuatim soluat; ergo nec sententia id fieri permittitur. Demum considerantur pro hac parte fundamenta Feliciani suprà relata, quæ aliquantulum vrgere videntur.

9 Sed his omnibus parum obstantibus, contrarium omnino verissimum existimo, scilicet posse vnum ex litigantibus per sentẽtiam condemnari, & obligari, vt alteri colitiganti certam præstet sortis quantitatem, & interim annuam soluat pensionem; quòd ex eo verissimè suadetur; quia si secundum merita causæ iudices reperiunt iustum esse, sortem præcisse fore restituendam, eiusque naturæ causa sit, quòd licite debeantur vsuræ & interesse, vt passim contingit, non solùm poterunt præcisse sortem, & alternatiuè sortem, vel vsuras in condemnationem deducere, sed ad id omni iure tenerentur, tanquam si aliquid iuste deductum in iudicio terminarent. Quid enim obest creationi census sententia? si enim ex parte sententiæ omne deductũ, imò & deducibile in iudicium terminari potest, & ex parte causæ condemnatio iustissima est; qua ratione cauilari poterit cẽsus, ignoro. Rursus, substantia creationis census non consistit in eo, quòd in sentẽtia à iudicibus, vel in scriptura à contrahentibus cõstituatur; sed in ipsamet iustitia census, vt quia iustè tam in sententia, quàm in contractu creari possit: ergo sublatis accidentibus substantia amplectenda est, & formalis conceptionis sententiæ seclusis conceptio & terminatio ipsa sustinenda. Demum hæc resolutio confirmatur ex his, quæ in sequentibus satisfactionibus ad argumenta contraria referuntur. Et eam resolutionem sequitur Gasp. Roderic. lib. 1. de ann. reddit. quæst. 16. num. 22. vsque ad num. 27. vbi respondet ad argumẽta contraria, & alios refert Felician. 2. part. de censib. lib. 2. c. 5. numer. 2. fol. 130. col. 2. vbi etiam refert alios cõtrariæ opinionis.

10 Et primò non obstat dicere, quòd cùm cẽsus non possit constitui alio modo, quàm titulo emptionis: ergo nec per sententiam; quia negatur antecedens, cùm certùm sit, non solùm alio titulo, sed alijs modis, quàm titulo emptionis & venditionis censum formari posse; creatur enim ex testamento, ex consuetudine, & demum ex omni causa iusta, vt latè diximus in capitibus præcedentibus huius tractatus, & præsupponit passim ipse Felicianus: ergo propriè pro hac sententia argumentum Feliciani retorquetur; regulariter enim fatendum est, quòd quando ex partium conuentione census creatur, titulo emptionis creari debet, vt probant Extrauagantes Martini & Calixti prima & secunda de emptione & venditione; sed si non ex pactione, sed ex necessitate iuris, & alijsque causis extra conuentionem census formetur, non est negandum creationẽ valere, licèt cõtemporanea cũ creatione nõ sit pecunia: quia cæteræ omnes dispositiones testamentariæ, vel consuetudinariæ, ex quibus census formatur præter emptionem & venditionem, non requirunt pecuniam numeratam cõtemporaneam cum actu creationis, sed iustitiam creandi, vt in cẽsu reseruatiuo probatur in capit. constitutus de religios. domib. & in l. fin. C. de rerum permut. vt in censu testamentario, vel consuetudinario, aut expræscriptione, latè diximus suis locis: ergo neque sententia id requirit, sed tãtum iustitiam creationis.

11 Rursus in iudicio quasi contrahitur. l. 3. §. idem scribit de peculio, & à contractu ad sententiam rectè argumentatur. l. si procurator. ff. de procuratorib. l. 1. vbi Bald. C. de sentent. quæ sine certa quantitate: cùm igitur ex debito iusto antecedenti possit census creari vt resoluit Roderic. lib. 1, de annuis redditib. quæst. 13. & nos in cap. de censu ex legitimo debito creando: ergo ex sententia constitui potest, vt contra Felic. cõsiderat Rode. d lib. 1. quæstion. 16. numer. 22. versic. *Monetur primo.*

12 Secundò non obstat dicere, quòd ex ea sententia via facilis aperitur creandi censum iniustum, cum possit quisquam simulate & ficte consentire condemnationi soluendi censum; quia licet partes id efficere valeant, si tamen ita iustã dederint causam, quæ iudicem ad condemnandum mouere poterit, non est attendenda fictio & simulatio, sed causa condemnationis, & iustitia sententiæ, qua iudex motus fuit; nõ enim ex occultis debet iudicare, sed ex meritis causæ; ideò simulatio pretiũ non est consideranda, sed iustitia sententiæ; sicut quando partes conuenerunt, vt partium in pecunia coram testibus ac notario interueniat, & confestim emptori census restituatur; quia licet simulata sit interuentio pretij, cùm tamen iudex non ex occultis, sed ex fide tabellionis de interuentione iudicare debeat, censum aliàs iniustum approbabit; ergo eadẽ simula-

simulatio & fictio dari potest in censu emptitio quæ daretur in sententia; sed in emptitio non consideratur; ergo neque in censu sententiæ est considerandæ, sed demum iustitia, donec aliàs de iniustitia constet.

Aliter etiam respondet Roderic. dict. q. 6. num. 22. vers. *Secundò monetur.*

13 Tertiò minus obstat dicere cum Bart. & alijs suprà, non licere dare aliquid consistens in pondere, numero, & mensura, siue quidquam mutare cum pacto pœnali, quòd si non soluat ad certum tempus, quidquam nomine pœnæ præstetur, & inde inferre non posse id ipsum fieri per sententiam; quia præterquàm quòd regula Bartholi multoties limitatur, vt quia multoties licita sint similia pacta, & conuentiones pœnales, vt latè traditur per Ioan. Gutierr. de iurament. confirmat. lib. 1. cap. 16. & traditur per omnes in l. si pacto quo pœnâ. C. de pactis; & nos diximus in capite de censu ex pœna conuentionali, non benè sequitur; Non licèt mutuare cum pacto, quòd si nõ soluat ad certum tempus, quidquam nomine pœnæ præstetur: ergo neque licita est similis condemnatio sententiæ; quia mutuare sub pœna vsurarum continet prauitatem vsuræ, cùm ex mutuo nihil speretur; condemnatio verò sententiæ, maximè iusta ex omni parte, ab vsuræ prauitate liberatur cùm in ea nõ detur mutuum verum, neque interpretatiuum, nec vlla fictio, aut simulatio, sed actio iusta ad interesse in iudicium deducta declaretur, & terminetur; ideò subuertitur argentum. Ex quo Felicianum improbat Roderic. dicta quæstion. 16. numer. 22. in fine, versic. *Tertiò monetur.*

14 Quartò minus obstat vulgaris regula, quòd cùm sententia debeat esse conformis libello, & creditor non possit præter mille, & interim decem, condemnatio etiam non sustinetur; quia licèt maior regulariter vera sit, multipliciter tamen limitatus, & maximè hodie attento iure Regio, quo iudicis possunt supplere defectum libelli, & condemnare secundum merita causæ; & quamuis in distinctè vera esset, minor omnino subuertitur; quia licèt creditor non possit petere mille, & interim decẽ accedente. Tamen iusta causa petendi interesse, iustissimè id peteret, & consequenter iustè creditor condemnaretur. Et si rectè consideretur, absurdum est in distinctè dicere, creditorem non posse petere centum, & interim decem, cùm tot, tantæque iustissimè causæ accedere possint petendi interesse & vsuras, & similiter condemnandi; ideò nihil obstat argumentum. Quod etiam ad longum comprobat, & respõdet Roderic. d. q. 16. num. 23.

15 Quintá obiectio in effectu & substantia idem importat quòd tertia; vnde ex eadem satisfactione diluitur, præterquàm quòd in ea conceptione, vt quis censum soluat, & interim decem, non adijcitur pœna dationi quantitatis, vt inde possit inferri ad doctrinam l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. petat. Sed fundatur iusta cõdemnatio in sorte & interesse vt quia ex omnibus præceptis iustitiæ cõmutatiuæ interesse, debitũ erat: vnde de iusta cõdemnatione ad pœnã adiectã dationi quãtitatis, malè argumẽtatur. Rursus pœna adiecta dationi quãtitatis ex partiũ cõuẽtione reprobatur, vt omnes aduertunt in dicto §. si tibi; non tamen adiecta a iudicibus in sententia: quia cùm iudices iudicando non contrahant inter se tanquàm priuati, sed decidant vt personæ publicæ, & inde pro sententia semper præsumatur, omnem simulationem sententiam excludere, certum est; ideò longè distat pœna adiecta dationi quantitatis ex partium conuentione, & condemnatio in sententia à iudicibus prolata, vt latè diximus de censu ex pœna cõ
16 uentionali formando.

Sextum, & fragile quidem argumentum excluditur ex eo, quia licèt lucrari quem cum aliena iactura ipsa quoque natura veter, vulgata l. nam & hoc natura de condit. indebit. & nos id negare non possimus; negamus tamen in ea conceptione sententiæ lucrari quem cũ iactura aliena, quia neque actor quidquam ex condemnatio lucratus, cùm lucrum sit debitum, & legale, & id, quòd legitimè debetur, lucrum dici non possit, sed propriè creditoris substãtia, neque condemnatus iacturam patitur, cùm nihil ab eo iniustè extorqueatur, neque vltra sortem præstetur, sed in interesse legitime debitum condemnatus sit, quod non solum natura ipsa non aborret, sed potiùs permittit, & iubet, cum interesse iustum & legale in præceptis iustitiæ commutatiuæ fundetur: ergo nulla condemnati iactura consideratur.

17

Septimò minus obstat dicere, quòd vbi ex mora debitoris ius creditoris non est factum deterius, debitor non potest condemnari ad interesse, & quòd ideò ob dilatam solutionẽ iudex non poterit rerum cõdemnare ad quid annuam præstandum, quia condemnatio iusta sententiæ constituit debitorem in mora, imò & præsupponit moram debitoris præcisse: ergo non sine mora sententia profertur: ergo re
18 ctè succedit interesse.

Neque etiam obstabit aliud fundamentum Feliciani de capite licet Heli de simonia. l. final. C. de fideicommiss. libertatib. quia ad illud fundamentum respondit bene post Petrum Surdum,

Sardum, & alios Rodericus dicta quæst. 16. n.23.vbi & n.24.respondet etiam ad legem & si post res.ff.si quis cautionibus.

19 Octauò nihil obstat textus, quem Felicianus expressum existimat in l.1.§.socius.ff.de vsuris, quia si textus ille rectè consideretur, expressè probat nostram sententiam; dicit enim Vlpianus, quòd si socius ideò condemnandum est, quòd pecuniam communem inuaserit, vel in suos conuerterit vsus, etiam mora non interueniente præstabit vsuras: ergo iusta causa præstandi interesse habetur loco moræ, & consequenter ex ea iusta causa sicut ex mora rectè iudex condemnabit socium in vsuras. Neque obstabunt verba sequentia Vlpiani, dum dicit: *Neque tamen iudex iudicio bonæ fidei rectè iubebit interponi cautionem, vt si tardius sententiæ condemnatus paruerit, futuri temporis pendantur vsuræ:* quia si dicta verba rectè considerentur, non contradicunt precedentibus, sed potiùs ab eisdem præcedentia interpretantur, & confirmantur, vt hoc velit Vlpianus in dicto versic. *Neque tamen*; quia quãuis in priori casu Vlpiani iustè debeantur vsuræ, & quis ad earum solutionem possit condemnari, non tamen iudex ex officio suo iubebit interponi cautiones, vt si tardius sententiæ condemnatus paruerit, futuri temporis pendantur vsuræ; & rationem reddit Vlpianus statim dicens; *Cùm in potestate sit actoris iudicatum exigere*, fortificans iterum rationem dicit: *Quid enim pertinet ad officium iudicis post condemnationem futuri temporis tractus*: ergo non probat Vlpianus, quòd in sententia formari non possit condemnatio vsurarum, cùm in principio dicti §. contrarium potiùs decidat, sed tantùm constituit, quòd iudex ex officio suo absq; vlla partis petitione in vsuras non condemnabit; ideò nihil obstat text. ille, imò pro hac sententia expressus est. Ad quem text. etiam respondit Roderic. dicta quæstion.16.numer.27. ad quem vos mitto, quia benè loquitur. Sed licet census ex sententia rectè possit creari, si tamen à principio iniustè creatis sit, est elegantis dubitationis, an semel iniustè creatus possit per sententiam confirmari; quod explicandum erit in capite sequenti.

## AN CENSVS A principio iniustè creatus possit per sententiam confirmari, cuius sententiæ in futurum obstet exceptio rei iudicatæ. Cap. XLI.

## SVMMARIVM.

*Census à principio iniustè creatus quando possit per sententiam confirmari, & per totum vsque ad finem: & quod sententia habeatur pro veritate, & non admittat conditionem indebitum dicto num.1.*

*Sententia in causa census iniusti an, & quando possit transire in rem iudicatam.n.2.*

*Census iniustus sententia confirmatus, an per temporis cursum possit corroborari.n.3.*

*Reductio census iniusti facta per sententiam, vel sine sententia, an tractu temporis possit fortificari.num.4.*

*Exceptio sine causa contra sententiam an possit admitti, quamuis non admittatur exceptio conditionis indebiti.nu.5.& 6.*

## CAPVT XLI.

1 IN capite præcedenti resoluimus, an & quando census possit creari ex sentẽtia emphyteoticus, reseruatiuus, vel consignatiuus: vnde in præsenti discutiẽdum est; an census à principio iniustè creatus possit per sententiam confirmari, ita vt ex cõfirmatione sustineatur. In qua dubitatione, quæ omnes censuum species comprehendit, videbatur dicendum, quòd census iniustus per sententiam iustificetur, & confirmetur, ex eo quòd sententia habetur pro veritate. l. res iudicata.ff.de regulis iuris, ita quòd non possit aduersus sententiam obijcit exceptio condictionis indebiti.l.Iulianus.ff.de cõdict. indebit.l.1.eod.tit.

2 Sed eo fundamento parum obstante, contraria sententia omnino verior est, quam sequuntur Alberic.Bald.Ias. Maranta, Auend. & Tiraquel.quos referens sequitur Roderic. lib.1.de ann.reddit.quæst.16.num.1. in fine, vbi num.2.refert.Ancharranum, & Alexandrum, qui inter se super ea dubitatione pugnauerunt, & num.3.eos conciliat.

3 Ex quo nascitur, quòd in ea causa sententia, quæ confirmat censum iniustum, nunquã transit in rem iudicatam, vt in causa vsurarum resoluunt Imola in l.stipulatio ista.§ alteri, colum.antepenult.ff.de verbor.& latè prosequitur Ambros.de Bignate, in repetitione capit. salubriter de vsuris.num.21.& 134.Ioan.Baptista Lup.de vsuris, commentario 2.§.3.num. 91.& latè Felician.de cẽsib.lib.2.cap.1.num. 24.Barbos.in l.Titia.num.54.ff.soluto matrimonio; & iterum Felician.in 2.tom.de censib. lib.1.capit.4.numer.5. vbi post Albericum, Iasio-

Iassonem, Ripam, Rebuffum, & Tiraquellum idem resoluit. Neque mirum est, sed æquitati, atque iustitiæ summè conueniens; quia cũ vsuræ vitium contineat peccatum, & exceptio rei iudicatæ nihil obstet, quando admissa verteretur animæ periculum, sententia in eo casu transirè non poterit in rem iudicatam, vt considerant Felinus, & alij in cap. consanguinei de sententia & re iudicata, Dominicus colum. 1. Francus notabili finali in cap. vnico de exceptionibus in 6. Iaſſ. in l. à Diuo Pio. §. sententiam Romæ. numer. 18. de re iudicata, Monoch. de arbitrar. libr. 2. casu 439. numer. 5.

4 Ex quo ampliatur decisio textus in l. 2. tit. 15. lib. 5. nouæ Recopil. quę loquitur de reductione census frumentarij ad pecuniam, vt procedat, etiamsi ea reductio, seu moderatio semel à iudice per sententiam fuisset denegata, quia non obstante exceptione rei iudicatę frumentarij census reducerentur, vt quia reductio naturalis, & iustissima, non potuisset à iudice denegari; quòd post Couarrubiam, & Garciam aduertit Rodericus dicta quæst. 16. num. 14. & 15. & anteà num. 11. & 12. vbi num. 13. idem esse credit, si census redimibilis imperitè per sententiam perpetuus declararetur quia ea sententia non obstante potuisse eum redimi existimat.

5 Neque aduersus hanc veritatem obstabit, quòd exceptio condictionis indebiti non impedit virtutem sententiæ, vt quia sententia habeatur pro veritate, ex l. eleganter, & l. Iulianus. ff. de cõdict. indebiti; quia respõdetur, quòd licèt contra sententiam non obstet cõdictio indebiti, obstat tamẽ cõdictio sine causa, qua interueniente dabitur repetitio etiam contra sententiam transactam in rem iudicatam, ex notãda doctrina Bartuli in l. 1. C. de condict. indeb. in fin. & in l. si fullo in princ. ff. de cõdict. sine causa, Paul. & Iaſſ. in l. Iulian. §. fin. ff. de cõdiction. indeb. elegãter Surd. cõs. 268 num. 14. cum alijs, adonde ponderabel texto in l. in commodato. §. fin. ff. commodati, vbi qui pretium rei commodatæ perditæ soluit, si dominus rem perditam inuenerit, rectè illud conditione indebiti repetit. l. si nõ sortem. §. si quis, & §. sequenti. ff. de condict. indebiti, vbi si debitum solutum ex post facto indebitum fiat, datur condictio, vbi Fulgos. multum notat, & in specie quòd solutum virtute sententiæ repetatur, si causa sententia reducatur ad nõ causã, vel rescindatur sentẽtia ex testamẽto, vel instrumẽto falso, vel ex alia simili causa, post Bart. in dicta l. si fullo in fine Paul. num. 7. & 8. Iaſſ. num. 2. resoluit eleganter, Petrus Surd. consil. 268. nu. 16. cum alijs, & ratio est, quia eo casu non redarguitur sentẽtia de iniquitate, sed de cessante causa, & agitur de iure, q̃ superuenit post sentẽtiã, ex quo insurgit æquitas cõcedens repetionem. gloss. in l. Iulianus, vbi Bart. n. 9. Castr. n. 9. Iaſſ. n. 12. & 17. ff. de condict. indebiti, Bald. in l. sub specie. num. 3. vbi Salicetus num. 6. C. de re iudicata. Paul. in l. eleganter in princip. numer. 9. vbi Alexand. §. 1. num. 7. de condict. indebiti Paul. Castr. cõs. in 257. n. 4. vol. 2. vbi loquens in eo, qui fuit condemnatus soluere, quod anteà soluerat, vel quod indebitè soluerat, dicit, quòd potest repetere primam solutionem quia hoc modo non impugnat sentẽtiam, sed agit ex falsitate, vel errore sentẽtiæ, Alexãd. consil. 69. num. 6. vol. 3. Felin. in cap. suborta, col. 6. in fine, versic. *Dicit tamen*, de re iudicata. Ruyn. consil. 89. numer. 15. vol. 1. Curt. in repetitione. l. admonendi, numer. 21. de iure iurando.

6 Quæ quidem omnia ampliãda sunt, etiãsi sententia fuisset antiquissima, atque virtute eius plures annuæ præstationes vniformites factæ præcessissent, quia antiquitas iniustitiã eius, neque census suplere posset, imò tantò iniustior esset census, quantò antiquiori sententia fuisset confirmatus, ex his, quæ latè diximus in cap. de censu ex temporis cursu virtute tituli inualidi inducendo, & nominatim aduertit Rodericus lib. 1. de annuis redditibus, quæst. 16. num. 16. vbi num. 17. aduertit, quòd cùm in eo casu interest debitoris, vt instrumẽtum originale exhibeatur, aduersus creditorẽ iustè ageret ad exhibendum, & ipse tenebitur exhibere; quòd prosequitur vsque ad numer. 20. Quid tamen dicendum sit in transactione, videatis in cap. sequenti.

## DE CENSV IVSTE ex transactione nouiter creando vel iniustè creato confirmando. Caput XLII.

### SVMMARIVM.

*Census emphyteoticus reseruatiuus, vel consignatiuus, an, & quando iustè constituatur ex transactione. n. 1. cum alijs.*

*Census consignatiuus, an, & quando iustè constituatur ex transactione. num. 2. cum alijs.*

*Census iniustè à principio creatus an, & quando confirmetur, seu conualidetur transactione. numer. 3. & 4.*

CAPVT

## CAPVT XLII.

IN capite præcedenti scripsimus: quando census iustè à principio creatus, vel iniustè constitutus confirmari possit sententia: vnde in præsenti agendum est, quando creari, vel confirmari possit transactione; & si agimus de censu emphyteotico reseruatiuo, vel consignatiuo perpetuo, certũ est, quod creatio, & constitutio eius contractus regulabitur ex legibus transactionibus, de quibus in toto titulo. ff. & C. de transactionibus; vt quia transactio regulariter permissa sit. Exemplum dari potest, quando res aliqua immobilis fructifera per transactionem datur in emphyteosim, vel censum, non tamen quãdo is census emphyteoticus, vel reseruatiuus ex pecunia transactionis creatur, quia cum hi contractus ad eorum essentiam formaliter requirant bona verè immobilia soli, vel solo cohærentia, de sui natura fructifera, stabilia, existentia, & non breuiter peritura, atque momẽtanea, sicut pecunia, quæ non solùm mobilis est, sed de sui natura infructifera, & breuiter consumptibilis, ex pecunia per trãsactionem creari non possunt, sed ex dictis immobilibus rebus, quamuis census consignatiuus perpetuus, qui vulgo, licèt impropriè, dicitur emphyteoticus, ex ea transactionis pecunia iustè constituatur; vnde in his censibus emphyteoticis reseruatiuis, vel consignatiuis perpetuis, non proprie cadit dubitatio, cũ regulariter modo supradicto possint creari.

Casus verò, in quo dubitatio verificatur, contingere potest in censu consignatiuo redimibili, vt quando quis, vt alius discedat à litè, pro certa quantitate pecuniæ nõ habens eam paratam, quid annuatim soluendum interim dum sortem restituat, promittit: quo casu explificat eam dubitationem Felicianus lib. 2. de censibus cap. 5. numer. 16. vbi denique resoluit, ex pecunia transactionis censum non posse creari; dicit enim, quod census non creatur alio titulo, quàm emptionis & venditionis, & quòd in ea transactione simulatur, & absconditur, quoddam mutuum, & quòd tempus, seu pecunia non recipiunt extimationem, neque quidquam pro vsu pecuniæ accipi potest, quibus fundatur considerationibus, & deniq; indistinctè loquitur in censu creando ex transactione. Qua ratione in ea dubitatione ita no uiter distinguendum esse existimaui, quia aut agitur de censu consignatiuo iniustè, vel pro iniusto pretio transactionis creando, & in ea specie, licèt dici soleat, quòd super causa vsuraria potest transigi ex l. vnica. C. de plusple-

titionibus, hoc tamẽ ad casum iniustè creati applicari nõ posse, comprobat lat. Roderic. dicto lib. 1. de ann. redditibus quæst. 16. num. 21. cum alijs; neque eius dubitationis resolutio in dubium poterat reuocari, si quidẽ si per sententiam census iniusto pretio creari non potest neque iniustè creatus confirmari eadem ratione transactione creari non posse certum est. Aut enim census à principio legitimo pretio creatur, nempe ad rationem quatuordecim pro vno; & in hac specie credo rem, censum pro trãsactionis pretio creatum non sustineri; non tamen ex rationibus Feliciani in d. lib. 2. cap. 5. num. 16. Sed ex ea potissimum ratione, quia cum pretiũ transactionis non posset dici indiuiduum & legale, sed potiùs naturale ex partium conuentione designatum, vt quia solo arbitrio & extimatione transigentium quantitas pretij designaretur; & census pro pretio naturali, quod habet latitudinem ad rationem quatuordecim pro vno creari non possit, sed demum sit creandus pro legitimo, & legali, atque indiuiduo, vt latissimè resoluimus in capitibus de pretio census, meritò pro sorte & quantitate pecuniæ transactionis census non creatur, quia in ea sorte & quantitate pecuniæ impossibile est, quòd detur, neque reperiri possit iustitia pretij indiuidui, cuius respectu ad rationem quatuordecim pro vno census formetur, sed potius reperitur latitudo pretij naturalis, vt quia partes transigẽtes non potuissent in ea quãtitate pecuniæ designata attingere indiuiduitatem pretij trãsactionis, ideò cẽsus prò ea quãtitate ad rationem quatuordecim pro vno designandus non est, vt in simili casu resoluimus in cẽsu consignatiuo pro pretio naturali rei immobilis venditæ constituto, & in alijs similibus casibus, in quibus non ex pecunia, neque ex pretio indiuiduo, sed ex naturali, nempe ex hominum extimatione census creatur; & in hac specie credo verum dixisse Felicianum. In secundo verò casu, scilicet quando census consignatiuus creatur ex quantitate transactionis maiori pretio, quàm ad rationem quatuordecim pro vno, nempe ad rationem viginti, crederem ex sorte transactionis iustè fuisse creatum, quia cùm ea quantitas transactionis legitimè promissa, atque debita sit, soluendaque fuisset tempore contractus, succedatque loco verissimi pretij, sicut debitum legitimum, & ex ea formetur sors, cuius respectu præstentur vsuræ, meritò pro sorte promissa census constitutus sustinetur, vt latè dicendum est in capitibus præcedentibus. In qua specie si locutus fuit Felicianus, lapsum esse dicendum est, ex rationibus supradictis,

nihil

nihil obstantibus eisdem considerationibus, quia verum non est, absolutè, & indistinctè, censum non posse creari, nisi pro pecunia, cũ ex pretio legitimo census creetur, nihilque dominus census quidquam recipiat pro dilatione, sed verè & propriè pro sorte sibi debita & soluenda, neque in pœnam non soluentis censum pensio promittitur, sed pro vera sorte datur, vt ita in eo contractu interueniant præcepta iustitiæ commutatiuæ, quæ consistunt in æqualitate, ita vt sicut venditor census pro pecunia transactionis, quæ vere emptoris est, tantũdem percipit, ac retinet, vsumque sortis & fructus accipit, imò & forsan vtilissimus est sibi contractus, cùm vt solueret pecuniam trãsactionis, vẽdere viliori pretio bona sua cogeretur, ita & emptor cẽsus pro eadem sorte pecuniæ, quæ sibi danda erat à venditore, cuius vsum, commoditatem, imò & fructus habere poterat, annuam pensionem iustè recipiat, ne aliàs locupletetur vẽditor cùm eius iactura, quæ cõsideratio æqualitatis inter cõtutãtes in hac census materia vrgentissima est, vt si contractus ab ea regulentur, impossibile videtur posse continere iniustitiã. Sin autem census maiori pretio, quã ad rationẽ quatuordecim pro vno per transactionẽ constituatur, supradicta omnia cessabunt, & in eo tantũ consisteret dubitatio, an ex alio titulo, quã emptionis & venditionis posset creari: in qua specie cum certum sit, quòd iustitia substantia, atq; essentia census à quantitate pretij magis quã à titulo contractus pẽdeat, si iustum accedat, iustissimus erit census, & consequenter nihil interesset, an per transactionem, seu alium titulum crearetur.

3 Fortior quidem, & vrgentior dubitatio cõtingere potest in confirmatione census cõfignatiui iniustè creati, an scilicet partes consentiendo, vel transigendo possint censum iniustè creatum confirmare. In qua dubitatione præter ea, quæ diximus in capite præcedenti de confirmatione census iniusti per sententiã aduertendũ est, quòd licet transactio, seu cõpromissum aliquando valeat super causa vsuraria, vt per textum in d.l. vnica. C. de plus petitionibus aduertit Roder. d.q.16.nu.21. hoc tamen limitandum est, si compromissum, vel transactio facta fuerit in fraudem vsurarũ, veluti si per fraudem aliqua pars inducta fuit ad cõpromittendũ, vel transigendũ; quia eo casu non obstante transactione, neq; compromisso, vsuræ repeti possunt, ex Lapo allegat. 55. & post Ioan. Andr. tradit Ioã. Baptist. Perusin. in tract. de arbitris lib. 3. cap. 14. quando enim transactio daret materiam fœnerandi, peccatũ nutriret, & consequẽter nulla esset, ex cap. 2. de arbitris; sicut nec valet simoniacum arbitrium, ex d. ca. 2. & Ioan. Bapt. suprà: nõ enim in materia vsurarum stãdum est pactionibus, seu conuentionibus partium, vt Rodericus late probat lib. 3. de ann. reddit. q. 5. n. 40. cum enim vsuræ naturali & diuino iure prohibeantur, non poterunt partes suo consensu, vel transactione vsurarum prohibitionem tollere, seu contractum illicitum & reprobatũ facere, vt ex pluribus comprobat Tiraquell. lib. 2. retract. ad finem. num. 152. vbi amplius, etiamsi iurauerint cõtractum de quo egit Felicianus 2. tomo de censibus lib. 1. capit. 7. numer. 4.

4 Poterit tamen trãsigi super vsuris præteritis, quæ transactione remitti possunt, sicut & dolus præteritus remittitur. l. si vnus. §. illud. gloss. verb. *Agat* & §. pacta, ibi, *Sed post admissa hoc pacisci possumus.* ff. de pactis, quod in specie aduertit Baldus in cap. 1. §. similiter de controuersia inuestituræ in vsibus fœudorum, Octauian. decis. Pedemont. 143. n. 1. Tiraquel. lib. 2. retract. ad finem. n. 153.

## AN PRETIVM TRADENDUM sit in actu celebrationis instrumenti coram testibus, ac notario, vel sufficiat, si iustum & integrum anticipetur. Cap. XLIII

## SVMMARIVM.

*Pretium census an debeat interuenire in actu celebrationis instrumenti coram testibus an notario, vel sufficiat, si anticipetur. numer 1. & per totum.*

*Forma omnino est ad implenda, & actus contra formam nullus est. n. 1. & n. 16. vbi traditur intellectus ad proprium motum Pij V. & nouiter. n. 6. cum alijs.*

*Cessio actionis an fit facienda in continenti, vel sufficiat, si fiat ex interuallo, & declaratio ad l. Modestinus de solution. num. d. numer. 2. & num. 17.*

*Facienda ex interuallo an in continenti facta teneant, & è conuerso. n. 3. & 18.*

*Intellectus ad l. 8. tit. 15. lib. 5. nouæ Recop. traditur n. 4. & n. 19.*

*Nouus intellectus, & verus ad caput Matriti, quod habetur in l. 10. tit. 15 lib. 5. Recop. circa*

*supplicationem à proprio motu interpositam n. 10 cum præcedentibus, & sequentibus.*

*Confessio de dote recepta præcedente vera dotis traditione, excludit omnem simulationem. num 15.*

*Fides tabellionis de receptione seu traditione sortis excludit omnem simulationem contractus. num. 16.*

*Traditio sortis ad iustitiam creationis census reseruatiui an debeat interuenire in actu celebrationis contractus. num fin.*

## CAPVT XLIII.

1 VERAM sortis, atque integri, & iusti pretij traditionẽ esse necessariò faciendam in pecunia numerata, seu in alijs rerum speciebus, quæ legitimo & iusto pretio estimatæ in locum sortis succederẽt ad iustitiam creationis census, diximus in capitibus præcedentibus, sed quo tempore traditio pretij interuenire debeat, an in actu celebrationis instrumenti censualis coram testibus & notario vel sufficiat, si anticipetur, ita quòd census creari possit pro vero & legitimo pretio, licèt anticipato, est vulgaris, licèt notanda, ac frequens, & contingibilis dubitatio, in qua, vltra omnes, quos legerim, qui hãc rem, nõ vt oportuerat, discussam & intellectam relinquerunt videbatur dicendum, quòd traditio sortis necessariò est facienda in actu creationis contractus censualis, & quòd non sufficiat, si pretiũ etiam legitimum anticipetur, quod ex sequẽtibus fortissimè constat.

2 Primò ex verbis proprij motus Pij V. super forma creãdi census, quĩ sępissimè in hoc opere repetitur, dum dicit; *Rursum nisi verè in pecunia numerata præsentibus testibus, ac notario, & in actu celebrationis instrumenti.* Quæ verba formaliter requirunt, quòd eo tempore, & non alio fiat traditio sortis, & quòd ex fide tabellionis ac testibus constet, veram, & non fictam, atque simulatam, neque anticipatam traditionem interuenisse, & iterum verba illa; *Solutiones, quas vulgò anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci prohibemus;* anticipatam sortis traditionẽ impugnant, cùm ex fide tabellionis præcedens probari nequeat; vnde si verba formalia sunt respectu temporis traditionis pretij, necessariò eo tempore traditio facienda est, aliàs corrueret actus, cùm recedens à tempore recedat à forma, & actum nullum efficiat, ex Baldo & Saliceto, in authent. quæ supplicatio. C. de precibus Imperatorio offerendis, dum dicit textus; *Nisi sub hac forma*, & per text. in l. scire oportet. §. consequens. ff. de excusat. tutor. ibi; *Non aliter auditus, nisi obseruauerit constitutum tempus*, & idem tenet ipse Baldus in l. obtemperare. §. post hæc. ff. de officio Proconsulis per text. in l. quæ Romæ. §. Augerius. ff. de verborum, idque resoluit Tiraquell. plurimos referens de retract. lignag. §. 3. gloss. 4. numer. 3. & 4. est enim forma lex individua, & naturaliter debet ad impleri, non ciuiliter, neque per æquipolens, ex latè traditis per Tiraquel. de retract. lignag. §. 21. gloss. 1. per totam, maximè num. 11. cum præcedentibus & sequentibus; ex quo traditio sortis necessario facienda est tempore à proprio motu formaliter designato; quòd quidem dicendum est, quocunque modo fateamur adiecta fuisse in eo proprio motu; qualitatem illam certi temporis, siue per modum causæ finalis, siue fundamenti & existentiæ, vt vtroque casu formalis sit temporis designatio, quo traditio facienda est, vt in tempore formali declarant eleganter Bald. in l. humanitatis. num. 28. C. de impul. versic. *Quandecunque*, Ripa in l. ex facto. numer. 36. de vulgari, Dec. consil. 24. Crauet. consil. 202 num. 31. Paris. consil. 101. num. 32. lib. 1. Belonus consil. 1. numer. 8. & 9. ergo si designatio illa momenti temporis formalis est, traditio pretij eo tempore formaliter fieri debet.

3 Secundò inbatur præcedens resolutio ex alia communi Doctorum, de qua per text. ibi in l. Modestinus. ff. de solut. dicunt enim, quòd actio, quæ cedenda est in continenti ex dicta l. Modestinus, cedi non potest ex interuallo; quia cùm fiat post solutionẽ, nihil est, quòd cedatur, cùm solutione tollatur omnis obligatio, in principio, instituit. quibus modis tollitur obligatio; & sic actio, quę nõ est, cedi non potest. l. decem. ff. de verb. oblig. c. ad dissoluendum de sponsat. impuber. & declarat gloss. in l. 1. §. cùm prædium. ff. de pignor. Et quòd cessio facta ex interuallo nullius sit momenti, resoluit Socinus. consil. 18. nu. 9. vol. 1. Iaff. in l. si res obligata. n. 44. ff. de leg. 1. Dec. cõs. 502. n. 11. Tiraq. de retract. 1. p. §. 26 gloss. 1. n. 53. & plurimos refert Felic. 2. tom. de cẽsibus. lib. 3. capit. 2. num. 9. versic. *Partem verò negatiuam.*

4 Hinc etiam & tertio videmus, quod plurima incontinenti facta valent, quæ si ex interuallo fierent, non tenerent, vt latissimè resoluit Lazarus Fænutius in tractatu de momento temporis capit. 22. per totum, & è conuerso plurima ex interuallo facta tenent, quæ si fierent in continenti, non subsisterent, vt etiam latissimè resoluit ipse Fænutius in

ipso

ipso tractatu cap. 21. per totum. Ex quibus, atq; ex argumento totius tractatus ipsius Fenutij forma hæc momenti temporis seruanda omnino est in traditione pretij census.

5 Quartò hæc nostra sententia nominatim videtur probari in l. 8. tit. 15. libr. 5. nouæ Recopil. quæ habetur in quaterno legum Recopilationi additarum, dum agens de traditione pretij ad iustitiam creationis census, subdit: *Sino que todo el dinero de la suerte principal se aya de pagar, y se pague, y se cuente al principio*: & statim: *Y que el escriuano, ante quien passare el contrato de la fé de la numeracion y paga de toda la dicha suerte principal.* Quæ verba expressa sunt ad probandum, quod traditio pretij in actu creationis census necessariò interuenire debet, & quòd non sufficit, si anticipetur.

6 Demum hanc sententiam tenet Michael Palac. lib. 4. cap. 6. versic. *Itemq; quòd pecunia sit numerata*, pag. 311. Ignat. Lasarte de decima vendit. cap. 10. num. 49. & post Carrança, Pizarro, & alios, resoluit Felician. de censib. lib. 1. cap. 8. num. 13. 14. & 15. & libr. 2. cap. 5. n. 17. & latiùs id prosequitur in 2. tom. lib. 1. cap. 8. numer. 6. versic. *Verùm ex dispositione*, cum alijs.

7 Ego tamen vltrà supradictos nouiter pro hac sententia considerabam, quòd si pretium in pecunia coram testibus ac notario, & in actu celebrationis contractus non interueniret, deficeret indiuidua, & æqualis correspondentia de pensione ad sortem, non solùm in quantitate, sed in qualitate pretij, atque simul deficeret certitudo traditionis integri pretij, quæ formaliter ad eius census iustitiam est necessaria; quod patet ad sensum; quia æqualis, & indiuidua correspondentia pensione ad sortem, & è conuerso in quantitate & qualitate ideò deficeret, quia sors in pecunia rectè correspondet pensioni pecuniariæ, cùm vtrúque pecunia sit, & ideò in vtraque pensione & sorte datur indiuiduitas, atque æqualitas, identitasque in quantitate & qualitate, cùm nulla latitudo in eo casu detur: ergo vtrumque, vt iustitia & correspondentia sit æqualis, in pretio debet interuenire; & similiter traditio eius sortis pecuniariæ æqualis, & indiuiduæ coram testibus ac notario est facienda, cùm per eam traditionem in actu celebrationis contractus factam veritas receptionis integri pretij euidentiùs probetur, neque aliter clariùs, atque verius probari possit: igitur mirum non est, si vtrumque sit formale, & traditio integri pretij in pecunia, & quòd tempore creationis contractus fiat. Ex qua consideratione vtilissima & vera sumpserunt originem, atquè decidendi rationem leges Regiæ, quæ census frumentarios, etiam antiquissimos ad pecuniam in sorte & pensione reduxerunt; cùm enim in eis daretur inæqualitas de pensione ad sortem in qualitate, vt quia vnum erat species, aliud pecunia, necessariò danda erat in quantitate. Ex quo cùm resultaret iniustitia, reducendi erant.

8 His tamen omnibus fundamentis, atq; considerationibus non obstantibus, contrariam sententiam veriorem ex sequentibus credimus. Primò, Extrauagantes prima & secunda Martini & Calixti de emptione & venditione non solum non reprobant solutiones pretij creationis census anticipatas, dummodó verè & integrè præcesserint, neque in pecunia numerata eas fieri formaliter desiderant, sed integro & legitimo pretio recepto, licèt anticipetur, & non in pecunia numerata iustam esse census creationem probant, vt latè probauimus in capitibus præcedentibus.

9 Secundò, ex proprio motu Pij V. dum dicit: *Solutiones, quas vulgò anticipatas appellant, fieri, & in pactum deduci prohibemus*, quæ pro contraria opinione suprà retulimus, & qui communiter in contrarium expeditur, hæc sententia nominatim, & expressè probatur, dicit enim proprius motus constituens regulam generalem, vt in pecunia numerata pretiũ regulariter accedat: *Rursum, nisi verè in pecunia numerata præsentibus testibus, ac notario, & in actu celebrationis instrumenti*; & continuò per aduersatiuam illam, *Non autem*, excipit ex regula exceptionem iustissimã, vt scilicet integro, iustoq; pretio recepto, solutiones, quas vulgó anticipatas appellant, præcedentes, dũ verè, & integrè fiant, legitimæ sint, vt constat ex verbis continuis, ibi: *Non autem priùs recepto integro, iustóq; pretio, solutiones, quas vulgò anticipatas appellãt, fieri, aut in pactum deduci, prohibemus*, sentiens euidenter Pius V. quòd quamuis regulariter requirat, quòd pretium creationis census in pecunia numerata interueniat, non autem priùs recepto integro, iustoque pretio, solutiones, quas vulgò anticipatas appellant, fieri reprobat; quasi dixerit, quòd non principaliter respicit actum numerandi pretiũ, sed potiùs veritatẽ recipiẽdi sortẽ, neq; momentũ celebrationis cõtractus desiderat, sed verã pretij traditionẽ, ex qua æquiualentes, atque iustæ possent prouenire pensiones. Est ne momentum tẽporis causa finalis productionis census? an verò integra sortis traditio? Producit ne temporis momentũ fructus? an verò iustum pretiũ? pendet ne iustitia

creationis census à momento, quo pretium traditur? an ab eius iustitia, atque vera eius traditione ergo nullo modo, neque casu, ne fictio vincat veritatem, poterat Pius V. reprobare iustas, veras, integras, atque legitimas anticipatas pretij solutiones; & ideò eas non reprobauit, cùm esset iustitiam ipsam reprobare. Quid enim important verba illa: *Non autē priùs recepto integro, iustoq; pretio,* (quæ formalia sunt) nisi quòd integro, iustoq; pretio antea recepto præcedentes solutiones pretij iustissimæ sint?

10 Quo verissimo, atque nouiter pensitato intellectu ad proprium motum Pij V. retento, quærenda est ratio, qua moti fuerunt omnes ad dicendum, in eo proprio motu nominatim & expressè prohiberi anticiparas solutiones, & qua Regnum fuit coactum ad interponendam supplicationem ab eo proprio motu, vt supplicatum fuisse testatur caput Matriti conditum anno 83. contentum in l. 10. tit. 15. lib. 5. nouæ Recop. quæ habetur in Quaterno Legum additarum, & certè videbatur, nullam Doctores, neque Regnum habuisse rationem supplicandi; si enim proprius motus intellectus, vt suprà diximus, veras & integras anticiparas solutiones admittit, à nullo grauaminis rigore ipsius proprij motus Regnum supplicare potuit: ergo supplicatio, quam Regnum interposuisse caput Matriti probat, necessaria non fuit. E conuerso tamen dici potest, quòd supplicatio Regni fundari potuit, intelligendo proprium motum, vt vnica tantùm regula in eo designetur, his verbis: *Rursum, nisi verè in pecunia numerata præsentibus testibus ac notario, & in actibus celebrationis instrumenti. Non autem priùs recepto integro, iustoque pretio:* quæ quidem vnica regula ex suprà dictis verbis deducta apertè improbat anticiparas, licèt veras pretij solutiones; sed adhuc non possunt liberare Regnum à superfluitate supplicationis, quæ necessaria non fuit; quia verba dicti proprij motus non sunt ita intelligenda, vt vnica tantùm regula ex eisdem formetur, neque formata, contextura proprij motus sustineri potest, vt ad sensum patet; sed vt contextura propria sit, & census verissimus, duæ clausulæ distinctæ secundum literæ congruentiam formari debent. Prima, dum dicit: *Rursum nisi verè in pecunia numerata, præsentibus testibus, ac notario, in actu celebrationis instrumenti.* In qua regula constituitur, quòd pretium debet interuenire in pecunia numerata coram testibus, ac notario, & in actu celebrationis contractus. Secunda clausula formatur aduersariuè, & per exceptionem, dum dicit; *Non autem priùs recepto integro, iustoque pretio, solutiones, quas vulgò anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci prohibemus.* In qua excipitur à regula, quòd solutiones anticipatæ dummodò integræ, iustæque sint, non prohibentur: ergo defendi non potest Regnum à superfluitate supplicationis, cùm suplicatio necessaria non fuisset, & consequenter proprius motus non solùm non prohibet veras & integras anticipatas solutiones, sed nominatim eas approbat, & nostram opinionem defendit.

11 Tertiò, ex fine ipsius proprij motus hæc sententia apertius suadetur; vltimus enim finis, atq; intentio primæua Pontificis nō principaliter respicit tēpus traditionis pretij, sed actum tradendi, atque veritatem solutionis eius, nempe, quòd pretium integraliter in effectu & substantia à venditore recipiatur, vt inde iustè fructus proueniant; non enim tempus, quo pretium traditur, est causa producendi redditus, sed traditio integræ sortis: ergo non temporis momentum, quo census creatur: sed vera traditio sortis, quæ fructus producit, consideranda est, si enim Pius V. seu alij Pontifices temporis momentum, potiùs quàm veritatē traditionis respicerent, faciliùs fraudes, quas Pius V. submouere desiderat contingerent, cùm posset pecunia numerari in actu celebrationis instrumenti coram testibus, ac notatio, & confestim tradendi, vt fieri solit restitui, quod secus esset in vera anticipata traditione sortis, cùm veritas traditionis simulationem, atque fraudem excludat, & sola fides tabellionis de recepto pretio multoties, & facile veritatem occultet, ideò contra veritatem anticipatæ solutionis probatio non admittitur, & contra solam fidem tabellionis rectè admitti potest: ergo eadem ratione, qua Pius V. motus fuit ad desiderandum traditionem pretij in actu celebrationis instrumenti iustificari potest vera & integra anticipata traditio.

12 Qui quidem nouus, atque verus intellectus ad proprium motum Pij V. notissimus fuit Feliciano amico meo, cui ego proposui, ac ipse summè illum laudauit, & reperio, quód posteà in 2. tom. de censibus lib. 1. cap. 8. num. 6. versic. *Quo ad primum*, & vers. sequenti eum improbauit, dicit enim, quod in eo proprio motu non sunt duæ clausulæ distinctæ, sed vnica tantúm, quæ vtrumque probat, atque requirit, scilicet numerationem pretij pecuniarij, atque traditionem eius tempore creationis contractus; fateturque se legisse codices, in quibus ille proprius motus typis excussus est, &

non

non vidisse punctum constitui inter eas duas clausulas, in cuius comprobationem refert aliquos, qui proprium motum in distinctè acceperunt, de cuius Feliciani amicitia, magis quàm de cæterorum inaduertentia meritò miror; quia cæteri ignorauerunt meum intellectum, Felicianus tamen, cui tanquam amico confidenti notissimus fuit, eum & laudauit, & approbauit, ideò nescio qua ratione ductus postea ipsum improbauit; dicit enim, quòd non reperitur punctus inter eas clausulas, sed ego certè punctum inueni; non tamen ex eo solo puncto motus fui, sed ex verbis & ratione. Ex verbis nempe, ibi: *Non autem prius recepto*; quid enim importat aduersatiua illa, *non autem* posita post regulam, quæ requirit numerationem pecuniæ in actu creationis census, nisi casum diuersum? seu cur attenditur ad punctum, si sensum notissimum habemus? est ne possibile, quòd verba illa: *Non autem prius recepto integro iustoque pretio*, reprobent censum pro integro, iustoque pretio recepto, licèt ancipato, creatum, contra veritatem, bonam fidem contrahentium, iustitiam, & æquitatem? vel quòd Pontifex in eo proprio motu friuolam eius momenti temporis qualitatem magis quàm essentialem receptionem veri & iusti licet anticipati pretij, æstimaret? vel quòd denique fictionem veritati anteponeret? si enim tempore creationis contractus requirit Pontifex regulariter pecuniam, vt quia regulariter, & bona fide, atque ex natura contractus eo tempore interuenire solet, & inde si constet facto modo interuenisse, nihil operetur interuentio, vt vtrumque Pius V. præsupponit, dum verissimam sortis receptionem requirit, credendum non est, quòd veritati traditionis formulam tradendi prætulisset: ergo licet punctus deficiat, sensus necessarius & verissimus non deficit. Nec obstat, quòd Felicianus aduertat, dicendum nõ esse, quod Regnũ malè supplicauit à proprio motu; quia si plures grauissimi Doctores, quos ipse refert, nempe, Francisc. Garcia, Nauarrus, Michael Palacius, Ludouicus Lopez, Marcus Antonius, Michael Salon, Ludouicus Molina, Franciscus Turretus, Franciscus Viuius, & Hondedæus, non percipientes verum sensum proprij motus, credidissent, necessariam esse traditionem in actu celebrationis cõtractus ex verbis proprij motus, mirũ non est, si Regnũ idem crediderit, atq; credendo errauerit. Ex quibus omnibus verissima est noua consideratio ad proprium motu.

13 Quartò ex anticipata numeratione pecuniæ, seu traditione iusti & integri pretij iustius census formaretur, quàm ex facta in actu celebrationis instrumenti; quia regularis census creatio ad eius iustitiam, licèt pretium in actu celebrationis contractus tradatur, plurima formalia requirit, conditionesque formales desiderat; vt in hoc opere sæpè dictum est, & dicendum erit: at verò creatio census ex iusta vera, licèt anticipata sortis traditione, purè iusta videtur, nullamque conditionẽ requirit, cùm à iustissimis decretorum constitutionibus, iurisconsultorum, atque Imperatorum responsis, anticipanti veras solutiones interesse lucri cessantis, vel damni emergẽtis debitum sit, ex vulgari præcepto legum & canonũ, dequo per glossam & omnes in cap. cõquestus de vsuris, & in l. curauit. C. de actionib. empti, Couarr. lib. 3. variar. cap. 1. per totum, & alibi passim: ergo nullo iure reprobari potest anticipata solutio.

14 Quintò, considerando fauorem venditoris census, quem Pontifices considerauerunt, hæc veritas demonstratur, cùm esset debitoribus longè vtilius pro vera anticipata numeratione pretij censum constituere, quàm vili pretio ad æris alieni solutionem bona sui patrimonij præcisse vendere, & è conuerso foret creditori fauorabilius, integram sibi debitam pecuniam recuperare, quàm ex ea cẽsum constituere: ergo ex vtilitate emptoris & venditoris iustius pro legitimo & vero pretio anticipato census creatur.

15 Sextò accedat, quòd in casibus suspectis, vt in receptione dotis, cessione actionis, vel alio simili, si præcesserit legitima receptio, vt quia verè pretium cessionis, vel quantitas dotis tradita sit, sufficeret sequens confessio, quæ aliàs non sufficeret ad inducendam traditionis probationem, & excludendam omnem simulationẽ contractus. Ita resoluit Alexand. in l. penultima. §. fin. soluto matrimonio, Roman. in l. si vero. §. de viro, eod. titul. Ioseph. Mascard. de probat. concl. 361. n. 10. & nu. 51. atque dicendum erit in cap. sequenti: ergo si ex eo quòd præcedẽs traditio sortis vera est, sequens confessio de recepto simulationem non continet, quamuis traditio dotis regulariter est facienda coram testibus, ac notario, eadem ratione præcedens traditio integra & vera pretij creationis census ad eius iustitiã sufficiens erit.

16 Septimò, quando tabellio dat fidem de numeratione pecuniæ, seu traditione sortis, ideò sufficit confessio partis de recepto, vel assertio eiusdem tabellionis de traditione pretij; quia per eius fidem euidenter constat veritas receptionis integri & iusti pretij, ex qua omnis exceptio simulationis, vel rei nõ traditæ rejicitur, ex Bald. & omnibus in l. si ex cautione

C. de non numerată pecunia, Felin. in cap. si cautio num. 52. de fide instrum. & alijs, quos referens sequitur Iosephus Mascardus in tractatu de probat. concl. 361. nu. 43. sed ad sensum videmus, quod quando præcessit vera, & naturalis traditio sortis, euidenter constat de veritate solutionis pretij: ergo nihil interest traditionẽ præcessisse, vel in actu celebrationis contractus interuenisse.

17 Octauò, si consideremus caput Matriti à nobis in capitibus præcedentibus eleganter explicatum, dum à proprij motus Pij V. constitutione supplicatum esse respondit, & nunquam in Hispania receptum fuisse declarat, atque simul faceamur, caput illud suspendisse proprij motus decisionem, etiam concedere debemus rigorem verborum eius, ibi: *Præsentibus testibus, ac notario, & in actibus celebrationis instrumenti*, suspensum ab eo capite fuisse: sin vero sequamur nouum, atque verum intellectum, quem ad eum proprium motum designauimus, scilicet vt non prohibeat veras & integras anticipatas prerij solutiones, à fortiori nostram sententiam verisimã esse, atque proprio motui non impugnantem, dicere debemus, vt inde vtroq; casu verior & receptior sit.

18 Nonò, hanc sententiam, licèt non his fundamentis, sequitur Salaçar de vsu & consuetudine cap. 8. num. 45. & referens Ioan. Garsi. de contract. 2. par. cap. 4. eandem sententiam sequitur Ioan. Gutier. in practicis quęstionibus ad Recopilationem Regni lib. 2. q. 176. nu. 2. Sot. lib. 6. de iust. & iure. quæst. 5. art. 1. Aym. Crau. Bertrand. Paris. Tiraquel. Foller. Bonifac. & Rodoan. quos refert Felician. libr. 1. de censib. cap. 5. num. 17. col. 2. Nauarr. in comment. de vsur. num. 88. Ludou. Lop. in instruct. negotiantium lib. 1. c. 59. conditione 4. Molina. 2. tom. de iustitia disp. 389. Michael Salon. 2. tom. de iustitia in dispur. de censib. art. 3. controuers. 8. vers. *oppositum docet Nauarrus*, col. 1310. Emmanuel Rodriguez, alijque per Azeuedum in l. 10. tit. 15. lib. 5. nouæ Recopilat. num. 3. Honded. cons. 17. n. 22. & 23. vol. 2. Francisc. Viu. decis. 396. numer. 5. lib. 2.

19 Qua sententia firmiter retentâ, non obstat fundamenta in contrarium adducta. Et primò nihil urget proprius motus Pij V. ad quẽ facilè respondetur, vel quòd ille proprius motus expressè probet nostram sententiam, vt pro ea ipsum ponderauimus suprà, vel quòd ab eo supplicatum sit, ex dicto cap. Matriti, & verius, quòd cùm nostram sententiam probaret, non solùm non prohibendo veras anticipatas solutiones, sed eas nominatim approbando, ab eo proprio motu neque supplicatum fuit, neque supplicari potuit, neque in confirmationem proprij motus obstabit fundamentum de forma creandi census præcisse adimplenda; quia præter ea, quæ circa intellectum proprij motus, atque formæ implementum diximus in capitibus præcedentibus, rigor ille verborum, vt tempore celebrationis contractus traditio sortis fieret, rectè procederet, quando actus substantia in eo principaliter consisteret, quòd certo momento temporis fieret, ita quòd extrà illud formari non posset; quoquidem casu verum esset, quòd momentum temporis substantiale fuisset, ex doctrina Baldi, & sequacium, quos in oppositione retulimus; at verò in census creatione rigor ille momenti temporis procedere non potest; quia ad iustitiam creationis census, vt sæpissimè dictum est in capitibus præcedentibus, neque principaliter consideratur species pretij, neque momentum illud temporis, quo tráditio à proprio motu requiritur, formaliter adijcitur per modum causæ finalis, & fundamenti, sed principaliter attenditur veritas traditionis integri pretij, vt quia substantia & iustitia creationis census principaliter in eo consistat, & tempus, atque momentum traditionis accessorie, & minus principaliter adiectum sit, pro regula nempe, vt quia regulariter, & à communiter accidentibus tempore creationis cõtractus censualis pretium, & multoties in numerata pecunia traditur; alias enim sequeretur maximum absurdum, nempe quòd sola traditio pretij eo tempore facta, licèt simulata & ficta fuisset, iustificaret contractum; quod fatendum, neque dicendum est, cùm nemo negare possit, iustitiam non consistere in eo momento temporis, sed in vera receptione sortis, vt Pontifices & Scribentes resoluunt: ergo nihil obstat rigor verborum proprij motus, neque forma ex eisdem deducta.

20 Secundò minus obstat resolutio l. Modestinus. ff. de solut. quia non benè sequitur: Cessio actionis non fit ex interuallo, vt quia in continenti facienda sit: ergo pretium in cõtinenti cum creatione census tradendum est; quia diuersa omnino ratio & iustitia in his duobus casibus versatur; cessio enim actionis formaliter requirit, quòd in continenti cum solutione fiat; quia facta ex interuallo nihil est quòd cedatur, cùm ex solutione præcedenti extinguatur omnis obligatio; ideò in continẽti faciẽda est: at verò traditio pretij cẽsus, vt sæpè dictũ est, non formaliter respicit momentũ tẽporis, quo cẽsus creatur,

neque

neque ab eo momento temporis iustitia pendet, sed à vera, iusta, & integra pretij traditione: ergo nihil interest, si fiat ex interuallo.

21 Tertiò, eodem modo respondetur ad fundamentum contrarium; licèt enim multa in continenti facta teneant, quæ si fiunt ex interuallo, non sustinentur; & è conuerso plurima ex interuallo facta subsistant, quæ si fiũt ex interuallo, non sustinentur; & è conuerso plurima ex interuallo facta subsistant, quæ si fierent in continenti, non tenerent, vt Lazarus Fænutius latè explicuit; illud enim procedit ex eo, quòd formaliter requiritur, vt quid in continenti, vel ex interuallo fiat, ità quòd temporis momentum, de quo tractatum composuit Lazarus Fænutius, necessarium, & formale sit: sin verò forma non consistat in temporis momẽto, sicut in nostro casu, sed in actu traditionis integre & iusti pretij, momentum temporis non consideratur, neque attenditur.

22 Quartó ad dictam legẽ Regni eodem modo respondetur, quòd verba ibi: *El dinero de la dicha suerte principal se aya de pagar y pague, y cuente al principio*, formalia non sint, sed quod regulam constituant, vt regulariter pretium tempore creationis census interuenire debeat, nisi fortè anteà integrum & verum à venditore census receptum sit, quia sicut in proprio motu ponitur regula, & exceptio, vt suprà diximus; ita in dicta lege Regni, vbi regula sola designatur, exceptio etiam virtualiter continetur, vt lex Regni non prohibeat veras & integras anticipatas solutiones pretij, vt ex omnibus supradictis probauimus.

23 Quæ quidem resolutio maiori ratione procederet in cẽsu reseruatiuo, cùm in eo solùm consideretur valor rei, quæ datur in censum, & quantitas pensionis ex ea prouenientis, vt inter sortem & fructus detur æqualis correspondentia fundata in præceptis iustitiæ commutatiuæ. Ita in censu reseruatiuo limitat & intelligit Ioan. Gutierrez in practicis ad nouam Recopilationem libr. 2. quæst. 172. numer. 8. vbi fatetur, non procedere in eo censu constitutionem proprij motus circa numerationem pretij in pecunia numerata. Quæ resolutio notissima est quantum ad numerationem pecuniæ, cùm census reseruatiuus ex pecunia non formetur, vt suprà diximus in capitibus præcedentibus; quantùm verò ad traditionem rei censualis in actu creationis census, licèt ea dubitatio in censu reseruatiuo verificari possit, cùm multoties res ipsa censualis in actu creationis census, atque celebrationis contractus traditur; tamen anticipari potest traditio maiori ratione, (vt dictum est) quàm in censu consignatiuo: hæc tamen integra, & vera traditio pretij census consignatiui, vel rei censualis census reseruatiui in actu celebrationis contractus facienda, vel anticipata, quibus modis probetur, infrà dicendum erit in capite sequenti.

## QVIBVS MODIS constare euidenter possit de integra traditione, atque receptione pretij creationis census. Caput XLIIII.

### SVMMARIVM.

*Traditio sortis creationis census quomodo probetur euidenter latè discutitur & notario solo, vel cum testibus, quando detur integra fides. numer. 1.*

*Notarius, vel tabellio non potest dare fidem, nisi de eo, de quo fuit rogatus. num. 2.*

*Falsitas tabellionis euidenter est probanda, quia semper pro tabellione præsumitur n. 3.*

*Tabellio si dat fidem de actu precedenti, de quo non fuit rogatus; & in ea fide mentitus sit, an committat falsitatem, nume. 4. per totum.*

*Notario danti fidem de receptione sortis, vel testibus contrarium deponentibus an credendum sit. num. 5. per totum.*

*Depositam fuisse pecuniam in sacculo, an probet veram numerationem pecuniæ. n. 6.*

*Quando designatur aliqua forma probationis, an cæteræ omnes probationis species excluſa censeantur. n. 8.*

*Probatio vera, legitima, & integra, quæ dicatur n. 9. vsque ad finem.*

### CAPVT XLIIII.

1 INTEGRAM pretij traditionem ad iustitiam creationis census in pecunia numerata, vel in alijs rerum speciebus, atque in actu celebrationis cõtractus censualis, vel ante census creationem verè & realiter interuenire debere, ad longum scripsimus in capitibus præcedentibus, sed quia non sufficit, si pretiũ tradatur, nisi cõstet de vera traditione, in præsenti agendum est de pro-

de probatione traditionis sortis. Et primò ea traditio pretij euidenter probatur ex fide tabellionis asserentis coram eo, atque testibus pretium venditori creditum fuisse, vt constat ex proprio motu Pij V. ibi: *Coram testibus, de notario, & in actu celebrationis instrumenti*, text. etiam in l. 8. tit. 15. lib. 5. nouæ Recopil. ibi: *Y que el escriuano, ante quien passare el contrato, de fé de la numeracion y paga de toda la suerte principal.* Neque est mirandum, quòd assertioni tabellionis tanta fides tradatur, cùm pro eo semper & vbique præsumendum sit, cap. ad audientiam de præscript. & tradit latè Mascard. de probat. concl. 1099. & sequenti, maximè quia non solùm ex fide tabellionis id constare debet, sed simul ex testibus, coram quibus & contractus censualis celebratus, & traditio pretij facta sit; quia ex testibus & notario simul euidentissimè, & omni exceptione maior probatio resultat, & inde dixerunt proprius motus, atque lex Regni, quòd coram testibus & notario simul traditio fieret; quamuis enim in actibus iudicialibus fere semper notario solo sine testibus credendum sit, ex Bart. in l. emancipatione. C. de fide instrum. Bald. in l. gesta. C. de re iudicata, glos. & Bald. in l. donationibus. C. de donat. vbi Salicetus dicit communem, & etiam testatur de communi Maranta de ordine iudiciorum. 6. part. actu 10. numer. 23. Decius in cap. quoniam contra num. 22. vbi Lanfranc. in principio nume. 27. de probat. tamen in extraiudicialibus, vt contractibus, testamentis, & denique quibuscunque partium scripturis non sufficeret sola fides tabellionis, sed requiritur testium præsentia, vt ita ex eisdem, simulq; tabellionis fide contractus probetur, glos. in l. generali. C. de tabularijs, lib. 10. Alex. cons. 96. col. 5. lib. 1. quam distinctionem tradidit Abb. in cap. quoniam contra n. 8. de probat. & post alios Iosephus Mascard. de probat. concl. 1100. n. 8. cum alijs: ergo iuste, vt omnino constat de sortis traditione, proprius motus, atque leges Regni requirunt fidem tabellionis de receptione pretij coram testibus integrè facta.

2 Si tamen ex aduerso venditor census probauerit contra fidem tabellionis, quòd traditio pretij non interuenit in actu celebrationis instrumenti, & probatio legitima, atque integra vinceret fidem tabellionis, vt notissimum est, tabellio committeret falsitatem, atque tanquàm falsarius puniretur. Ita resoluunt Bart. in l. singularia. ff. si cert. petat. vbi Dec. & Ias. num. 48. Hippolyt. singulari 462. Felician. in cap. si cautio. numer. 69. cum præcedentibus de fide instrument. de quo latè egerunt Iul. Clar. lib. 5. Receptarum sententiarum. §. falsum. numer. 19. Bernard. Diaz regula 492. Socin. regula 51. Ioan. Gracian. regula 185. quorum ratio est; quia notarius, seu tabellio non potest dare fidem, nisi de his, quæ videt, atque intelligit, atque coram ipso fiunt, vt resoluit Bald. in rubric. C. de fide instrument. num. 10. & in l. præcibus. n. 1. C. de probat. & in authent. sed nouo iure. n. 6. ad med. C. de rebus credit. & resoluit Aym. cons. 88. n. 20. & cons. 196. n. 6. ergo si dederit fidem de traditione pretij coram eo facta, quæ vera non fuit, committeret falsitatem.

3 Quæ tamen sententia restringitur, dùmodò contra tabellionem sit euidens probatio falsitatis, cùm habeat pro se iuris præsumptionem, glos. & Doctores in l. iuris gentium. §. quòd fere. ff. de pactis, & post Ias. tradit Aym. Crauet. consil. 75. numer. 8. adeò quòd non sufficerent coniecturæ ad condemnationem falsitatis, ex Ias. in d. §. quod fere. n. 10. Hippolyt. num. 19. in rubric. ff. ad l. Cornel. de falsis, Socin. iun. consil. 39. n. 44. & 67. & cons. 61. num. 9. libr. 2. Decius in cap. porrecta de confirmat. vtili vel inutili, & cons. 175. nu. 4. Syluan. cons. 7. num. 17. Curt. iunior in l. singularia. n. 10. ff. si cert. petat. & eleganter Lusitanus Emmanuel Acosta in l. si ex cautione limit. 19. per totam. C. de non numer. pecu.

4 Secundò, & eleganter id limitabis, quando tabellio mentitus fuit in fide traditionis pretij, quã dedit in actu celebrationis instrumenti, de quo fuit rogatus; quia si in eo actu traditio sortis non interuenerit, committeret falsitatem; sin verò dederit fidem tempore creationis census, atque celebrationis instrumenti de actu traditionis præcedentis pretij, vt quia in scriptura coram eo hodie confecta dederit fidem, quòd heri, vel anteà in eius præsentia, atque quorundam testium pretium numeratum fuit, vel in alia specie, quàm pecunia traditum, licèt in fide mentitus sit, non committeret falsitatem, quia tempore, quo testatur de numeratione, non fuit rogatus, sed postea cùm instrumentum confecit. Hæc est sententia Baldi in l. ex his verbis, numer. 3. ad finem. C. de testam. militis; cuius sententiam nunquam esse obliuioni tradendam, resoluit Felin. in cap. si cautio. numer. 69. C. de fide instrum. de quo vide notanter Petrum Surdum consil. 440. numer. 9. & ratio est, quia tabellio eo casu non dat fidem de actu traditionis pretij tanquam notarius, & persona publica, atque iurata, cùm de actu præcedenti non fuisset rogatus, sed tanquàm

tanquàm personâ priuatâ; ideò nullam fidem facit, & consequenter quamuis mentitus fuisset, non puniretur de falso. Ita eleganter adnertunt Bald. & Felin. suprà, & idem in effectu resoluunt Ruyn. consil. 147. num. 12. vol. 1. & consil. 134. num. 3. vol. 5. Crot. conf. 399. num. 35. vol. 3. Boer. decis. 37. num. 3. & post Federicum Alexand. & alios, resoluit Aym. consil. 88. num. 21. Quando enim notarius dat fidem de instrumento, seu contentis in eo, de quo non fuit rogatus, seu de alio actu, de quo non fuit rogatus, vt tabellio, nihil probat, vt resoluunt Alexand. consil. 147. num. 5. vol. 6. Corneus consil. 93. in fine. 4. part. & conf. 73. 2. part. Cagnol. in l. si librarius sub numer. 40. de regul. iur. Alexand. consil. 36. vol. 2. num. 6. Bald. consil. 438. vol. 3. Rubeus consil. 94. num. 2. Paul. consil. 301. num. 4. in fine, vol. 1. ergo si fides tabellionis de illo actu, de quo non fuit rogatus vt tabellio, nullam fidem facit; quid dedit fidem de actu præcedenti, de quo rogatus non fuit, propter mendacium de falso non puniretur.

5 Constat igitur, quòd regulariter traditio pretij probanda est per fidem tabellionis, atq; simul per testes, qui eam factã esse vidissent. Ex quo vidi dubitatum, si notarius dixit. Habuit, & recipit in mei notarij præsentia, atque testium infrà scriptorum, & posteà ad instantiam censuarij testes dixissent, quòd non viderunt censuarium recepisse pecuniam, licèt ibi præsens fuit, an notarius commisserit falsitatem, vel ex ea fide tabellionis receptio pretij probetur; & reperio Bartol. in l. singularia. ff. si cert. petat. dicentem probari receptionem ex ea sola fide tabellionis, & tabellionem falsum non committere, allegat text. in l. si pecunia. ff. de solut. & post Bart. idem sequitur Felin. in d. l. si cautio. num. 53. versic. *Nota tertiò*, de fide instrument. circa cuius sententiæ veritatem videndus est Lusitanus Acosta in l. si ex cautione. C. de non numerata pecunia limitat. 19. per totam: ego tamen in contractu cẽsuali veram esse non credo Bart. sententiam; quia in census creatione quamuis qualitas traditionis, pretij scilicet, quòd fiat in actu celebrationis instrumenti necessaria hodie nõ sit, cùm sufficiat verum & integrum, licèt anticipatum substantia tamen traditionis formalis est, vt quia sine vera & integra pretij traditione redditus non debeantur: ergo si ageretur de probanda pretij traditione, quæ formalis est, tempore creationis census vel anteà, probatio debet conducere, tam ex parte tabellionis per fidem eius de recepto, quã ex parte testium, qui non solum præsentem pecuniam vidissent, sed simul naturalem numerationem pecuniæ, atque receptionem eius in actu creationis census, vel anticipatam interuenisse dixissent, quia verba illa, *præsentibus testibus ac notario* intelligenda sunt de præsentia intellectuali, ita quòd præsentes videant & intelligant actum, ac cuius confectionem præsentia eorundem desideratur; text. est notandus in l. diem proferre. §. coram, per totum, maximè ibi; *Nisi tutor præsens fuit*. ff. de receptis arbitris. l. si quis mihi bona. 25. §. coram Titio de acquirend. hæredit. text. cum gloss. in verb. *Ipso præsente* in cap. in primis. 2 quæst. 7. Clement. 1. §. 1. ibi, *Præsentiam exhibeant*, de statu monach. clement. 1. ver. *Præsentium*, de Baptismo, & diximus eleganter in l. 44. Tauri. gloss. 4. num. 3. & per totam glossam: ergo non sufficeret, si notarius diceret; Habuit, & recipit in mei notarij præsentia, atque testium infrascriptorum, quando testes ex aduerso se non vidisse censuarium pretium recepisse dixissent; neq; Bart. doctrina eo casu procedere posset, cum si vera & formalis traditio pretij necessaria est, verè & formaliter procedere debet.

6 Quæ resolutio ex alia communi & vera suadetur, qua constituitur, quod in casu, quo requiritur vera receptio pretij per numerationem pecuniæ, non sufficeret, si vltra partis confessionem constaret, depositam fuisse pecuniam in sacculo, nõ tamẽ probaretur fuisse numeratam; quia forma probationis deficit, & consequenter probatio non concludit, vt latè resoluit Tiraquell. de retract. conuentionali. §. 4. gloss. 6. numer. 18. vsque ad num. 22. & ita Felin. in dicto cap. si cautio. n. 55. ad finem hoc aduertit. Pro quo faciunt, quæ tradit eleganter decis. 108. nume. 39. ex quo in censu idem dicendum est, vt cum vera integra, & formalis traditio necessaria sit, vera, & concludens probatio requiratur.

7 Ex quo in censu non procederet sententia illa Rainerij, quam post alios refert, & sequitur Tiraquel. de retract. lignag. in fine nume. 99. dicentium, quòd si probetur mutuum, nõ tamen constet de quantitate pecuniæ mutuatæ, quantitas probaretur per iuramentum mutuantis, cùm enim integrum, iustum, atque verum pretium tradendum sit venditoris, probari debet ea pretij numeratio & receptio; neq; sufficeret iuramentum, vt ex omnibus supradictis constat, & consequenter fides sola tabellionis dicentis; habuit, & recipit in mei notarij præsentia & testium infrascriptorum si testes dicant traditionem non vidisse, sufficeret.

8 Secundò & principaliter aduertẽdum est, quod traditio pretij, licèt regulariter probetur, ac probanda sit per fidem tabellionis de

recepto pretio, vt verbâ illa proprij motus apertè probant, & nos libenter fatemur, tamẽ illud intelligendum est, quando prætenditur pretium traditum fuisse venditori in actu celebrationis contractus, quia tunc per fidem tabellionis probanda est, sin verò agatur de probanda traditione, atque integra & iusta solutione pretij antecedentis ex alijs probationum modis, ac speciebus, quibus cæteræ res omnes humanæ probantur, probandam esse certum est, lex enim, seu alia quælibet constitutio designans formam, seu ordinem probationis non excludit aliàs legitimas probationis species, ex his, quę benè tradit Aym. Crauet. consil. 276. ex principio, & in specie maioratus, cuius probatio designatur in l. 41. Tauri, aduertit Menchacá de succeſſ. creat. lib. 1. §. 5. & melius referens Beroi. & Aluar. Vaez. Molin. lib. 2. de Hispan. primog. capit. 8 num. 3. atque nos benè explicuimus in d. l. 41 & idem quamuis probatio traditionis pretij, quæ fieri prætenditur in actu creationis cẽsus probanda sit per formam proprij motus, fidẽ nempe tabellionis, aliæ probationes legitimæ anticipatæ traditionis pretij excluſæ non sint.

9 Debent tamen esse probationes, quæ aliter fierent, omnino integræ, & legitimæ, vt quia euidenter constet, venditorem census integrum, & legitimum pretium recepisse, nempe per plures testes cõtestes, quibus legitima, & plena probatio formatur, ex Baldi doctrina in capit. 1. §. iuramentũ de succeſsione recti fœudi vsibus fœudorum, & in cap. 1. in princ. si de inueſtitura inter dominum & vaſſallum dicentis, quòd vera & legitima probatio dicitur ea, quæ plenè dignoscitur, neque alterius adminiculo, aut patrocinio indiget, vt quia per plures testes contestes fit idem Bald. in l. fin. post n. 1. circa finem. C. de tẽporibus appellationum, Matthæus de Afflict. qui eleganter loquitur in constitutionibus Neapolitan. lib. 1. constitutione de apoſtatis. num. 1. & cõstat ex Acurſ. in authentica quibus modis naturales efficiuntur legitimi. §. quoniam verb. *Legitimis*, Cyn. Alber. & Bald. in l. si qua per calumniam. C. de Epiſcop. & Cleric. qui quidem testes deponere debent non solum de pretij solutione, sed de causa, propter quam fit solutio, dicendo scilicet, quòd pretium vẽditori traditum fuit ex causa creationis census; ita in probatione solutionis Anton. de Butrio in cap. ad audientiam numer. 11. de præſcription. Doctores in l. teſtium. C. de teſtibus.

Ex qua veriſsima reſolutione infertur, quòd si forsan traditio pretij euidentiſsimis probationibus non constet, sed ex alijs minus legitimis, non diceretur probata, vt quia ex legitima probatione constare debeat. Exemplum dari potest in probatione solutionis pretij per iuramentum censuarij: quæ quidem probatio sufficiens non erit ad probandã veram pretij traditionem; quia licet ius iurandum habeat vim solutionis. l. ius iurandum. l. duobus. §. item à fideiuſſore. ff. de iure iurando; illud tamen non verè, sed fictè procedit, vt quia fictè & non verè ius iurandum vim habeat solutionis. Ita Bart. in l. qui iuraſſe. §. fin. & in dicto §. itẽ à fideiuſſore. ff. de iure iurãd. & ita post Bart. aduertit Ioseph. Maſcard. de probat. concluſion. 1324. num. 23. vsque ad numer. 25.

10 Secundò etiam exemplificatur noſtra illatio, vt quáuis multoties solutio probetur per coniecturas & præſumptiones, vt reſoluit Cal can. consil. 22. col. 1. quarum coniecturarum nonnullas refert Ioseph. Maſcard. in dicta cõclus. 1324. num. 126. vsque ad finem; tamen in hac censuali materia non sufficerent coniecturæ ad probandam pretij solutionem, sed verè & integrè solutio probanda est propter maximam suspectionem huius contractus.

11 Tertiò supradicta illatio verificatur, vt quáuis multoties confeſsio debitoris probet solutionem; in hac tamen census materia confeſsio censuarij de recepto pretio nullam probare posit, nisi aliter cum confeſsione de veritate receptionis pretij constiterit, vt infrà latè dicendum erit in cap. sequenti.

## AN VERA RECEPtio & traditio integri pretij census probetur per solam confeſsionem censuarij. Caput XLV.

### SVMMARIVM.

*Confeſsio censuarij de receptione integri pretij an probet veram traditionem eius, vel sit neceſsaria alia euidentior probatio. num. 1. & per totum.*

*Confeſsio partium de numeratione pecuniæ an probet naturalem numerationem, an sit releuanẽ abonere probandi, & an in totum præiudicet confitenti. ibidem, & num. 13.*

*Confeſsio venditoris nominis seu actionis, an, & quando probet veram pretij receptionem. nu. 2. & num.*

*& num. 14. vbi de intellectu l. per diuersas. l. ab Anasthasio. C. commodati.*

*Confessio depositarij an, & quando probet veram numerationem depositi. num. 3. & n. 15.*

*Confessio creditoris de receptione pecuniæ à fideiussore an sufficiat, vt fideiussor contra debitorem agere possit ex cessione. numer. 4. & numero 16.*

*Confessio dotis receptę à marito facta, an, & quando probet veram dotis receptionem in prędiudicium mariti, vel creditoris. numer. 5. & nume. 17. & quid si confessio sit curata. ibidem.*

*Confessio receptionis mutui, quamuis regulariter excludatur per exceptionem non numeratę pecuniæ, si tamen renuntietur eidem exceptioni, an confessio prędiudicet confitenti. num. 6. & num. 18.*

*Solutio probanda est ab eo, qui se fundat in solutione, vt quia sit solutio quid facti, & consequenter non præsumenda. n. 7.*

*Contractus potiùs habet præsumptionem veritatis, & bonæ fidei quàm simulationis, nisi in materia suspecta de vsura vt censuali, in qua fauore animę præsumitur simulatus, donec iustus probetur. n. 8.*

*Præsumptio iuris regulariter transfert onus probandi in aduersarium. ibidem.*

*Solutio & traditio pretij quotiescunque requiritur vera, & naturalis, non est satisfactum, si probetur ciuilis, & confessa; quia aliud est cõfiteri quid quam recepisse, & aliud, id ipsum verè recipere. n. 9.*

*Verba enuntiatiua quando inducant probationem, & an ex partium confessione dicentium prędecessisse, vel interuenisse licentiam. licentia ipsa probetur, & an debitum constet ex confessione dicentis quid alienare ad solutionem debiti, latè num. 10.*

*Confessioni an stetur in contractibus suspectis, vel prohibitis, vel vltra confessionem requiratur alia probatio. n. 11. & sequentib.*

*Confessio in prędictis contractibus censualibus, seu aliter prohibitis, de receptione integri pretij, an probet veram receptionem, si excedant, & alia coniectura. num. fin.*

## CAPVT XLV.

IN capitibus præcedentibus ad lõgum probauimus necessariam esse veram pretij, traditionem in pecunia numerata, seu alijs rerum speciebus legitimè extimatis in actu celebrationis instrumenti, vel ante eius confectionem interuenire debere, vt census constitutio legitimè fiat, esseque verisimè probanda ex fide tabellionis, seu alijs euidentissimis probationibus, eam integri pretij traditionem; sed quia ex hominum malitia multoties simulatio contingit circa veritatem traditionis pretij, vt quia ex sola confessione cẽsuarij constat, necessariò duxi examinandum, an sola confessio censuarij de recepto integro pretio in scriptura creationis census facta probet veram & naturalem traditionem, vel extra confessionem censuarij ab emptore cẽsus aliter traditio probanda sit; & quòd sufficiat sola confessio censuarij, ex sequentibus suadetur.

Primò ex regula iuris, qua constituitur, quòd partium confessio de numeratione pecuniæ probat naturalem, & veram eius numerationem, ex l. pecunię. 13. C. de resolut. & ita resoluit Bald. in l. si non sortem. §. indebitum col. 2. de condict. indebit. Din. in l. 2. §. fin. ff. si cert. petat. & quamuis fateamur, quòd confessio non est vera & propria probatio, sed releuamen ab onere probandi secundum vnam ex duabus opinionibus, de quibus eleganter egerunt Aluar Vaez de iure emphyt. quæst. 7. num. 7. per totum. Ioseph. Mascard. de probat. conclus. 361. per totum, vtroque enim casu incumberet onus probandi pretiũ non esse traditum censuario confitenti receptionem eius. Quod fundamentum fortificatur ex regula vulgari. l. generaliter. C. de non numerata pecunia. l. cùm de indebito. §. fin. de probat. cap. si cautio, de fide instrum. vbi habetur secundum communem deductionem, quòd confessio facta ex alia causa, quàm mutui, ita statim præiudicat conficienti, vt transferat in ipsum onus probandi cõtrarium. Quod resoluit Angel. Perus. in cons. 156. *Domina Angelina* in fine in argumento text. in l. stipulatus. §. Grysogonus. ff. de verbor. vbi Aretin. num. 7. imò & si quis in instrumento confiteatur ex alia causa, quàm mutui, mille recepisse, præsumeretur numerationem interuenisse tempore confecti instrumenti, ex Bart. in dicto §. Grysogonus num. 3. & in l. certi conditio. §. si numos num. 9. ff. si cert petat. & in l. post dotem num. 20. & 21. soluto matrimonio; cuius Bart. sententia communiter recipitur per Alexand. in dicto §. Grysogonus num. 14. Iass. in l. post dotem. num. 85. Camper. de dote. 3. p. quæst. 146. & inde statutum loquens de solutione procedit in confessione, ex Bald. in l. si non sortem. §. indebitum de condict. indeb. Dec. in l. 1. §. fin. ff. si cert. petat. Tiraq. latè de vtroque retract. §. 1. gloss. 18. numer. 83. per text. in l. si accepto latum. §. 1. ff. de acceptilationibus: ergo censuarij confessio inducit

veram

veram probationem receptionis integri pretij.

Secundò facit pro hac sententia alia dicentium, confessionem venditoris actionis, seu nominis probare veram receptionem pretij, non solum in prejudicium ipsius confitentis, sed & debitoris alterius cuiuslibet tertij, argument. in l. intra vtile. §. vendentibus. ff. de minoribus; & fuit doctrina. Nicolai de Matarela & Baldi in l. per diuersas. C. mandati, & in l. 2. circa med. C. ne liceat potentiores, Fulgos. cons. 206 & 207. Paul. Castr. Aretin. Petrus Ferrara, qui hanc dicunt æquiorem sententiam, quos refert Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 18. num. 86. ergo in specie confessionis censuarij idem à fortiori dicendum esse constat.

3 Tertiò, confirmat eam sententiam alia, qua constituitur, confessionem depositarij probare veram numerationem depositi, ex l. Publia Mæuia. §. fin. ff. depositi in l. contractibus. C. de non numerata pecunia; quod ex cõsilio Baldi resoluit Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gloss. 6. num. 8. vbi num. 9. plurimos referens respectu confitentis, verisimum esse credit: ergo ad censum non propriè infertur, vt confessio censuarij probet pretij receptionem.

4 Quartò facit resolutio Bart. in cons. 160. *Titius promisit*, dicentis, quòd ex sola confessione creditoris sine alia probatione numerationis pecuniæ potest agere fideiussor excessione contra debitorem principalem actione mandati, vel excessione actionis. Cuius Bart. doctrinam sequitur Paul. in l. duobus. §. 1. vbi Alexand. col. 2. ff. de iure iurand. & ita fuisse decisum in Consilio Neapolitano testatur Matthæus de Afflictis decis. 91. *Iterum in causa*, num. 3. & decis. 94. *Sunt duo socij*, & decis. 150. *Rex Alphonsus*, & idem legendo, atque consulendo tenuerunt plures, de quibus per Tiraquel. de retract. conuent. §. 4. glos. 6. numer. 17. Iosephus Mascar. de probat. conclus. 361. numer. 1. vbi fatetur, saltem eam confessionem inducere releuamen à probatione.

5 Quintò facit pro hac sententia, quòd de confessione dotis receptæ dixerunt plures, probantes marito confitenti, imò & tertio præiudicare, vt vtrumque fatetur Bart. in l. assiduis col. fin. C. qui potentiores in pignore, vbi Alberic. col. 1. Salicet. quæst. 8. Raph. Cuman. dicens hanc communem sententiam in cons. 312. dubio, & Raphael. Fulgos. in consil. 133. col. 1. Ioan. de Imola in cap. ex literis de pignorib. Guid. Papa singul. 589. qui quidem omnes, & alij plures, quos refert Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gloss. 6. num. 14. securè tenent, quòd quamuis confessio dotis receptæ non præiudicet tertio, neque dos ipsa confessa in eius tertij prejudicium habeat priuilegia dotis, præiudicaret tamen confitenti: dequo videndus est Couarr. lib. 1. variar. cap. 7. per totum: ergo si confessio dotis receptæ, quę nimis suspecta est, confitenti irrogat præiudicium, cur & non confessio censuarij eidẽ præiudicium irrogaret?

6 Sextò, licet mutuo competat hoc priuilegium, vt si debitor post confessionẽ de recepto obieceret exceptionẽ non numeratę pecuniæ, transfert in creditorem onus probandi solutionem, ex eo quòd omnes cupidi, & anxiati consequendi mutuum, facilè confitẽtur recepisse, quòd reuera non acceperunt, vt ex l. si ex cautione. C. de non numerata pecunia, regulariter deducitur, & pro regula constituerunt ibi Lusitanus Acosta, & regula 260. per totam; tamen si renuntietur exceptioni non numeratæ pecuniæ, confessio præiudicabit, quia quamuis ex communi sententia teneant plures non valere similem renuntiationem; vt quia eadem facilitate, qua moti sunt ad confitendum, mouentur ad renuntiandum, vt securè voluerunt Iacob. de Raynera, Pet. Cynus, & alij; contrariam tamen sententiam magis probauerunt Azo, Oddofred. Accurs. & alij antiquiores & nouiores; de quibus idem resoluens mentionem fecit Lusitanus Acostá in repetitione l. si ex cautione. C. de non numerata pecunia in versic. *Compellitur*, per totam glossam, qui versiculus exstitit paulò ante limitationes illius legis, & Dueñas in dicta regula 260. qua ratione cùm in creatione census præter confessionem de recepto pretio accedat renuntiatio non numeratæ pecuniæ, inducere debent veram sortis receptionem; & hãc sententiam, licèt non his fundamentis, dicit veram esse Pet. Salaçar in tractat. de vsu & cõsuetudine cap. 8. numer. 45. versic. *Sed non parum decipiuntur patroni*, licèt certè leuibus fundamentis eam comprobauerit.

7 Sed his fundamentis non obstantibus contrariam sententiam veriorem existimamus, & ex sequentibus defendimus. Primò ex eo, quòd traditio integræ sortis non solùm est de substantia contractus censualis, vt inde correspondẽtes redditus proueniant, sed est fundamentum, & causa finalis exigendi pensionẽ censualem, cùm sine sorte non dentur vsuræ. 14. quæst. 3. per totam. l. cos. C. de vsuris cum vulgatis. vnde traditio sortis ab exigente censum probanda est, sicut is, qui se fundat in solutione, tenetur eam præcisè probare, vt resoluunt Alexand. consil. 26. numer. 21. libr. 6.

Nicol.

Nicol. Velon. consil. 75. numer. 5. Matth. de Afflict. decis. 22. n. 3. & facit l. 1. C. de probat. estque vulgare preceptũ, & ita verũ in hac nostra census specie, quòd cùm Pontifices in eius creatione principaliter respiciant, & formaliter desiderent factum traditionis prerij, traditio eius, quæ in facto consistit, præcisse à censuario probanda est; verè quidem, & non per confessionem censuarij, ex vulgata regula l. in bello. §. factæ. ff. de captiuis, & post limin: reuer. l. si emancipatæ. C. de collationib. l. asse ueratio. C. de non numerata pecunia. l. 1. C. de probat. & inde ad eius facti probationem non sufficerent verba contrahentium, neque per cõsequens censuarij confessionem, iuxta text. in l. si forte. ff. de castrensi peculio per gloss. & Doctores in l. si donatio. C. de donat. & in cap. 1. de eo, qui mittitur in possess. & est bonus text. in l. quæcunque. §. penul. ff. de publiciana. l. conclusio. §. fin. de curatore furiosi & eorum, quæ tradit Anton. Gabr. libr. 1. communem opinionem conclusion. 7. ex numer. 1.

8 Secundò, & fortiùs facit pro hac sententia, quia quamuis in dubio stetur contractui, vt quia potiùs habeat præsumptionem veritatis, & bonæ fidei, quàm simulationis, vt elegãter resoluunt Bald. in rubric. C. de officio iudicis colum. 4. versic. *Ad officium iudicis*. Iass. Crauet. & alij, de quibus per Roland. à Valle consil. 40. num. 1. lib. 2. Beroi. consil. 166. nu. 29. & consil. 169. lib. 1. & post Alciat. Dec. Alexand. atque Tiraquel. & alios resoluit Menoch. cons. 109. in principio lib. 2. in hac materia censuali, seu alia quacunque suspecta præsumptio, in contrarium retorquetur; & in dubio fauore animæ contractus iudicatur fæneratitius, nisi probetur legitimè constitutus, & creatus. Hæc est resolutio Hostiensis in ca. ad nostram de empt. & vendit. Ioan. Andr. in capit. illo vos de pignorib. quorum resolutionẽ sequuntur Geminian. consil. 26. col. 3. versic. *Præterea*, & consil. 112. in fine, Bald. cons. 453. in fine. lib. 3. Crauet. consil. 48. nu. 8. Calcan. consil. 26. num. 21. Alciatus responso 3. in fin. Anton. Natta consil. 198. num. 21. & 22. Iacob. Menoch. in dicto. consil. 109. num. 24. libr. 2. ideò incumbit onus probandi solutionem integri pretij, ex qua iustificatur contractus cẽsualis ementi censum, cùm præsumptio sit cõtra ipsum prò censuario, ex regula dicentium quòd iuris præsumptio transfert onus probãdi in aduersarium, de qua regula per gloss. in l. si tutor petitus. C. de periculo tutor quæ glossa, licèt reputetur singularis, sunt aliæ similes, de quibus per Hyppolit. Marsil. in rubric. C. de probat. num. 183. & in singulari. 451. l. fin. vbi Bart. ff. quòd metus causa. cap. quia verisimile, vbi Abb. de præsumpt. Decius cons. 94. colum. fin. Crauet. consil. 134. num. 10. & cõs. 129. in fine: vnde non sufficeret confessio censuarij.

9 Tertió & vrgenter facit, quia cùm emptor census fundetur in naturali solutione sortis, non satisfacit probando ciuilem, ideſt, confessam, ex Bart. & alijs loquentibus in mutuo in l. 2. §. fin. ff. si cert. petat. & Alexand. Marian. Soc. & alijs, de quibus per Tiraq. de retract. cõuentionali. §. 4. gloss. 6. nume. 10. & hoc, quia aliud est confiteri quidpiam recepisse, & aliud idipsum vere recipere, ex l. 1. & 2. C. de dote cauta non numerata. l. 1. §. mutuam. ff. si quid in fraudem patroni, & post Bald. & Ancharr. aduerit Tiraquel. in dicta gloss. 6. nu. 11. ergo non sufficit sola confessio, sed requiritur vera probatio.

10 Quarto hæc sententia suadetur ex eo, quia in his contractibus censuarijs institia creationis eorum non pendet à voluntate contrahentium, sed à naturalibus attributis contractus, & intereà principaliter ab effectu tradendi sortem: vnde sola confessio censuarij de integra eius sortis traditione non sibi præiudicarit, neque vllam probationem induceret, sed quondam enuntiationem, cui non staretur, donec enuntiatum euidenter probaretur, vt puta si contrahentes dixissent, necessitatem alienandi subesse; quia non staretur verbis enuntiatiuis contrahentium, donec necessitas euidenter probata fuisset, ex Bart. in l. si forte. ff. de castrensi peculio, Iass. in l. si donatione. nume. 4. & sequenti. C. de collationib. Mathesilanus singulari 33. Roman. singulari 451. Decius consil. 20. numer. 3. & consil. 60. col. 2. & consil. 403. nume. 17. & 18. eleganter decis. Pedemont. 172. num. 1. & fere per totã: vel si in instrumento alienationis dicatur habita licentia Episcopi, & præcedentibus tractatibus, quia talis partium confessio non induceret probationem licentiæ, seu tractatus, nisi euidenter probetur, ex Alexand. consil. 21. numer. 4. & consil. 136. num. 11. lib. 1. Iass. in authent. si quis in aliquo col. fin. vbi Decius numer. 38. C. de edendo, & elegãter dicta decis. Pedemont. 172. num. 2. vbi numer. 3. resoluit, quòd si prætextu æris alieni res Ecclesiæ alienetur, non valet alienatio, donec probetur æs alienum aliter quàm per confessionem partium. Quod anteà probauerunt Paul. Castr. consil. 74. col. 2. versic. *Secundò dicendum*. lib. 1. Decius consil. 142. num. 4 & inde in fœudo videmus, quòd cùm eius alienatio sit prohibita, si dicatur, quod sit ad æris alieni solutionẽ, debet euidenter constare de his debitis, aliter

quam

quàm per confessionem partiũ, ex Curt. Seniore cõs. 49. col. 9. Dec. cõs. 60. col. 2. & cõs. 142. n. 4. decis. Pedemõt. suprà allegata num. 5. & inde quando creditor vendit pignus tanquam creditor, tenetur probare se esse creditorem, aliter quàm per confessionem debitoris, vt aduertit dicta decis. Pedemont. num. 4. & in omni alienatione rei prohibitæ alienari quòd non sufficiat partium confessio dicentium, quòd ob æs alienum fit alienatio, nisi euidenter id constiterit, probat Felin. in rubr. de probat. num. 3. Belon. consil. 16. numer. 2. versic. *In prohibitis*, Pedemont. decis. suprà num. 7.

11 Et quòd in his, & similibus contractibus suspectis, vel prohibitis, non fiatur confessioni contrahentium, deducitur ex l. qui testamentum. ff. de probat. l. cùm quis decedens. §. Titio. ff. de legat. 3. & latè resoluit Tiraquell. in l. si vnquã, verb. *Donatione largitus*. nu. 89. C. de reuocand. donat. & magis in specie post Paul. Salic. & Raph. Cuman. ipse Tiraquel. de retractu lignag. §. 1. glos. 18. num. 85. Ioseph. Mascard. in tract. de probat. concl. 361. nume. 11. decis. Pedement. 172. versic. *Concludens*, etiamsi assertionem contrahentes iurauerint, vt latissimè post plures resoluit Tiraquell. in d. l. si vnquam num. 91.

12 Rursus pondero pro hác sententia proprium motũ Pij V. super forma creandi cẽsus, cuius sæpissimè in hoc opere meminimus, dũ formaliter requirit veram, & integram pretij numerationem, ex quo confessam receptionẽ excludit; & iterum pondero text. in l. 8. tit. 15. lib. 5. Recopil. dum similiter expressè & formaliter requirit naturalem, veram, & integrã pretij census receptionem, & inde confessam excludit. Et denique hanc sententiam in specie census, licèt prædicta non referat, tenet Felician. lib. 1. de censib. cap. 9. num. 7. & cap. 8. numer. 15. vbi refert Paul. Paris. consil. 75. in fine num. 33. volum. 4. quam prosequitur vsque ad vers. *Quinta conditio*, cui accedat, quòd ex sola confeisione receptionis pretij præsumitur simulatio, vt post Alexand. consil. 36. lib. 2. resoluit Aym. Cravet. consil. 145. num. 7. lib. 1. & plures per Felician. 2. part. fol. 211. colum. 2. & Roderic. vbi dicit ita obtinuisse in lib. 1. quæst. 13. numer. 4. versic. *Ex quo*, per totum.

13 Qua sententia retenta non obstant fundamenta in cõtrarium adducta, & ad primum de lege pecuniæ cum vulgatis; quibus constat, quòd confessio de recepta pecunia probat veram receptionem, & transfert onus probandi in aduersarium, facilè respondetur esse intelligendum in contractibus omni suspicione carentibus; vt quiá ex iuris præsumptione legitimi sunt: sin verò contractus suspecti sint, vel à lege prohibiti, non intercenientibus requisitis formalibus, sola confessio non induceret probationem interuentionis requisiti formalis, vt receptionis, seu numerationis pretij, sed potiùs ex confessione resultabit præsumptio simulationis, quæ contra emptorem census retorquetur, & in ipsum tranfert onus probandi veram pretij traditionem, vt ex omnibus supradictis clarè constat; ex quo remanet satisfactum ad Bart. sentẽtiam in dicto §. Grysogonus. num. 9. maximè quia Bart. ibi intelligendus est, ex his, quæ latè circa eius intellectum tradit Lusitanus Acosta in repetione l. si ex cautione. C. de non numerata pecunia, gloss. verb. *Complacet*, quæ habetur post omnes limitationes, ex num. 6. vsque ad finem.

Minus etiam obstat secundum fundamentum contrarium deductum ex l. ab Anasthasio, & l. per diuersas. C. mandati; quia longe verius in specie eorum iurium non sufficere solam confessionẽ, de recepto ad probãdã: verã pretij numerationẽ, sed naturalem debere interuenire, vt constat ex eisdem legibus, nẽpe ex l. per diuersas, ibi, *Tantummodò solutarum pecuniarum*, vbi gloss. verb. *Solutarum*, idem probat, & iterum ex l. ab Anasthasio, ibi, *Quæ præstabit*, & ibi, *Pecunijs acceptis*, & ibi, *Re ipsa per soluit*, & apertè probatur in l. 64. titul. 18. part. 3. ibi, *De tantos marauedis, los quales el sobredicho contô, y dio al vendedor ante el escriuano publico, y los testigos que son escritos en esta carta*; & ita per eas leges, & ante leges Partitæ resoluunt Nicol. de Matarela, & alij antiquiores, quos referunt & sequũtur Salicet. Angel. & Paul. & alij ibidem, & dicens communem, & ab ea non reducendum, Cornel. cõsil. 230. *Videtur prima facie*, lib. 1. & plurimi, quos referens sequitur Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 18. num. 78. & 79. Et quamuis hæc sententia aliquantulum dubia videretur de iure communi, ex his, quos refert ipse Tiraq. in dicto §. 1. gloss. 18. nume. 85. & 86. hodie tamen attenta lege Partitæ, omnis dubitatio tollitur; & inde à fortiori dicendum est, non sufficere confessionem censuarij ad probandam traditionẽ pretij quia si in venditione nominis, vbi ex natura contractus nulla datur prohibitio, imò permissio, ex toto tit. de hæred. vel act. vendita, confessio de recepto pretio sufficiens non est, longè maiori ratione in censu, in cuius creatione & suspicio, & quodammodò iuris resistentia versatur, non sufficeret.

14

15 Similiter ad fundamentum de confessione depositarij, præterquàm quòd is contractus

de

de sui naturâ licitus est, & ideò confessioni ius non resistit; respondetur, quòd ea sententia, qua probatur, non esse standum simplici confessioni numerationis pecuniæ, nisi aliter constet de numeratione pecuniæ, in depositio verior est; quia depositum vno tantum modo contrahitur, scilicet re: ergo nisi res verè intercueniat, depositum dici non potest: & inde sola confessio depositarij non prohibet depositum, nisi aliter de vera numeratione constiterit. Ita in depositio soluit Bald. in consil. 184. *Duo sunt videnda*, in fine libr. 1. & post Bald. eleganter probat Tiraquel. de retract. conuent. §. 4. gloss. 6. num. 14. in princip. & n. 15. & 16. vbi alios refert.

16 Et ad fundamentum de confessione creditoris contra debitorem, & in fauorem fideiussoris facta, contrariâ sententiam tenent Bart. in l. duobus. §. à fideiussore, num. 3. ff. de iure iurand. vbi Alexandr. in §. quod autem reus, num. 2. dicit communem: & hæc sententia Bart. contra aliam eiusdem in dicto consilio, *Titius promisit*, de qua in fundamento contrario meminimus in puncto iuris verior est, ex eo quòd ea cessio creditoris præiudicaret tertiò, cui ex sola confessione de recepto nullum præiudicium irrogari potest, ex his, quæ tam in confessione depositarij, quàm mariti, seu cedentis, tenent plures, de quibus per Tiraquel. de retract. conuent. §. 4. gloss. 6. ex numer. 8. cum plurimus alijs, & in tractatu de retract. lignag. §. 1. gloss. 18. ex numer. 78. cum alijs.

17 Ad quintum etiam fundamentum de confessione dotis receptæ, respõdetur veriorem sententiam esse, non sufficere ad probandum dotis receptionem, sed veram numerationem debere interuenire, ex gloss. in l. assiduis, verb. *Data*. C. qui potiores in pignore; quam glossam dicit communiter approbatam plurimos referens Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gloss. 6. num. 14. Anton. de Padilla in authẽt. res quæ, numer. 120. C. communia delegat, & hæc sententia regulariter vera est ex latissimè traditis per Bald. Nouel. de dote in 10. p. principali per totam, Couar. lib. 1. variar. resolut. cap. 7. num. 4. Roland. à Valle consil. 17. lib. 1. Anton. Gomez in l. 53. Tauri num. 52. & iterũ Tiraquel. de retract. ligneg. §. 1. gloss. 18. nu. 82. Menchaca lib. 3. controu. vsufrequentium cap. 46. per totũ Ioseph. Mascard. de probat. cõcl. 362. per totam, Anton. Gabr. lib. 3. commun. opin. tit. de iure dot. concluf. 4. vbi omnes regulariter constituunt, quòd sola confessio mariti de dote recepta non inducit, neque probat veram dotis receptionẽ, & hoc secũdè tenendum est, nisi cum ea confessione cõcurrerent aliæ probationes sufficientes, vel præcesserit dotis promissio, vel quid aliud, quod simulationis præsumptionem excluderet, & confessionem iustificaret, imò etiam procederet, quãuis confessio fuisset iurata, vt tenet Bart. in l. cum quis. §. Titia. ff. de legat. 3. cuius doctrina est communis, vt resoluit Ioann. Gut. de iurament. confirmat. cap. 3. num. 11. Bald. Nouel. de dote. 10. p. num. 20. Couar. in dicto cap. 7. num. 5. & iterum Ioan. Gutier. de iurament. confirmat. cap. 15. ex num. 3. ergo à fortiori idem in confessione censuarij dicendum erit, maximè quia confessio dotis receptæ respectu mariti confitentis, non ita de sui natura illicita est, sicut & confessio censuarij de receptione sortis, cùm ex confessione dotis receptæ maritus tantùm præiudicetur, & confessio censuarij non solum ipsi præiudicet in sorte, sed in vsuris in futurum soluendis.

18 Sextò ad argumentum de renuntiatione non numeratæ pecuniæ, vt excludat renuntiationem, & confitentem se recepisse, facilè respondetur regulariter verum esse, sed procedere non posse in contractibus iuris resistẽ etiam habentibus, in quibus nihil obstauit renuntiatio non numeratæ pecuniæ, neque confessio de recepto pretio, quominus præsumptio sit pro confitente & renuntiante, quod nõ recepit sortem, neque pretiũ, ex eo quod homines coacti inopia facilè confitentur recepisse, quod re vera non receperunt; cuius opinionis fuerũt autores Iacob. Rabena, Petr. Cyn. Bart. Bald. Angel. & Salicet. & Paul. quos refert Alexander. consil. 36. *Visa scriptura*, lib. 1. de censib. eam opinionem communem, Corn. consil. 293. *in hac consultatione*, lib. 4. Felin. in cap. si cautio. num. 48. de fide instrum. Dec. in l. qui pecuniam. num. 4. ff. si cert. petat. Curt. Iun. in l. 2. §. fin. num. 2. ff. eodem. Ex quo infertur ad plurima notatu digna, de quibus per Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 18. num. 80. Mascard. de probat. concluf. 369. & 370. circa confessionem patris, tutoris, seu administratoris. Ex quibus iam constat, eam sententiam verisimã esse; & ita respondet Felician. 2. part. lib. 3. cap. fin. numer. 5. col. 211. versic. *Et licet*

19 Quæ quidem sententia restringitur, & limitatur, quando cum confessione de recepto pretio concurrerent aliæ probationes, præsumptiones, seu coniecturæ legitimæ receptionis integri pretij; quia licèt contractus censualis de sui natura non dicatur licitus, & inde confessio sola censuarij non probet integram receptionem; si tamen cum confessione accedant legitimæ coniecturæ, vera, & integra receptio probaretur, ex doctrina Saliceti

in

in l. mater. C. de contrahend. emption. Angel. consil. 341. Bald. Angel. Decius. Frãcis. Milan. decis. 6. num. 23. & alij, quos referens sequitur Tiraquel. in l. si vnquã verb. *Donatione largitus.* numer. 100. C. de reuocand. donat. vbi nu. 101. post Bald. in l. 1. C. de priuileg. dot. fatetur, quòd sola confessio de dote recepta nõ probat veram receptionem: quod deducitur ex l. cùm citra. C. de iure dot. & ex Baldo in l. 1. C. de priuileg. credit. Ant. Gabr. lib. 3. commun. tit. de iure dot. conclus. 4. num. 4. & ipse Tiraq. in dicto verb. Donatione largitus. nu. 102. vnde in censu verum est, confessionem solam de recepto non sufficere ad probandam veram & integram eius pretij traditionem.

20 Quæ quidem omnia amplianda sunt, non solùm quando opponitur exceptio nõ numeratæ pecuniæ contra omnem sortis quantitatem, sed solum contra partem, vt quia debitor fateatur aliquam pretij partem recepisse, neget tamen reliquam sibi fuisse numeratam, ex l. 2. C. de non numerata pecunia, ex regula l. quæ de tota. ff. de rei vendicat. Quod ampliat Felician. 2. tom. de cens. lib. 3. cap. vltim. numer. 5. versic. *Et licet in mutuo renuntiatio*, vt neque confessio de recepto iurata nihil operetur, contra primordialem naturam contractus, sub intelligens illud in iuramento confirmatorio, non verò in assertorio, quo debitor asserens iuraret sibi pretium fuisse numeratum; quia illud mero iure debitori iuranti obstare, post Bald. Salicet. Felin. Mascard. & Acostam resoluit.

21 Præcedentia etiam limitãt Roderic. post Aymonem, & Burgos de Paz in lib. 1. de ann. redditibus quæst. 13. nu. 4. propè finem, vers. *Hoc autem limitan videtur*, quando debitor cẽsus longo tempore sponte creditori pensionẽ soluisset, & aliquæ fraudis cõiecturæ non extarent; quia eo casu confessio de recepto pretio receptionem probabit. Quod mihi verum non videtur, quia si sola confessio, secluſa omni fraudis præsumptione non probet sortis traditionem, imò ex natura materiæ suspicionem inducat, tempus eam neque qualificabit, neque fortificabit, imò potius præstationem pensionis iniustã efficeret, cùm tanto sint maiora peccata, quantò diutiùs detinẽt animam alligatam; si enim constat de initio vitioso, inutili, atque imperfecto; vt quia confessio receptionis pretij suspecta omnino sit, suppleri ex temporis diuturnitate non poterit defectus ille formalis; ideò tempus nihil efficiet.

22 Quod adeó verum existimo, vt si tertius rei censualis possessor, à quo census exigitur, obiecerit, pretij traditionẽ per confessionem non probari, audiendus sit, neque condemnandus, donec creditor verè vltra confessionem receptionem probauerit; cùm enim traditio veri & integri pretij formalis sit, vnicumque creditoris fundamentum, sine quo census laborat intrinseco vitio, meritò & creditor qualitatem substantialem traditionis, in qua fundatur, probare debet, ex Mascardo conclus. 1319. num. 1. & 2. & non probãte aliter, quàm per confessionem, tertiùs legitimè obijcere poterit de intrinseco vitio contractus, & inde Mascard. de probat. conclus. 361. numer. 5. & 47. resoluit in omni causa confessionem de recepto tertio non præiudicare: si enim quando contra tertium pignoris possessorem creditor agit ex confessione de recepto mutuo facta à debitore, obstat exceptio non numeratæ, ex Fulgosio consil. 133. & 205. Mascardo dicta concl. 361. nu. 31. ergo à fortiori in causa census hoc admitti debet, cũ enim ea exceptio contra confessionem de recepto exclusiua sit totius iuris agentis, licèt à tertio, vel cõtra tertium opponatur, admittenda erit, vt vulgaria iura probant. Ex quo miror de Francisco Milanense, qui in dicta decis. 6. num. 24. resoluit aduersus tertium habere potestatem confessionem de recepto, donec ipse probet non solutionem: quod in causa census admittendum non est. Ideò cùm de quantitate, atq; probatione traditionis integri pretij egerimus, ad qualitatem pensionis accedere, in capite sequenti necessarium est.

## DE QVALITATE pensionis censualis, & an possit cõstitui instrumento, vino, oleo, vel in alia simili specie, seu in pecunia præcisse fit constituenda, atque de reductione census frumẽtarij, vtilissima disceptatio. Cap. XLVI.

### SVMMARIVM.

*Census personalis perpetuus redimibilis, seu ad vitam non emptitius, sed ex causa alimentorum, seruitiorum, vel alia simili, potest esse frumentarius, & intellectus ad l. 4. titul. 15. lib. 5. nou. Recop. n. 1.*

*Census euphyteoticus an possit esse frumentarius & intellectus ad text. in l. 4. titul. 15. lib. 5.*

*nouæ*

*noue Recopilat. num. 3. & 4. vbi traditur, an emphyteosis cuius pensio excessiua est, reducatur ad iustitiam.*

*Census reseruatiuus perpetuus, redimibilis, seu ad vitam, an possit esse frumentarius, & an si resultet iniustus ex tempore, reducendus sit. n. 5. 6. 7. & 8.*

*Census consignatiuus an possit esse frumentarius, & quando, quaque ratione sit reducendus ad pecuniam. num. 9. 10. & alijs vsque ad finem, vbi num. 10. traditur ratio Roderici, & aliorum, & num. 11. traditur nouissima ratio reductionis, & num. 12. agitur de reductione census antiquissimi, & nu. 13. ampliatur etiamsi à principio pensio frumentaria nõ resultet excessiua in quantitate.*

*Reductio census frumentarij ad pecuniam fit à lege ipsa & ideò facienda est, etiã debitore nolente, neq; petente, & intellectus ad l. Regni. num. 14. vbi nu. 15. traditur etiam intellectus ad l. Regiam.*

*Census consignatiuus, qui licèt nomine videatur perpetuus, in effectu & substãtia redimibilis est, reducendus venit n. 16. vbi intellectus ad l. Regni, quæ loquitur in prouintia Galliciæ, vt extendatur ad totum Regnum.*

*Tertius rei possessor an possit petere reductionem huius census de frumento ad pecuniam. numer. 17. vbi num. 18. an census pecuniarius ad vitam reducatur, & num. 19. an census perpetuus remissinè.*

## CAPVT XLVI.

VM in capitibus præcedentibus egerimus de quantitate, & qualitate pretij creationis vtriusq; cẽsus, de vera, & integra eius traditione, atq; de probatione veræ & integræ traditionis, in præsenti agendum est de qualitate pensionis censualis, scilicet an cõstituenda & præstanda sit in sola pecunia, vel sufficiat, si constituatur in tritico, vino, oleo, seu alia simili specie frumenti; & in hac dubitatione, quæ non, vt oportuerat, expedita reperitur, sequẽtes casus considerandi, atq; decidendi sunt.

2 Primus in censu personali perpetuo, redimibili, seu ad vitam, non emptitio, sed ex causa alimentorum, seruitiorum, seu alia simili cõcesso, vel in annona ciuili, quæ soldata vocatur; qui quidem census verum est constitui posse non solùm in pecunia, sed in frumento, vino, oleo, vel alia specie, text. est in cap. 1. in fine, quis sit dux, vel Marchio. l. 1. C. de erogat. militar. annonæ libr. 12. l. 3. C. de canone frumentario vrbis Romæ libr. 11. & resoluit nouiter Emman. Castrens. in rubric. de annonis ciuilibus numer. 13. & ratio, licet noua, certissima est; quia cùm is census non sit emptitius, non poterit in eius pensione dari iniustitia tempore creationis contractus, neque ex post facto: quod patet, quia pensio sine sorte formatur: ergo neque creationis tempore, neque crescente valore pensionis frumentariæ, resultabit inæqualitas de pensione ad sortem, & è conuerso; & consequenter neq; iniustitia, quæ principaliter nascitur ex ea inæqualitate; sed adhuc crescente valore pensionis frumentariæ, quæ ad nullam sortem respectum habet, sed sola de se fuit formata iustitia formaretur; & inde in eo casu pensio in frumento, vel in alia specie rectè constituitur. Ex quo datur nouus & verus intellectus ad text. in l. 4. tit. 15. libr. 5. nouæ Recopilat. vt ea lex, quæ loquitur in censu emptitio, in quo datur correspondentia de sorte ad pensionem tam in quantitate, quàm in qualitate, iustè requirat pensionem pecuniariam, & ad nostrum casum census personalis extendi nõ debet, vbi sola pensio sine sorte constituitur.

3 Secundus casus consideratur in censu verè emphyteotico, vt quando res immobilis soli, vel solo cohærens, aut quæ pro immobili habetur, habens stabilitatem, & perpetuam existentiam, conceditur alicui cum reseruatione pensionis annuæ perpetuæ; vel ad vitam; in quo etiam casu verissimum est, quòd pensio consistere potest non solùm in pecunia, sed in frumento, vino, oleo, vel alia simili specie, tam ex eo, quòd à communiter accidentibus pensio emphyteotica minima est, cùm in recognitionem directi dominij manentis penes concedentem, & non in correspondentiam fructuum ex ea percipiendorũ præstetur, quàm quòd res emphyteotica, atque pensio ex ea reseruata, similiter à communiter accidẽtibus eiusdem sint qualitatis, non diuersæ, ex cuius qualitatis correspondẽtia, atque identitate non potest in re ipsa considerari incrementum absque eo, quòd in pẽsione simili non consideretur, cùm si valor vnius crescat, vel diminuatur, è conuerso alterius incrementũ, vel diminutionem recipiat; videmus enim, quòd res, quæ naturaliter extimãtur, naturaliter ex tempore crescit, vel diminuitur: ergo sicut res emphyteotica ex ipsa natura pretij naturalis potest ex tempore minui, vel augeri, similiter pensio, quæ consistit in specie, diminutionem, vel augmentum recipit, atque consequẽter emphyteosi, cuius pẽsio in frumẽto constituitur, & præsta-

eur, iustitiam contineret, vt ità & dominus incrementum valoris pensionis, & emphyteota fructuum vbertatem iustè percipiant, vt eleganter resoluunt Aluar. Vaez Lusitanus de iure emphyt. quæst. 16. per totam, Iul. Clar. in §. Emphyteosis. quæst. 41. & in §. feudum. q. 88.

4 Ex quo datur nouus, atque verus intellectus ad text. in dicta l. 4. tit. 15. libr. 5. nouæ Recopil. quæ decidit, quòd census emptitius pecuniarius, cuius pensio fuit constituta in alia specie, quàm pecunia, non sustineatur, sed quòd pensio frumentaria ad pecuniam reducatur, vt census ipse ad statum iustitiæ deuenire possit. Quæ quidem lex in emphyteosi non procedit, cùm emphyteosis non ex pecunia, sed ex re immobili fructifera formetur, & ideó pensio frumentaria iusta sit ex correspondentia, quæ in qualitate reperitur de pensione ad sortem, de re scilicet emphyteotica, cuius valor est variabilis ad pẽsionem ipsam, quæ cùm in specie consistat, variabilis etiam est, ideò datur correspondentia, & consequenter iustitia.

Ex qua noua, licèt eleganti consideratione inferendum est, quòd si forsam res aliqua detur in emphyteosim sub modica pensione pecuniaria, vt multoties visum est, & res ipsa emphyteotica ita ex tempore augeatur, vt fructus annuatim opulentissimi sint, & ex his emphyteota præstita modica pensione pecuniaria locupletissimus sit effectus, deinceps que locupletior fiat, poterit dominus directi petere, vt contractus reducatur ad iustitiam, ita quòd emphyteota deinceps non locupletetur cum eius iactura, sed quòd in eo contractu seruentur præcepta iustitiæ commutatiuę: quia licèt in eo casu non possit agere dominus remedio rescissionis contractus ex lęsione, vt quia lęsio creationis tempore non interuenerit, possit tamen ex inęqualitate pensionis, & rei emphyteoticę vti remedio reductionis, vt quia res ipsa, quę data fuit in emphyteosim, ex tempore augetur; pensio verò pecuniaria augeri non possit; licèt enim tempore creationis contractus ęqualitas & iustitia seruata fuisset in reseruatione pensionis, vt ita ex post facto non posset agi lęsionis remedio, non tamen seruata fuit ęqualitas & iustitia in qualitate pensionis, cùm pensio fuisset pecuniaria, quę augeri non potuit, & res emphyteotica augmentum facilè recipiat: vnde ex ea differentia inter pensionem & sortem, in qualitate scilicet; quia res emphyteotica naturaliter crescit, & augetur, pensio verò pecuniaria augeri non potest, ex qua contractus venit ad eum statum, à quo incipere non potuit; licèt domino non succurratur ex læsione, succurreretur tamen ex alio remedio iustissimo & suauissimo reductionis, vt contractus ad iustitiam reducendus sit, reducendo scilicet pensionem depecunia ad speciem, sicut è conuerso facit dicta l. 4. titul. 15. libr. 5. nouæ Recopilat. quæ fundatur in sola qualitate inter commutantes res proprias necessaria, & in correspondentia, quæ de sorte ad pensionem, & è conuerso iustissima est. Quæ noua, licèt vera, & elegans resolutio, apertè suadetur ex his, quæ infrà dicenda sunt circa censum reseruatiuum, & consignatiuum perpetuum, vbi ex ratione originaria d. l. Regni eam ad eos cẽsus extendi debere probamus. Et quamuis in emphyteosi quidquá obstent, quæ tradunt Balasc. & Iul. Clar. suprà, loquũtur tamen, quando pensio emphyteotica non est pecuniaria, sed frumentaria; quo casu cùm à principio detur iustitia in pretio, & correspondentia depensione ad sortem inqualitate, mirum non est, si ex post facto neq; lęsionis, neq; reductionis remedium detur; quod ita contingere non potest, quando pensio est pecuniaria, vt suprà diximus, & hoc quidẽ notatu dignum est, & à nullo, quem legerim, pensitatum.

5 Tertius casus consideratur in censu reseruatino perpetuo redimibili, seu ad vitam, in quo, licèt pensio consistere possit inpecunia, similiter reseruari potest in frumento, vel alia specie, vt nominatim constat ex l. fin. C. de rerum permutat. cap. constitutus de relig. domib. cap. 1. de in integr. restit. qui loquuntur in censu reseruatiuo, cuius pensio in frumento reseruatur, & sic præsupponunt, quòd pensio eius census reseruari possit in frumento, cuius ratio euidens est, scilicet quia cùm qualitas pensionis correspondeat qualitati rei censualis, vt quia vtriusq; pretium & valor naturaliter ex tempore minui, & augeri possit, neque tempore creationis, si iustè cẽsus creatus fuit, neque ex interuallo, etiam crescente valore pensionis, vel rei censualis, resultabit iniustitia, vt & suprà in præcedentibus cẽsuẽ speciebus dictum, & in sequentibus dicendũ erit. Quod aduertit post Couarr. intelligens ita legem Regni Roderic. lib. 2. de annuis reditib. q. 22. n. 40. & 41.

6 Ex quibus etiam datur intellectus ad dictam legem 4. tit. 15. libr. 5. nouæ Recopilat. quæ prohibet pensiones frumentarias, vt non procedat in censu reseruatiuo, sed in consignatiuo, inquo pretium datur in pecunia; ex quo quòd in censu reseruatiuo possit conuẽiri, vt pensio detur infrumentario, aduertit

Felician.

Felician. de censib. lib. 2. c. 1. de pretio census. n. 44. referens Ioannem Gutierrez lib. 2. quæstionum ciuilium ad leges Regni. q. 170. qui n. 1. & 2. hanc partem tenet; dum tamen Felicianus indistinctè & genericè tenet distinctionem Ioannis Gutierrez in d. q. 170. euidenter errauit, vt ex infrà dicendis clarè constabit.

Si tamen in hoc censu reseruatiuo pensio in pecunia, & non in frumento seruetur, vt fieri solet, & permittitur, atque ex tempore res ipsa censualis plurimum augeatur, vt quia fructus opulentissimi ex ea percipiantur, velitque dominus pensionis reducere contractum ad statum iustitiæ, sicut in præcedenti casu explicabimus, poterit illud iustissimè petere, atque fundare in differentia, quæ tempore creationis census interuenit inter pensionem & sortem quo ad qualitatem, vt quia res censualis naturaliter augeri poterat, & pensio pecuniaria nequaquam; atque inde resultat inter commutantes res proprias inæqualitas, & consequenter iniustitia, quæ ex inæqualitate proficiscitur, cū deficiāt eo casu præcepta iustitiæ commutatiuæ, quæ consistunt in æqualitate; vt notissimum est, & infrà dicendum erit.

7 Si enim concessa re in censum cum reseruatione iustæ pensionis pecuniariæ res ipsa ex tempore augetur, ita quòd contractus ex interuallo ad cum statum deueniat, à quo incipere non potuit, & pensio pecuniaria individua & vnica semper sit, atque inde ex læsione rescindi nequeat contractus, cùm tempore creationis non interuenerit læsio, nonne iniustissimum esset, quòd deficiente remedio rescissorio contractus, deficeret etiam suauissimum reductionis, & quòd censuarius cum aliena iactura locupletaretur? nonne idē esset actum ex interuallo deuenire ad statum notissimum iniustitiæ, & iniustè à principio fieri: ergo vtroque casu contractus iustificandas est, ne iniustitia permittatur, & ad eius iustificationē reductio ad statum iustitię facienda erit, vt ex infrà dicendis euidenter constabit. Ex quo quando à principio emphyteoticus, vel reseruatiuus constituitur in frumento, & non in pecunia, an si ex tempore resultet excessiuus, sit reducendus, & procedat in eo lex Regia, resoluit quòd sic, & benè Roderic. libr. 2. de ann. redditib. quæst. 15. nu. 94. vbi se refert ad q. 12. & nu. 95. vsque ad finem capitis.

8 Quartus casus consideratur in censu ex iusto pretio rei immobilis venditæ constituto, an scilicet in eo censu pensio in frumento creari possit. Quam quæstionem examinat Ioannes Gutierrez dicto libr. 2. quæstionum ciuilium quæst. 170. num. 3. vsque ad finem: & denique resoluit; quod dicta lex 4. tit. 15. libr. 5. nou. Recopil. quę prohibet pensiones frumentarias, propriè comprehendit eam census speciem; vt quia is census verè consignatiuus sit, non reseruatiuus. Quæ resolutio verissima est, & ab omni dubitatione aliena, ex his, quæ diximus in capite de censu ex pretio rei venditę constituto, & quæ dicenda erunt in capitibus sequentibus, dum rationem originariam reductionis pensionum de specie ad pecuniam designauimus; ex quo meritò reprobatur Felicianus, qui breuiter resolutionem Ioannis Gutierrez impugnauit in libr. 2. de censib. cap. 1. de pretio census. nu. 44. & in hoc censu, qui ex pretio rei venditæ constituitur, rectè procedit dicta l. 4. titu. 15. libr. 5. nouę Recopilat. quæ prohibet pensiones frumentarias, & reducit antiquos census, quorū pensio in frumento fuit constituta ad pensionem pecuniariam.

9 Quintus casus principalis consideratur in censu verè consignatiuo redimibili ad rationem quatuordecim pro vno constituto, in quo securè dicendum est, quod quamuis de iure communi pensio huius census in frumento, vel alia specie constitui poterat, vt post Anan. aduertit Couarr. lib. 1. variar. cap. 1. num. 11. Roderic. lib. 1. q. 12. num. 1. vbi plures refert: tamen de iure Regio in frumēto cōstitui non potest, sed demum in pecunia, adeò quòd si in frumento, vel alia specie constituatur, nullus erit census, imo etiamsi antiquissimus sit, reduceretur pensio de frumento ad pecuniam, vt nominatim probat text. in dicta l. 4. tit. 15. lib. 5. nouę Recopil. quę in hoc casu propriè loquitur, & est intelligenda, vt aduertunt per eum text. Couarr. lib. 3. variar. cap. 11. nu. 11. Olan. in Anthinom. verb. Annui redditus num. 94. Azeued. in d. l. 4. & Ioann. Gutierrez in dicta quæs. 170. in princip. quòd nedum procedit in censu consignatiuo redimibili simpliciter, sed in censu consignatiuo ad vitā, vt nominatim probat text. in l. 9. tit. 15. lib. 5. nou. Recopilat. quę habetur in quaterno legum Regni additarum Recopilationi, quæ expressè extenditur ad census ad vitam d. l. 4. & vtrumque aduertit, & explicat latè Roderic. de ann. redditibr. lib. 1. q. 12. per totam.

10 Vbi numer. 4. prope finem tradit rationem huius reductionis, dicens, quòd cùm fructus rerum frequentissimè augeantur, & minuantur, atque denique tempore varientur, imò & pretia rerum diuersa sint, meritò conditores legū Regni cēsus frumētarios, vt omnino

cessaret eorum incertitudo, atque iniustitia, ad pecuniam reduxerunt, moti ex eo, quòd prædicti census frumentarij, licèt regulariter crearentur, magis tamen captiosi, atque suspecti erant, quàm pecuniarij: vnde statutum, quo permittebatur Iudæis fænerari, non extendebatur ad species frumentarias, vt notat Alexand. consil. 180. in fine lib. 7. Couarrub. lib. 3. variar. capit. 10. numer. 3. Gaspar Roderic. dicta quæst. 12. numer. 12. 13. 14. & 15. igitur si magis captiosi erant census frumentarij, quàm pecuniarij; iustissimè eos conditores legum Regni ad pecuniam reduxerunt.

11 Sed quamuis ea ratio decidendi ad prædictas leges Regias in se vera sit, non tamen Couar. & Roderic. originariam attingerunt: vnde verissima, licèt nouiter, pensitata, in eo potissimum fundatur, quòd cùm leges illæ Regiæ desiderarent iustitiam illam pretij census, & correspondentiam sortis ad pensionem, non solùm in quantitate, sed etiam in qualitate, vt & tempore creationis, & deinceps in perpetuum æqualitas inter contrahentes seruaretur, emptorque census non excessiuas, sed correspondentes, & æquales sorti pensiones recipiat, finis hic, & intentio deficeret, si pensio frumentaria constitueretur, & constituta, licèt antiquissima, ad pecuniam non reduceretur, cùm pretium pecuniarium semper vnũ sit, & ideò non benè recipiat pensionem frumentariam, quæ non semper habet identitatem, sed variabilis est ex tempore, & inde non possit dari inter pensionem & sortem æqualitas in quantitate & qualitate, neque vlla correspondentia, sed potiùs inæqualitas & iniustitia est: ẽporũ varietate, contra præcepta iustitiæ commutatiuæ, quę consistunt in æqualitate, & inter commutantes res proprias omnino seruanda sunt, quare cùm contractus, quia ex pensione frumentaria iniustus ex tempore efficitur, atque resultat, creationis tempore iustus fuisset, & inde remedio ordinario læsionis, atque rescissionis rescindi non posset, cùm tempore contractus læsio non interueniret, conueniens, atque summè necessariũ fuit, ne in statu iniustitiæ contractus sustineatur, à quo incipere non potuit, quòd remedio suauissimo reductionis ad iustitiam reduceretur. Quæ noua, & verissima ratio decidendi ad dictam l. 9. Regni apertè confirmatur ex his, quæ suprà diximus, & quæ dicenda erunt in capite sequenti, vbi de ratione originaria reductionis pensionis frumẽtariæ ad pecuniã agendum erit.

Ex qua ratione iuridica, & verissima, vt omnia quæ dicenda sunt, clàriùs cognoscantur, sequentes casus considerari debent.

12 Primus in omni censu consignatiuo redimibili, in quo procedunt quę dicta sunt, etiam si census antiquissimus sit, quia cum lex 4. titul. 15. libr. 5. nouæ Recopilat. agat de reducendis censibus ad iustitiam, tantò maiori ratione eos reducere intelligitur, quantò fuerint antiquiores, vt in reductione census pecuniarij dixit lex 6. præcedens titul. 15. lib. 5. nouæ Recopil. ibi, *Aunque sean antiguos, y de mucho tiempo*, imò de natura reductionis est, quòd operetur suos effectus in his contractibus reducendis, qui ex antiquitate temporis remedio rescissionis ad iustitiam reduci nequeunt, vt scilicet per reductionem, remedium equidem suauissimum, in statum iustitiæ reponantur, ex dicta l. 6. per quã licèt summariè, id aduertit Roderic. d. q. 12. n. 31. ad medium.

13 Secundus casus consideratur, quando census frumentarius constitutus fuit à principio pro pretio pecuniario ad rationem quatuordecim pro vno, in quo nominatim loquitur dicta lex 4. vt omnino census reducẽdus sit de frumento ad pecuniam, ex ratione suprà dicta. Quod existimo verum esse, quamuis pensio frumentaria non resultet excessiua in quantitate, vt quia lex in censibus consignatiuis non solum consideret excessum præsentem, sed futurum, & inde reducat vtriusque temporis iniustitiam; cùm igitur si pensio sit frumentaria, & sors pecuniaria, non detur inter eas correspondentia in qualitate, vt quia vtrumque non sit pecunia, & inde sit impossibile, quòd pensio infallibiliter correspondeat sorti, vt est formaliter necessarium; meritò reductio facienda est, etiamsi detur in censu æqualis correspondentia de pensione ad sortem in quantitate, dummodò defficiat in qualitate.

14 Ex quo infero benè dixisse Garciam dicto capit. 9. de expensis. numer. 76. in fine, credentem, quòd in hoc casu reductio fit à lege, etiam debitore nollente, neque petente, cùm lex ipsa iustè, atque quasi naturaliter eam faciat. Infertur etiam, non benè reprobasse Garciam, Rodericum dicta quæst. 12. num. 4. dum credit, quòd Garcia loquitur in secundo casu legis Regiæ, scilicet quando census resultat constitutus perpetuus, & tamen est redimibilis, vt quia pretium vltra quatuordecim pro vno designatum sit, eo enim casu reductionem ponit lex in voluntatem debitoris, cùm posset esse debitori vtilius soluere pensionẽ in frumẽto, quã in pecunia.

Quo

Quo quidem casu, cùm non detur iniusticia in pretio, vt quia census resultet constitutus ad rationem viginti, vel 18. pro vno, nollente non daretur reductio. Ita distinguit nominatim dicta l. 7. Regia, dum in primo casu ipsa lex reducit censum, dicens, *Mandamos que todos los censos y tributos*, loquens, atque decidens ex officio ipsius legis; & in secundo casu subdit, *Y los que salieren âmas precio de los dichos catorze mil el millar, como no lleguen â veynte mil, queriendo la parte del deudor reduzir*, prouidens casum ad partis petitionem: ergo benè locutus fuit Garcia, & malè reprobatur à Roderico.

15 Tertius casus consideratur, quando census frumentarius in pensione, & pecuniarius in sorte resultat constitutus minori pretio, quàm ad rationem quatuordecim pro vno; & sic iniusto: & in hoc casu à fortiori loquitur, & procedit dicta l. 4. quia census reducendus erit, quamuis Rodericus dicta quæst. 12. numer. 31. versic. *Aut verò redditus fructuarius*, existimet, in eo casu censum esse vsurarium. In quo certè lapsus fuit, quia verius est, fuisse iniustum, & reducendum, vt præsupponit dicta l. 4. dum non distinguit inter census minori, vel maiori pretio constitutos, sed simpliciter loquitur in consignatiuis redimibilibus, dum dicit, *Que los censos al quitar.*

16 Quartus casus verificatur in censu, qui licèt nomine videatur perpetuus, in effectu tamen & substantia redimibilis est, de quo loquitur l. 7. vt quia vel resultet constitutus ad rationem quatuordecim pro vno, vel maiori pretio vsque ad viginti; quia cùm non habeat integrum & verum census perpetui pretium, nempe ad rationem viginti pro vno, ad eam quantitatem reducendus est ex dicta l. 7. quæ quidem lex quamuis loquatur in prouincia Galiciæ, generaliter in Regno est intelligenda, vt quia ratio legis non adscribatur loco, ex Bald. in l. nemo. C. de sententijs, & interlocutionibus omnium iudicum, & quia Imperator rescribens vni prouinciæ, præsidi, vel loco, cæteris omnibus rescripsisse videtur, vt ex Bart. Ang. & alijs circa extensionem eius legis Regiæ ad omne Regnum, aduertit Roderic. dicta quæst. 12. numer. 4. Sunt tamen notanda verba legis ibi: *Desde el año de* 1534. ex qua poterat inferri, quòd non reducebat census antiquiores; sed considerando naturam reductionis, quæ magis respicit, atque fortius reducit census antiquiores, quàm nouiores, ad omnes, etiam antiquissimos, legem extendi constat, cùm tanto digniores sint remedio reductionis, quantò antiquiores census existant; verba enim illa, *Desde el año de mil y quinientos y treynta y quatro*, posita fuerunt in supplicatione, in qua dicebatur, quòd ex eo anno plures census constituti fuerunt, & ita eos principaliter lex reduxit, non tamen remedium reductionis cæteris antiquioribus denegabit, siquidem foret lex diminuta ratione & effectu. Et ratio quidem vniuersalis ea in omnibus censibus est, quia licèt partes dolosè vocauerint census perpetuos, veritas tamen, effectus, & substantia contractus attendenda est, ex latè traditis per Rodericum libr. 1. quæst. 6. numer. 45. & quæst. 12. numer. 4. ad medium, atque numer. 9. sin verò in his censibus, qui ex anno 1534. constituti fuerunt, non dicatur, neque constet, an sint perpetui, vel redimibiles, & agatur de reductione, quid agendum sit, considerauit Roderic. dicto lib. 1. quæst. 15. numer. 36. sed ego credo indistinctè, reducendos esse ex inæqualitate inter pensionem & sortem.

17 Quæ quidem omnia de facultate reducendi census frumentarios ad tertium possessorem rei censualis, extendenda sunt, cùm dictæ leges Regiæ non respiciant personas, sed actus reductionis. De quo videndus est Rodericus d. lib. 1. q. 12. num. 30. & q. 16. numer. 36. & 37.

18 Similiter prædicta leges procedunt in censibus ad vitã, ex l. Regia in curijs de Madrid cap. 47. aduertit Roderic. dicta quæst. 12. numer. 37.

Quintus casus verificari potest in censibus perpetuis ad rationem viginti pro vno, vel maiori pretio constitutis, in quo plures negauerunt reductionem, vt in capite sequenti dicendum erit.

## DE CENSIBVS PERPETUIS frumentarijs constituendis, & antiquis reducendis. Caput XLVII.

### SVMMARIVM.

*Pensio census consignatiui perpetui an in pecunia sit constituenda, & antiqua frumentaria ad*

*ad pecuniam reducenda. & intellectus ad text. in l. 4. & 7. tit. 15. lib. 5. nou. Recopilat. numer. 1.*

*Pensio censualis an de iure potuisset constitui in frumento, vel alia specie. ibidem. & numer. 1.*

*Dubius euentus valoris rei iustificat contractum, & excludit lasionem. num. 2. quod explicatur latiùs. num 13. & num. 14. & 15. Vbi explicatur, quando in contractibus detur firmitas, vel mutatio.*

*Intellectus ad l. 4. tit. 15. lib. 5. nou. Recop. traditur. n. 3. & n. 16.*

*Intellectus ad l. 7. tit. 15. lib. 5. nouæ Recopilationis, latè traditur num. 4. & num. 17. vsque ad finem capitis, vbi n. 19. nouè intelligitur prædicta lex.*

*Census perpetui consignatiui, quorum pensio constituta fuit in frumento, reducuntur ad pecuniam, & pensio frumentaria ad pecuniariam, num. 5. vsq; ad 11. vbi eleganter, & noniter defenditur.*

*Ratio originaria, & intellectus ad pluima iura Regni, quę de reductione census frumentarij ad pecuniam egerunt, traditur num. 10. cum præcedentibus & sequentibus.*

## CAPVT XLVII.

IN capite precedenti egimus de censu consignatiuo frumentario ad pecuniam reducendo, & illud exemplificauimus in censu consignatiuo redimibili, qui licèt à partibus nominetur perpetuus, verè tamen redimibilis sit: vnde in præsenti agendum est de censu consignatiuo perpetuo frumentario in sorte, vel pensione, an possit reduci ad pecuniam. Quam dubitationem plures indistinctè explicuerunt: sed vt ab origine, & clariùs veritas cognoscatur, in ea dubitatione ita distinguendum existimaui. Aut census perpetuus resultat constitutus legitimo pretio, nempe ad rationem viginti pro vno, vel maiori, atque simul in statu præsenti non resultat iniustus, ex quo debitor cum non vult reducere; & in ea specie verissimum credo, reductionem non esse necessariam; sicque intelligendos esse dicentes, census perpetuos consignatiuos non esse reducendos, vt constat ex his, quæ resoluunt Garcia de expensis cap. 9. numer. 77. Gasp. Roderic. de ann. redditib. libr. 1. quæst. 12. per totam, atque alij plures infra referendi. Aut enim census resultat constitutus legitimo pretio, sed ex tempore ita variatur valor & quantitas pensionis, quòd census resultet iniustus; & in hac specie videbatur dicendum, quòd census non sit reducendus, & hoc ex sequentibus considerationibus.

Primò, ex eo, quia cùm de iure communi ante legem illam Regiam regulariter pensio constitui potuisset in frumento, vt post Ananiam & Couarr. aduertit Olan. in Anthinem. in verb. *Annui redditus*, numer. 94. decisio dictæ legis 4. quæ nominatim illud corrigit, atque in censu consignatiuo redimibili mutat, perpetuum consignatiuum comprehendere non potest, ne detur euidens legum correctio. Ita argumentatur in specie Ioann. Gutierr. in practicis quæstionibus ad Recopilat. libr. 2. quæst. 170. numer. 1. post Molinæum, Couarr. & alios, qui in vers. *Nihilominus tamen*, hanc sententiam tenet.

2 Secundò facit, quia sufficit, quòd à principio contractus iustè celebretur, quamuis ex post facto resultet iniustitia; quia semper inspicitur tempus venditionis, quo nullus erat in pretio excessus, licèt postea & tempus mutetur, & pretium augeatur, vel minuatur. l. si voluntate. C. de rescindend. vendit. Vnde cùm tempore venditionis iustum esset pretium, tam in quantitate, quàm inqualitate propter nouas temporis, aut pretij mutationes non rescinditur contractus, cùm etiam poterat minui frumenti valor, & iste dubius euentus iustificet contractum. l. si ea lege. C. de vsuras. l. de fideicommissi. C. de transact. l. si pater puellæ. C. de inofficios. testam. l. etiam. §. si quis sponsioni. ff. de præscript. verb. l. in naui Saupheli. ff. locati etiam in foro conscientiæ. cap. nauiganti de vsuris, vbi omnes. cap. in ciuitate, vbi Panorm. num. 7. & in cap. conquestus. nu. 8. eodem tit. Paul. num. 3. in d. l. de fideicommiss. Roman. cons. 302. versic. *Quartò considerandum est*, Hieronym. Laurent. in Rota Auenionis decis. 66. numer. 2. & 3. vbi existimat, quòd alioquì nulla daretur firmitas in contractibus, sed quòd semper essent in suspenso, si ex tempore reducerentur: ergo in censu consignatiuo perpetuo, in quo nulla lege cauetur, quòd reductio pensionis frumentariæ fiat, facienda non est.

3 Tertio hanc sententiam per locum ab speciali probat text. in l. 4. quæ loquitur in reductione census consignatiui ad vitam, titul. 15. libr. 5. nouæ Recopilat. quæ quidem leges, dum meminerunt de prædictis censibus, & de consignatiuo perpetuo, mentionē non fecerunt, diuersam esse rationem in eo cen-

su

su consignatiuo perpetuo sensisse videtur.

4 Quartò & vltimo eandem sententiam videtur probari per locum etiam ab speciali in l. 7. tit. 15. lib. 5. nouæ Recopilat. vbi decidit quòd census, qui à principio perpetuus constitutus fuit in frumento, vel alia specie, in certis prouincijs reducendi sunt ad pecuniam: ergo generaliter in Regno, extra prouincias, de quibus in l. 7. contrarium seruari debet. Et inde Ioann. Gutierrez in practicis quæstionibus ad Recopilationem lib. 2. quæst. 170. numer. 1. versic. *Nihilominus*, hanc sententiam tenet, licèt nullum ex his fundamentis referat, & fateatur idē tenuisse Couarr. lib. 1. variar. cap. 1. num. 11. idem resoluit Roderic. libr. 1. q. 12. fere per totam, & q. 17. n. 7. Garcia de expensis cap. 9. num. 77.

5 Sed his omnibus parum obstantibus verissimum credo in omni censu consignatiuo, tam redimibili, quàm perpetuo consistere non posse pensionem in frumento, vel in alia specie; sed in sola pecunia; & quòd antiqui census frumentarij ad pecuniam reducendi sunt & hoc ex sequentibus nouiter pensitatis fundamentis.

6 Primò considerandum est in hac censuali materia, quòd sicut ad eius iustitiam requiritur æqualitas, & correspondentia de quantitate sortis ad quantitatem pensionis, ita quòd fructus debent esse maiores, vel correspondentes pensioni, vt dicendum erit in capite de censu creando super certis rebus immobilibus fructiferis; ita eadem ipsa correspondentia inter sortem & pensionem formaliter desideratur in qualitate, vt quia si sors, pretium nempe pecuniarium, sit pensio, similiter debeat esse pecuniaria, & è conuerso si pretium in re consistat, pensio consistere possit in specie, quia si inæqualitas & differentia inter sortem, & pensionem detur in qualitate, impossibile est, quòd vel tempore creationis census, vel ex interuallo iniustitia in contractu non reperiatur, cùm certum sit, quòd si pretium in re consistit, & pensio in pecunia, res ipsa, sors, nempe ita potest augeri, vt pensio, quæ non recipit augmentū, iniusta efficiatur, & è conuerso si pretium sit pecuniarium, & pensio frumentaria, cùm pecunia non augeatur, & pensio frumentaria naturaliter augeri possit, breuiterque contingeret, vt sæpissimè videmus, quòd crescente valore pensionis, accedere possint pēsionis vnius, vel duorum annorum, ad sortem, pretium nempe pecuniarium, quo census creatus fuit, & ita iniustitia notissima resultaret: quā ratione & correspondentiam, atque identitatem de pensione ad sortem in quantitate & qualitate desiderauerunt plures, & ea ratione reducendos esse cēsus frumentarios ad pecuniam, qua fuerunt empti, iustum est, vt dictæ leges Regiæ probant, quæ in hac potissimum ratione fundantur: ergo si ad iustitiam vtriusque census correspondentia in quantitate & qualitate de pensione ad sortem, & è conuerso formaliter est necessaria, idem in consignatiuo perpetuo, quod in redimibili circa reductionem pensionis frumentariæ ad pecuniam obseruādum esse constat, vt & pensio frumentaria nō sit, & si in frumento constituatur, ad pecuniā sit reducenda.

7 Secundò, si ex differentia de pensione ad sortem in qualitate resultat in futurum iniustitia contractus, ita quòd emptor censes non solùm quidquam, sed plurimum vltra sortem recipiat, & inde vsura formetur. 14. quæst. 3. per totam. l. eos. C. de vsur. ergo eodem modo, quo in census creatione prohibetur vsura prohibēdus erit modus, per quem ad vsuram in futurum deuenitur. cap. cùm quid de regula iuris in 6. Vbi Decius, & in capit. quamuis de vsur. eodem lib. per quem in proposito loquitur Gratus consil. 92. nu. 19. lib. 1. & accedat regula. l. oratio. ff. de sponsalibus, quæ procedit, quando finis prohibetur, ex his, quæ latè resoluit Anton. Gabr. lib. 1. cōmun. opinion. titul. de præscriptionibus conclus. 7. num. 8. & consequenter si census consignatiuus perpetuus in futurum propter differentiā inter pensionem & sortem in qualitate ad statum iniustitiæ, à quo incipere non poterat deueniret: qua ratione sicut redimibilis ex d. l. 4 reducendus non sit, ignoro.

8 Tertiò, nonne in vtroque censu consignatiuo, redimibili, perpetuo, vna sola ratio militat, scilicet inæqualitas inter sortem & pensionem: ergo l. 4. quæ ea sola, & vnica ratione inæqualitatis reducit census redimibiles, virtualiter ex eadem vnica, & sola ratione, quæ semper pro expressa habetur, (vt vulgaria iura probant) perpetuos consignatiuos reducendos esse voluit, ex his, quæ de vnica, & sola ratione legis resoluūt benè Tiraquel. de retract. lignag. §. 20. gloss. vnica. numer. 3. ad finem, Anton. Gabr. in communibus opinionibus titul. de statutis, conclusion. 6. numer. 3.

9 Quartò, in censu consignatiuo redimibili legislatores in dicta l. 4. principaliter desiderauerunt, quòd si frumentarius esset, nō posset in futurum deuenire ad statum, in quo pensio vnius, vel duorū annorum correspon-

ponderet sorti, & inde ne census emptor sine sorte, vel cum minima, opulentissimos fructus reciperet, reductionem induxerunt, coacti ex præceptis iustitiæ commutatiuæ, quæ consistunt in æqualitate, de quibus in l. curauit. C. de donat. empti. l. 2. C. de vsuris. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de act. empt. l. fin. §. fin. ff. de fundo dotali, & per decis. Gen. 194. per totam, Anton. Gabr. in communib. opinion. lib. 3. titul. de empt. & vendit. concl. 4. notandus text. in l. si me & Titium. ff. si cert. petat. sed illud contingere potest in consignatiuo perpetuo frumentario: ergo eadem ratione, qua redimibilis per dictam l. 4. reducitur, reducendus est.

10 Quintò, si census cõsignatiuus perpetuus frumentarius non reducererur ex dicta l. 4. præterquàm quòd fuisset defectuosa in ratione, atque præceptis iustitiæ commutatiuæ repugnaret, naturalibus etiam pugnans esset, quibus iustissimè prohibetur, nequis locupletetur cum iactura aliena. l. nam hoc natura 14. ff. de condict. indebiti. l. hæc conditio 66. ff. eodem l. iuræ naturæ 207. ff. de regul. iur. ex quo præcepto naturali nunquam satis laudato furti, rapinæ, atque persecutiones competunt. §. ex maleficijs, institut. de actionibus, hinc actiones rerum amotarum proueniunt. l. rerum. ff. rerum amotarum: hinc etiam condictio indebiti, & omnes condictiones, tam in rem, quàm in personam, tanquàm riui ab vno fonte deducuntur, scilicet nequis locupletetur cum aliena iactura: ergo ex his præceptis, tam iustitiæ commutatiuæ, quàm naturalibus idem in vtroque censu frumentario consignatiuo redimibili perpetuo dicendum est, scilicet vt ea sola ratione reducatur.

11 Sextò, ex eâ vnicâ, & verissima reductionis ratione, scilicet ne detur inæqualitas inter pensionem & sortem, leges Regni reductionem inducentes conditæ fuerunt, nempe lex 6. tit. 15. lib. 5. nouæ Recopil. quæ census pecuniarios ad iustissimam pretij quantitatẽ reduxit, & l. 8. eodem titul. 15. lib. 5. quæ in censu pecuniario ad vitam reducẽdo loquitur: quæ quidem leges habentur in quaterno legum additarum ad Recopilat. & in censu consignatiuo redimibili frumentario, dicta l. 4. eodem tit. & lib. & in consignatiuis perpetuis frumẽtarijs certarum prouinciarum. l. 7. eodem tit. & libro: ergo in perpetuis consignatiuis frumentarijs totius Regni idem dicendum esse constat; quia nulla differentiæ ratio assignari potest; sed vt sæpius dictum est, vnica tãtùm prædictæ omnes leges conditæ fuerunt, ne scilicet ex inæqualitate inter pensionem & sortem resultet in futurum inter commutantes, atq; similes census ementes & vendentes iniustitia.

12 Septimò, hanc sententiam probat nominatim, licèt non his fundamentis, Azeued. in dicta l. 4. tit. 15. lib. 5. num. 2. & 3. & eandem rationem considerauit Couar. lib. 3. variar. cap. 10. num. 3. & post Couar. & Molinæum Ioan. Gutier. lib. 2. practic. quæst. q. 170. n. 1. in principio: qui quidem, licèt statim in versic. *Non obstat*, respondeat ad supradictam rationem, & inde teneat contrarium, non tamen ad prædictam rationem benè respondit, neque responderi potest, vt ex supràdictis, & ex infradicendis constabit.

13 Qua sententia firmiter retenta, non obstãt fundamenta in contrarium adducta. Et primò nihil facit text. in dicta l. 4. dũ nominatim reducit census consignatiuos redimibiles frumentarios: quia non solum ex eo non excludit perpetuas, sed potius, vt suprà dictum est, ex vnica ratione, qua condita fuit, virtualiter perpetuos, etiam consignatiuos frumentarios comprehendit. Neque obstabit; si dicatur, quòd cùm dicta l. 4. sit correctoria non debet extendi extra casum, in quo loquitur; quia verius est, non esse correctoriam, vt malè existimauit Olanus in dicto fundamento contrario relatus, sed potius confirmatoriam verioris opinionis iuris communis; erat enim dubitatũ de iure communi, an pensio in frumento posset constitui; & quãuis aliqui posse dixissent, alij verò tenuissent contrarium, ea fuit receptior sententia, quæ frumentariam pensionem ab his censibus consignatiuis redimibilibus excludebat, quia cum pretium eorum censuũ deberet esse indiuiduum & legale, ita vt & redditus semel iustè creati semper iusti futuri essent, necessario conditores & frumentariam pensionem excludere, & census frumentarios consignatiuos redimibiles, etiam antiquissimos ad pecuniam reducere debuerunt, vt inde in futurum æqualitas inter pensionem & sortem in quantitate & qualitate seruaretur, & inæqualitas, atque iniustitia in perpetuum cessaret: ergo si dicta lex 4. declaratoria & non correctoria fuit, vt malè existimauit Olanus, iustissimè ex eius ratione de censu consignatiuo redimibili frumentario ad perpetuum argumentatur.

14 Secundò minus obstat dicere, quod læsio, vel iniustitia contractus debet considerari tẽpore creationis eius, & non ex post facto; quia illud debet intelligi in contractibus momentaneis, qui vnico scilicet momento, & instanti creationis perficiuntur, nullumque habent tractũ successiuum, vt euidenter probat dicta

dicti l.2. cum vulgat. C. de rescindend. vend. non verò loquimur in alijs contractibus, quæ tractum successiuum habent; qui quidē cùm infuturum ex inæqualitate inter pensionem & sortem ad statum iniustitiæ possint deuenire, non solùm iniustitia tempore creationis eorum consideratur, sed posteà quandocunq; resultet, consideranda, & excludenda est, vt sic nullo tempore permittatur.

15 Neque in certitudo damni & lucri, quæ multoties contractum iustificat, in eo censu frumentario ad eius iustificationem considerari potest, vt pro fundamento contrario ponderatur; quia in eo casu nulla datur incertitudo damni & lucri, imo respectu emptoris lucri certitudo, & respectu venditoris damnū certum sine lucro, & consequenter inæqualitas; pitet ad sensum; quia cùm qualitas pensionis & sortis in censu frumentario diuersa sit, vt quia pretium sit pecunia, quæ non recipit augmentum, & pensio frumentum, quod passim augeri potest, certum est, quòd emptor census pro indiuiduo pretio pecuniario pensionē frumentariam recipiens habet certum lucrū, & augmentum, & in certum damnum, & ē cōuerso venditor pensionis frumentariæ certissimum damnum, & in certum lucrum: ergo nulla datur incertitudo damni & lucri respectu vtriusque contrahentis, quæ possit ex æqualitate incertitudinis contractum iustificare, imò potius datur inæqualitas inter contrahentes, cùm emptor lucrum euidens sine incertitudine ex pensione frumentaria, & vē ditor damnum certum, sine incertitudine atque lucro sentiant: igitur dici non poterit, quòd ex ea incertitudine iustificatur contractus.

16 Neque etiam vrget, quòd si census perpetuus reduceretur, nulla in eo contractu daretur firmitas contra naturam cuiusuis contractus, quæ præsupponit necessitatem; quia facilè respondetur, quòd in censu redimibili eadem repugnantia consideratur, & nihilominus à legibus reducitur, maximè quia licet regulariter contractus firmiter existant, ex iniustitia multoties rescinduntur, annullātur, vel ad statum iustitiæ reducuntur; ideō nihil obstat natura ipsius contractus, quæ ex accidentibus variatur.

17 Tertiò non obstabunt leges Regiæ, quæ per lucrum ab speciali in censu redimibili cōsignatiuo frumentario loquuntur, ipsum ad pecuniam reducentes, quia, vt constat ex omnibus supradictis earum ratio vnica & sola est, correspondentia scilicet, quæ de pensione ad sortem desideratur, tam in quantitate, quam in qualitate, ex qua infuturum iniustitia dari non potest, quæ forsam ex inæqualitate pensionis ad sortem daretur. Quæ quidem ratio vnica & finalis certum est, quòd in cēsu consignatiuo perpetuo frumentario procedit in quo pensio frumentaria efficere potest infuturum contractum ipsum iniustissimum ex inequalitate pēsionis frumentariæ ad sortem pecuniariam: vnde vt equalitas seruetur inter commutantes & contrahentes, reductio in eo censu, sicut in alijs admittitur.

18 Quartò nihil obstat postremum argumentum, & dicta l.7. tit. 15. lib. 5. nouæ Recopilationis deductum, quòd cùm scilicet lex illa loquatur in censibus perpetuis certarum prouinciarum per locum ab speciali, non extenditur ad omnes census perpetuos totius Regni, imò generaliter extra eas prouincias negat reductionem; quia ad eam legem, atq; postremum argumentum ex sequentibus respondetur. Primò, quòd lex illa non loquitur in censibus perpetuis consignatiuis frumentarijs earum prouinciarum, quarum in ea fit mentio, sed demum in redimibilibus: ergo non benè ex ea lege per locum ab speciali earū prouinciarum ad census perpetuos consignatiuos argumentari potest. Antecedens euidenter probatur ex verbis eiusdem legis, ibi, *Que suenan ser censos perpetuos, y sale el precio dellos à menos de à catorze mil el millar.* Qui quidem census cùm verè perpetui non sint, sed in effectu & substantia redimibiles, quamuis in scriptura vocentur perpetui, nihil obstauit, quominus verè sint redimibiles, vt nominatim probat text. ille, *Sin embargo que en la escritura, que de llos se otorgare, ô huuiere otorgado, suenen ser censos perpetuos, se ayan de juzgar y tener por redimibles.* Qua ratione mirum non est, si prædicta lex eos reduxerit de frumento ad pecuniam, sicut in verè redimibilibus constitutum erat in l.4. eiusdem tituli, non solùm in certis prouincijs, sed in toto Regno, ad cuius legis 4. ampliationem condita fuit dicta l.7. vt etiamsi in fraudem eius l.4. census perpetuus vocetur, & resultet constitutus ad rationem quatuordecim pro vno, verè redimibilis dicatur, vt probat dicta lex ibi, *Por contrauenir y defraudar à lo proueydo por la ley quarta desse titulo*: ergo si d.l.7. non loquitur in censibus consignatiuis verè perpetuis, sed in his, qui malitiosè, cùm sint redimibiles, perpetui vocantur, non poterit induci per locum ab speciali ad probandum quòd in cēsibus perpetuis extra prouincias in ea lege contentas reductio non admittatur.

19 Secundò, & eleganter ad eam legem respōdetur, quòd quamuis sine præiudicio veritatis fateamur procedere ex ea lege præcedens

argumentum, non tamen benè sequitur; loquitur in certis prouincijs: ergo cęteras totius Regni excludit: quia lex vnius prouinciæ habens rationem vnicam & generalem, comprehendit ex vi rationis cæteras totius Regni prouincias, vt post Bartol. in l. 3. §. interdicere. ff. de interdictis & legatis, resoluũt intelligentes huiusmodi l. 7. Ioann. Garsi. de expens. & meliorat. cap. 9. num. 78. Ioan. Gutierr. in practicis quæstionibus libr. 2. quæst. 170. ad finem, & latiùs prosequitur Azeued. in l. 1. tit. 4. lib. 3. nouæ Recopil. per totam, & per consequens præcedens argumentum potius pro hac nostra sententia retorquetur, vt scilicet l. 7. quæ licèt in certis prouincijs loquatur, habet vnicã & generalem rationẽ ad cæteras totius Regni prouincias, ex vi vnicę & generalis rationis extendatur.

20 Ego tamen quamuis existimem fortes esse prædictas satisfactiones, fortiter etiam, licèt nouè pondero contra hanc nostram sententiam dictam legem 7. in fine, ibi. *Y los que salieren à mas precio de los dichos catorze mil el millar, como no lleguen à veynte mil, queriendolos la parte del deudor reduzir, y pagar por ellos, à razõ de à catorze mil el millar, lo pueda hazer*: ergo lex illa ex verbis, ibi; *Como no lleguen à veynte mil*, ex parte negat reductionem eorum censuum, qui ad rationem viginti pro vno constituuntur, & consequenter perpetuorum.

21 Qua noua, & eleganti consideratione nihil obstante, etiam existimo verissimam esse nostram sententiam, neque quidquid obstare verba fortissima suprà relata; quia si rectè cõsiderentur, non negant reductionem in censibus perpetuis cõsignatiuis frumentarijs, quãdo venit contractus ad statum notissimum iniustitiæ, neque illam negare poterant, cùm fuisset impossibile permittere, atq; sustinere iniustitiam, sed solum probant, quòd census frumentarius, dum resultat constitutus ad rationem viginti pro vno, non reducatur, neq; tanquam redimibilis ad rationem quatuordecim pro vno redimi possit, sed quòd omnino potiús sustineatur, donec ex augmento pensionis frumentariæ in futurum resultet iniustitia, vt quia cõstitutus existat minus quàm ad rationem viginti pro vno; quia tunc & reduceretur, & tanquam redimibilis iudicari deberet, ac redimi posset. In quo quidem lex illa notandissima, atque æquitate plenissima est, desiderat enim lex illa, quód vt census frumentarius consignatiuus reduci non possit ad pecuniam, debet semper resultare constitutus ad rationem viginti pro vno, & fundatur desiderium in ea potissimum ratione; quia si census frumentarius consignatiuus ad rationem quatuordecim pro vno constitutus reducitur ad pecuniam, ex dicta l. 4. ex eo demum procedit, quòd aliter non posset in eo censu reperiri æqualitas, & omnimoda correspondentia de pensione ad sortem in quantitate & qualitate formaliter, vt suprà diximus, necessaria, non solùm in census creatione, sed per totum eius discursum, atque vitam, at verò quando census frumẽtarius consignatiuus resultet constitutus ad rationem viginti pro vno, cessat ratio inæqualitatis inter pensionẽ & sortem; quia si sors, id est, pretium ad rationem viginti pro vno est, pensio quidem frumentaria non poterit efficere sortem iniustã, sed potius eam haberet correspondentem, & consequenter reductio pensionis ad pecuniam non erit necessaria. Quis enim libentiùs non solueret vnum pro viginti in frumento, quàm vnum pro quatuordecim in pecunia? excessus enim, qui distat ex quatuordecim vsque ad viginti, iustificat excessum & augmentum pensionis frumentariæ, atque ipsius valoris variationem: ergo iustissimè lex. 7. decidit, quòd dum census resultat constitutus ad rationem viginti pro vno, pensio frumentaria non reducatur, & consequenter non decidit lex illa, quòd si census ille, vel alius perpetuus consignatiuus ad statũ iniustitiæ deueniat, ex augmenti pensionis frumentariæ nõ reducatur, imò apertè permittit reductionẽ, dum non solum eam admittit in censu ad rationem quatuordecim constituto, ex dicta l. 4. eiusdem tituli, sed eam lex extendit ad omnes census non constitutos ad rationem viginti pro vno, & consequenter ad omnes alios cuiuscunque sint qualitatis, redimibiles, seu perpetuos, qui in futurum resultẽt constituti minori pretio, quàm ad rationem quatuordecim pro vno: ergo lex illa non solùm non obstat, sed pro hac nostra sententia fortissima est. Si enim iustitia reductionis ab eo solo pendet, quód census non resultet constitutus minori pretio, quàm ad rationem viginti pro vno, vt nominatim probant verba dictæ legis 7. ad finem, ibi, *Y los que salieren à mas precio de los dichos catorze mil el millar, como no lleguen à veynte mil, queriendolos la parte del deudor reduzir, &c.* & perpetuus consignatiuus frumentarius ex augmento pensionis frumentariæ minori pretio cõstitutus, in futurum resultet; quis sanæ mentis dicere poterit, per eam legẽ non esse reducendum? inducit ne reductionẽ esse perpetuum, vel redimibilem censum? an verò iniustitia, vel iustia pretij, & inæqualitas vel æqualitas de pensione ad sortem? ergo data iniustitia, vel inæqualitatæ in quocunq; censu redimibili, vel perpetuo, reducendus

erit

erit. Quæ quidē omnia inconuincibiliter confirmantur ex his, quæ in cēsu emphyteotico ex futura iniustitia & inæqualitate excessiua de pensione ad sortem reducendo diximus in capite præcedenti, quorum resolutio in emphyteosi verissima est, quantò maiori ratione procedere debeat in censu consignatiuo perpetuo, facilè percipi, ac fateri debet. De quo benè Roderic. lib. 2. de ann. reddit. c. 15. num. 95. vsque ad finem.

# DE CENSV EMPHYteotico præcisse creando super certis rebus immobilibus soli, circa intellectum text. in §. adeò, institut. locati, & in l. 28. titul 8. part. 5. Caput XLVIII.

## SVMMARIVM.

*Emphyteosis requirit ad eius substantiam & essentiam bona immobilia soli, ex quibus formetur, & constituatur. num. 1. & alijs, vbi num. 2. traditur vera ratio, & n. 3. assignatur noua, & elegans.*

*Dominium an detur directum, & verum in rebus mobilibus, vel semouentibus, & an ex eisdem formetur emphyteoticus contractus. num. 2. cum alijs.*

*Emphyteosis an præsuponat perpetuitatem, & quomodò intelligatur hæc propositio circa intellectum text. in §. adeò instit. locati. num. 5. & 6. cum alijs.*

*Emphyteosis an permittat peremptarie, quæ datur in emphyteosim n. 9. & alijs.*

*Res emphyteotica an detur ad culturam, plantationem, & melioratiōnem, & quomodo sit intelligenda hæc propositio. num. 12. cum alijs.*

*Res mobilis adscripta solo an possit dari in emphyteosin secūdū doctrinam Platea, interpretatur, num. 15. vsque ad finem capitis.*

## CAPVT XLVIII.

IN capitibus præcedentibus ad lōgum egimus de quantitate & qualitate pretij vtriusque census, atque de vera & naturali eius pretij traditione; vnde in præsenti, & in sequentibus capitibus agendum erit de bonis super quibus census consignatiuus creari potest, vel ex quibus reseruatiuus, vel emphyteoticus reseruari valet. Et vt rem ab origine repetamus, primò sciendum est, in censu verè emphyteotico ad eius substantiam, atque essentiā necessarium esse, quòd ex rebus verè immobilibus soli formetur, vt probat text. in §. adeò instit. locati ibi, *De prædijs quæ perpetuo fruenda traduntur*, l. 1. 2. & 3. C. de iure emph. l. 1. per totam. ff. si ager vectigalis, vel emphyteoticalis, authent. si quas ruinas, authēt. perpetua. C. de sacrosanct. Eccles. authēt. de alienatione & emphyteosi per totum text. de iure canonico in capit. ad aures de rebus Eccles. text. in l. 28. titul. 8. part. 5. vbi eam regulam formalem scripsit Gregor. Lup. in gloss. verb. *Rayz*, & latè prosequitur Aluar. Vaez Lusitanus post glossam & Doctores in cap. potuit de locato post Azonem, & alios antiquiores in tract. de iure emphyt. quæst. 1. num. 4. & quæst. 4. num. 14. & meliùs quæst. 12. per totam; qui omnes pōderant ad id text. in cap. 1. de fœudi cognitione, de quo ad emphyteosim rectè argumentantur. Ex quo præcepto formali vtiliter inferunt, quòd cùm bona verè immobilia soli ad substantiā & essentiam creationis huius contractus accedere debeant, non poterit ex rebus mobilibus, vel semouentibus creari. Quod nominatim aduertit Gregor. Lup. in dicta l. 8. tit. 8. part. 5. verb. *Rayz* & opulētiùs deducitur ex adductis per Aluar. Vaez Lusitanum in dicto tractatu de iure emphyt. q. 12. per totam.

2 Cuius præcepti formalis rationem, neque differentiam inter bona immobilia, & mobilia, atque semouentia, quare scilicet ex immobilibus soli creari possit is contractus, & ex mobilibus, vel semouentibus creandus non sit, prædicti omnes non tradiderunt; neque forsam, cognouerunt, ideò vera & originaria quærenda est; & reperio, quòd Syluester in summa verb. *Emphyteosis*. num. 3. eam existimauit fuisse veram rationem huius nostri præcepti; quia cum emphyteosis præsupponat manere directum dominium penes cōcedentem rē in emphyteosim. l. fin. C. de iure emph. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectigalis, impossibile videbatur, quòd ex rebus mobilibus, vel semouentibus formetur is cōtractus, quia cùm in his rebus non detur concursus vtriusque dominij, vtilis scilicet, & directi, non poterit dari vtriusque dominij separatio, & consequenter neque creatio emphyteosis, quæ præsupponit eam vtriusque dominij separationem. Imò mirandum non est, quòd bona verè immobilia soli ad substantiā & essentiam creationis emphyteosis sint necessaria, cùm in his bonis rectè detur concursus vtriusque

que dominij, atque consequenter separatio. Quam Sylvestri rationem in simili casu creationis contractus feudalis considerat Andr. de Isernia in cap.1.de fœudis.nume.5. versic. *Sed quæ est ratio*, Francisc. Sembeltius in commentarijs ad vsum fœudorum. 8.p.n.17.

Sed eam Sylvestri sententiam, atque rationem impugnat libenter Aluar. Vaez Lusitan. in dicto tractatu de iure emphyt. quæst.12.n.12.ad mediũ, dicens, Quis enim vnquã vetuit in his rebus mobilibus, vel semouentibus, dari concursum vtriusque dominij, si vera est traditio Bart. in l.si quis vi.§.differentia. ff.de acquirend. possessione? sentiens euidenter Valasc. quòd cùm in his rebus mobilibus, vel semouentibus detur concursus vtriusque dominij, dabitur etiam & separatio, & consequẽter creatio huius contractus, quæ præsupponit separationem: sed quamuis Valascus Sylvestrum impugnauerit, reperio tamen, quòd ipse Valascus nescio quo fundamento ductus an immemor eius, quòd anteà dixerat, vel mutato consilio statim in quæst.13. in fine resoluit, quòd emphyteosis, & fœudum non consistum in rebus mobilibus, vel semouentibus ex eo quòd in his non datur concursus vtriusque dominij: vnde ad sensum patet, quôd Valascus & impugnat, & statim confirmat sententiam Sylvestri.

3 Ego quidem nouiter, & vltrà omnes, quos legerim, verissimum credo rationem Sylvestri sustineri non posse, & ex sequentibus rectè conuinci, malèque variasse Valascum, dũ postquam eam in quæst.12.numer.11.impugnauit, in quæst.13.in fine veram dicit. Et primo Sylvestri sententia impugnatur ex Bart. communiter recepto in dicta l.si quis vi.§.differentia.num.3.ff.de acquirend. possess. quẽ refert, & ponderat Valasc. in dicta quæst. 12. num.11. licèt ipsum obscure inducat, dicente, duplex esse omnium rerum corporalium dominium, vtile scilicet, & directum; qui quidem dum dixit, *Omnium rerum corporalium*, intelligendus est de rebus mobilibus & semouentibus, sicut de immobilibus, vt in his etiã rebus detur concursus vtriusque dominij, cũ appellatione rei omnes res comprehendantur, tam immobiles, quàm mobiles, & semouentes, ex glossa communiter recepta in l. illud. C.de sacrosanct. Eccles. & notat Petrus Ioan. Molignatus in tract.de appellatiua verborum significatione, verb. *Rei appellatione.* numer.977. ergo apertè impugnatur sententia Sylvestri. Secundò pondero contra Sylvestrum rubricam. ff.de acquirend.rerum dominio, quæ dum dixit, *Rerum dominio*, intelligenda est de dominio rerum mobilium, vel semouentium, sicut immobilium; vt earum omnium rerum dominium adquiratur, ex l.1. & 2.& per totam, eodem tit. ergo in his rebus mobilibus, vel semouẽtibus concursus vtriusque dominij datur, & similiter separatio, atq; creatio huius contractus dari debere, quæ præsupponit concursum & separationem. Tertio pondero contra Sylvestrum text. vulgarem, licèt nouiter ponderatum in l.traditionibus. C.de pactis; dicit enim text. *Traditionibus & vsucapionibus dominia rerum transferuntur*, & consequenter in rebus mobilibus, vel semouentibus præsupponunt concursum vtriusque dominij, tam ex verbo. *Dominia rerũ adquiruntur*, quod comprehendit dominia rerum mobilium, & semouentium, sicut immobilium ex significatione verbi rei, cuius suprà meminimus, quàm ex verbo, *Vsucapionibus*, quod proprie ad res mobiles, & semouentes refertur, ex principio instit. de vsucapionibus vbi omnes, ex gloss. in l.3. eodem tit. ergo sententia Sylvestri periclitatur. Demum inconuincibiliter Sylvester conuincitur ex text. notandissimo, licèt nouiter pensitato in Extrauaganti ad conditorẽ Ioannis 22. vbi Pontifex ille maximus solidissimis argumentis, atque rationibus comprobat vsurarium rerũ omnium mobilium, & semouentium verè dominium esse, & non tantùm vsurarium, dicẽs hæc notãdissima verba; *Dicere si quidem, quôd in talibus rebus vsus iuris, aut facti separatus à domino, vel proprietate rei posset constitui, repugnat iuri, obuiat rationi*: ergo si in his rebus mobilibus, vel semouentibus, in quibus vsus iuris, aut facti non separatur à dominio, vel proprietate res, datur concursus vtriusque dominij, malè dixit Sylvester, quôd ex eo, quia vtrumque dominium in eis non concurrebat, non poterat ex eisdem emphyteosis creari, quæ concursum, & separationem vtriusque dominij præsupponit: ergo alia ratio, quàm quæ à Sylvestro assignatur, quærenda est.

4 Neque obstabit pro Sylvestro, quôd creatio huius contractus formaliter requirat bona verè immobilia soli, in quibus certum est dari concursum vtriusque dominij, & consequenter reparationem, vt inde inferatur, quòd si in rebus mobilibus, vel semouentibus datur is concursus; & eadem vtriusque dominij separatio, dabitur etiam creatio huius contractus, quia facilè respondetur, quôd licèt verum sit requiri cõcursum, & separationem vtriusque dominij, non tamen ex eo, quôd in rebus, ex quibus formatur contractus, intercedant, iustificabitur creatio, nisi bona in quibus datur vtrumque dominium, verè sint immobilia soli duratura, fructifera, stabilia, atque perpe-

tuam

tuam existentiam habentia, stabilique continentia subiectam, ideò non sufficeret concursus, neque sola separatio vtriusque dominij.

5 Quare reprobata sententia, atque ratione Syluestri, licèt ex sola sententia Bart. suprà relata, secundâ considerauit Aluar. Vaez Lusitanus in dicta quæst. 12. numer. 11. dicens, quòd cùm emphyteosis præsupponat perpetuitatem eius rei, quæ datur in emphyteosim ex text. notando in §. adeò instit. locati, ibi, *De prædijs, quæ perpetuò fruenda traduntur*, impossibile est, quòd creari possit is contractus ex rebus mobilibus, vel semouentibus, quæ non sunt perpetuæ, neque duraturæ, sed forsan breuiter perituræ, & certissimum, quòd sit creandus ex rebus verè immobilibus soli, quæ præsupponunt perpetuitatẽ, existentiã, & stabile subiectũ. Pro qua impugnatione Aluar. Vaez vltra text. in d. §. adeò, instit. locati, facit text. in l. quicunque 1. C. de fundis patrimonialibus lib. 11. authent. de nõ alienãdis. §. alienationis, verb. *Quibus*, euidenter probatur quòd emphyteosis præsupponit perpetuitatem eius rei, quæ datur in emphyteosim, & ità notant omnes in dicto §. adeò, Bald. & Angel. in l. 1. §. si ager vectigalis, Alberic. in l. 1. num. 3. vbi Iaff. numer. 6. C. de iure emphyt. post. Bald. in rubric. C. eodem titul. & iterũ Bald. in authent. si quas ruinas nume. 1. C. de sacrosanct. Eccles. & post Puteum, & alios resoluit Aluar. Vaez de iure emphyt. q. 1. n. 12.

6 Hæc tamen secunda ratio Aluari Vaez sustineri non potest, & ex sequentibus conuincitur. Primò ad sensum patet, quòd ex domibus molendinis, furnis, columbarijs, & similibus rebus emphyteosis rectè formatur, cùm bona verè immobilia sint, authent. si quas ruinas, & authent. perpetua. C. de sacrosanct. Eccles. sed sic est, quòd prædicta bona non præsupponunt perpetuitatem, neque stabile subiectum, & existentiam, imò facilè possunt perire incendio, ruina, naufragio, vel alia simili causa: ergo non ex eo quòd emphyteosis præsupponit perpetuitatem eius rei, quæ datur in emphyteosim, debet præcisse formari ex rebus verè immobilibus soli.

7 Rursus emphyteosis non solùm perpetua, sed ad generationem, vel generationes, imò & ad vitam vnius, vel plurium creari potest ex pactionibus contrahentium, quæ seruandæ omnino sunt, ex l. 1. & 2. C. de iure emphyteosis de alienatione, & emphyteosi ferè per totum, & resoluunt Marc. Anton. in consil. 49. num. 18. & consil. 114. numer. 6. & post alios Valasc. dicta quæst. 1. numer. 12. sed hominis vita incerta nimis est, & forsan breuiter peritura, text. notandus in l. sancimus 34. §. fin. C. de donat. l. senatus. 35. §. mortis causa. ff. de donat. causa mortis, ergo emphyteosis non præsupponit genericè & absolutè perpetuitatem, neque consequenter ex ea ratione formari debet ex rebus immobilibus soli.

9 Tertiò certissimum est, quòd peremptâ in totum re, quæ datur in emphyteosim, perimitur emphyteosis ipsa, vt probat nominatim text. in l. 2. C. de iure emphyt. & latissimè resoluit Aluar. Vaez Lusitan. de iure emphyt. quæst. 27. per totam: ergo si non obstante futura peremptione creatio ex re, quæ perimi potest, sustinetur, dici non potest, quòd emphyteosis præsupponat perpetuitatem; & ideò alia ratio quærenda est, quàm ea, quæ à Valasco designatur.

10 Neque obstat fortis text. in dicto §. adeò instit. locati, ibi, *De prædijs, quæ perpetuò fruenda traduntur*; quia verbum *Perpetuo fruenda*, significant perpetuitatem non in distinctè & absolutè, sed pro eo tantùm tempore, quo durant prædia, quæ fruenda traduntur, tam ex eo, quòd verbum, *Perpetuo*, multoties important tempus decem annorum plus, vel minus, vt latè resoluit Andr. Tiraquel. qui ferè in specie loquitur in tract. de retractu lignag. §. 1. gloss. 6. num. 9. qua quòd ex ipsa natura emphyteosis multoties videmus, & aduertit Valasc. de iure emphyt. quæst. 12. num. 11. intelligens ibi hoc modo text. in dict. §. adeò, pro quo verissimo intellectu: ego pondero tex. in authẽt. si quas ruinas. C. de sacrosanct. Eccles. qui quamuis dicat in perpetuum emphyteosim, simul etiam præsupponit non importare perpetuitatem, tam ex eo, quòd emphyteosis, de qua ibi creatur ex rebus, quæ non sunt perpetuò duraturæ, sed forsan breuiter perituræ, quàm quòd ibi perpetua esse nõ posset, vt quia fuisset Ecclesiastica, ex his, quæ, licet in alio proposito, resoluit eleganter Valasc. in dicta. quæst. 1. num. 12. ergo intellectus ad text. in dicto §. adeò verissimus est. Secundò etiam is intellectus confirmatur ex authent. perpetua. C. de sacrosanct. Eccles. vbi quamuis text. dicat, *Perpetua emphyteosis*, nihilominus verbum, *Perpetua*, non importat perpetuitatem, tam ex eo, quòd ipse text. permittit creationem ex rebus alioquin breuiter perituris, quàm quòd emphyteosis erat Ecclesiastica, vt suprà dictum est: ergo neque text. in dicto §. adeò quidquam obstat. Neq; est bona consequentia, emphyteosis perpetuitatem præsupponit eius rei, quæ datur in emphyteosim: ergo præcisse est creandus is contractus ex rebus verè immobilibus soli, cùm antecedens intelligatur pro tempore,

quo

quo durant bona in emphyteosim concessa, vt pro eo crearo perpetuitatē præsupponat, bonaque fruenda concedantur.

11 Secundo & principaliter respondetur ad text. in dicto §. adeò, & ad l. quicunque. C. de fundis patrimonialibus, vulgaremque eorum iurium allegationem, qua dicitur, quòd emphyteosis præsupponit perpetuitatem; quòd debet intelligi, quando prædia, seu bona, quæ dantur in emphyteosim, eam præsupponunt perpetuam existentiam, vt quia sunt bona verè immobilia soli, veluti terræ inculæ, prata, mōtes, & alia similia, quæ ad sensum patet, quòd præsupponunt stabile subiectum in actu semper permanens, perpetuamque existentiam, & stabilitatem, de quibus meminit text. in cap. ad aures de rebus Ecclesiæ in vero emphyteosis non formetur ex rebus perpetuò existentibus, sed forsan breuiter perituris, ex domibus nempe, molendinis, furnis, seu columbarijs, seu alijs similibus, de quibus in authent. si quas ruinas, & authent. perpetua. C. de sacrosanct. Eccles. verum est, quòd neq; præsupponeret perpetuitatem, nisi pro tempore, quo durant bona, quæ dantur in em emphyteosim: neque quòd vulgaris allegatio prædictorum iurium ea bona, forsam breuiter peritura, comprehenderet: ergo non est bona ratio huius præcepti formalis creationis emphyteosis, scilicet quòd requirantur bona verè immobilia soli, dicere quòd ex eo requirun tur, quia emphyteosis præsupponit perpetuitatem; & ideò alia ratio quęrenda est.

12 Vnde veram huius præcepti rationem eam esse credo, quia res, quæ dātur in emphyteosim, certum est, quòd conceduntur ad culturam, plantationem, vel melioratione m, vt quia terra inculta datur ad culturam, & plantationem, vel quælibet alia res immobilis, quæ nō recipit culturam, seu plantationem ad melioratione m: ergo res mobiles, vel semouentes, quæ culturam, plantationem, seu melioratione m recipere non possunt, dari nequeunt in emphyteosim, & præcisse danda sunt bona verè immobilia soli, quæ culturam propriè, atq; plantationem recipiunt, seu alia immobilia, quæ meliorari valent.

13 Hæc tamen verisima ratio huius præcepti creationis emphyteosis patitur maximam difficultatem; certum enim est, quòd bona in uisibilia & in corporalia solo cohærentia insę parabiliter, veluti ius piscandi, pascendi, atq; decimandi, iura, vectigalia, & similia, dari possūt in emphyteosim, vt infrà latè dicēdū erit; sed sic est, quòd prædicta bona incorporalia, & inuisibilia nullā videtur posse recipere culturam, plantationem, seu melioratione m, cū sint incorporalia: ergo non ex eò ad substantiam; & essentiam creationis huius contractus requiruntur bona verè immobilia soli, quòd dentur ad culturam, plantationem, seu melioratione m, sed alia ratio quærenda est.

14 Ea tamen obiectione nouiter pensitata nō obstante, verisimum credo, ex eo formaliter esse necessarium accedere bona verè immobilia soli ad creationem emphyteosis, quòd semper dantur ad culturam, plantationem, vel melioratione m; & quamuis in rebus corporalibus, iuribus nempe pascendi, piscandi, decimandi, & vectigalibus huius culturæ, atque plantationis ratio deficiat, cùm tamen prædicta iura pro rebus immobilibus habeātur, stabilitatemque, & existentiam perpetuam præsupponunt, licet non recipiant culturam, seu plantationem, recipiunt tamen melioratione m cùm ius pascendi ex custodia, atque piscandi ex prohibitione augeatur, & melioretur, & ius decimandi ex temporum vbertate etiam augeri possit, quotidieque vectigalia crescāt, & inde melioratio aperte resultet: qua ratione neque mirum est, quòd prædicta bona incorporalia recipiant augmentum; neque res dari potest in emphyteosim, quę non recipiat culturam, & plantationem, vel saltem melioratione m, vt inde possit defendi ex eo bona immobilia regulariter esse necessaria, quòd possint prædicta tria culturam, plantationem, vel melioratione m, aut vnum ex eisdem recipere: ideò hæc sit verisima ratio supradicti præcepti.

15 Ex quo quidem creationis præcepto vtiliter infertur ad cognitionem veritatis cuiusdam sententiæ Ioannis Platęæ in l. quemadmodum. C. de agricolis & censitis libr. 11. dicentis per text. ibi, quòd res immobilis adscripta solo potest dari in emphyteosim. Cuius sententiam (quod mirandum est) sequitur non ster Gregor. Lup. in l. 28. tit. 8. part. 5. verb. Rayz. & nominatim referens Gregoriū & Plateam, Aluar. Vaez Lusitan. in dicta quęst. 12. de iure emphyt. num. 4. ad finem, vt hęc sententia Ioan. de Platea nullo modo possit sustineri; si enim, vt sępè dictum est, ad essentiam, & substantiam creationis huius contractus bona verè immobilia soli accedere debent, ex dicto §. adeō cùm vulgatis, instit. locati, quomodo res mobilis adscripta solo, quę immobilis non est, dari potest in emphyteosim. Rursus, prędicta res mobilis solo adscripta est ne perpetua, & duratura? habet ne stabile subiectum? an debile quidem, & momentaneum, breuiterq; forsam periturum? ergo si nullam habet existentiam, in emphyteosim non dabi

tur.

tur. Demum res mobilis solo ādscripta potest ne dari ad culturam, plantationem, seu meliorationem? ergo si non datur, im emphyteosim concedi non poterit. Quibus considerationibus, atque simul ex natura emphyteosis, sententia Ioannis de Platea meritò reijcitur. Neque pro Ioanne de Platea quidquam facit text. in dicta l. quemadmodum, imò si rectè consideretur, probat contrarium, dum prohibet originarios, atque rusticos absque terrâ posse vendi; ergo coloni, vt rustici, tanquàm personæ adscriptæ solo vendi non possunt, neq; dari in emphyteosim: & ita aduertit ibi nominatim Acurs. in verb. *Vendi*, quem debuerat legere Ioannes de Platea, anteà quàm cõtrarium tenuisset; coactus tamen autoritate prædictorum, & maximè Gregorij Lupi, qui mihi autoritate & veritate præstantissimus est, existimarem intelligendos esse, quando res aliqua mobilis, vel aliæ semouentes ità solo inseparabiliter adscriptæ sunt, vt à solo separari nequeant, veluti coloni, & rustici terræ adscripti, qui quidem cùm solo cohæreant inseparabiliter, vt quia separatim vendi non possunt per text. in dicta l. quemadmodum, dari poterunt simul cum terra in emphyteosim, quasi eo casu certum sit, quòd ex cohærentia separabili cùm solo, pro re immobili habeãtur; aliter enim impossibile esset, quòd prædictorum doctrina procederet, cùm res mobilis solo adscripta separatim à solo non cõcedatur ex dicta l. quemadmodum; & quia præpictæ res mobiles, vel semouentes, cùm non sint bona verè immobilia soli in emphyteosim non concedantur, vt supra latè diximus.

16 Hoc tamen primum requisitum formale creationis huius contractus census emphyteotici, vt scilicet bona verè immobilia soli accedere debeant ad essentiam, & substãtiam creationis eius contractus in censibus etiam reseruatiuis, vel consignatiuis formaliter debet interuenire, vt dicendum erit in capitibus sequentibus.

## DE CENSV RESERuatiuo præcisse creando ex rebus verè immobilibus, circa intellectũ capit. constitutus, de religiosis domibus. l. fin. C. de rerum permut. Caput XLIX.

## SVMMARIVM.

*Census reseruatiuus formatur ex rebus verè immobilibus. num. 1. & per totum, & interpretatio ad text. in capit. constitutus, de religios. domibus. n. 2.*

*Verbum* Res, *an comprehendat bona mobilia, & immobilia, corporalia, & incorporalia ibidem. vbi ponderatio ad text. in capit. 1. de in integrum restit.*

*Dominium, tam vtile, quàm directum, transfertur in censuarium ex natura census reseruatiui numer. 4. & ibi ratio ad resolutionem capitis.*

*Census reseruatiuus an, & quando præsupponat perpetuitatem. ibidem. & inde deducitur ratio, quare formandus sit ex rebus immobilibus.*

*Bona census reseruatiui debent esse de sui natura fructifera, & inde traditur noua ratio, quare census reseruatiuus requirat bona immobilia. num. 5.*

*Bona semouentia, veluti oues. boues, & similia, an possint dari in censum reseruatiuum. nu. 6. & sequentibus.*

## CAPVT XLIX.

DE censu emphyteotico creãndo ex rebus immobilibus soli diximus in capite præcedenti: vnde in præsenti agendum est de reseruatiuo ex eisdem immobilibus rebus formaliter reseruando. Et primò in cẽsu reseruatiuo perpetuo sine vlla facultate redimendi constituto securè dicendum est, reseruandum esse ex re verè immobili, concedẽdo scilicet eam in censum cum reseruatione certæ pensionis annuæ vniformiter in futurũ soluendæ; quòd præter ea, quæ in censu reseruatiuo redimibili, seu ad vitam dicenda erũt, ex quadam ratione peculiari, atque naturali huius census reseruatiui aperte constat, scilicet, quia census reseruatiuus perpetuus præsupponit perpetuitatem, stabilitatem, atque existentiam eius rei, quæ datur in censum ad similitudinem census emphyteotici, vt per text. in §. adeò institut. locati, authent. si quas ruinas. authent. perpetua. C. de sacrosanctis Eccles. diximus in capit. præcedenti, vt clariùs hæc nostra sententia probatur per text. in l. 18. tit. 8. part. 5. ibi, *Sobre cosa, rayz, que es dada â censo señalado*, quæ licèt loquatur in cẽsu emphyteotico, rectè ad reseruatiuum perpetuum, dum dicit, *Sobre cosa rayz, que es dada â censo,*

& censo, adaptatur: ergo si datio rei in censum reseruatiuum perpetuum præsupponit perpetuitatem tam contractus, quàm eiusdem rei, mirum non est, imò iurè summè conueniens, quòd reseruandus sit ex rebus verè immobilibus, quæ stabilitatem, & existentiam præsupponunt.

2 Quod in cēsu reseruatiuo nominatim probatur ex text. in capit. constitutus de religios. domib. ibi, *Vt cùm Episcopi Ecclesias concesserint piis locis, aliquid sibi reseruent in eis nomine pensionis*. l. fin. C. de rerum permut. ibi, *Ea lege rebus donatis*, quæ iura cùm dicunt, *Ecclesias concesserint*, &, *Rebus donatis*, propriè ad res immobiles adaptantur; quia licèt verbum, *Res*, & verbum, *Ecclesia*, comprehendant tám bona immobilia, & corporalia, quàm incorporalia, vt de verbo, *Res*, constat, ex l. 1. de rerum diuis. §. 1. institut. de rebus corporalibus & incorporalibus, Othoman. de verbis iuris verb. *Res*, & latè Pinel. in l. 1. C. de bon. matern. 1. p. à num. 5. & de verbo, *Ecclesia*, facit gloss. fin. in cap. fin. ne prælati vices suas, & in l. 1. titul. 10. part. 5. ex natura tamen reseruationis, atq; ipsius contractus census reseruatiui, prædicta verba bona verè immobilia comprehendunt. Quod apertius constat ex contextura dicti capit. constitutus, & dicta l. fin. & apertius probatur per text. in cap. 1. de integr. restitutione, ibi, *De possessionibus laicis sub modico censu concessis*, & statim, ibi, *Ne si fortè coloni possessiones illas expensis, ac laboribus dederint meliores*. Quæ quidem iura, licèt ab aliquibus intelligantur, vt procedant in censu emphyteotico, certissimum est, quòd loquuntur in reseruatiuo, vt diximus in capitibus de natura & iustitia census reseruatiui, & consequenter ad creationem huius census bona verè immobilia requiruntur.

3 In censu verè reseruatiuo ad vitam vnius, vel plurimorum constituto videbatur dicendum, quòd cùm ad vitam constituatur, & hominum vita breuissima, atque incerta sit, possit non solum reseruari ex rebus verè immobilibus, sed ex mobilibus, vel semouentibus: sed quia substantia & essentia huius contractus non consistit in eo, quòd plurimum duret, aut breuiter finiatur, cùm redimibilis quàdocunque breuissimo etiam tempore redimi, & extingui possit, sed in eo quòd pensio possit ex re data in censum reseruari, vt quia de sui natura fructifera sit, vt infrà dicendū erit, nihil interesset, quòd census reseruatiuus ad vitam posset breuiter perire ex incertitudine vitæ; sed ádhuc nulla habita incertitudinis consideratione ex sola natura contractus, atq; reseruationis pensionis is census creandus est ex rebus verè immobilibus, quæ stabilitatem & existentiam præsupponant, atque fructus, ex quibus pensio reseruata percipi possit, naturaliter producant; quare hæc sententia, ac verissimá resolutio in vtráque census specie rectè procedit, & omni dubitatione caret.

4 Ratio tamen huius resolutionis ab scribentibus non traditur; vnde ea poterit assignari, quòd cùm ex datione rei in censum transferatur in censuarium vtrumque dominium, tam vtile, quàm directum, vt omnes communiter resoluunt per text. ibi in capit. constitutus de religios. domib. in cap. 1. de in integrū restit. in l. fin. C. de rerum permut. & in rebus mobilibus, vel semouentibus non detur concursus vtriusque dominij, sed demum in immobilibus dicendum videbatur, quòd non mobilia, aut semouentia dari possunt in eum censum, cùm deficeret concursus vtriusque dominij, atque eiusdem translatio in censuarium, sed quòd præcisse danda sint bona verè & propriè immobilia, in quibus vtrumque dominiū concurrit. Sed hæc ratio nouiter à quodam viro doctissimo pensitata, & mihi tradita sustineri non potest ex eo, quòd quámuis verū sit, quòd in censuarium transferatur vtrumque dominium, tam vtile, quam directum eiusdē rei, quæ datur in censum per text. in dicto cápit. constitutus, de religios. domib. cum vulgatis, non inde sequeretur, quòd concessa in cēsum re mobili, vel semouente, cessaret vtriusque dominij translatio, vt quia in rebus mobilibus, vel semouentibus, sicut in verè immobilibus, dari concursum vtriusque simul, directi, & vtilis dominij translationem, vt ex Bart. doctrina in l. si quis vi. §. differentia. numer. 3. ff. de acquirend. possess. resoluit Valasc. de iure emphyt. quæst. 12. num. 11. dum impugnat Syluestrum in summá verb. *Emphyteosis*, nu. 3. dicentem in rebus mobilibus, vel semouentibus non dari concursus vtriusque dominij, quem etiam nos impugnauimus ex aliquibus nouiter pensitatis fundamentis in cap. præcedenti: ergo alia ratio consideranda est ad nostrum requisitum formale creationis huius cēsus, scilicet, quòd debeat reseruari ex bonis verè immobilibus, & non ex mobilibus, vel semouentibus.

5 Ideò secunda ratio potest considerari, quia cùm is census reseruatiuus præsupponat perpetuitatem, existentiam, & stabilitatem eius rei, quæ datur in censum, saltem pro eo tempore, quo durant bona censualia, non rectè ea perpetuitas & stabilitas reperiri potest in rebus mobilibus, vel semouentibus, quæ nullum habent stabile subiectum, sed proprius, ac verius in verè immobilibus. Et quamuis obijcia-

obijciatur, quòd hæc ratio perpetuitatis, & existentia in censu reseruatiuo, redimibili, seu ad vitam, non procedat, cùm hi census perpetui non sint, sed temporales, facilè respondetur, æquè in his censuum speciebus, sicut in perpetuo militari, tam ex eo quòd perpetuitas non recipit contractum, sed rem ipsam censualem, quæ pro tempore, quo durat, census stabilis est, quàm quòd census redimibilis ex incertitudine redemptionis deducta ex facultate redimendi quodammodò perpetuus dicitur, vt diximus in cap. de censu consignatiuo perpetuo, vel redimibili: ergo habita consideratione stabilitatis rei censualis, mirum non est, si bona immobilia requirantur ad eius creationem, & mobilia, vel semouentia non sufficiant.

6 Tertiò ergo considerabam pro ratione huius nostri præcepti creationis huius contractus, scilicet, quòd bona censualia debent esse veri immobilia, quòd ea bona, quæ in censum reseruatiuum dantur, de sui natura debent esse fructifera, & fructus maiores, vel ad minus correspondentes pensioni, vt latè dicendum erit in capite de censu creando super re de sui natura fructifera, sed ad sensum patet, quod res mobilis de sui natura fructifera non est: ergo in censum dari non potest cum reseruatione pensionis annuæ, sed præcisse immobilis est danda.

7 Et si aduersus hanc considerationem replicetur, quòd bona semouentia, veluti oues, boues, & similia, sunt fructifera de sui natura, & quod inde dari possent in censum, facilè respondetur, quòd si forsam prædicta bona semouentia darentur alicui cum reseruatione certæ pensionis annuæ vniformiter soluendæ, quamuis contractus iustus esset, non tamen fuisset census reseruatiuus, sed veli locatio ad tempus duratura, nempe pro tempore rerum semouentium, vel alius contractus longè distans à censu reseruatiuo; quia sola reseruatio pensionis non efficit contractum censualem, sed creatio & natura ipsius, cùm videamus, quòd ex contractu emphyteotico, locatione ad longum tempus, ex alijsque similibus pensio reseruatur, & nihilominus in quam plurimis distant à contractu censuali, vt late diximus in capite de diuersis pensionum speciebus: ergo ex reseruatione pensionis, quæ multoties fit ex rebus semouentibus, non formatur contractus censualis, sed potiùs accedit creatio ad locationem, quàm ad censum, vt quia ibi non interueniant bona immobilia, sed semouentia.

8 Ex quo intelligitur quædam receptâ sententia dicentium, quòd ex rebus semouentibus, bouibus nempe, seu ouibus, quæ fructifera sunt de sui natura, potest annua pensio reseruari; quam tenent Hostiens. in Summa titul. de transact. §. in alijs versic. *Qui de his, qui oues*, Laurent. Rodulph. de vsuris. 2. part. quæst. 21. nume. 35. & post Anton. in Summa titul. de vsuris capit. 39. num. 41. Ioan. Lupus de vsuris commentario 3. §. 4. numer. 97. vt his cõtractus non sit reseruatiuus, sed vel locatio, vel alius dissimilis à censu, qui potest consistere in rebus semouentibus. Quæ nocea, & elegans cõsideratio, atq; resolutio ex eo suadetur, quòd bona semouẽtia quantum ad existentiam mobilibus æquiparantur ex l. fundum. ff. de actionibus empti l. dolia. ff. de contrahend. empt. Bald. in l. fundo. ff. de verbor. signific. & in consil. 222. lib. 7 Decius consil. 381. numer. 4. & 472. numer. 5. Ruyn. consil. 32. lib. 2. Paris. consil. 67. num. 2 & consil. 79. lib. 3. Roland. à Valle consil. 24. num. 32. vsque ad numer. 34. libr. 3. Qua ratione mirum non est, quòd ex eisdem rebus semouentibus, sicut ex mobilibus census reseruatiuus non formetur, & quòd ad eius creationem necessaria sint bona vere immobilia. De censu verò consignatiuo an requirat bona immobilia, dicendum erit in capite sequenti.

## DE CENSV CONSIgnatiuo præcisse creando super certis rebus immobilibus circa intellectum Extrauagantium primæ & secundæ de emptione & venditione, atque proprij motus Pij V. super forma creandi census. Caput L.

### SVMMARIVM.

*Census consignatiuus præcisse creandus est super certis rebus immobilibus, tam ex Proprio motu Pij V. num. 1. & 2. quam ex Extrauagantibus, & de iure Regio. nu. 4. & per totum caput, & maximè ex n. 6. vsq; ad fin.*

*Intellectus ad proprium motum Pij V. super forma creandi census, traditur vtiliter, ac eleganter num. 16. & 17. vsq; ad fin.*

*Intellectus ad text. in l. 10. tit. 15. lib. 5. nou. Recopilat. quæ de supplicatione à proprio motu interposita agit, vtiliter defenditur. ibidem. vsque ad finem capitis.*

## CAPVT L.

IN capitibus præcedentibus probauimus, quod census emphyteoticus, vel reseruatiuus perpetuus redimibilis, seu ad vitam creandus est præcisse ex rebus verè immobilibus, & non ex mobilibus, vel semouentibus: vnde in præsenti examinandum se offert, an idem in consignatiuo dicendum sit, & quòd is census consignatiuus super rebus mobilibus, vel semouentibus consistere possit, ex sequentibus suadetur. Primò, considerari potest effectus consignationis, vt quia ex consignatione, atque census creatione verâ emptio & venditio formetur iuris percipiendi pensionem annuam ex fructibus rei censualis, vt præsupponunt Extrauagantes prima & secunda de emptione & venditione, & Proprius motus Pij V. & diximus latè in cap. an ex censu consignatiuo formetur vera emptio & venditio, sed certum est, quòd etiam ius percipiendi pensionem vendi potest ex rebus semouentibus, vt suprà diximus in capite præcedenti: ergo ab effectu consignationis dicendum est, quòd potest fieri consignatio ex semouentibus, sicut ex immobilibus rebus.

2 Secundò pro hac sententia aliam communem dicentium, quòd perempta re censuali non perimitur ipse census, neque extinguitur obligatio soluendi pensionem in futurum, sed quòd potius remanet persona censuarij adsoluendum obligata, vt tradunt plures, qui referendi sunt in cap. an perempta re censuali perimatur ipse census: ergo si census sustinetur in sola persona censuarij absq; certis rebus immobilibus, à fortiori creari poterit super sola persona, vel rebus mobilibus, aut semouentibus.

3 Tertiò iustificatur præcedens consideratio, quia si plures notabiles viri dixerunt, censum posse creari super sola persona censuarij, nullis tempore creationis accedentibus rebus immobilibus, vt constat ex referendis infrà, à fortiori super mobilibus, vel semouentibus creandus erit, atque consequenter immobilia necessaria non erunt.

4 Quartò, bona immobilia ad creationem huius census consignatiui requiruntur à Martino in Extrauaganti prima de emptione & venditione, ibi: *Super bonis suis, oppidis, agris, prædijs, domibus, & hæreditatibus*, & in Extrauaganti 2. Calixti eodem titul. ibi: *Super eorum bonis, agris, prædijs, domibus*, & similiter requiruntur à Proprio motu Pij V. super forma creandi census, ibi: *Hac igitur nostra constitutione statuimus, censum, seu annuum redditum creari, constitiue ac nullo modo posse, nisi ex re immobili*: sed sic est, quod prædictæ Extrauagantes, atque Proprius motus nusquam in Hispania receptæ fuerunt, imò à Proprio motu Regnum supplicauit, vt constat ex quodam capite in curijs Matriti condito, quod habetur in l. 10. titul. 15. libr. 5. nouæ Recopilat. ibi: *No está recebido en estos Reynos, antes se ha suplicado del por el fiscal del Consejo*: ergo nullibi decisum extat, quod bona verè immobilia ad creationem huius census consignatiui requirantur, & consequenter super mobilibus, vel semouentibus creari potest.

5 Quintò hanc nostram sententiam tenent Scribentes in effectu, qui fatentur, super sola persona posse censum consignari, & tenentes, quòd perempta re censuali perimitur obligatio soluendi censum, qui quidem suis locis, & capitibus referendi erunt; quia si sola persona sufficit, sufficerent etiam bona mobilia, & à fortiori semouentia, quę fructifera sunt.

6 Quibus tamen considerationibus hæc sententia aliquantulum iubatur, sed nihil obstantibus contrariam verissimam esse existimamus, & ex sequentibus firmiter defendimus. Primò ex dictis Extrauagantibus prima Martini, & secunda Calixti de emptione & venditione, quæ verbis expressis hoc probant. Dicit enim Martinus in Extrauaganti prima: *Super bonis suis oppidis, agris, domibus*, & Calixtus in Extrauaganti secunda: *Super eorum bonis, agris, prædijs, domibus*: ergo formaliter requirunt bona immobilia ad cẽsus creationem.

7 Secundò id ipsum probat expressè Proprius motus Pij V. super forma creandi census, ibi: *Hac igitur nostra constitutione statuimus censum, seu annuum redditum creari, constituiue nullo modo posse, nisi in re immobili*: quæ verba cabilari non possunt, quin expressè probent, consignandum esse censum super re verè immobili, & non super mobili, vel semouente.

8 Tertio certum est, quòd bona censualia debent esse de sui natura fructifera; imò & fru-

& fructus maiores, vel ad minus correspondentes pensioni, vt probatur in dictis Extrauagantibus, & in dicto proprio motu, ibi, *De sui natura fructifera*, & à nobis infrà latè dicendum; sed hic est, quòd bona mobilia fructifera non sunt de sui natura: ergo super eis census non consignatur, sed super verè immobilibus fructiferis consignandus erit. Neque aduersus hanc considerationem obstabit, quòd res semouentes fructiferæ sunt de sui natura; ergo videtur quod super eis census consignatio fiat; quia licèt negari non possit, quòd prædictæ res semouentes fructiferæ sint, est tamen certum, quòd in existentia & stabilitate æquiparantur mobilibus, vt diximus in capite præcedentibus. Cùm igitur non habeant stabilitatem, & existentiam, neque vllum stabile subiectum, sed potius sint momentanea, atque breuiter peritura, non sufficit esse fructifera, vt immobilibus æquiparentur; quia bona censualia, præter quam quòd debent esse fructifera, etiam debent esse stabilia, & existentia, & ideò mobilia, vel semouentia, quæ nullam habent stabilitatem, ad census creationem accedere non possunt.

9 Quartò, & vrgenter considerandum est, quòd ex hac census creatione non inducitur vera, & regularis hypotheca, vt inde inferatur, quòd sicut res immobiles, ita & mobiles, & semouentes hypothecæ subijciuntur; sed potiùs formatur quædam seruitus realis, & hypotheca irregularis, quæ ius quoddam seruitutis cohærens inseparabiliter fundo, super quo census creatur, producit, vt diximus in capitibus de natura & iustitia census consignatiui; & dicendum erit in capite de censum hypothecis, atque aduertit Couarr. libr. 3. variar. capit. 3. num. 3. Valasc. de iure emphyt. quæst. 32. numer. 13. ergo super bonis mobilibus debet fieri consignatio, cùm seruitus realis neque ex persona, neque ex rebus mobilibus, vel semouentibus formetur, sed demum ex verè immobilibus constituatur.

10 Quintò etiam pro hac sententia ponderò, quòd vt supra diximus, bona censualia non solùm debent esse fructifera de sui natura, sed simul existentia, & stabilia, ita quòd licèt verè immobilia non sint, si tamen stabile subiectum habeant, fructusque de sui natura producant, super eis census rectè consignabitur, sicut & dari possunt in censum emphyteoticum, vel reseruatiuum, & in iure pascendi, piscandi, decimandi, percipiendique iura, vectigalia, seu alia similia; dicendum erit in capitibus sequentibus: ergo existentia, & stabilitas in rebus censualibus formaliter necessaria est; sed bona mobilia, vel semouentia, sicut neque persona censuarij stabilia non sunt, neque existentia, vt sæpè dictum est, atque infra dicendum erit: ergo super eis census consignatio facta non tenet.

11 Sextò, si rectè considerentur fundamenta contraria de per emptione rei censualis, de consignatione census super sola persona, vt infrà in satisfactionibus eorum considerandæ erunt, apertissimè non solùm nihil vrgent, sed potius pro hac nostra parte fortissima, & expressa sunt, atque propriè retorquentur, vt in satisfactionibus ad prædictas obiectiones constabit.

12 Demum hanc sententiam, licèt non his fundamentis, sequuntur dicentes communem, & veram grauissimi Doctores, vt constat ex Gregor. Lup in l. 28. tit. 8. part. 5. verb. *A censo*, versic. *Limita eam primò*, Nauarr. in capit. 1. 14. quæst. 3. num. 79. Ioan. Lup. in tract. de vsuris commentario 2. §. 2. numer. 63. Aluar. Vaez Lusitan. de iure emphyt. quæst. 32. num. 10. per totum, Melchior Mieres in tract. de maioratus. 1. part. quæst. 40. numer. 9. Salaçar de vsu & consuetudine capit. 8. num. 46. Ioann. Gutierrez in quæstionibus ciuilibus ad Recopil. lib. 2. quæst. 177. numer. 7 per totum, Matienço in l. 1. titul. 15. libr. 5. nouæ Recopilat. gloss. 1. numer. 4. Francisc. Sarmiento lib. 7. Selectar. cap. 1. num. 31. Didac. Perez in procœmio titul. *De las vsuras*, lib. 8. ordinam. pagin. 36. col. 2. & pagin. 37. col. 1. Cassan. in Cathalog. glor. mundi. 12. p. considerat. 58. fallentia. 5. Francisc. Garcia de contractibus. cap. 4. 2. p. Mascar. de contract. titul. de cambijs, capit. vltimo de censu. Ex quibus omnibus hæc videtur receptissima sententia.

13 Quæ quidem retenta, non obstant fundamenta in contrarium adducta. Et ad primum respondetur, quòd quamuis ius percipiendi fructus rerum semouentium vendi, vel locari possit, non tamen inde infertur, posse super eis censum consignari; quia longè distat census consignatio à venditione, seu locatione eorum fructuum; præsupponit enim census consignatio tractum successiuum percipiendi, & soluendi censum, existentiam rei, super quâ consignatur, & incertitudinem peremptionis, atque resolutionis census, vt quia licèt res censualis possit perire, & extingui a communiter tamè accidètibus perpetua, aut dura

tura sit. Quæ quidem omnia in venditione, seu locatione fructuum rerum semouentium deficiunt. Deficit existentia; quia res ipsæ mobiles, & semouentes, debiles, & non stabiles sunt: ex quo semouentes mobilibus equiparantur; deficit enim perpetuitas, quia breuiter sunt perituræ: deficit incertitudo resolutionis, quia facilè & breuissimè resoluuntur. Vnde non benè sequitur; Possunt vendi, seu locari fructus rerum semouentium: ergo & super eis census consignatur, cùm & consignatio, & venditio, vt dictum est, longè distent. Imò si rectè consideretur argumentum contrarium, pro hac nostra sententia expressum est; quia si in creatione huius contractus formatur vera emptio & venditio iuris percipiendi pensionem annuam ex fructibus rei censualis, & inde præsupponitur, quòd res, super qua census consignatur, fructifera debet esse de sui natura, existens, stabilis, & quasi perpetua: ergo apertè sequitur, immobilem esse debere, quæ de sui natura fructifera est, & stabile subiectum habet, atque quandam continet perpetuitatem.

14 Minus obstat secundum argumentum; quia longè verius, & receptius est, peremptа re censuali, perimi & extingui censum, vt latissimè dicendum erit in cap. an peremptа re censuali perimatur obligatio soluendi censum. Quod ex eo potissimum procedit, quia cùm bona immobilia ad substantiam, & essentiam creationis huius census necessaria sint, neque creatio super sola persona censuarij sustinetur, neque legitimè facta super rebus immobilibus extinctis subsistere potest, cùm deficiat causa finalis creationis & conseruationis.

15 Ex quo etiàm respondetur ad tertium argumentum, quòd licet aliqui, & male, licet grauissimi Doctores, teneant, super sola persona censuarij posse census constitui, contrariam sententiam omnino veriorem esse cõstat, ex his, quæ late dicenda erunt, vbi solidissimis argumentis, atque rationibus demõstratur, eam census creationem nullam & iniustam esse, & in cap. 51. vbi fundatur, quòd non solùm super sola censuarij persona census non consignatur, sed quòd si forsàm consignetur, nulla nascatur obligatio personalis, imò quòd etiam accedentibus rebus immobilibus personalis effectiua non nascitur. Quæ quidem omnia apertè demonstrant esse necessaria bona immobilia.

16 Quartò respondetur ad argumentum de non obseruantia Extrauagantium Martini & Calixti ridiculum esse; quia quamuis ab aliquibus dubitetur, an Extrauagantes sint obseruandæ ante, vel post publicationem, vel quando non fuerunt receptæ, aut in desuetudinem abierunt, vt in Proprio motu explicuit Felician. libr. 1. de censibus cap. 9. per totum, quando in corpore iuris insertæ sunt, vel compilatæ, sicut Martini & Calixti Extrauagantes reperiuntur, obseruandæ omninò erunt, sicut cæteræ omnes constitutiones iuris canonici, vt ad longum dicendum erit in cap. de obseruantia Extrauagantium, & Proprij motus; quæ ratione in Extrauagantibus nullus vnquam dubitauit, nisi forsàm compilatæ, & insertæ, ab alijs nouioribus constitutionibus abrogarentur, vel à principio receptæ non fuissent, imò potiùs per contrarium vsum expressum abrogatæ. Neque obstabit caput Matriti, quod habetur in l. 10. titul. 15. libr. 5. nouæ Recopilat. in quaterno legum additarum, dum dicit: *Antes se ha suplicado del per el fiscal del Consejo*; quia caput illud non loquitur in Extrauagantibus, à quibus neque supplicatum fuit, neque postquam fuerunt receptæ, supplicari potuit, sed tantùm loquitur in Proprio motu Pij V. à quo supplicatum fuisse testatur; ideò ad Extrauagantes male inducitur: & quantum ad Proprium motum respondetur ad quartum argumentum, & iustissimè constitutum fuisse, & omnino obseruandum esse in eo scilicet, quòd bona vere immobilia accedere debeant ad substantiam & essentiam creationis huius contractus, & quòd mobilia, vel semouentia non sufficiant; quia in hoc neque Proprius motus quidquam noui statuit, neque præter, vel contra naturam contractus quidquam decidit, imo secundum primæuam, atque originariam eius naturam creationis immobilia bona requirebantur, cùm consignatio & creatio præsupponat stabilitatem, existentiam, atque quodam modo perpetuitatem eorum bonorum, quòd sint de sui natura fructifera, imò & fructus maiores, vel correspondentes pensioni, & inde peremptis census extinguatur, vt de vnoquoque suo loco dicendum erit. Quę quidem omnia in bonis mobilibus, vel semouentibus deficiunt; ideò Proprius motus, quãtenus requirit bona immobilia iustissimus fuit, & in iuris principijs fundatur, atque consequenter ab eo supplicatũ non fuit, neque potuit supplicari. Quod quidem

non

non violenter, sed proprie, & verissime probatur in dicto capite Matriti, vbi supplicatio non fuit à Regno interposita circa verba proprij motus ibi, *Nisi in re immobili*, sed nominatim & expresse circa verba eiusdem ibi, *Nisi in pecunia numerata coram testibus, ac notario*, vt probant verba eiusdem capitis, ibi: *Declaramos, que el proprio motu, sobre que los censos se impongan ê situen en dinero de presente, no està recebido en estos Reynos, antes se ha suplicado del por el fiscal del Consejo*: ergo à Proprio motu non fuit supplicatum, quatenus requirit bona immobilia, sed quatenus requirit numerationem pretij in pecunia coram testibus ac notario, inquo quidem iniuste supplicari potuit; quia recepto integro, iustoque pretio census, licet anticipato, & non coram testibus, ac notario, iniustissimum erat, quòd census creatio non sustineretur, cùm Extrauagantes, totiusque iuris canonici decreta principaliter respicerent integram, & veram sortis receptionem, vt ex ea iuste prouenirent, ac deberentur vsuræ, redditus nempe censuales, & non considerauerunt, neque considerare debuerunt momentum temporis, quo pretium traderetur, cùm tempus non sit de substantia, neque de essentia contractus, neque in eo iustitia consistat, sed in vera sortis traditione; ideo iuste ab eo Proprio motu supplicatum fuit, dum dicit, *In pecunia numerata coram testibus, ac notario*: ergo non fuit supplicatum à requisito bonorum immobilium, ideò nihil obstat caput Matriti contra nostram resolutionem; imò si recte consideretur caput illud, expresse confirmat nostram hanc sententiam, dum præsuppositio quôd in Proprio motu plurima decidantur, & interea, quòd bona immobilia accedere debeant ad census creationem, supplicatio Regni non fuit à Proprio motu interposita generice & absolute, sed nominatim & in specie ab eo tantùm, quod in Proprio motu durum videbatur, scilicet, quòd pretium interueniret in pecunia numerata coram testibus, ac notario, vt fatentur verba capitis Matriti ibi: *Sobre que los censos se impongan ê situen en dinero de presente, no està recebido en estos Reynos, antes se ha suplicado del por el fiscal del Consejo*: ergo si ab eo tantum requisito supplicatio fuit interposita, cætera Proprij motus requisita, & interea, quòd bona immobilia interuenirent, intacta manserunt, quasi Regnum sentiret, iustissima esse, cùm si iniusta fuissent, aut dura sibi viderentur ab eisdem similiter supplicationem interponeret; vnde cùm eam non interposuisset, virtualiter Proprium motum in cæteris omnibus approbauit; & ideò contra nostram sententiam nihil obstat caput Matriti.

Imò, vt aliter nouiter consideraui, in cap. nempe, an pretium sit tradendum in numerata pecunia coram testibus, ac notario, subcorrectione totius Regni, malè, & superfluè à Proprio motu supplicatum fuit; quia Proprius motus non præcisse; & formaliter requirit traditionem pretij in numerata pecunia coram testibus, ac notario, neque veras, & integras anticipatas iusti pretij receptiones excludit, sed potiùs eas nominatim admittit, dum dicit: *Non anteà priùs recepto integro, iustoque pretio, solutiones, quas vulgò anticipatas appellant, fieri prohibemus*, decidens euidenter, quòd si verum, iustum, & integrum pretium anticipetur, licèt non interueniat coram testibus ac notario in actu celebrationis instrumenti, adhuc erit iusta creatio, cùm veritas perceptionis præualere debeat solemnitati temporis; potest enim ficte interuenire pecunia in actu celebrationis instrumenti, & confestim contractu perfecto emptori census restitui, & tamen veritas receptionis pretij anticipati fictionem, neque simulationem non patitur: ergo non excludit Proprius motus veras & iustas anticipatas solutiones, & consequenter superfluè ab eo fuit supplicatum, vt late diximus in cap. an pretium debeat interuenire in pecunia numerata coram testibus ac notario. Ex quo miror de Feliciano in libr. 1. de censib. cap. 9. numer. 4. & per totum, qui generice, & absolute existimat supplicatum fuisse à Proprio motu, & quod magis est, quòd cùm in cap. 8. eiusdem tractatus. numer. 13. post alios resoluit, censum non posse creari, nisi in pecunia numerata coram testibus, ac notario, & non pro debito anticipato, posteà in dicto capit. 9. dixerit ab eo Proprio motu in eo supplicatum fuisse ex capite Matriti.

17 Minus etiam obstabit postremum fundamentum, quia vt ad longum dicendum erit in suis capitibus neque census super sola persona consignari potest, neque peremptа re censuali remanet obligatio personalis, sed in totum extinguitur census. Vnde iam constat, quôd census emphyteoticus reseruatiuus, & consignatiuus requirunt ad eorum creationem bona vere immobilia,

& non mobilia, vel semouentia. Sed an prædicta bona debeant esse verè immobilia soli, vel sufficiant, si sint immobilia, dicendum erit in capitibus sequentibus.

# AN BONA, EX QVIBVS census creatur, debeant esse præcisse immobilia soli, vel sufficiat, si sint simpliciter immobilia, circa intellectum Extrauagantium, & Proprij motus Pij V. Caput LI.

## SVMMARIVM.

*Census an creari possit super rebus, quæ licet non sint verè immobilia soli, sunt tamen simpliciter immobilia. numer. 1. vsque ad finem.*

*Intellectus ad proprium motum Pij V. super forma creandi census traditur num. 5. cum præcedentibus & sequentibus.*

*Census an possit creari & formari super molendinis n. 8. vsq; ad finem.*

*Molendina an computentur inter bona immobilia, & an quemquam liberent à fide iussione. ibi dē, & num. sequentibus.*

## CAPVT LI.

1 PROXIMVS in capitibus præcedentibus, bona verè immobilia esse formaliter necessaria ad substantiam & essentiam creationis cuiuslibet census, tam emphyteotici, quàm reseruatiui, & consignatiui perpetui, redimibilis, seu ad vitam: vnde in præsenti agendum est, an prædicta bona immobilia debeant esse præcisse immobilia soli, vel sufficiat, si sint simpliciter immobilia. Et ad huius dubitationis clariorem intelligentiam aduertendum est, quòd bona verè immobilia soli sunt area, terra inculta, montes, prata, vineæ, atque similia, culta, vel inculta, quæ sunt bona verè soli, & à fortiori immobilia, & simpliciter immobilia dicuntur domus, molendinum, columbarium, furnum, & alia similia, quæ cùm consistant in superficie, quamuis sint verè immobilia, non tamen sunt verè immobilia soli, sed potiùs solo cohærentia. Quo præsuppositio aduertendum est, quòd prædicta bona vere immobilia soli recte dari possunt in censum emphyteoticum reseruatiuum, & super eis consignatiuus designari de emphyteotico probatur in dicto §. adeò, institut. locati ibi, *De prædijs, quæ perpetuò fruenda tradantur*, cap. ad aures de rebus Eccles. Imó ex his rebus vere immobilibus soli propriùs quàm ex alijs simpliciter immobilibus emphyteosis formatur, quia licet consistere possit super simpliciter immobilibus, authent. si quas ruinas, authent. perpetua. C. de sacrosanct. Eccles. l. 1. & 2. per totum. ff. si ager vectigalis, vel emphyteoticalis. l. 1. 2. & 3. C. de iure emphyteot. per totum; ex primæua tamen natura emphyteoticandi danda erant sterilia in emphyteosim ad culturam, plantationem, & melioration-nem, vt dicendum erit in capite de censu creando super rebus de sui natura fructiferis.

2 In reseruatiuum etiam recte dantur prædicta bona vere immobilia soli; quia cùm sint de sui natura fructifera, sicut simpliciter immobilia, potest ex eisdem census reseruari, vt per text. ibi probant omnes in cap. constitutus, de religiosis domibus cap. 1. de in integrum restit. l. fin. C. de rerum permutat. & similiter super eis cōsignatiuus creabitur; quia dum Extrauagantes Martini & Calixti, & Proprius motus Pij V. solùm requirunt simpliciter bona immobilia, à fortiori ex vere immobilibus soli creari posse cēsum probant.

3 Sed contra hanc verisimam resolutionem ego noniter considerabam, quòd cùm census creatus ex his rebus vere immobilibus soli non habeat illum periculum peremptionis rei censualis, quod habent bona simpliciter immobilia, vt quia nunquam similia bona perire possint, sicut peremptioni simpliciter immobilia subiecta sunt, dicendum videbatur, quòd deficiente eo periculo peremptionis deficiat iustitia creationis, cum venditor perempta re censuali liberetur, & inde emptor ex non peremptione locupletior fiat, venditorque magis grauetur, cùm periculum rei venditæ, iuris nempe percipiendi censum ad emptorem pertinere debeat, vt late dicendum erit in cap. an peremptæ re censuali perimatur census.

4 Sed adhuc ea noua consideratione non obstante iustiùs creatur census ex rebus vere immobilibus soli, quàm ex simpliciter immobilibus; quia præterquam quòd immobilia

soli

soli de sui natura fructiferâ sunt, magis stabilia perpetua, & existentia existimantur. Neque quidquam obstat defectus periculi peremptionis rei, quia licet periculum ad emptorem census pertineat; non tamen est de substantia creationis eius; quòd bona periculo subiaceant, licet possint subiacere, & periculum non possit assecurari, neque pacta, seu cõuentiones admitti, quibus emptor damnũ periculi non sentiat, maxime quia area, & terra inculta inundatione aquarum perire possint, ideò census super his rebus immobilibus soli recte creatur.

5 Ex quo recte datur intellectus ad Propriũ motum Pij V. super forma creandi census, dũ dicit: *Conuentiones directè, vel indirectè obligantes ad casus fortuitos, eum, qui aliàs ex natura contractus non tenetur, nullo modo valere volumus*, vt licet casus fortuiti non excludantur per conuentionem, non solùm in censu rerum simpliciter immobilium, sed neque in censu rerum immobilium soli, cùm ad emptorem ex natura ipsius contractus pertineant, non tamen sit de substantia creationis bona periculo subiacere, sed iustiùs ex his, quę nullo ex natura eorum subiacere possunt, creari, ideò ex immobilibus soli creantur.

6 Secundò etiam, & principaliter aduertendum est, quòd bona simpliciter immobilia, quæ non sunt vere soli, veluti domus, molendinum, columbarium, furnum, & alia similia etiam dantur in censum emphyteoticum, vt in authent. si quas actiones. C. de sacrosanct. Eccles. & authent. perpetua eod. tit. l. 1. & 2. per totum. C. de iure emphyt. l. 1. & per totam. ff. si ager vectigalis, authent. de alienat. & emphyteosi per totam, & similiter dari possunt in censum reseruatiuũ, cap. constitutus de religios. domib. cap. 1. de in integrum restitut. l. fin. C. de rerum permut. & super eis censum consignatiuum designari posse cõstat ex Extrauag. 1. & 2. Martini & Calixti de emptione & vẽditione. c. ex Proprio motu Pij V. super forma creandi census.

7 Sed hæc resolutio patitur quandam difficultatem, scilicet quia prædicta bona, domus nempe, molendinum, furnum, columbarium, & alia similia, videtur, quòd non habent illam perpetuitatem, existentiam, & stabilitatem, quæ in rebus censualibus requiritur, cùm facile possint perire incendio, ruina, naufragio, vel alia simili causa, & inde inferatur, quòd deficiente stabilitate eorum bonorum, deficiat iustitia contractus, quæ rem immobilem requirit existentem, vt in cap. de censu creando super re de sui natura fructifera dicendũ erit.

Sed hęc noua cõsideratio non solùm non impugnat nostram resolutionem, sed eam clariorem reddit; quia creatio census non requirit perpetuam rerum existentiam, ita vt præsupponat perire non posse rem censualem, sed simpliciter requirit existentiam & stabilitatẽ rei censualis tẽpore creationis census, vt quia eo tempore res censualis stabilis sit, & fructifera de sui natura, licet posteà perire possit, cùm periculũ eius assecurari nequeat: & hęc est originaria ratio, quare ex domibus, vel super domibus, furnis, aut columbarijs census consistit.

8 Infertur etiam ex eâ consideratione ad decisionem eius notabilis dubitationis, quæ magis difficilis videbatur, an scilicet super molẽdinis, quæ licet sint bona immobilia frequẽtiori periculo subiacent, census consistat; ex cuius resolutione à fortiori deduceretur resolutio, an super domibus, fundis, vel columbarijs consistere possit, & in hac dubitatione dicendum videbatur, quòd ex molendinis, vel super molendinis census non consistat, ex eo quòd molendina mobilibus rebus equiparantur, ex Bart. sententia in l. 2. numer. 19. solut. matrimon. dicentis, molendina non excusari ab onere satisdandi, vbi id tenet Alexand. in l. sciendum, vbi Iaso. numer. 4. ff. qui satisdare cogantur, & ex alia celebri doctrina Angeli Perusini in l. non solùm. ff. de petit. hæreditatis, dicentis, quòd molendina tanquàm bona mobilia, & non existentia, sed potiùs breuiter peritura, possunt à tutore, vel prælato alienari sine iudicis decreto. Cuius sententiam sequuntur dicentes veram Fulgos. ibi, Ripa in l. quominus. numer. 126. in fine. ff. de fluminibus, Rub. consil. 138. colum. 1. Ancharran. consil. 443. numer. 9. Palac. Rub. in cap. per vestras. numer. 4. & 18. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. numer. 91. pro quorum sententia ego pondero text. in l. verum. 12. §. si locupleti, ibi, *Prædia ruinosa*, & ibi, *Prædia ruant*, & iterum ibi, *Multis casibus obnoxia*. ff. de minoribus; cùm igitur ab effectu prædicta molendina pro mobilibus bonis habeantur; vt quia libere possunt à tutore, vel prælato sine iudicis solemnitate alienari, & quemquam ab onere satisdandi non liberant, vt quia verisimili periculo subiaceant, dicendum erit, quòd super eis, vel ex eis census consistere non potest.

9 Sed adhuc contraria sentẽtia receptior omnino est; quia prędicta molendina, licet negari non possit, quòd aliquantulũ periculo fortunæ subiecta sint, vere tamen immobilia sunt, & inter res immobiles connumerantur,

ex doctrina Baldi in cap. contingit, col. penult. versic. *Quæro nunquid*, de dolo & contumacia, Alberic. in l. penult. §. fin. ff. de his, qui eiecerunt, vel effuderunt, Bart. in l. certi iuris. numer. 7. C. de pactis, quem sequuntur Iaſ. in l. quominus. quæſt. 19. in fine. ff. de fluminib. Fortun. Garſ. in l. item quia col. 4. ff. de pactis, Decius conſ. 262. Tiraquel. d. gloſſ. 7. numer. 92. Aluar. Vaez de iure emphyt. quæſt. 12. num. 9. quorum aliqui tenent, molendina domibus æquiparari, alij prædium ruſticum nuncupari, alij verò pro vrbano prædio haberi; & denique omnes communiter reſoluunt, inter immobilia bona connumerari, & ita quòd ſuper eiſdem molendinis feudum conſiſtat, reſoluit Curt. Iunior in tract. de feudis. q. 6. col. 3. verſic. *Et ex hoc etiam*, Ioan. Licerier. lib. 2. quæſt. 4. col. 3. & quòd ſuper eiſdem emphytheoſis ſemper conſiſtat, reſoluit Aluar. Vaez de iur. emphyt. q. 12. numer. 9. & denique quòd cenſus ſuper eiſdem, vel ex eiſdem molendinis creari poſsit, reſoluit Felician. de cenſib. lib. 2. cap. 3. num. 37. per totum.

10 Qui quidem pro vera huius dubitationis reſolutione ſolùm conſideraueruñt, quòd prædicta molendina pro verè immobilibus bonis habentur. Et denique Felicianus ad obiectiones contrarias nihil reſpondet: ego tamen pro hac ſententia conſidero, quòd prædicta molendina tempore, quo cenſus creatur, bona verè immobilia ſunt, cùm à ſolo ſeparari non poſsint ſine totius corruptione; & licèt negari non poſsit, quòd inundationi, atque periculo aquarum ſint obnoxia, ex hominum tamen induſtria à communiter accidentibus in tutiori loco fluminis, ſeu maris fiunt, vbi quaſi perpetua ſint, & maiorem exiſtentiam, atque ſtabilitatem habere poſsint; qua ratione non conſideratur cauſa illa remota periculi, quæ contingere poteſt; ſed veriſimilitudo exiſtentiæ, & quòd tempore creationis cenſus qualitas illa rei immobilis in molendinis ſuper ſit, vt pro verè immobilibus bonis habeantur; nonne videmus, quòd cætera bona immobilia ſimiliter ſubiaceant periculo per emptionis, cùm facile perire poſsint, & ſæpiſsimè pereant incendio, ruina, naufragio, vel alia ſimili cauſa; & nihilominus illa periculi incertitudo neque tollit exiſtentiam eorum bonorum, neque obſtat, quominus ex eiſdem cenſus formetur, imò potiùs iuſtificat contractum, ex eo, quòd peremptione rei perimitur cenſus, vt ſuprà diximus, & infrà dicendum erit: ergo cauſa illa remota periculi cenſus creationem iniuſtam non redderet.

11 Qua ſententia retenta, non obſtant fundamenta in contrarium adducta; quia non benè ſequitur, Molendina non liberant quemquam à ſatiſdatione, & poſſunt abſque iudicis decreto alienari: ergo non poterit ſuper eis, vel ex eis cenſus conſiſtere; quia ſubſtantia & eſſentia creationis cenſus principaliter conſiſtit in exiſtentia rei in veriſimili perpetuitate, in eo quòd fructifera ſit de ſui natura, & demum in eo, quòd tempore creationis immobilis ſit, neque vllo modo pendeat à veriſimili periculo peremptionis rei, imò potiùs ex eo periculo contractus iuſtificatur, vt iam diximus: ergo nihil obſtaret, quòd a ſatiſdatione quemquam non liberarent, neque quòd ſine iudicis decreto alienari poſſent, maximè quia longè verius eſt, & quemquam liberari à ſatiſdatione, & ſine iudicis decreto non poſſe alienari, ex l. Ariſto. 5. ff. de iure deliberandi, ibi, *Adito prætore*, & ex l. fin. de curatore furioſi, ibi, *Magna vtilitate cognitione iudicis*, & ex l. ait prætor. 1. §. fin. ibi, *Prætor aditus*. ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio, & ita reſoluunt Pinel. contra Angel. in l. 1. C. de bon. mater. 3. part. numer. 28. verſic. *Ego non dubito*, Aluar. Vaez in tract. de iure emphyt. quæſt. 12. numer. 9. ad finem. Neque obſtat text. in dicta l. non ſolum. ff. de petit. hæredit. à qua Angelus, & alij fundamentum ſumpſerunt; quia non violenter contra ipſos text. ille retorquetur, cùm in eo caſu auctoritas iudicis requiratur, ex l. Diuus. ff. de petit. hæred. & aduertunt Pinel. & Valaſc. ſuprà.

12 Secundò intelligitur Angeli doctrina, quando molendina ita ruinoſa ſunt, vt periculum ſit in mora, ſi abſque vlla iudicis ſolemnitate non vendantur, vt apertè deducitur ex dicta l. non ſolum. 66. ff. de petit. hæredit. quam pro contrario fundamento Angelus cõſiderauit, ibi, *Vel ſi mora res perituræ deteriores vt futura erant*; quo caſu mirum non eſt, ſi molendina ruinoſa, atque breuiſsimo periculo ſubiecta ſine iuris ſolemnitate vendi potuiſſent: ſin verò mora peritura non eſſent, & verè immobilia fuiſſent, & ſuper eis, vel ex eis emphyteoſis, feudum, vel cenſus conſiſteret, vt deducitur ex omnibus ſupradictis, & faciunt ea, quæ tradit Decius in cap. ex parte. num. 5. de appellat. Pinel. in d. 3. par. num. 26. cum præcedentibus & ſequentibus.

13 Tertiò intelligi poterat Angeli doctrina, & hæc noſtra reſolutio limitari in molendinis, quæ non ſolùm periculo ordinario ſubiacerent, ſed quæ ad inſtar nauium ſuper flumina

flumina veluti ambulant, de quibus meminerunt Bart. in l. quominus. quæst. 18. ff. de fluminibus, Paul. in l. fluminum in principio circa medium. ff. de damno infecto: nam ea molendina neque sunt bona verè immobilia soli, neque solo cohærent, neque vllam habent existentiam, aut stabilitatem, qua ratione immobilibus æquiparari non possunt, sed potius pro mobilibus haberi, vt aduertit Ripa in dicta l. quominus. num. 126. ff. de fluminibus, & consequenter census super eis consistere nō poterit; quòd tamen intelligendum est secundum ea, quæ de nauibus infrà suo loco dicenda erunt: ergo ex omnibus supradictis euidēter constat, quod bona, quæ dantur in cēsum, vel super quibus creandus est, non solùm possunt esse verè immobilia soli, sed simpliciter immobilia, dum tamen sint existentia, duratura, atque de sui natura fructifera, vt infrà latè dicendum erit in capitibus sequentibus; sed quamuis bona, ex quibus census creatur, debeant esse verè immobilia soli, vel simpliciter immobilia; poterit tamen census creari ex his rebus, quæ licèt non sint verè immobilia soli, neque simpliciter immobilia, sunt tamen cohærentia solo inseparabiliter, veluti ius pascēdi, piscandi, decimandi, iura, vectigalia, & alia similia, quæ cùm solo, & territorio cohæreant inseparabiliter, licèt non sint incorporalia, & immobilia, habentur tamen ex cohærentia inseparabili cum solo pro verè immobilibus soli, & ideò in censum dari poterunt, vel super eisdem census creari, vt dicendum erit in capite sequenti.

## AN BONA, EX QVIbus census creatur, licèt non sint immobilia soli, vel simpliciter immobilia, possint esse cohærentia solo inseparabiliter. Caput LII.

### SVMMARIVM.

*Census reseruatiuus, vel consignatiuus an possit creari ex rebus, quæ licèt non sint immobilia soli, neque simpliciter immobilia, sunt tamen cohærentia solo inseparabiliter. num. 1. & per totum caput.*

*Ius pascendi, quòd immobile reputatur, & ideò datur in censum reseruatiuum, & super eo consignatiuus consignatur. num. ibidem.*

*Ius piscandi reputatur quid immobile, & ideò datur in censum reseruatiuum, & super eo iure consignatur. n. 2.*

*Iura, vectigalia, & regalia immobilia reputantur, & inde super eisdem census consignatur, & ex eisdem resignari potest. num. 3.*

*Ius passagij quid immobile reputatur, & inde datur in censum reseruatiuum, & super eo consignatiuus designatur n. 4.*

*Ius decimandi quid immobile reputatur, & inde datur in censum reseruatiuum, atque super eo consignatiuus designari potest, & inde infertur ad tertias dominorum. n. 5.*

*Iurisdictio, quæ cohæret solo materialiter, & passiuè, imò & fructus iurisdictionis, rectè dantur in censum reseruatiuum, & super eisdem consig tur. n. 6. & 7.*

*Incorporalia, & inuisibilia, quæ corporibus cohærent inseparabiliter pro verè immobili habētur. d. num. 7.*

*Fœudum, licèt regulariter consistat in rebus verè immobilibus, consistere etiam potest in his, quę licèt verè immobilia non sint, sunt tamen cohę rentia solo. n. 8.*

*Discutitur latè, & explicatur ea propositio, an cēsus formari possit ex rebus solo cohærentibus inseparabiliter. n. 9. vsque ad finem capitis.*

*Census an possit consignari, vel reseruari super piscibus, vel ex piscibus, qui sunt in laice. n. 15. vsq; ad finem.*

## CAPVT LII.

IN capitibus præcedentibus scripsimus, quòd bona, ex quibus census creatur, debent esse verè immobilia soli, vel simpliciter immobilia, quôd exemplificauimus in area, terra nempè inculta, in prato, in monte, in ripa, in aliisque similibus rebus, quæ sunt vere immobilia soli, verificauimus etiam in domibus, molendinis, furnis, columbarijs, aliisque similibus rebus simpliciter immobilibus; sed quia non ita præcisum est esse bona immobilia soli, vel simpliciter immobilia, quòd ex alijs rebus creatio census non sustineatur, videndum est, an ex rebus solo cohærentibus inseparabiliter, sustineri possit. Quæ dubitatio multipliciter exemplificatur. Primò modo in iure pascendi, quod quidem ius ad sensum patet, quod non est quid verè immobile soli, neque quid simpliciter immobile, sed potius quid incorporale & inuisibile, cohærens naturaliter, & inseparabiliter solo, ideò tanquam si fuisset quid immobile soli, & dari potest in censum reseruatiuum,

vel emphyteoticũ, & super eo consignatiuus rectè consistit. Quæ resolutio apertè deducitur ex l.1.§.in prædijs.l.pecoris, cum alijs. ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum.§.rusticorum,institut.eodem titul. & ex his,quæ tradit eleganter Tiraquell.de retract. lignag. §.1.glos.5.nu.3.Aluar.Vaez Lusitan.in tract. de iure emphyt.quæst.12.num.6.qui notanter egerunt de natura huius seruitutis pascendi,resoluentes esse quid cohærens solo inseparabiliter, & ideò super ea consistere posse censum.De quo Surd.decis.253.

2 Secundo modo exemplificatur hæc nostra resolutio in iure piscandi, quod quidem certum est,quòd non est quid verè immobile soli,neque quid simpliciter immobile, sed ius incorporale cohærens solo inseparabiliter, vt quia flumen cohæret solo naturaliter, & ius piscandi flumini inseparabiliter; qua ratione & censum emphyteoticum, vel reseruatiuũ, ex eodem piscandi iure posse reseruari,& consignatiuum constitui,valere apertè constat,vt eleganter deducitur ex Tiraquel.suprà,ex Valasco dicta quæst.12.num.6.ad med.& ex his, quæ benè resoluit Sebast.Medicis in elegan. ti tractatu de piscatione & venatione. quæst. 17.per totam,vbi refert text. notandum in c. 1.quæ sint regalia.

3 Et in iuribus vectigalibus rectè exemplificatur hæc nostra resolutio,& sententia; quæ quidem certum est, quòd licèt non sint bona immobilia soli,neque verè immobilia,sunt tamen cohærentia solo, atq; territorio, in quo percipiuntur; ideò tanquàm verè immobilia rectè dari poterunt in censum emphyteoticũ reseruatiuum,vel super eis consignatiuus designari ex eleganti doctrina Baldi, & Aluaroti in cap.1.§.fin. de fœudi cognitione, ex his, quæ late resoluit Tiraquel.de retract.lignag. §.1.glos.7.num.34. & 35. Valas.in d. quæst. 12.num.6.Ad hæc duo exempla de vectigalibus,& regalibus iuris adde Roland. consil. 1. num.130.volum.1.Garcia de nobilit.glos.7. num.2.Lasarte de gabellis cap.10.n.76. vsq; ad finem.

4 Non etiã improprie verificabitur hæc nostra resolutio in iure passagij, quòd quidẽ immobile non est,sed solo cohærens, incorporale,& inuisibile;ideò ex cohærentia inseparabili cum solo habetur pro immobili, & inde in censum datur,vel super eo cẽsus consignatur. Quod in effectu resoluunt Bald.in l.stipendia.C. de execut. rei iudicatæ, Aluarot.Math.de Afflict.Paul. Paris. & alij, quos refert,& sequitur Tiraquel.in dicto §.1.glos. 7.n. 34. & magis in specie Valasc. in dicta q. 12.num.6.

5 Rursus,in iuri decimandi hæc resolutio verificatur ; videmus enim, quòd ius decimandi cohæret solo, atque territorio illo, ex quo decimæ percipiuntur naturaliter, & inseparabiliter,cùm de iure diuino & naturali decimæ debeantur,vt vulgaria iura probant, ideò licèt hoc ius non sit quid vere immobile rectè datur in censum, vel super eo census consignabitur. Quod deducitur ex eleganter adductis post Bald.& alios ab Andrea Tiraq. in dicto §.1.de retract.lignag.glos.7.num.33. & aduertit Gregor.Lup.in l.1.titul.26.part.4 Valasc.in dicta quæst. 12. numer. 6. maximè si pro iure decimandi acceperimus iura illa, quæ passim domini vassallorum huius Regni ex concessione speciali eius,quia ea concedere poterat,possident,atque percipiunt, quæ vulgò nuncupãtur, *Las tercias*: prædicta enim bona rectè concedi potuerunt in emphyteosim, vel censum consignatiuum, & à possidẽtibus eodem iure in alium transferri,& super eis census consignatiuus sustinetur.

6 Id ipsum apertè exemplificatur in iurisdictione, quia iurisdictio cohæret territorio materialiter, & passiue, & actiue in personis magistratuum, quasi in Regibus,& iudicibus sit in prædicamento agere, & in vassallis in prædicamento pati,& in territorio, atque solo sub prædicamento vbi, vel situs,& notantes resoluit Paul. Castrens.in l.more.colum.1. ff.de iurisdict.omnium iudicum, Bald. in l.1. §.initio.ff.de officio præfecti vrbis, & in cap. vnico in princip. de consuetud. recti fœudi, ex quo dixit Innocent.in capit.cùm accessissent.nu.6.& 7.de constitut.quòd iurisdictio non inest populo actiue, sed passiue, neque actus actiui competunt populo, sed passiui, sentiens euidenter,quòd cohæret solo,& territorio materialiter, & passiue, & actiue in personis magistratuum,quem sequitur Alex. in cõsil.16.nn.13.volum.5. & idem in effectu resoluit Auend.in cap.2.prætor.num.9.Couarr.in pract.quæst.cap.4.num.3.4.& 5.cùm igitur iurisdictio territorio cohæreat inseparabiliter, licet non sit quid vere immobili soli, neque simpliciter immobile, sed quid incorporale cohærens solo, dari poterit in censum vel super ea census cõsignari, vt in iurisdictione aduertit nominatim Foller.in praxi censuali glos.magna.num.43. Quod tamen intelligendum est respectu fructuum iurisdictionis, quia si agatur de hypotheca,seruitute,vel cẽsu constituendo super substãtia iurisdictionis quatenus importat exercitiũ eius,aliter dicẽdum erit,secundum ea,quę late disputat,atq; resoluit Felic.de censib.2.tom.lib.2.n.22.vsque ad finem ex versic. *In numer.*36.

Demum

7 Demum hæc noſtra reſolutio etiam poterit verificari in omnibus alijs rebus incorporalibus, & inuiſibilibus, quæ licet bona vere immobilia non ſint; cùm tamen ſolo cohæreant pro vere immobilibus habenda erunt, atque conſequenter recte in cenſum dantur, vel cēſus ſuper eis conſignatio fit, ex his, quæ late, & eleganter tradit Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 5. num. 2, & 3. & gloſſ. 6. num. 3. & 4. & gloſſ. 7. n. 32. & §. 6. gloſſ. 1. num. 10.

8 Pro qua veriſima reſolutione facit vrgenter, quia quamuis fœudum non poſsit formari, niſi ex rebus immobilibus ſoli, aut vere immobilibus. capit. 1. §. fin. de fœudi cognit. l. 1. titul. 26. part. 4. poteſt tamen formari, & creari ex rebus, quæ licet vere immobilia nō ſint, ſolo tamē cohærent, & pro immobilibus habentur, text. in dicto cap. 1. §. fin. ibi, *Niſi in rebus ſoli, aut ſolo cohærentibus*, & probant ibi Aluarot. Iſernia, & Afflict. Gregor. in dicta l. 1. tit. 26. part. 4. gloſſ. verb. *Rayz*. Ex quibus iam conſtat, quòd ex rebus ſolo cohærentibus inſeparabiliter & cenſus creatur, & reſeruatur.

9 Aduerſus tamen hanc reſolutionem ſequentia vrgenter obſtant fundamenta. Primò, quantum ad cenſum emphyteoticum certiſsimum eſt, quòd ad ſubſtantiam & eſſentiam eius neceſſario debent accedere bona vere immobilia ſoli, ex quibus creetur, & formetur, vt late diximus in capitibus præcedentibus, ſed ſic eſt, quòd bona ſolo cohærentia non ſunt bona vere immobilia ſoli, ſed potiùs in corporalia & inuiſibilia, vt ad ſenſum patet, & conſtat ex toto titul. de ſeruitut. vrban. prædior. & de ſeruitutib. ruſticor. præd. ergo ex his rebus cohærentibus ſolo emphyteoſis nō formatur. Quod nominatim reſoluit Petrus Iacobin. in ſua praxi in tit. de actione in rem pro re emphyt. col. fin. verſic. *Et eſt notandum*, quem ſequitur Aluar. Vaez de iur. emphyt. quæſt. 12. numer. 6. verſic. Certe in prædictis omnibus, vbi hanc exiſtimat veriorem ſentētiam contra Tiraquel.

10 Secundò, bona ſolo cohærentia incorporalia eſſe certum eſt, ſed in rebus incorporalibus non datur verum dominium, neque vera poſſeſsio, ſed quaſi poſſeſsio, & quaſi dominium, vt vulgaria iura probant: ergo non poterit ex his rebus ſolo cohærentibus emphyteoſis creari, quæ præſupponit ſeparationem vtriuſque dominij, tam vtilis, quàm directi, ita quod directum maneat penes concedentē l. 1. & per totam. C. de iure emphyt. & vtile transferatur in emphyteoſim. l. 1. §. qui in perpetuum, cum vulgatis, neque etiam reſeruatiuus, qui præſupponit trāſlationē vtriuſq; dominij in cenſuārium, capit. conſtitutus de religioſ. domib. cum vulgatis, neque conſignatiuus, qui præſupponit etiam manere directum dominium penes conſignantem, vt diximus in capit. de natura cenſus conſignatiui, & inde in vtraque cenſus ſpecie dicendum videtur, quòd cenſus ex his rebus incorporalibus ſolo cohærentibus creari non poſsit, cum vere immobilia non ſint, ſed incorporalia.

11 Adhuc tamen his nouiter penſitatis conſiderationibus nihil obſtantibus, veriorem ſententiam exiſtimo, cenſum creari poſſe ex his rebus ſolo cohęrentibus inſeparabiliter, licet ſint incorporalia ex omnibus ſupradictis. Quorum ea ratio originaria cōſiderari poteſt; quia quamuis prædicta bona vere immobilia ſoli non ſint, cùm tamen ſolo cohæreant inſeparabiliter pro vere immobilibus ſoli habentur, vt reſoluunt Panormit. Anton. & Imola in capit. nulli de rebus Eccleſ. Bart. Alberic. & alij in l. ſemouētium. ff. de verbor. ſignific. Bald. qui loquitur eleganter in cap. 1. §. fin. de feud. cognit. & poſt Alexandr. & alios reſoluit Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 5. 6. & 7. & §. 6. gloſſ. 1. nu. 10.

12 Pro quibus vrgenter cōſidero, quòd ſicut per text. in l. traditionib. C. de pactis ad tranſlationem dominij rerum corporalium requiritur vera & corporalis traditio, ita & ad tranſlationē rerum corporaliū ſolo cohęrentium corporalis & vera traditio neceſſaria eſt; quia cū ſolo cohæreant inſeparabiliter, licet ſint incorporalia, vere ſunt immobilia ſoli, & pro corporalibus habentur. Ita nominatim probant Bald. in dicta l. traditionibus, & in dicta l. 1. C. communia vtriuſque, Alexan. dpoſt alios, conſil. 184. *In cauſa*, lib. 6. Quod quidem ita non eſſet, ſi bona incorporalia ſolo cohærētia pro vere immobilibus non haberētur, ſed ſimpliciter eſſent incorporalia, vt aliqua iura & facultates, quæ ſolo non eſſent cohærentia inſeparabiliter, in quibus ad veram dominij tranſlationem, ſeu adquiſitionem non eſt neceſſaria vera traditio, ſed ſufficit ceſsio. Gloſſa eſt notanda per text. ibi in l. fin. C. quando fiſcus, vel priuatus; quem textū dicit ad hoc ſingularem Angel. in l. 1. C. de actionibus, & obligat. num. 4. Mieres in tractatu maioratus. 1. part. quæſt. 40. per totam, & nos diximus in l. 44. per totam gloſſ. 9. num. 3. & gloſſ. 14. nu. 17. ergo prædictis conſiderationibus non obſtantibus veriſima reſolutio eſt, quòd ex rebus incorporalibus ſolo cohærentibus inſeparabiliter, ſeruitus nempe, recte cenſus creatur tanquam ſi prædicta bona eſſent vere immobilia ſoli.

Qui

13 Quæ sententia retenta non obstant fundamenta in contrarium adducta, quia quamuis bona inseparabilia solo, & corporibus cohærentia, si considerentur separatim à solo non sint bona vere immobilia soli, sed potiùs vere incorporalia & inuisibilia; si tamen considerẽtur, vt sunt consideranda, quatenus cohærent inseparabiliter solo, pro vere immobilibus habentur, cùm à solo separari non possunt; at quæ idcò in effectu & substantia verè immobilia soli sunt, & consequenter rectè census ex eisdem creatur. Secundò, quamuis in iuribus incorporalibus non detur verum dominium, neque vera possessio; sed quasi dominium, & quasi possessio; & inde inferatur non posse dari concursum vtriusque dominij, neque consequenter separatio, quam præsuppo nit contractus emphyteoticus: ab origine tamen considerando bona incorporalia solo cohærentia inseparabiliter, recte in eis datur verum dominium, & vera possessio, ita vt dando ius pascendi in censum, detur simul solum, cui inseparabiliter ius illud cohæret, & concedendo ius illud in emphyteosim, directũ dominium soli maneat penes concedentem, & vtile ius, nempe pascendi, transferatur in emphyteotam, & si super eo iure census consignetur, dominium vtriusque soli, & iuris pascendi mancat penes consignantem. Quis enim potest considerare ius pascendi separatum à solo, cùm naturaliter in solo producatur: ergo virtualiter inest solo, & consequenter quid est immobile soli, atque consequenter vtrumque dominium in solo & iure pascẽdi concurrit, & ex eo census creatur.

14 Ex quo reijcitur resolutio Aluari Vaez in dicta quæst. 12. num. 6. dicentis, ex his iuribus incorporalibus non posse emphyteosim creari, cúm non sint verè immobilia soli, & tenenda est resolutio Tiraq. quam ipse Valasc. improbat; mirorque iustè de Aluaro Valasco, qui in ipsa, eademque quæst. 12. num. 3. & 4. intrepidè resoluit, quòd ex his rebus solo cohærentibus, licèt vere immobilia soli nõ sint, emphyteosis formatur, ex eo, quòd pro verè immobilibus habentur; & statim num. 6. contra Tiraquel. contrarium videtur tenere. Ex quibus iam cõstat, receptissimum esse, quòd bona censualia debent esse verè immobilia soli, vel simpliciter immobilia, vel quæ pro immobilibus habentur, vt quia solo cohæreant inseparabiliter.

15 Et inde etiam infertur ad constitutienem census super piscibus, qui sunt in lacu, aut piscina, & super iure piscandi in eo lacu, an rectè census constitui possit. Cuius dubitationis ea est verissima resolutio, quòd si tales pisces in lacu sint, vt multiplicentur, & crescant, & ad perpetuam ipsorum piscium procreationem, fructuũque annuam perceptionem, ita quòd illa piscina, seu lacus, quasi stabile subiectum habeant, & fructus eius, nempe pisces, aut ius piscandi, perpetuam subrogationem corporum in eo lacu existentium contineat, dicendum sit tunc, quid immobile reputari tanquam ius cohærens, stabile quidẽ & perpetuum; & consequenter super eo lacu, aut piscina, aut iure piscandi legitimè census consistet consignatiuus, designando super eo lacu censum, & reseruatiuus dando ipsum cũ reseruatione pensionis: sin vero deficiant ea, & pisces in lacu sint, nõ quasi naturaliter, sed artificiosè ad temporalem pulcritudinem, & voluptatem habentis, ita quòd ius piscandi non habeat stabile subiectum, neque perpetuam existentiam, sed temporale tantum sit, tunc non dicitur quid immobile, neque solo inseparabiliter cohærens, sed tẽporale, & perituru̇m, & consequenter in censum reseruatiuum lacus ille non dabitur, neque super eo consignatiuus designabitur, sed vnico tantum pretio solutione & contractu pisces illius piscinæ vendentur. Hæc resolutio propriè deducitur ex Guidone Papa decis. 91. Boer. in consuetudine Burgund. tit. 4. §. 2. gloss. penultim. colum. fin. & melius omnibus aduertit Molinæus in consuetudinibus Parisien. titul. 1. §. 1. gloss. 8. num. 18. vsque ad numer. 20. Roland. à Valle consil. 24. num. 33. lib. 3. & alios referens idem in effectu resoluit Andreas Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. numer. 115. vbi refert ad fructus columbariorum, referens ad id Molinæum. Quod ego intelligo in columbarijs ad commoditatem annuam, fructus nempe, quasi perpetuam perceptionem factis non in alijs artificiosè ex hominũ industria, & ad ipsorum voluptatem compositis, quæ nullam habent perpetuam existentiam, & stabilitatem. Quæ quidem omnia bona, ex quibus census creatur, non solum debent esse immobilia, vel immobilibus cohærentia, sed debent esse fructifera de sui natura, & fructus maiores, vel ad minus correspondentes pensioni, vt infrà latè dicendum erit in capite sequenti.

# DE CENSV CREANdo ex rebus, vel super rebus de sui naturafructiferis, circa intellectum Extrauagantium.1. & 2.Martini & Calixti, atque proprij motus Pij V. & l. 2.tit.15. lib.5.nouæ Recopilat. Caput LIII.

## SVMMARIVM.

*Census reseruatiuus, vel emphyteoticus creandus est ex rebus de sui natura fructiferis, & non sterilibus, & quomodò hæc propositio intelligatur, traditur.n.1.per totum.*

*Emphyteosis quòd requirat bona sterilia quomodò intelligatur, & verificetur, traditur.numer.1. prope finem.*

*Census consignatiuus creandus est super rebus immobilibus de sui natura fructiferis.nu.2.& 3. cum alijs, vsque ad finem.*

*Fructus rerum immobilium, super quibus census consignandus est, debent esse maiores, vel ad minus correspondentes pensioni, ita quod sufficiãt ad pensionem, & alimenta censuarij.num.4. & per totum, & cum alijs.*

*Emptor census debet diligenter inquirere, an fructus rerum censualium sufficiant ad pensionem & alimenta censuarij aliâs sibi præiudicare.n. 5.per totum.*

*Venditor census an teneatur manifestare emptori veteres census rerum censualium, & intellectus ad text.in l.2. titul. 15. libr. 5. nouæ Recopil.numer. 6. per totum, & numer.7.vbi cum sequentibus numeris traditur nouus intellectus ad dictã legem Regni.*

*Venditor non committit crimen stellionatus, quando emptor sciebat priorem hypothecam rei censualis.n.8.*

*Actio criminis stellionatus an competat, quando emptor succurrit potest per actionem ex contractu.n.9.*

*Censuarius si capiatur pro debito censuali, an sit alendus â creditoribus, & intellectus ad l.4. tit.16.lib.5.nouæ Recop.n.10.& 11.*

## CAPVT LIII.

IN capitibus præcedentibus resoluimus censum esse creandum super bonis, vel ex bonis verè immobilibus soli, vel simpliciter immobilibus, vel solo cohærentibus inseparabiliter, vel quæ pro immobilibus habentur: vnde in præsenti probandũ erit, quòd prædicta bona debent esse de sui natura fructifera, & fructus maiores, vel ad minus correspondentes pensioni; & in censu emphyteotico, vel reseruatiuo ad censum patet; quia si dominus daret rem immobilem sterilem, & infructiferam cum reseruatione certæ pensionis annuæ locupletaretur cum iactura alienâ contra præceptum naturale nunquam satis laudatũ, cuius meminit Pomponius in l. nam hoc natura.14.l.hæc conditio 66. ff. de condict.indebiti, & Vlpian.in l.iure naturæ. 207. ff.de regul.iure: ergo ne locupletetur cum iactura aliena concedens rem sterilem in censum, fructifera de sui natura debet esse. Rursus concessio rei sterilis in emphyteosim, vel censum, esset contra præcepta iustitiæ commutatiuæ, quæ consistunt in æqualitate, cùm dominus eo casu reseruaret pensionem ex re concessa, quæ fructus non produceret, sed præcepta iustitiæ commutatiuæ omnino seruanda sunt inter commutantes res proprias l. si me & Titium.ff.si cert.petat. l. curauit. C. de act.empti: ergo res sterilis danda non est in censum, vel emphyteosim, sed fructifera de sui natura. Demum perempta re censuali perimitur, & extinguitur census, vt latissimè dicendum erit in cap.an perempta re censuali census extinguatur; & quod magis est, emphyteosis resoluitur ex l.2.C.de iur.emphyteot. & latè prosequitur Valasc. de iure emphyt.quæst.27.per totam: ergo si effecta fructifera re censuali census extinguitur, à principio sterilis dari non poterit in censum, neq; contractus incipiet ab eo statu, ad quem non potest deuenire. Quibus accedat, quod quamuis prædia, quæ ex primæua natura emphyteoticandi dabantur in emphyteosim, debeant esse sterilia, vt deducitur ex text.in capit. ad aures de rebus Eccles. §. adeò, instit. locati, non est intelligendum de sterilibus de sui natura, sed de incultis, & sterilibus tempore cõcessionis; vt quia ex primæua natura emphyteoticandi dabantur prædia inculta ad culturam, plantationem, & melioration em, licèt etiam possint dari culta & fructifera, ex authentica perpetua. C. de sacrosanct.Eccles. cap.perpetuus.10.quæst.2.& resoluit Valasc. de iure emphyt.quæst.1.numer. 5.licèt enim cultura, plantatio, aut melioratio deberit causam inuentioni contractus emphyteotici; hæc tamen causa non fuit finalis, sed impulsiua, vt aduertit Valasc.de iure emphyt.quæst.2.numer.5.& 6.licèt enim verum sit, quòd à communiter accidentibus terra inculta detur in emphyteosim, nunquam tamen visum est, quòd

quòd sterilis de sui natura detur: ergo fructifera debet esse.

2 In censu etiam consignatiuo hæc sententia receptissima est, tam ex Extrauagantibus prima & secunda Martini & Calixti de emptione & venditione, quæ de rebus immobilibus fructiferis meminerunt, quam ex proprio motu Pij V. super forma creandi census ibi, *De sui natura fructiferis*, & ex propria, atque peculiari natura huius contractus; est enim certissimum, quòd in censu cõsignatiuo emitur, & venditur ius percipiendi pensionem annuam ex fructibus rei censualis, vt diximus latè in capit. de natura huius census consignatiui: ergo certum est, quòd rei censualis fructifera debet esse.

3 Vnde hanc sententiam, licèt non his fundamentis, scilicet quòd res censualis fructifera debet esse, nominatim probant Rodulpho de vsur. quæst. 12. Medina de restit. capit. 2. Gregor. Lup. in l. 28. tit. 8. part. 5. gloss. verb. *A censo*, col. 3. versic. *Secundò limita nisi cẽsus*, Pizarro in explicatione ad ordinationes de Guadalupe glos. verb. *De las tales heredades*, per totam, & post Cassan. & Nauarr. idem resoluit Auend. responso 12. numer. 3. prope finem, Sarmiento lib. 7. Selectar. capit. 1. num. 38. versic. *Fructiferam autem*, & in numer. 19. versic. *Finge*, dicentes, quòd bona censualia debent esse fructifera, & fructus maiores, vel ad minus correspondentes pensioni.

4 Imò non solùm fructifera debent esse de sui natura, & fructus maiores, vel correspondentes pensioni, sed necessarium est, quòd venditori census ex ipsis bonis, seu alijs liberis eius remaneant fructus, quibus se, & familiam congruenter alere possit; aliter enim cẽsus creatio non sustinebitur, neque censuarius ad eius census solutionem compellendas erit, sed deficientibus fructiferis, vel si tantũ existant, qui necessarij ad eius alimenta sunt, extinguetur obligatio soluendi in futurum, ac si bona censualia in totum perirent. Quæ verissima resolutio, licèt aliquantulum noua videatur, certissima est, & probatur Leuitici capit. 25. vbi dicitur; *Vt viuere possit frater tuus apud te, vsuras non accipias ab eo, & frugum abundantiam non exigas*, sentiens clarè, quòd vt proximus viuere possit apud nos, exigere non debemus frugum abundantiam, id est, redditum ita excessiuum, quòd careat necessarijs alimentis; quia quẽadmodum ne caret, aliquem, qui ex mensa esurienti panem auferret, ita occidere videtur, qui pretio emit victum necessarium personæ, & debitum charitatis denegatur illi, cui necessaria vitæ auferuntur alimenta. Et demum cùm eo casu venditio iuris percipiendi pensionem hominem ad extremum indigentiæ perducat, contra bonos mores naturales facta videtur, vt aliàs tradit Bart. in l. fin. 1. lectura col. 3. versic. *Si vero*, C. de pactis; & hoc fuit de mente Gabrielis in 4. sententia dist. 15. colum. 4. & Conradi de contractibus quæst. 84. conclus. 6. & in specie census elegãter id comprobat Pizarro in gloss. ad ordinationes de Guadalupe verb. *De su trabajo*, per totam; & ita quòd census emendus non sit à pauperibus & atenuatis, sed à diuitibus habentibus amplum patrimonium, cuius fructus præter pensionem sufficiant ad alimẽta censuarij, deducitur ex resolutione Rodulphi de vsuris. 3. p. §. *Transeamus nunc ad octauũ*, Gabriel in 4. distinct. 15. quæst. 12. colum. 11. Conrad. de contractib. quæst. 84. conclus. 6. §. ex hoc, & meliùs omnibus Pizarro in dicta glossa ad ordinationes de Guadalupe, verb. *Sin necesidad*, & verb. *De su trabajo*, & verb. *Muchomas*, & verb. *Notable*, & fere per totum tractatum, vbi eleganter id prosequitur, & inde in proposito dicit Conrad. de contract. in quæst. 84. & 85. col. 2. Quòd si debitores pauperes sint, vt ex fructibus rerum censualium, sed aliunde soluere nequeant, nisi panem sudoris sepriuent, liberabuntur à solutione. Cuius sententiam sequitur Pizarro in dicta gloss. verb. *Notable*, col. 2. ad finem; & hæc nostra resolutio non violenter deducitur ex Extrauaganti prima & secunda Martini & Calixti de emptione & venditione, nempe à Martino, dum dicit; *Pro quibus princeps, baro, miles, seu oppidanus*, & Calixti, ibi, *Quod ipsi habeant reses*, dum loquũtur Pontifices de Principibus, baronibus, atque habentibus opulentissima patrimonia, non de attenuatis, & pauperibus; & ita probant Doctores antiqui, vt Henricus, Hostiensis, & fuit de mente Abbatis, Antonij de Butrio, & fere omnium in dicto capit. cùm in ciuitate de vsuris, dum exemplificant creationem census in homine diuite imponente super castro, & quatenus probant, quòd ratione inopiæ cessat emptio reddituum, dicunt enim, quòd eo ipso, quòd venditor inops efficitur, liberatur à censu, etiamsi respectu proprietatis prædiorum pretiosum habeat patrimonium; argum. l. qui bonis cessit. ff. de cess. bonorum: ex quo textu probatur, quòd non est quispiam fraudandus alimentis necessarijs, quando ex bonorum vsufructu id tãtùm percipitur, quòd ei ad alimenta necessarium est, ne aliàs occasione parui redditus venditi ad prædiorum distractionem compellatur; quod omnino fugiendum est, argum. l. si seruus. §. fin. ff. de distract. pignorib. l. in fundo, versic. fin. ff. de rei vendicat. l. magis puto. §.

item

item prætor, vers. *Ne propter.* ff. de rebus eorum. Ex quibus hęc videtur receptissima sententia.

5 Neque regulariter ignorantia excusabit emptorem; quia si tempore, quo censum emit, diligenter non exquirit, quid bona reddiderint, manifestè ostendetur, non voluisse emere fructus, neque ad eos vllum respectum habuisse, sed colore falsò quæsito pecuniâ cum pecunia acquirere curasse, ideò sibi imputet, qui scire poterat, ac debuerat qualitatem rei, atq; quantitatẽ fructus eius, cùm idem sit scire, & scire posse, vel debere. l. quod te mihi, vbi gloss. verb. *Deberes.* ff. si cert. petat. l. si Titius & Seia 49. ibi, *Cùm scire potuerit.* ff. de fide iust. l. Iulian. 21 ibi, *Vel scire potuisset.* ff. ad Macedonianum, gloss. in verb. *Affectata*, in c. 2. per text. ibi de temporibus ordinationum in 6. & tradunt Decius num. 10. Cagnol. 19. in l. qui cum alio de regula iuris, Tiraquel. de retract. lignag. §. 12. gloss. 1. num. 28. & in specie ementis, qui facile scire potuit conditionem rei, vt is si supinè ignorauit, vel scire neglexit, habeatur ac si sententiam habuisset probat gloss. in l. 1. verb. *Nescienti*, ibi *Idem, si supinè ignorauit* C. de æd. lic. actionib. gloss. verb. *Non ignorauerit* ibi *Vel scire potuerit*, in l. eaq; 43. ff. de contrahend. empt. Bald. in dicta l. 11. n. 6. C. de æd. lic. actionibus. & in specie probat hanc sententiam in censu Sarmiento libr. 7. Selectar. cap. 1. num. 19. verum tamen est, quòd si venditor census abinitio deciperet emptorem, & mentitus fuisset, dicens se tunc esse soluendo, & bona sufficientia ad pensionis solutionem, & simul ad alimenta, punietur extraordinariè, & tenebitur ad interesse, ex l. de dote in fine. ff. de iure dotium. l. hoc autem l. nisi de hæreditate, vel actione vendita, & in specie aduertit Caualinus de vsuris. quæst. 8. num. 134. ad finem; quamuis enim hoc casu alimentis priuari nequeat; cùm neque ex cõtractu, neque ex delicto necessaria sibi possint denegari, vt infrà dicendum erit. Ex qua verisima resolutione plurimá ad rem conducibilia nascuntur.

6 Primum infertur ad intellectum text. in l. 2. tit. 15. lib. 5. nouæ Recopil. vt quamuis per eam legem teneatur censuarius sub pœna dupli, atque restitutione sortis certiorare emptorem de censibus & hypothecis, quibus bona, super quibus nouum constituit, subiacent; non tamen teneatur declarare quantitatem fructuum eorundem bonorum; sed quòd emptor sibi imputet, si fructus non correspõdeant pensioni, deductis alimentis necessarijs censuarij; quia census & hypothecæ semper incultæ, & incogitæ sunt, ideò necessaria est censuarij manifestatio. At fructus rerum censualium manifestius ostenduntur ex ipsorum bonorum designatione: vnde non tenebitur censuarius ad aliam certificationem; sed emptor, qui super eisdem bonis designatis censum emit, emit, imputet sibi, si fructus ad vtrumque non sufficiant, pensionem scilicet, & alimenta, cùm teneatur emere censum, super bonis immobilibus fructiferis, aliàs intelligatur, quòd ipse non principaliter desiderauerit bona, sed quòd eorum bonorum colore quęsito pecuniam cum pecunia emit, & quòd falsò illius prædij prętextu animum ad vsurã direxit.

7 Secundò infertur ad intellectum eiusdem legis. 2. vt si fructus bonorum censualium ad solutionem vtriusque census, veteris scilicet, & noui sufficiant, non teneatur censuarius veterem manifestare, neq; incidat in pœnam eiusdem legis; quia ratio eius in eo tantum fundatur, neque scilicet emptor posterior fraudetur à venditore, & impediatur à creditoribus anterioribus exigere sortem & vsuras; vnde cùm ea ratio deficiat, quando bona, & fructus eorum ad vtriusque creditorum satisfactionem sufficiunt, deficeret pœna legis, & effectus eius. Qui nouus intellectus ex verbis eiusdem legis, & effectu eius deducitur, dùm dicit, *A la persona, à quien vendieren el dicho censo*, quasi in fauorem eius, & pœnam cẽsuarij condita sit, & clarius deducitur ex pragmatica in curijs Valisoleti cõdita anno 1548. petit. 160. ibi, *Muchas personas cautelosamente echan censos sobre su hazienda*; cuius petitionis respõsio refertur ad id, quod decisum erat in curijs Matriti anno 1528 petitione 65. ex qua petitione deducitur ad literam dicta l. 2. titul. 15. lib. 5. nouæ Recopilat. vnde per illa verba, *Cautelosamente*, intelligatur, dicta l. 2. quando censuarius in præiudicium empteris cabiloso veteres cẽsus, & hypothecas occultauit, procedere nequiuit, quoties ita fructifera sunt bona, vt ad vtriusque creationẽ fructus sufficiant, cùm eo casu omnis fraus, & dolus deficiat, nullumque præiudicium emptor sentiat, neque ab anterioribus creditoribus censuarij, ex actio secundi census impediatur, sicut contingit in Ducibus, Marchionibus, & alijs locupletibus hominibus, qui super redditib⁹ maioratus census constituunt, nulla facta mẽtione anteriorum censuum, qui quidem non ideò incidunt in pœnam d. l. 2. ex eo quòd fructus eorum bonorum ad vtriusque census solutionem, & simul ad ipsorum alimenta sufficiant.

8 Tertiò dicta lex 2. etiam in casu, quo loquitur, limitatur, quando emptor census certiora-

tur

tur à venditore, vel aliter scientiam habuit anteriorum censuum. Quia cùm scienti & volenti non fiat dolus, neque fraus. l. cum donationis de transact. & magis in specie. l. 1. §. si intelligatur. l. si tamen. §. ei qui. ff. de ædilec. edict. l. 1. §. 1. ad finem. ff. de actionib. empti, & quæ tradit gloss. in verb. comprobauit, per text. ibi in l. 3. ff. de fideiussorib. l. inter causas §. 1. ff. mandati, meritò non habebit locum actio criminis stellionatus, neque simile remedium dictæ legis. 2. & ita quod quando crimẽ stellionatus committitur in scientem, non possit committens de dolo accusari, neque pœna eiusdem criminis puniri, tenet Bald. cons. 249. quem referunt, & sequuntur Aym. Cravet. consil. 6. num. 114. decis. Pedemont. 137. num. 4. & hic intellectus deducitur ex dicta l. 2. dum præsupponunt ignorantiam in persona emptoris census. Ex quo quidem si scientiam habet, non procederet eius pœna.

9 Quartò ad eandem legem 2. notatur, quòd vel est correctoria iuris communis, vel debet intelligi, vt actio de dolo per eam competens in venditorem census, qui veteres hypothecas occultauit, non detur emptori, quando remanet alia ex contractu, ex qua possit venditorem compellere ad integrę sortis restitutionem, quia actio doli subsidiaria est in defectu actionis ex contractu. l. si prætor, ibi, *si alia actio non sit*. ff. de dolo. l. eleganter. 7. in princ. eodem titul. & latè tradit Aymon. consil. 6. num. 105. decis. Pedemont. num. 137. & num. 5. & in specie, quòd quando succurri potest per actionem ex contractu, non possit intentari actio de dolo, quæ ciuiliter prouenit ex ratione criminis stellionatus, tenet Paul. Castr. in consil. 411. numer. 4. lib. 1. & alios referens Roland. à Valle consil. 75. num. 31. volum. 1. Iacob. Menoch. de arbitrar. libr. 2. centuria 4. casu 381. numer. 5. quæ quidem omnia notatu digna sunt ad intelligentiam dictæ legis. 2.

10 Iterum etiam ex resolutione supradicta, scilicet quòd bona censualia debent esse fructifera, & fructus sufficientes ad censum, & alimenta censuarij, notabiliter infertur, quòd si forsam censuarius pro censu incarceretur, dãdi ei erunt ex rebus censualibus sufficientia alimenta, ex eo quòd fructus ad id sufficere debent; & ideò quamuis ex l. 4. titul. 16. libr. 5. nouæ Recopil. constituatur, quòd carceratus carens alimẽtis sit alendus à creditoribus per nouem dies tantũ, in censuario diuersum est ex natura contractus censualis, quia carceratus pauper alendus erit ex fructibus rerum censualium, cùm debeant sufficere ad fructus & alimenta, & in hoc casu procedit hodie cõmunis sententia dicentium, carceratum alendum esse à creditoribus, vel à carcere eximẽdum; de qua in l. si hæreditas ad exhibendum Felin. in cap. 1. nume. 9. de libellis oblatione, & latissimè Lara de alimentis. §. solent. num. 37. cum alijs, Ioan. Matiençó in dicta l. 4. tit. 16. lib. 5. nouę Recopil. imò in casu, quo bona censualia propter delictũ censuarij confiscẽtur, alimenta censuario deneganda non erunt, vt resoluunt Simancas de Catholicis constit. cap. 9. num. 114. & post alios Lara de alimẽtis. §. sed vtrum. num. 6. Quæ omnia ex eo procedunt, quòd alimenta cohærent personæ vt resoluit Corneus consil. 204. lib. 4. Ex quibus omnibus iam constat, quod si bona immobilia censualia fructifera non sunt, & fructus sufficientes ad censum, & alimenta, erit iniusta creatio census, & constitutio. Sin verò sint fructifera, & stabilia, atque perpetuam existẽtiam habentia, quamuis non sint immobilia sed quæ pro immobilibus habeantur, cẽsus super eis constitui poterit.

11 Ex quibus omnibus vtiliter infertur ad decisionem eius vtilissimæ dubitationis, quam vidi non semel agitatam in Regia Pinciana Chancellaria, me in causis patrocinante, & nominatim pro Domino Alphonso de Acuña, & Domino Antonio de Herrerra, maioratuum possessores, atque villarum, seu oppidorum domini, qui quam plures creditores censuales cum facultate Regia habebant, quibus maioratuum bona erant obligata, ex quorum redditibus competenter alendos, & in hoc cęteris omnibus creditoribus præferendos esse dicebant: pro quibus respectu bonorum censualium, quæ etiam cum facultate Regia obligata erant, prædicta omnia ponderabantur. Si enim bona censualia debent esse fructifera, & fructus maiores, vel correspondentes pensioni, atque simul sufficientes ad alimenta necessaria censuarij, mirum non est, si possessoribus maioratus prestentur ex eis alimenta, & in eis cæteris omnibus creditoribus præferantur: respectu verò cæterorum bonorum, quæ non censibus, sed alijs debitis obnoxia sunt, retulimus in his dubitationibus Vaezam de inope debitore cap. 16. num. 103. & 104. qui fecit distinctionem inter possessores maioratuum habentes dignitatem & iurisdictionem, vt eis debeantur alimenta, & alios possessores iurisdictione carentes, vt his debita non sint. Cuius resolutio in debitis censualibus vera non est; quia indistinctè possessoribus maioratus habẽtibus, vel nõ iurisdictionẽ ex ipsa natura atque iustitia census alimenta iura reseruauerunt, vt suprà latè dictum est; & similiter in alijs debitoribus nõ censualibus nõ procedit,

vt qui

vt quia alimenta non ex sola dignitate, atque iurisdictione eis debita sint; sed ex ea potissimum ratione, quia si possessores ipsi maioratus tenentur præstare alimenta fratribus, atque sororibus ex tacita institutoris voluntate, adeò quòd prædicta alimenta reputantur debita primi institutoris, vt colligitur ex traditis à Molina libr. 2. de primogenijs cap. 15. numer. 44. à fortiori ex ipsa coniecturata mente institutoris deberentur possessoribus ipsius maioratus. Inquibus persona, honor, familia, nobilitas, atque descendentia ipsius primi institutoris repræsentatur. Hæc enim ratio generalis, quæ fundatur in mente institutoris, & simul prouenit à natura maioratus, quæ dignitas est, omnibus eorum honorum maioratus possessoribus conuenit, maximè cùm & pauperibus litigantibus etiam alimenta præstentur, vt tradit latè Valasc. consult. 1. & à fortiori præcedens resolutio procederet, quando debita ab eiusdem maioratus possessore contracta non fuerunt, sed à prædecessoribus cum Regia facultate, quia successoribus ea Regia facultas præiudicium non irrogabit. Quæ quidem omnia notatu digna sunt, & in praxim cõducibilia.

## AN CENSVS CREARI possit super alio, vel ex alio censu iam constituto, vtilissima disceptatio. Cap. LIIII.

## SVMMARIVM.

*Census quando possit reseruari ex alio censu reseruatiuo, discutitur latè numer. 1. per totum.*

*Seruitus seruitutis an aliquo modo possit constitui, & an seruitus in abstracto aliquid sit, & an sit qualitas, vel substantia. ibidem.*

*Pensio censualis reseruata considerata de per se distincta, & separata à solo, an sit quid immobile vel inter mobilia computetur. d. num. 1. ad finem.*

*Censuarius an possit dare in censum rem sibi datam cum reseruatione pensionis, faciendo scilicet secundum censuarium. numer. 2. per totum.*

*Emphyteota an possit subemphyteoticare, & efficere secundum emphyteotã, & quid in feudatario. ibidem, maximè in fine.*

*Census reseruatiuus an possit aliquo modo creari ex alio consignatiuo. n. 3.*

*Census consignatiuus an possit creari, & constitui super alio reseruatiuo n. 4.*

*Census consignatiuus an super alio consignatiuo constitui possit, & an inter immobilia is census connumeretur. numer. 5. & 6. cum alijs.*

*Census consignatiuus an super alio consignatiuo redimibili consignari possit. numer. 6. vsque ad finem capitis, vbi latè discutitur, an is census inter immobilia bona connumeretur.*

*Dubia & incerta an existimentur perpetua, & inde an census consignatiuus redimibilis aliquo modo dici possit perpetuus. num. 10. per totum.*

*Status præsens alicuius rei an verò finis sit considerandus, & quomodò hoc intelligatur. ibidem.*

## CAPVT LIIII.

1 IN capitibus præcedentibus scripsimus, censum esse præcisè creandum super rebus verè immobilibus soli, aut solo inseparabiliter cohærentibus, vel quæ pro immobilibus habentur de sui natura fructiferis, & perpetuam existentiam habentibus. Vnde in præsenti agendum est, an census creari possit super alio, vel ex alio veteri censu. Quam dubitationem proposuit, ac resoluit Felician. lib. 2. de censib. cap. 3. num. 32. vsque ad 35. vltra quem, imò & vltra omnes, quos legerim, ad eius dubitationis verisimã cognitionem, sequentes casus proponendos existimaui.

2 Primus, quando dominus pensionis reseruatæ ex domo concessa in censum vel emphyteosim pensionem illam ab eo reseruatam sub alterius pensionis reseruatione concesit, subalternando illam concessionem: & in hac specie videtur dicendum quòd dominus pensionis reseruatæ ex domo, seu fundo in censum concessæ non potest eam alteri concedere cum reseruatione alterius pensionis, creando scilicet ex pensione reseruata alium censum reseruatiuum, cùm in effectu esset dari reseruationem reseruationis, vsuras vsurarum, & seruitutem seruitutis. Ita deducitur ex Paulo iurisconsulto in l. 1. ff. de vsu, & vsufructu Legato, ibi: *Quia seruitus seruitutis esse non potest*, vbi Barth. numer. 3. & 6. ingeniosè procedit, maximè in numero. 3. dicens, quòd seruitus in

abstracto de per se intellecta nihil est, neque habet aliquem fructum. l. videamus de vsuris ; vnde ex ea non potest alia seruitus reseruari , & numer. 7. subdit, quòd seruitus est qualitas , non substantia. l. quidquid. ff. de verborum significat. ideò cùm qualitas non possit esse sine subiecto. l. 2. ff. de vsufructu , seruitus seruitutis dari non potest . Quæ omnia propriè adaptantur ad nostram speciem census ; vbi pensio reseruata de per se considerata fructifera non est , neque substantia, sed qualitas , eius nempe ex bonis debitum, & perceptum . Ex quo qualitas illa census , pensio scilicet , dari non potest cum reseruatione alterius pensionis , neque ex ea nouus creari , cùm eius creatio præsupponat substantiam & qualitatem . Quod post Barthol. in dicta l. 1. eleganter comprobat Cassan. in consuetudine Burgundi rubric. 11. §. 3. in principio. numero 1. 2. & 3. dicens, quòd sicut non datur vtile dominium vtilis dominij, ita neq; seruitus seruitutis, neq; reseruatio reseruationis. Quæ sententia vltra omnes confirmatur ex eo, quòd licèt pensio ex prima creatione census reseruata , tanquàm solo cohærens , & à solo pendens , pro re immobili habeatur , & inde posse dari videtur cum reseruatione alterius pensionis , sicut alia bona , quæ inter immobilia computantur , tamen de per se distincta , & separata à solo non est quid immobile , neque habetur pro re immobili , sed propriùs inter bona mobilia connumerantur , vt eleganter resoluunt Andres Alciatus in l. mouentium. ff. de verborum significationum. Bald. in capite 1. colum. fin. versic. *Quid de pensionibus*, titul. de pace tenenda , Socin. consil. 100. incipit , *Baptistæ* , colum. 2. libr. 1. Ripa in l. quæ nobis. numer. 16. ff. de acquirend. possess. Molinæus in Consuetudinib. Parien. titul. 1. §. 1. gloss. 7. numer. 36. in fine ; ideò in censum consignatiuum concedi non potest; qui bona immobilia, vel quæ pro immobilibus habentur, de sui natura fructifera , & existentia requirit . Denique reseruatio pensionis præsupponit sortem ; sed in pensione nulla datur sors, sed vsura , neque substantia, sed qualitas ; ergo ex pensione nulla dari potest alterius reseruatio , atque consequenter ex pensione reseruata nouus census reseruatiuus creari non potest ; sed si ea pensio concedatur alicui formabitur in ea concessione contractus cessionis , seu venditionis, & non census reseruatiuus ; ideò post Barth. & Cassan. suprà ea resolutio deducitur ex Baldo in capite sanè colum. fin. de renuntiat. dicente, quòd vtile dominium vtilis dominij dari non potest, sicut neque seruitus seruitutis. Quod post Baldo & Cassan. sequitur Valasc. de iur. emphyt. quæst. 13. num. 11. ver sic. *Addunt*, in fine.

2 Secundus casus consideratur, quando non dominus pensionis , sed censuarius , vult efficere secundum censuarium, dando rem censualem in censum cum reseruatione pensionis annuæ : & in hac specie dixerunt plures notabiles viri id efficere non posse, ne res duplici oneri subijciatur ; & quia dominium eius rei non potest esse pene plures in solidum. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commodati . Qua ratione, & alijs eam sententiam tenet Cassaneus. in Consuetudinibus Burgund. rubric. 11. §. 3. ex principio , Benedict. Bonard. de censibus. articul. 11. ad finem , & latius id comprobat Foller. in praxi censuali glossa Magna. numer. 50. dicens , quòd quamuis fœudatario & emphyteotæ detur facultas , censuario tamen non datur , quia consuetudo non exprimit eam licentiam, neque permittit , quòd censuarius faciat secundum censuarium , allegat Ioann. Fabrius in §. adeò colum. 3. institut. locati; sed adhuc in hac specie contrariam sententiam veriorem esse credimus , ex eo quòd censuarius est verè dominus rei censualis, vt latè probauimus in capite de natura & iustitia census reseruatiui . Vnde domum, seu fundum cum reseruatione pensionis in censum sibi concessum alteri poterit liberè concedere , saluo tamen iure dominj pensionis , quam ex fructibus rei censualis , in quemcunque possessorem res ipsa transferatur , dominus percipere poterit; neque ad effectum eius translationis, secundæ scilicet concessionis , indiget censuarius licentia domini , cùm in censu non admitatur conditio non alienandi , neque pœna commissi ad resoluendum contractum, vt dicendum erit in capit. conditionum non alienandi, & commissi , & ideò libere poterit censuarius rem censualem alienare , cum vtiusque dominij vtilis , & directi translatione ; quia si verè dominus eius rei censualis est , alienatio sibi denegari non potest, ex vulgata regula iuris, quæ præbet dominis eam licentiam ; & quamuis Foller. & Bon. suprà differentiã cõstituant inter feudũ, emphytheosim, & censum, vt in emphyteosi & feudo detur subalternatio, & possint emphytheota & feudatarius sub emphytheotica, vel

vel secundum fœudatarium efficere, & id in censum non admittant, in vtroque quidem errauerunt, quia censuarius, tanquam verè dominus rei censualis, poterat eam alteri in censum concedere cum reseruatione certæ pensionis, vt suprà dictum est, & similiter emphyteota, vel fœudatarius regulariter non possunt sub in fœudare, aut secundum emphyteotam efficere, nisi in aliquibus casibus, de quibus per Aluar. Valasc. de iure emphyteosis quæstion. 13. num. 10. ad finem, & quæst. 8. num. 29. & quæst. 35. per totam, vbi egit de contractu libellario. Quare neque fundamenta Follerij, neque bonij, neque ipsorum resolutio indistincte procedit, neque ad censum adaptatur; & in hunc sensum sunt accipienda quæ de fœudo & emphytheosi ad hunc nostrum casum resoluit Felician. lib. 2. de censibus cap. 3. numer. 35. per totum, dum resoluit, quòd fœudatarius, vel emphyteota possunt sub in fœudare, vel sub emphyteoticare, de quo etiam aliqua scripsit Molina libr. 1. de Hispanor. primogen. capit. 20. fere per totum.

3 Tertius casus exemplificatur, quando census reseruatiuus creari prætenditur ex consignatiuo, dando scilicet censum consignatiuum cum reseruatione certæ pensionis annuæ. In quo casu breuiter dicendum est, quòd ex eo censu reseruatiuus non potest creari, ex rationibus, quibus defendimus, quòd census reseruatiuus non potest alicui dari cum reseruatione pensionis. Quæ maiori ratione militant in creatione census reseruatiui ex alio consignatiuo creati, cùm eo casu non detur quid immobile fructiferum, sed pensio pecuniaria. Ex qua non benè, neque iustè alia reseruatur, cùm esse dari seruitutem seruitutis, pensionem pensionis, & denique pecuniam ex pecunia, & in effectu deficerent bona soli, aut solo cohærentia fructifera, & existentia, super quibus creatio secundi census consisteret; & ita in vtroque casu census consignatiui & reseruatiui, hæc est verisima resolutio, quòd pensio non possit dari cùm reseruatione alterius pensionis, quamuis possit vendi, seu cedi, bona vero cēsuarii, quæ sibi concessa fuerunt in censum rectè sub alia pensione dantur, saluo iure veteris census.

4 Quarto modo verificatur hæc nostra dubitatio, quando census consignatiuus constituitur super alio reseruatiuo; quo casu consignatio valet, cùm census reseruatiuus, super quo fit constitutio consignatiui, pro re immobili habeatur, vt quia solo cohæreat, & consequenter super eo census reseruatiuo, pensione nempe ex fundo in censum concesso reseruata, consignatiuus constitui valeat, sicut posse formari diximus super omnibus bonis, quæ pro immobilibus habentur de sui natura fructiferis, & existentibus, vt constat ex latè traditis in capite præcedenti.

5 Quintus casus figuratur, quando census consignatiuus super alio consignatiuo constituitur, & is, super quo fit consignatio, perpetuus est, absque vlla facultate redimendi constitutus, quo casu consignatio valet ex eo, quod is census perpetuus, super quo consignatur, inter immobilia bona propriè connumeratur, vt tenent etiam ij, qui censum non esse rem immobilem dixerunt, credentes quid immobile reputari, vt constat ex Baldo in l. hac ædictali. §. is illud colum. 1. C. de secund. nupt. & in capit. querellam colum. fin. de elect. Alciat. in l. mouentium de verborum significat. Benedict. in capit. Raynuntius, verb. *Cætera bona*, num. 8. de testament. Alexandr. in l. si constanter. §. si bona. ff. soluto matrimonio, Paris. consil. 56. numer. 15. volum. 3. Ruyn. consil. 82. volum. 2. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 6. numer. 7. & 8. Couarrub. lib. 3. variar. capit. 7. numer. 5. Roland. à Valle consil. 54. & num. 6. & 28. volum. 2. Belon. consil. 23. num. 9. Menoch. consil. 29. num. 16. vol. 1. & ita fratres Minores Diui Francisci non poterunt habere similem censum perpetuum, vt quia inter immobilia bona connumerentur, vt resoluunt Rodoan. de rebus Ecclesiæ rubric. 16. numero 27. Foller in dicta praxi censuali glossa magna numer. 26. & Benedict. Bon. artic. 36. Ideò mirum non est, si super eo censu perpetuo consignatiuo alius nouiter consignari possit; & ita in specie, licèt obscurè, id probat Foller. in dicta praxi censuali, glossa magna numer. 50. & nouissime, licet summariè, Ignat. Lasarte de decima vendit. & permutat. capit. 10. numer. 42. vbi loquitur in iuribus regalibus, quæ Hispanorum sermone nuncupantur, *Iuros*.

6 Sextus, & vltimus casus figuratus, quando census consignatiuus, super quo alius consignatur, non est perpetuus, sed redimibilis, & in hac casus specie videbatur dicendum, quod super eo non possit alius census consignari, ex eo quod similes census non sunt mobilia, neque immobilia bona, sed quandam bonorum tertiam speciem constituunt, vt voluerunt Panormit.

in cap. nulli colum. 3. de rebus Eccles. quem Alexand. & alios refert Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 6. numer. 3. & alijs, & latiùs prosequitur Melchior Mieres in tractat. maioratus. 1. part. quæst. 40. ferè per totam; qui numer. 14. & 15. id verificat in censu redimibili, maximè quia considerando finem, ad quem res deuenire debet; vt semper est considerandus. l. si idem. §. fin. ff. de iurisdict. omn. iudic. l. si domum. ff. locati, & ferè in specie probat Molinæus in Consuetudinib. Parisiensib. titul. 1. §. 13. gloss. 5. quæst. 10. in fine, Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 6. numer. 7. & gloss. 7. numer. 44. census redimibiles non possunt nuncupari bona immobilia, vt quia redimi valeant quandocunque; & sic à communiter accidentibus breuiter sint perituri, & ad breue tempus constituti censeantur. Qua consideratione post Bald. & plures alios existimat Tiraquell. dict. gloss. 6. numer. 7. quòd redditus ad breue tempus constituti inter mobilia bona connumerantur, & statim gloss. 7. numer. 44. post Speculat. & alios, aliquid esse censendum mobile, vel immobile, secundum finem: ideò super eisdem censibus consignatiuis redimibilibus, tanquam super rebus perituris breuiter, videbatur dicendum, non posse alium consignari.

Quæ sententia fortificatur ex eo, quòd si census super alio consignatiuo redimibili cõstituatur, & ille, super quo fit consignatio, redemptus sit, periret census super eo constitutus, cùm deficiat fundamentum constitutionis, & secunda consignatio super veteri censu resoluetur, vt deducitur ex resolutione Bart. in l. si ex duabus. §. sed & Marcelus. ff. de indiem adiect. Curt. Sen. consil. 12. Lucius colum. penult. Fabian. in tractat. de emptio & vendit. quæst. 4. & 7. Philipp. Decius in l. si socius, colum. 2. ff. si cert. petat. & in consil. 38. *Valet statutum*, colum. 2. & in consi. 238. *Proponitur*, in 5. dubio Hieron. Cagnol. in l. 2. C. de pactis inter emptorem & venditorem, quæst. 5. Vnde ne sequatur absurdum, & ne emptor secundi census grauetur, si primus per redemptionem extinguatur, videtur dicẽdum quòd super censu non fiat alterius consignatio.

7 Sed nihil omnibus his obstantibus contrariam sententiam veriorem existimamus, ex eo quòd census redimibilis ad rationem quatuordecim pro vno constitutus secundum veriorem interpretum sententiam inter immobilia bona connumeratur, ex Clement. *Exiui.* §. cumque annui redditus, de verbor. significat. l. iubemus. 2. C. de sacrosanct. Eccles. aut de non alienand. §. 1. & referens alia iura resoluit Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 6. numer. 4. 5. & 6. Anton. Gabr. libr. 6. commun. opin. titul. de verborum signif. concl. 8. per totam, & ex nostratibus tradunt latè Roderic. Suarez in l. 2. tit. *De los emplaçamientos*, libr. 2. fori, Baeça de dote cap. 2. numer. 17. Auendañ. responso 23. numer. 3. ad med. Parlad. rerum quotid. cap. 3. numer. 52. Couarrub. libr. 3. variar. cap. 7. numer. 2. Molina lib. 2. de Hispanor. primogen. cap. 10. numer. 6. Mieres de maioratu. 1. part. quæst. 40. numer. 6. & latè prosequitur Roderic. lib. 1. de annuis redditib. quæst. 3. numer. 8. vsque ad. 11. Surdus decis. 204. per totam, latè Felician. lib. 1. cap. 7. numer. 34. & libr. 2. cap. 3. numer. 34. & 2. par. lib. 1. nume. 2. cum alijs, vbi refert alios. Ex quo super eisdem censibus redimibilibus alius potest consignari, maximè quia quamuis ij census consignatiui redimibiles non sint propriè bona immobilia soli, pro immobilibus tamen habentur, cùm solo cohæreant, & à rebus immobilibus fructiferis, & existentibus pendeant, & super eisdem consignati sint, atque ex ipsorum fructibus solui debeant, quasi fructus ipsi, vel ius percipiendi eos emptum fuisset, & hoc ad instar iurium in corporalium, quæ si de per se considerentur, non sunt immobilia soli, neque perpetua, & existentia, & habita consideratione bonorum, quibus adhærent, pro immobilibus habentur, vt sunt iura vectigalium, decimarum, & similia.

8 Et ità quamuis feudum regulariter non cõsistat, nisi super rebus immobilibus soli, consistit tamen super censu, vt voluerunt Bald. & Cardinal. in proœmio feudor. Martin. Laudens. in §. 1. colum. 2. versic. *Quæro an in iuribus*, qui feudum dare possunt, Francisc. Curt. in tractat. de feudis titul. de feudis. 1. par. quæst. 6. colum. 3. Alexand. in cap. sciendum, colum. 1. tit. de feudi cognit. & Petr. Foller. in tractat. de contractib. censual. super verb. Census. numer. 30. Qua ratione idem est securè dicendum in creatione census super alio censu, vt constitutio legitima sit; atque ita in praxi vidi receptum, & tradit late Felician. libr. 2. cap. 3. numer. 32. vsque ad 34. & 2. tom. libr. 1. cap. 7. num. 3.

9 Qua sententia retenta non obstant fundamenta in contrarium adducta; quia ad primum respondetur, quòd præterquàm quòd verior sententia est, censum redimibilẽ inter immobilia bona cõnumerari, eo quòd immobi-

libus

bilibus bonis cohæreat, (vt suprà diximus) in eo tamen censu redimibili non debemus cõsiderare finem redemptionis, vt inde temporalem, atque breuiter peritũrum eum iudicemus, sed potius habenda est consideratio ad incertitudinem redemptionis, & liberã redimendi facultatem omni iure venditoribus concessam. Quæ incertitudo redimendi efficit perpetuam census constitutionem, cum dubia, & incerta perpetua sint, ex l. sufficit, vbi Iass. notab. 2. ff. de condict. indeb. capit. si gratiosè de rescript. lib. 6. gloss. 1. in capit. fin. verb. *Perpetuas*, in fin. de rescript. lib. 6. gloss. 1. in cap. fin. paulò ante finem de solut. & in capit. fin. verb. Perpetuas in fine de rescript. libr. 6. & ita communiter omnes ex dictis iuribus deduxerunt quod dubia & incerta perpetua præsumuntur; & ita resoluunt Bart in l. de pupilo. §. si quis ipsi Prætori quæst. 3. de noui operis nuntiat. Iass. in l. 3. §. ex contrario. num. 15. de acquirend. possess. Federic. de Sen. cons. 32. *Quæstio talis est*, Alexand. consil. 216. Magister. colum. fin. libr. 7. Philipp. Decius. consil. 472. *Testator*, colum. 3. vers. *Et indulio*, & in specie census redimibilis, quòd dicatur perpetuus, eo quod perpetuo durare potest, dum non redimitur; pro hac nouissimè Lasarte de decima vendition. & permutat. cap. 10. num. 1. ad finem; satis enim est, quòd census habitu sit perpetuus, & quòd ex vi conuentionis redimendi in certum habeat statum, & finem, vt tanquam perpetuus inter immobilia connumeretur; quia magis principaliter consideratur præsens status rei, quàm futurus & incertus, & sic in censu perpetuitas ex libera facultate redimendi deducta potius quàm redemptio & finis cõtractus est consideranda, sicut ad cognitionẽ rei mobilis, vel immobilis statum præsentem, & non futurum considerauerunt Cynus, & alij, de quibus per Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 14. numer. 120. & Benedict. Bon. qui loquitur in censu in tract. de censib. art. 15. numer. 39. & ita officialis electus ad beneplacitum dicitur perpetuus. A. de pupilo. §. si quis prætori. ff. de noui operis nuntiat Alexand. in l. precibus. ff. si cert. petat. Iass. in l. Stichum, aut Pamphilum. §. stipulatio de verbor. Benedict. Bon. in dicto artic. 15. num. 39. Et inde mirum non est, si census super censu redimibili consignetur, vt non procedat, quãdo census perpetuus consignatur super alio redimibili, vel ad vitam constituto: quia eo casu crederem, constitutionem legitimam non esse, vt quia census, super quo fit constitutio non sit eiusdem naturæ, cuius est is, qui nouiter super eo cõsignatur, neq; habet eãdem existentiam & firmitatem, sed debilius subiectum, breuiusque sit periturus, nisi emptor sciens qualitatem census, super quod fit alterius consignatio, adhuc consenserit consignationi; quia eius expresso consensu accedente creatio substinebitur, & census nouiter constitutus durabit, donec vetus finatur, finitoque extinguetur obligatio soluendi eum, & secunda constitutio resoluetur ex doctrina Bart. in d. l. si ex duabus. §. sed & Marcelus ff. de in diem addict. quam sequuntur plures suprà relati.

Sin verò census, super quo alius consignatur, redimatur, an consignatio cesset, vel eà pecunia redemptionis in alium censum, qui loco antiqui subrogetur, conuertatur, dubitatum vidi, atque decisum, vel quòd censum constituens super alio, qui redimitur, eum redimat, vel in locum eius alia bona hypothecæ subijciat, nisi à principio aliter fit conuentum, non tamen debitor redempto censu, super quo alius constituitur, poterit compelli præcisse ad noui redemptionem, vt aduerrit Felician. 2. tomo de censibus. libr. 1. capit. 7. numer. 3.

## AN CENSVS POSsit creari ex officijs, vel super officijs, vel dignitatibus Reipublicæ. Caput LV.

### SVMMARIVM.

*Officia seu dignitates Reipublicæ an pretio existimari possint, & vendi à Rege vel Comitibus, seu dominis vassallorum Reipublicæ. num. 1. & per totum caput.*

*Officia Reipublicæ an imputentur in legitimã, & inter fratres conferantur seu diuidantur. num. 4. & an pro debitis vendi, seu distrahi possint. num. 5.*

*Officia publica Reipublicæ an possint dari in censum reseruationem. num. 6.*

*Census consignatiuus an possit creari super officijs, vel dignitatibus Reipublicæ, numer. 4. vsque ad finem, & intellectus ad leges Regias, quæ prohibent venditionem similium officiorum. num. 7. & sequentibus.*

## CAPVT LV.

MVLTOTIES contingit censum creari ex officijs, vel super officijs, aut dignitatibus Reipublicæ, seu earum emolumentis; vnde quo iure creatio iustificetur, videamus, & ad eius dubitationis veram cognitionem sequentes casus considerandi erunt.

1 Primus in officijs, seu dignitátibus, quæ vendi nequeunt, vt militia, Doctoratus, & aliæ similes personales, quæ nudæ, puræque sunt dignitates, quamuis aliquantulum fructiferæ sint; vt quia miles, Doctor, seu licentiatus aliquod emolumentum ex eisdem dignitatibus consequuntur: vnde in hac casus specie cùm similes dignitates personales personę cohæreant inseparabiliter, & cùm persona extinguantur, à solaque persona procedant, & in ea fundentur, & inde stabile subiectum non habeant, neque perpetuam existentiam, certum est, quòd ex eisdem census reseruatiuus non creatur, neque super eis consignatiuus sustineri potest: videmus enim, quòd prædictę dignitates inextimabiles sunt, atque pretio comparari nequeunt, sed quòd personis benemeritis sunt conferendę, authent. vt iudices sine quoquo suffragio. §. hæc autem Dominic. Soto libr. 3. de iust. & iure quęst. 6. articul. 4. Auend. responso. 9. numer. 1. Neque sunt in hominum commercio, vt resoluit Tiraquel. de nobilitate quęst. 27. numer. 2. ex l. Iulianus. ff. siquis omissa causa testamenti. l. si filia. §. Neratius, & §. idem scribit. ff. familiæ Erciscundæ. l. 1. §. an id quod decollatione bonorum. l. qui originem. §. fin. de munerib. & honorib. Ex quibus deducitur, ea ratione similes dignitates in legitimam non imputari, vt nos latè diximus in Compendio ad leges Taurinas in l. 46. gloss. 4. numer. 4. neque in hæredes, seu alios transferantur, cùm ex bonis animi nascantur. l. 1. §. neque autem. C. de caducis tollend. neque denique vllo pretio pecuniario comparari possunt, neque aliquot onera recipere valent. l. planè. 2. §. fin. cum l. sequenti delegat. 1. & aduertit Petr. Foller. in praxi censuali numer. 221. & 222. cùm ex præceptis iustitiæ distributiuæ officia, aut dignitates infructiferæ dignioribus sint conferendæ, ex Aristot. lib. 5. Ethycor. cap. 3. adeò. quòd in his dignitatibus distribuendis acceptatio personarum sit inimica iustitiæ distributiuæ, atque peccatum mortale, teste Diuo Thoma. 2. 2. quęst. 63. articul. 1. meritò absque turpitudinis labe similia officia publica dignitatem, iurisdictionem, administrationemque personalem habentia nullo modo vendi possent, neque consequenter in censum dari valerent, nec etiam super eis census consignari potest; quia quamuis secundum aliquorum opinionem, qui malè tenuerunt censum posse consignari super sola persona, super his dignitatibus personalibus consignationem sustineri dici posset, ea tamen sententia non solùm iniusta, verum etiam periculosa existimatur, tam ex natura ipsius contractus censualis, quàm ex receptis Pontificum, atque Scribentium sententijs, de quibus infrà latè dicendum erit: ergo ex omni parte constat, quòd ex his, vel super his dignitatibus infructiferis Reipublicæ, quę personis inseparabiliter cohærent, census non creatur. Non enim dico de officijs habentibus iurisdictionem; quia absit quòd vendantur, ex Cyno, & omnibus in l. vnica. C. ad l. Iuliam de ambitu, & in authent. vt iudices sine quoquo suffragio. §. consideraui mus; cùm enim iurisdictio sancta sit, vt aduertit Paris. de Puteo de Syndicatu titul. qualiter officialis d. posito officio se habeat, versic. *Primò quæro*, Auendañ. responso 9. numer. 1. meritò vendi non potest, ideo neque dignitates, seu officia in censum darentur, neque super eis census cõsignabitur.

2 Secundo modo verificatur hęc nostra dubitatio in dignitatibus non pure nudis, seu merè personalibus, sed potiùs de sui natura fructiferis, vt rectorię, tabellionatus, & similes, in quibus distinguendum est; quia aut legitimo pretio venduntur, & pro eo census ad rationem quatuordecim pro vno super eisdem officijs consignatur, aut dentur in censum reseruatiuum sub annua pensione vniformiter soluenda, aut census pecunia emptus super eisdem officijs nominatim constituitur. In primo casu resolutio pendet ab alterius ancipitis dubitationis resolutione, quam plures varijs in locis tradiderunt, an scilicet similia officia possint vendi à Rege, Duce, Comite, seu Marchione, vel depriuato in priuatum distractione transferri. Et quatenus attinet ad Regem verior sententia est, quòd tanquam dominus vniuersę iurisdictionis, omniumque iurisdictionum, ac officiorum emolumenti potest vendere similia officia. Quam resolutionem referens Nauarrum, & alios, post longam disputationem tenet Tellus Fernandez in l. 29. Tauri numer. 10. cum alijs, Menchaca contro-

controuers. illustr. capit. 43. per totum, Auend. respons. 9. per totum, & responso 38. Soto de iustitia & iure lib. 3. quæstion. 6. articul. 4. Matienço in l. 5. titul. 9. libr. 5. nouæ Recopilat. glos. 4. & ita constat respondisse Diuum Thomam diuisæ Brabantiæ interroganti, an licitum sibi fore vendere officia secularia, vt tradit Tellus in dicta l. 29. Tauri numer. 10. vbi post Alberic. Bald. & alios tenet quòd possint similia officia vendi, augeri, minui, & in totum consumi à Rege, est enim Rex fons iurisdictionis, & iustitiæ, à quo fluunt, & refluunt potestates, sicut flumina & fontes ad mare confugiunt, ex Bald. in capite ad hæc colum. 5. de pace iuramento firmanda, & deducitur ex capite 1. quæ sint regalia, & latè plura notabilia tradit Auend. de exequend. mandat. Reg. capite 1. per totum, faciuntque l. 2. titul. 1. part. 2. l. 12. titul. 3. eadem parte l. 2. titul. 4. part. 3. l. 3. titul. 19. part. 7. l. 7. titul. 18. part. 3. de quo etiam videndus est Aluaro Valasc. de iure emphyteosis. quæstion. 8. numer. 20. cum alijs, ex quibus iustificatur venditio similium officiorum à Rege facta. Et hæc est verissima resolutio, quamuis contrarium audaciter sentire videatur Menchaca libr. 1. controuers. illustr. capite 42. & 43. Foller. in dicta praxi censuali. nu. 221. & 222. ergo si similia officia à Regibus priuatis vendi possunt, vt in ipsorum priuatorum patrimonia conuertantur, certum est, quòd de priuato in priuatum venditione, seu alia distractione transferri poterunt, & ex pretio venditionis eorum census creari.

3 Inducibus tamen, Comitibus, Marchionibus, seu alijs dominis temporalibus omnimodam iurisdictionem habentibus vrgens dubitatio est, an possint vendere similia officia; & quamuis non posse tenuerunt Dominic. Soto de iustitia & iure libr. 3. quæstion. 6. articul. 4. Azebedo in Curia Pisana capit. fin. ex principio, & in l. 4. titul. 25. lib. 5 nouæ Recopilat. glos. 1. adhuc tamen eisdem licere similium officiorum venditionem, constat ex eo, quòd habent iura regalia omnimodam iurisdictionem, totiusque iurisdictionis emolumentum; & denique in iura regalia successerunt, ex consil. Pauli Castrens. 227. aliàs 34. super primo dubio colum. 1. & 2. lib. 2. quem sequuntur Alexandr. consil. 2. numer. 25. & 26. vol. 1. & consil. 29. 30. & 31. volum. 2. Marian. Socin. Iun. qui hanc dicit communem sententiam in consil. 98. num. 1. vol. 3. Roman. consil. 59. *Ad discitiendum*, Carol. Ruin. consil. 130. *De duolus*, num. 22. lib. 5. Syluan. consil. 63. cum Dominico Soto numer. 24. Gregor. Lup. in l. 5. verbr. *El Rey tan solamente*, titul. 1. part. 6. & vide Aluar. Valasc. de iur. emphyt. quæst. 8. numer. 20. & 23. Ioan. Matienço in l. 5. titul. 9. lib. 5. nouæ Recopil. glos. 4. Auenda. responso 9. Burgos de Paz consil. 15. num. 36. vbi probat, quòd domini vassallorum habent similia tabellionatus officia, & licèt prædictos non referat, idem tenet Felician. in tractatu de censib. lib. 2. cap. 31. nu. 26. vnde si Rex, Dux, Comes, Marchio, seu alij domini vassallorum, possunt vendere similia officia, manifestum est, quòd postquàm ea vendiderint, poterunt ab emptoribus ad libitum alienari, & quomodolibet de priuato in priuatum distrahi, atque consequenter in censum reseruatiuum dari; & ideò quòd prædicta officia de priuato in priuatum vendi valeant, resoluunt post plures Couarr. libr. 3. variar. cap. 19. Roland. à Valle consil. 11. num. 10. vol. 2. Auend. respons. 9. Anton. Gom. in l. 29. Tauri num. 21. Mieres de maiorat. 4. part. quæst. 4. num. 10. & 11. Ioan. Matienço in l. 3. tit. 8. lib. 5. nouæ Recopil. gloss. 3. numer. 13. & in l. 5. titul. 9. eodem lib. gloss. 4. & Dialago Relat. 4. part. cap. 11. & 12. Angulo de meliorat. in l. 9. tit. 5. lib. 5. glos. 5. n. 2. vbi dicit hanc communem, & receptissimam sententiã, atq; praxi receptam.

4 Ex quo in legitimam imputantur, & inter fratres diuiduntur, atque conferuntur, vt tradunt omnes per text. ibi in l. omni modo. §. imputari. C. de inofficioso testament. in l. 1. §. neque castrense. ff. de collat. bonor. in l. in quantam ad l. falcid. & aduertunt Anton. Gomez. in l. 29. Tauri. numer. 21. Cordoba in summa. quæstion. 134. Ioan. Gars. de fructibus & expens. capit. 4. numer. 14. 15. & 16. Couarrub. Auend. Roland. Azeued. Pelaez, & Matienço suprà.

5 Imò & prodebitis vendi, atque distrahi possunt, sicut cætera bona immobilia, mobilia, & semouentia, vt post Rupelanus aduertit Felician. supra dicto libr. 2. capit. 3. numer. 30. ergo si prædicta officia inter cætera bona; quæ in hominum sunt commercio, connumerantur, mirum non est, si vendi possint, & ex pretio venditionis census creari valeat.

Tertius quidem casus est, quando similia officia dantur in censum reseruatiuũ, quo casu cum is cõtractus censualis saltẽ in reseruatione pẽsionis æquiparetur locationi, videtur dicẽdũ, nõ rectè dari posse, ne cõmittatur in legẽ prohibentẽ locationẽ similiũ officiorũ, vt quidã solẽnis aduocatus Pinciana Chãcellariæ

Regiæ existimauit, atque fortiter (nescio quo fundamento ductus) defendit; contra cuius opinionem iudicatum fuit, ea potissimum ratione, quia cùm in censu reseruatiuo nulla formetur locatio, quæ præsupponit manere dominium penes dantem, sed potius vel contractus similis emptioni & venditioni sit saltem in translatione vtriusque dominij in censuarium, vel veriùs, ac propriùs pactum nudum rei traditione vestitum, vt diximus in cap. de natura census reseruatiui, non est, cur eum contractum à legibus, quæ locationem officiorum prohibent, vetitum esse iudicemus. Sed is contractus dationis officij in censum legitimus erit, ac si verè officium venderetur, & pro pretio venditionis census constitutus esset, dummodò iustitia pensionis interueniat, ita quòd fructus & commoditas ex officio prouenientes ad vtrumque sufficiant, pensionem scilicet & mercedem censuarij, quam alias pro seruitia consequi mereretur; nihil enim distat casus iste à priore, cum officium, renuntiatione mediante, & Regis beneplacito, ac consensu accedente in censuarium transferatur, & inter partes conueniri possit in pretio, reseruante pensionem venditore, & annuam emptore promittente, ac si verè venditum esset officium, & pro pretio census constitutus, & in his duobus casibus creationis census, iustam esse creationem putamus.

6 In quarto tamen casu nostræ dubitationis, scilicet quando census pecunia emptus super officijs possit consignari, maior difficultas versatur, in qua videtur dicendum, non sustineri eam creationem ex eo, quòd similia officia inter immobilia bona connumerantur; neque immobilibus cohærent, vt in eis possint verificari verba Extrauagantium, & Proprij motus, quę præcisse requirunt ad census creationem bona immobilia soli, vel solo cohærentia, aut à solo pendentia, & quæ pro immobilibus habeantur de sui natura fructifera. Quæ requisita deficiunt in similibus officijs; quia neque immobilia sunt, neque immobilibus cohærent, aut pro immobilibus habentur, sed ex omni parte sunt immobilia, & inuisibilia, atque manibus comprehendi nequeunt, sicut actiones titulatæ ad emolumenta, vel ad rem mobilem competentes, quæ mobiles sunt ex gloss. in l. 1. C. si aduersus transactionem, & ex his, quæ latissimè tradit Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. in principio; ideò super eis census consignatio non consistit. Fortificatur hæc opinio ex eo, quòd (vt notissimum est iuris principium) bona, super quibus census constituitur, non solùm debent esse immobilia soli, vel quæ pro immobilibus habeantur, atque de sui natura fructifera, sed existentia, & stabilia, vt suprà diximus. At officium stabile non est, sed forsam breuiter periturum, vt quia mortuo domino absque legitima renuntiatione perditur, & ad Regem deuoluitur, ideò consignatio super eo non consistit, maximè ex verbis Proprij motus, ibi: *Et quæ certis finibus designata sunt*, vbi bona, super quibus census constituitur, debent certis finibus designari, & inde officia comprehendi nequeant, quę nullo omnino loco continentur, neque sedem habent ad similitudinem nominum debitorum, vt latè explicat Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. fere per totam, maximè numer. 29. Suadetur etiam hæc sententia ex eo, quia licèt similia officia ex consuetudine à Rege vendantur, & mediante licentia Regia depriuato in priuato renuntientur, nullius tamen momenti est ea renuntiatio, seu venditio, donec Regia confirmatione perficiatur, ex doctrina Iserniæ, Baldi, & aliorum, quos referens sequitur Tellus in dicta l. 29. numer. 12. versic. *Secundo verò casu*, per totum: ergo neque census constitutio, quæ translationem iuris operatur, sustinetur. Quibus considerationibus eam sententiam vidi defensam in Regia Pinciana Chancellaria.

7 Sed adhuc nihil obstantibus, contrarium verius existimamus, & super officiorum emolumentis censum legitimè constitui posse censemus, ex eo quòd similia officia in commercio hominum sunt vendibilia, & alienabilia, atque de sui natura fructifera, & verisimiliter existentia; producunt enim redditus, & emolumenta, quæ quotidie pro labore exercentibus dantur; ideó super eo emolumento census consignari potest, vt resoluit Foller. in praxi censuali gloss. magna. numer. 46. & 47. vbi tenet, quòd super omni emolumento census consignatio sustinetur, & magis in specie quòd super officijs vendibilibus, ex quorum exercitio redditus prouenient, census possit consignari, probat ipse Foller. in d. gloss. magna. num. 42. & 43. Benedict. Bon. in tract. de censib. num. 85. & idem non obscurè sentit Valasc. de iure emphyt. quæst. 12. numer. 6. versic. *Quid item*, dum resoluit, quòd super pensionibus tabellionatus emphyteosis non consistit, ex eo quòd bona soli præcisse requirit. Ex quo manifestè præsupponit contrarium esse in censu, cùm non solùm super immobilibus soli consistat, sed etiam super his, quæ pro immobilibus habentur, & denique super omnibus emolu-

emolumẽtis. Quod similiter suadetur ex his, quæ diximus in capite præcedenti, vbi probauimus, quod super emolumento iurisdictionis, & alijs similibus, census consistit.

8 Et ad fundamenta contraria de prohibitione venditionis, seu alienationis similium officiorum facilè respondetur, quòd præter quã quòd, vt dictum est, accedente licentia Regia similia officia vẽdi possunt. Hîc nõ agimus de vẽditione eorũ officiorũ, sed de consignatione cẽsus super ipsis facienda, ex qua neq; dõminium eorum officiorum in emptorẽ cẽsus transfertur, neque vlla venditio, seu alienatio ipsorum contrahitur, sed tantum verum ius percipiendi pensionem super emolumentis consignãtur, & consignatiuũ venditur. Quod legitimè fieri pote̅st, quamuis emolumenta in potentia sint, non in actu, cùm prouentus futuri verisimiles vendi valeant, & consequenter, imò à fortiori, ius percipiendi censum ex ipsis vendibile sit, & inde cẽsus creatio super eisdem iustificatur. Neque obstabunt leges prohibentes venditionem similium officiorum, quia loquuntur, & intelligi debent in officijs de sui natura infructiferis, vt constat ex eadem lege ibi. *Que ningun oficio de alcaldia ni regimiento, ni ventiquatria, ni fiel executoria, ni juraduria*; quorum officiorum prouentus, vel nulli sunt, vel à communiter accidentibus ita tenus, quòd similia officia potiùs medæ dignitates, quàm fructiferæ nuncupentur; & ideò super ea non cadit census consignatio, vel propriùs ad eam legem Regni respondetur, quòd tantùm prohibet venditionem similium officiorum, dum dicunt: *No se puede vender, ni trocar, ni dar en pago*, ideo ad consignationem census super eisdem officijs factam extendi non debent: quia ex consignatione non formatur emptio, neque alienatio, sed sola pignoratio rei ad securitatem pensionis; & inde dominium officiorum in dominio pignorantis, censuarij nempe manet, cùm iure tamen pignoris, vt latè diximus in capit. an emptio & venditio formetur in census creatione.

9 Minus etiam obstat, quòd similia officia non videntur habere stabile subiectum, atq; perpetuam existentiam, sed potiùs breuiter sunt peritura, vt quia mortuo censuario, qui super eisdem censum constituit absque legima renuntiatione officiorum perdi, & finiri solet, & ad Regem ipsum deuolui; quia facilè respondetur, quòd stabilitas, & existentia rei censualis non ideo deficit, quòd res ipsa casu & fortuna perire possit, cùm etiam bona immobilia fructifera incendio, ruinæ, siue alijs periculis sint obnoxia, & nihilominus super eisdem census consistit. Sed adhuc stabili[a] bona dicentur, quæ periculis subiacent, dum modò pericula fortunæ sint, incertitudinemque contineant; quia dubia & in certa dicuntur perpetua, & stabilia, vt in capite præcedẽti latè probauimus, vbi in columbario, molendinis, & alijs similibus rebus idem verificauimus, dicentes, quòd licèt aliquãtulum dubia & incerta sint, datur in eis stabilitas, & existẽtia, vt quia ex hominum industria à communiter accidentibus perpetua efficiuntur, & inde pro immobilibus habentur, atque super eis ex eo census consignatur. Similiter etiam Regia licentia, & assensus ad venditionem, seu alienationem similium officiorum verisimilis est, vt quia quotidie concedatur, vnde pro certa est habenda, ex rationibus supradictis.

10 Quæ quidem omnia intelligenda sunt, nisi officium, super cuius fructibus, ac emolumẽtis census constituitur, aliquo fortuito casu infructiferum existat, quia censuarius ex defectu fructuum liberabitur à pensione pro rata temporis, vt eleganter comprobat Ant. Gama decis. 42. per totam, vbi magna additio & ibi Anton. Gama, in fine declaret faciendã esse compensationem cum vbertate cæterorũ annorum. Quid tamen erit dicendum in census consignatione super alijs rebus, quæ neque sunt immobilia soli, neque simpliciter immobilia, sed tantum pro immobilibus habentur, videndum erit in capitibus sequentibus.

## DE CENSV CREANdo ex bonis, vel super bonis, quæ licet non sint immobilia soli, neq; simpliciter immobilia, pro immobilibus tamen habentur. Caput LVI.

### SVMMARIVM.

*Fructus pendentes an computentur inter immobilia, vel mobilia bona, ex eo, quòd immobilibus cohærent, vel pro rebus mobilibus habeantur. nu. 2. 3. & 4. & an sint pars fundi, & super eis possit census consignari. n. 4.*

*Arbores an, & quando habeantur inter immobilia, & super eis, vel fructibus earum census possit consistere. n. 5.*

*Insulæ maris an possint inter immobilia bona cõnumerari, vt super eis census consistat. num. 6. & 7. & quid in nauibus. n. 8. vsque ad numer.*

¶ 2. vbi elegantèr disputatur an & quando naues inter immobilia bona connumerentur.

Actiones ad res immobiles competentes an, & quando competentur inter immobilia bona. ita vt super eis census possit consistere. numer. 14. vsque ad 19.

Actiones, seu facultates ad emendum bona immobilia, quæ præcessè emenda sunt. & pecunia ad eorum emptionem destinata atque parata, an computentur inter immobilia bona, latè prosequitur, atque resoluitur. num. 20. & 21. vbi n. 22. terminatur, quid erit in pecunia redacta ex venditione rerum immobilium.

Pisces, qui sunt in piscina, seu lacu, quasi naturaliter vt multiplicẽtur & crescant, in, & quãdo habeantur pro immobilibus, vt super eis cẽsus consistat. n. 23. vbi n. 24. quid dicendum in bonis mobilibus pretiosis.

Instrumenta bellica, veluti balistæ, bombardæ, aut similia. quando inter immobilia bona connumerentur, & ad quos effectus numer. 25. vbi num. 26. quid in columnis domibus affixis, & nu. 27. quid in domo exemptibile, quæ solo affixa est, & num. 28. quid in ædificio, cuius parietes sunt absque cemento, & num. 29. quid in bonis mobilibus, vel semouentibus, quæ alicui fundo deseruiunt, veluti seruia scriptis, boues & alia similia bona semouentia.

## CAPVT LVI.

IN capitibus præcedentibus egimus de censu creando ex bonis vel super bonis immobilibus soli, vel simpliciter immobilibus, fructiferis, & perpetuam existẽtiam habentibus; sed quia plurima sunt bona, quæ licet non sint immobilia soli, neque simpliciter immobilia, pro immobilibus tamen habentur, videamus, an super eis census consistat; & in ea dubitatione ita distinguendum existimaui; quia si prædicta bona, quæ ficto modo sunt immobilia, & aliquando pro immobilibus habentur, infructifera sint, & non existentia, super eis census non consisteret, vt quia non tam consideretur, quòd loco immobilium habeantur, quàm quòd fructus, ex quibus pensio præstetur, producant; nõ enim substantia creationis census pendet ita à qualitate bonorum, sicut ab stabilitate, super existentia, atque stabilitate fructuum: ergo licet pro immobilibus habeantur, si tamẽ stabilia, & fructifera non sint, super eis cẽsus consistere non possit, qui præsupponit perpetuitatẽ, existentiã, & vbertatem, vtvtrumque constat ex his, quæ latè diximus in capitibus præcedẽtibus. Ex quã verissimã resolutione sequẽtia notabilia vtiliter inferuntur.

Primò ad fructus pendentes an super eis census consistat, & videtur dicendum, quòd sic, quia cùm fructus pendentes pro immobilibus habeantur, vt latissimè resoluit Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. numer. 37. cum alijs, vbi num. 38. post Angelum & alios resoluit, quòd si fructus pendentes censentur pars fundi, & n. 40. aduertit, quòd quemadmodũ fundus ipse est res immobilis sita & fructus pẽdẽtes eius, cuius pars sunt, immobiles erũt; & denique per totam illam glossam plurima notatu digna refert. Quo fundamento reperio, quòd Felician. lib. 2. de censibus. cap. 3. num. 39. referens Tiraquel. Couar. & Menoch. firmiter credens, quòd fructus pendentes inter immobilia bona computantur, præsupponit super eis censum consistere posse.

2 Quod quidem certum non est, imò ab omni veritate alienum, atque ex sequentibus conuincitur. Primò ex eo, quòd licet fructus pendentes quándiu pendent, atque solo, vel arboribus cohærent, quodam ficto modo ex cohærentia rei pro immobilibus habeantur; cùm tamen solo nõ cohæreant, vel arboribus stabiliter, sicut alia iura incorporalia, quæ à solo diuidi, vel separari nequeũt, sed per se diuisim considerantur, atq; breuiter à solo separandi sunt, sine fundoque venduntur; & ideo censeri debent tãquàm si iam essent collecti, propriús mobilium bonorum, quam immobilium appellatione continentur, argum. l. cætera. §. sed si separauit. ff. delegat. 1. l. penultim. vbi Bart. de militari testam. & constat ex Paulo Castrense consil. 132. colum. 2. verſic. *Breuiter esse puto*, lib. 1. quem sequitur Decius consil. 472. *Testator legauit*, colum. 1. Iaſſ. & alij, quos referens sequitur Tiraquell. dicto. §. 1. gloss. 7. num. 43. & 44. Qui omnes resoluunt, quòd verè & propriè loquẽdo, fructus pendẽtes cùm statim sint colligendi, appellatione mobiliũ bonorũ cõtinentur: ergo impossibile est, quòd super eis cẽsus consistat; si enim deficit existẽtia, si de sui natura fructus ipsi fructiferi non sunt, si verè & propriè pro rebus mobilibus habentur, vt certum est, qua ratione dicendum sit, quòd super eis census consistat, ignoro; non enim, vt sæpiùs dictum est, sufficit, quòd bona, super quibus census creatur, pro immobilibus habeantur, nisi qualitatem illam existentiæ habeant, atque de sui natura fructifera sint, ideò fructus pendentes ad eius creationem non sufficiunt.

3 Quòd quidem limitarem, quãdo consignatio super fundo, atque simul fructibus pendẽtibus fit; quia rectè facta censeretur, tam ex eo,

eo, quòd fructus pendentes, quàdiu pendent pro immobilibus habentur, & pars sunt fundi, quàm ex eo quòd cum fundo tempore consignationis naturaliter cohæreant, & fundus censui subijciatur fructus etiam pendentes subiecti erunt; & ita ex fundi cohærentia consignatio super eis & fundo simul sustineretur, sicut videmus in fœudo; quia licet non consistat nisi in rebus immobilibus, vel quæ pro immobilibus habentur. cap. 1. §. sciendum de fœudi cognitione, ibi tamen aduertunt Iacob. de Velouiso, Bald. Martin. Laudens. quos referens sequitur Tiraquel. in dicto §. 1. num. 84. quòd valet concessio, quando dantur bona immobilia, & mobilia simul, vt ex cohærentia rei immobilis mobilis concessio sustineatur; & ita intelligitur glos. verb. *Cohærentibus*, in dicto cap. 1. §. fin. de fœudi cognitione, dũ dicit, *Vt puta in fructibus, qui pendent in fundo*; vt concesso fundo in fœudum fructus etiam pendentes concessi censeantur, cùm pars fundi sint, non tamen quòd ipsi fructus separati à fundo de per se in fœudum dari possint, sicut videmus in homine ascriptitio, in boue, in asino, & alijs similibus rebus fundo gratia illius instrumenti adiectis; quæ quidé omnia dum fundo cohærent, pars dicuntur fundi, & pro immobilibus habentur, ideò simul cùm fundo in emphyteosim, vel fœudum, rectè dantur; non tamen distincta, & separata de per se dari possent, quia essent verè mobilia, vt aduertit post alios Tiraquel. dicto §. 1. glos. 7 num. 119. Valasc. post Plat. & Gregor. de iure emphyt. quæst. 12. num. 5. in fine: ergo certũ est, quòd super his fructibus pẽdentibus sine fundo & solo consignatio census non consistit, licèt consistat super fundo & fructibus
4 pendentibus simul. Ex quo intelligitur Felic. in dicto cap. 3. num. 39. quatenus probat, super fructibus pendentibus censum posse consistere, vt sit intelligendus quando consignatio fit super fundo, & simul super fructibus pendentibus, non verò si super fructibus tantum fiat.

5 Secundo infertur ad arbores solo cohærẽtes, quæ cùm de sui natura fructiferæ sint, & pro tẽpore, quo durant, habeant stabile subiectũ, pro reb⁹ immobilibus haberẽtur, vt super eis, v. usufructu, nempe earum, census consistat: vt quia si veteres resecatæ sint, ex eis aliæ pullulent, atque nascantur, duretque radix productiua in plãtis, ex l. damni. §. si quis vicinas. ff. de damno infecto, vt in fortiori casu emphiteosis resoluit Valasc. post Bald. & Gregor. de iur. emphyt. quæst. 12. num. 4. & magis in specie aduertit Felic. dicto lib. 2. cap. 3. num. 38. qui dum æquiparat consignationem cẽsus super arboribus, vel fructibus pendentibus, intelligendum est, quando super fundo, & simul super arboribus, aut fructibus pendentibus eiusdem fundi fit consignatio.

6 Tertiò præcedentibus accedat ea discepta tio, quam semel vidi de facto controuersam, an scilicet census super insulis, vel nauibus cõ fistat; & quantum ad insulas maris, quæ verè sunt bona soli, atque de sui natura fructiferæ, & in dominio priuatorum existunt, certum erit, quòd in eis, vel super eis census consignatio tenet, ac si super rebus vere immobilibus soli constitueretur, ex his, quæ diximus in capitibus præcedentibus, & in effectu probat Bald. in procœmio fœudor. colum. 6. vers. *Sed quæro quomodò*, dicens, quòd insulæ existentes, & stabiles, ex quibus annuatim fructus proueniunt, vt quia de sui natura fructiferę sunt, immobiles esse censeantur; quem referens sequitur Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 117. ad finem, & idem in specie resoluit Benedict. Bon. in tract. de censib. numer. 40. ad med. dicens, censum legitime super insulis, aut littoribus maris posse consignari; quòd intelligendũ est, vt suprà diximus si existentes, atque fructiferæ sint.

7 Sin verò non existant in vno loco, sed huc & illuc, vt aura & venti impellunt, tanquam naues meant, ac remaneat, quarum meminit Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 119. super eis non posset census consignari, quia inter immobilia bona non connumerantur, vt ipse Tiraquel. post alios aduertit, restringens eam resolutionem, quando prædictæ insulæ, licèt non habeant perpetuam existentiam; & stabilitatem, à communiter tamẽ accidentibus perpetuæ sunt, & stabiles, licèt possint breuiter ruina, aut naufragio perire, vt deducitur ex Angelo, & Alexandro, quos ipse refert: quod quidem in Indiarum prouincijs contingere audiui.

8 In nauibus enim an census consistat, videamus; & videtur dicendum consistere posse, ex eo quòd naues domibus æquiparantur, ex l. penult. §. fin. ff. de his, qui deiecerunt, vel effuderunt, iuncta l. 1. eiusdem tituli. l. naue. ff. de euictionibus. l. in eadem. §. fin. ff. ad l. Iuliam de vi publica. l. si vniuersa in princip. ff. de acquirẽd. possess. l. rerum mixtura in princ. ff. de vsucapionib. l. si nauis. ff. de reivendicat. cum vulgatis, & inde inter bona immobilia connumerari dixit Bart. in l. si ita stipulatus esset. abs te colum. 2. ff. de verbor. obligat. & nauem prædio comparari dixit Bald. in l. certi col. 2. C. locati, quem sequitur Cepola de seruitutib. vrban. prædior. rubr. 11. vers. *Quid de naui?* Decius in l. nemo ne domo. ff. de regula

iuris

iuris & inde dixit Nicol. Boer. decis. 177. numer. 7. & 8. ex venditione nauis deberi decimam, seu laudemium, tanquam ex venditione rei immobilis, referens in senatu Burdegalen si Arresto quoddam ita fuisse determinatum. Quibus, & alijs fundamentis hanc sententiam existimat veram Felician. lib. 2. de censib. c. 3. num. 40. prope finem, credens, quòd cùm super sola persona censuarij census consistat, à fortiori consistere potest super naui.

9 Sed prædictis nihil obstantibus, contraria sententia verior omnino est, ex eo, quòd secundum veriorem sententiam (quamuis aliquibus, & malè visum fuerit, naues inter immobilia bona connumerari, longè verius est, mobilibus esse æquiparadas, vt latè resoluit Andr. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 87. cum alijs; Ioseph. Ludouic. in communib. opinion. titul. de verbor. signific. concl. vnica, quæ habetur in 3. tom. commun. opinion. fol. mihi 539. Iacob. Menoch. de recuperand. possess. remedio. 1. n. 42. sunt enim bona mobilia, quæ apta sunt moueri, ex elegãti resolutione Oldraldi consil. 219. & 472. num. 4. vnde naues, quæ mobiles sunt inter bona mobilia cõputari debent, & consequenter super eis neq; census consignatur, neque ex ipsis reseruari potest.

10 Ex quo videmus, quòd super eisdem nauibus nulla seruitus consistit, ex doctrina Angeli in l. foramen in fine. ff. de seruitutib. vrban. prædior. Cepola de seruit. rustic. præd. titul. de naue in princ. Tiraquel. de retract. lignag. dicto §. 1. glos. 7. n. 91. vbi ex n. 90. aduertit in naui vendita non habere locum ius retractus, & inde in emphyteosim dari non posse, post Paris. de Put. aduertit Valasc. de iur. emphyt. q. 12. num 9.

11 Accedat, quòd potiùs est credendum, nauim esse breuiter perituram ex fortuna & periculo maris, quam duraturam, & existentem, ex text. notando in l. senatus 35. §. mortis causa. ff. de donat. caus. mort. Rursus nauis certis limitibus, atque locis non circunscribitur, demum de sui natura fructifera non est. Quæ quidem omnia ad essentiam & substantiam creationis census esse necessaria sæpiùs diximus, ideò nauis neque datur in censum, neque super ea census consignatur.

12 Qua sententia retẽta non obstant fundamẽta in contrarium adducta; quia, vt suprà diximus, longè verius est, nauim esse mobilẽ rem & eleganter comprobat Tiraquel. in d. glos. 7. num. 91. vbi respondet ad iura in contrariũ adducta, & maximè ad text. in l. penulti n. §. fin. ff. de his, qui deiecerunt; & denique refert decisiones expressas pro hac sententia. Quòd in effectu post Tiraquel. tenet Valasc. de iur. emphyt. quæst. 12. num. 9. & quamuis Felician. in dicto lib. 2. de censib. cap. 3. num. 40. ad finem, contrariam partem ex aliquibus fundauerit denique ipse ex princip. dicto numer. 40. plurima pro hac sententia refert, quibus neque respondet, neque responderi poterat, & demum in fine dicti num. 40. fatetur nõ ideo census super naui cõsistere posse, quòd pro re immobile habetur, (quia rebus mobilibus nauim aggregari verius existimat,) sed ex natura rei, atque contractus censualis, vt quia existimet consistere census super sola persona, & consequenter super naui. In quo certè lapsus fuit, & contra totius iuris præcepta loquitur, atque principijs creationis census aduersatur, cùm deficiat eius præsuppositum, scilicet posse consistere cẽsum super sola persona; quòd omnino falsum est, vt latè diximus in capitibus præcedentibus, & dicẽdum erit in sequenti; deficiente igitur præsuppositio Feliciani, deficit eius resolutio.

13 Rursus non obstaret, si nauim haberi pro re immobili certius esset, quod negandũ est; quia non bene sequitur; Res immobilis est, ergo census super ea consistit, cùm recepta sententia sit, nõ sufficere esse simpliciter rem immobilem, nisi simul sit existens, certis finibus designata, duratura, & fortunæ, atque periculo verisimili subiecta, & inde breuiter peritura, de suique natura fructifera, vt probant Extrauagãtes, atque Proprius motus, & receptæ scribentium sententiæ. Quę quidem omnia in naui deficiunt, vt ad sensum patet, & consequenter super ea census non consistit.

14 Præcedentibus accedat eà vtilis dubitatio, ân super actionibus etiã ad res immobiles cõpetentibus census consistat, & consistere videatur, ex eo, quòd cùm census super re, quę pro immobilibus habetur, creari possit, tam ex Extrauagantibus, quàm proprio motu, atque iuris principijs, super actionibus ad rem immobilem competentibus consistere posse videbatur, ex eo quod prædictæ actiones competentes ad rem immobilem ex cohærentia rei pro rebus immobilibus habentur, vt latissimè resoluit Tiraquell. de retractu lignag. §. 1. glos. 7. ex princip. Pinel. latè de bonis maternis. 1. part. rubr. nu. 24. cum alijs.

15 Sed adhuc contraria sententia verior est, quia vt sæpiùs diximus, ad census creationem non solùm requiritur, q̃ bona pro immobilibus habeantur, vt quia solo cohæreant, sed certis finibus designari debent, ita quòd stabilia sint, & de sui natura fructifera, quod in actio-

actionibus etiam ad rem immobilem competentibus non cõcurrit, quæ nec sunt stabiles, neque certis finibus designantur, imò nullo in loco sunt, neque de sui natura fructiferæ, sed potiùs debiles, perituræ, & existentes, ideò diuersis modis actiones etiam ad res immobiles competentes ab Scribentibus iudicantur; quia aliqui indiscriminatim tenent, quòd inter immobilia connumerantur, vt latè resoluit Tiraquel. dicto. §. 1. gloss. 7. numer. 6. alij è conuerso mobilium loco haberi credunt, quos refert Tiraquell. suprà numer. 7. alij nec mobiles, aut immobiles esse, sed tertiam quandam speciem bonorum continere tradunt, vt ibi latè Tiraquel. num. 9. vnde si hæc differentia inter actionem peculiarem & naturam versatur, dici non potest, quòd inter immobilia bona connumerentur.

16 Rursus si prædictæ actiones competentes ad res immobiles haberentur, esset maximè, quando ageretur de distrahendis actionibus minorum, vel Ecclesiarũ ad ipsorum res immobiles competentibus, ne aliter distrahi possint, quàm adhibitis iuris solennitatibus in alienationibus rerum immobilium, minorum, seu Ecclesiarum necessarijs, ex text. cum gloss. in l. si ad resoluendam. C. de prædijs minorum, Cagnol. in l. qui actionem. num. 3. de regul. iur. & Pinel. in l. 1. C. de bonis maternis 3. part. num. 34. vel ad excũsandam satisdationem, vel aliquid aliud simile: vnde non rectè generaliter actiones competentes ad bona immobilia, pro immobilibus haberentur quoad alios effectus diuersæ naturæ, vt elegantèr adnotat Aluar. Vaez Lusitan. C. de iur. emphyt. quæst. 12 num. 10. versic. *Quo circa necessario*, vbi ex principio dicti num. 10. explicat quando actiones inter immobilia bona computentur, & denique resoluit non generaliter computari, sed quo ad suprà dictos tãtum effectus: ergo nullo casu dici potest, quòd ex eo, quia actiones competant ad res immobiles, super eis census consistat.

17 Demum negari non potest, nisi quòd in casibus, in quibus actiones æquiparantur rebus immobilibus, perfectionem sit, cùm verè & naturaliter nullus sanæ mentis dicere possit, quòd sint bona vere immobilia. Ita deducitur ex l. qui actionem, verb. *Videtur*, de regul. iur. iuncta doctrina Barth. in l. Iis, qui pro empto re. nume. 5. ff. de vsucapionib. sed certum est, quòd census creatio requirit bona immobilia, vel ita immobilibus cohærentia, quòd pro immobilibus habeantur, vt sæpiùs dictũ est: ergo actiones etiam ad res immobiles competentes, quæ neque immobiles sunt, nec immobilibus cohærent, non comprehendit.

18 Quod quidem restringerem, quando actiones competunt ad rem perpetuam, & quæ tractum successiuum habet, veluti ad exigendum quid annuatim debitum, quia cùm actio illa perpetua sit & ad rem competat duraturam, & existentem, in effectu & substãtia pro re immobile haberetur, & consequenter super eis annua commoditate census rectè consisteret, vt quando actio competit ad quid annuatim percipiendum ex domo fundo, terra, prato, monte, quæ vera sunt immobilia, & de sui natura fructifera ex iure, piscandi, pascendi, decimandi, percipiendi vectigalia, aut ex fructibus iurisdictionis: quia cum prædicta actio perpetua sit, habens tractum successiuum, & ad quid percipiendũ ex re perpetua, & successiua competat, pro re immobili haberetur, & super ea census consisteret, vt deducitur ex Tiraquel. post Alberic. in dicta. gloss. 7. num. 8.

19 Ex quo infertur, quod si actio illa habens tractum successiuum & competens ad quid annuatim percipiendum non cõpetat in rem, sed in personam, vt quia quid annuatim à persona persona habeatur, non poterit super eo iure personali percipiendi pensionem census consistere; quia cùm eo casu super ipsa persona in effectu & substantia constitutus censeatur, & persona non sufficiat ad census fundamentum, imò census forsam super persona constitutus cum persona finiatur, super actione personali competenti ad quid annuatim exigendum à persona census non consisteret, nisi forsan census non cõstituatur simpliciter redimilis ad rationẽ quatuordecim pro vno, sed ad vitam tantùm illius, qui pensionem annuam exoluit, quo casu tanquam census ad vitam rectè sustineretur.

20 Infertur etiam ad census constitutionem super actione, quæ competeret ad rem immobilem statim vendicandam, aut recuperandã, & quæ præcisè vendicanda, & recuperanda est; quia eo casu non videretur propriè census creari super actione, sed potius super re ipsa immobili, quę recuperãda, & vendicanda est, & nominatim in emphyteosi aduertit Valasc. de iure emphyt. quæst. 12. numer. 10. prope finem.

21 Quòd notatu dignum erit ad decisionem eius dubitationis, scilicet super actionibus, & facultatibus emendi bona immobilia, census creari possit, vel super ipsa pecunia destinata ad emptionem rerum immobilium, non habeatur pro re immobili quoad hunc effectũ, vt ex ea census reseruetur, vel super ea cõsignetur, cùm res soli non sit, neque solo cohærens, nec de sui natura fructifera, neque

exilliens;

existens, & perpetua, nec stabile subiectum habeat; tamen cùm ex aliquibus Scribentibus constet, eam pecuniam ad emptionem prædiorum destinatam, seu actionem emendi prędia immobilibus æquiparari, vt respectu diuersi effectus resoluit Tiraquel. in dicta glos. 7. num. 102. vsque ad num. 110. Tiber. Decian. responso 59. num. 13. lib. 1. Pinel. in l. 1. C. de bonis maternis. 2. part. Roland. à Valle in tractatu de lucro dotis quæst. 91. Bornin. Caualcan. decis. 3. numer. 13. Ioseph. Ludouic. in communibus opinionibus conclusion. vnica de verbor. significat. ampliat. 3. cum alijs, necessario eorum sententiam intelligere debemus, vt quamuis pecunia ipse distincta ad emptionem rerum immobilium immobilis non sit, nec pro verè immobilibus habeatur; destinatio verò, atque facultas emendi quasi certa, & proxima efficiat, vt quasi pro re immobili pecunia illa habeatur, non solum quo ad effectus ab Scribentibus suprà relatos, sed quoad hunc maximè, vt licèt non super sola pecunia, super ea tamen facultate & destinatione præcisa emendi bona mobilia census consistat, ac si non super actione emendi, sed super re ipsa immobili proximè emenda constitueretur, vt rectè in emphyteosi aduertit Valasc. in dicto num. 10. ad finem, ex cuius doctrina rectè intelligitur sententia suprà relata dicentium, quòd pecunia destinata ad emptionem rerum immobilium habeatur pro re immobili, vt ideo procedat; quia tunc nō consideratur pecunia ipsa, sed actio, destinatio, & facultas proxima emendi.

22 Intelligitur etiam alia Scribentium sententia dicentium, quòd pecunia redacta ex venditione rerum immobilium habeatur pro re immobili, vt refert Tiraquel. in dicta glos. 7. num. 111. maximè si ea pecunia sit in vancis posita, vt ibi aduertit num. 112. quia ea sententia neque regulariter vera est, neque ad nostrū casum creationis census adaptari potest, nisi forsam pecunia illa redacta ex venditione rerum immobilium statim cōuertenda sit in emptionem aliorum bonorum; quia tunc ex necessitate proxima conuertendi pecuniam redactam in emptionem rerum immobilium, & pro re immobili pecunia haberetur, & super ea census consisteret, non tanquam super nuda pecunia, sed quia in effectu & substantia constitutio fieret super bonis illis immobilibus, in quorum emptionem pecunia præcisse est conuertenda; & sic super actione ipsa præcisa, & necessaria conuertendi pecuniam in emptionem rerum immobilium; & sic sunt intelligenda quæ tradit Tiraq. dicta glos. 7. fere per totam.

23 Similiter etiam infertur ad pisces, qui sunt in piscina, seu lacu, vt si tales pisces sint in lacu quasi naturaliter, vt multiplicentur, & crescant, & ad perpetuam ipsorum piscium procreationem, fructuumque annuam perceptionem, ita quòd illa piscina, seu lacus stabile subiectum habeat, & perpetuam existentiam, atque fructus eius, pisces nempe, & ius piscandi contineant subrogationem eorum in eo lacu existentium, dicendum sit, quòd super his piscibus, & iure piscandi, tanquam solo cohærente inseparabiliter census legitimè consisteret; quia eo casu & pisces, & ius piscādi pro re verè immobili haberetur: sin verò ea deficiant, & pisces in lacu sint, non quasi naturaliter, sed artificiosè ad pulchritudinem, seu voluptatem conficientis lacum, non dicerentur, quid immobile, nec ius piscandi perpetuum, & stabile ad effectum creandi super eo censum, sed res verè mobilis non existens, sed parum duratura, neque de sui natura fructifera existimatur, & inde creatio census super eo lacu non consisteret: vt hæc omnia late diximus in capitibus de censu creando super rebus cohærentibus solo, & quæ pro immobilibus habentur.

24 Infertur etiam ad census creationem ex bonis, vel super bonis mobilibus pretiosis, vt quamuis circa eorum alienationem, & an sufficiat ad excusationem fideiussionis dubitetur, an inter mobilia, vel immobilia bona connumerentur, vt constat ex traditis per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 99. vsque ad num. 101. Alexand. & omnes in l. 1. rendum ff. qui satisdare cogantur, in hac tamen specie creationis census dubitari non possit, quin verè mobilia sint, cum facilè moueri possint, & omnia, quæ aptitudinem se mouendi habēt mobilia dicantur, ex Oldraldo consil. 219. Decius 472. num. 4. maximè quia præterquā quòd bona mobilia etiam pretiosa verè, & naturaliter mobilia sunt, de sui natura etiam in fructifera esse constat, & nullam habent existentiam, nec stabile subiectum; qua ratione super eis, neque ex eis census non consistit. Et hoc modo sunt intelligenda quæ tradit Felician. 2. part. de censib. lib. 1. cap. 4. numer. 3. col. 1.

25 Iterum infertur ad census creationem super instrumentis bellicis, vt sunt balistæ, bōbardæ, aut similia, factam, vel super vrbanis consignatam, veluti cubæ, & alia vasa, vt quāuis dubitetur, an ea omnia immobilibus æquiparentur, vel mobilia sint, vt constat ex traditis per Tiraquel. d. glos. 7. numer. 95. vsque ad 98. in nostra verò specie creationis census ea dubitatio submoueatur, & verè immobilia

sint

sint censenda, atque consequenter nec dentur in censum reseruatiuum, neque super eis aliquis consignetur. In quo quidem casu ego considero, quòd si instrumenta de sui natura fructifera sint, veluti cubæ, & alia vasa similia, quæ communiter conducuntur, & locantur ad vini, seu olei conseruationem, & custodiam, maximè in Regnis Castellæ, poterunt sicut locari, dari in censum, vel super eis consignari; quia præterquàm quòd vasa illa annuatim locantur, & conducuntur, & inde fructifera sunt; habent stabile subiectum, & perpetuàm existentiam, fructusque annuatim non solùm verisimiles, sed certos; & dico perpetuam existentiam, quia plurimum durant, & pro eo tempore, quo sunt duratura, & existentia, pro immobilibus habentur, vt latè cõprobat Tiraq. suprà, & consequẽter super eis census consistit.

26 Infertur etiam ad census creationem super columnis domibus affixis, aut cæteris rebus positis, vt perpetuò maneãt, & continuo, vel temporali vsui parata sint; vt quamuis dubitetur, an mobilia, vel immobilia existimentur, & an in venditione domus veniant, emptorique cedant, vt constat ex Tiraquell. ex dicta glos. 7. numer. 113 & 114. ad census tamẽ consignationem, vel reseruationem apta non sint, cùm ex eisdem fructus non proueniunt.

27 Rursus potest inferri ad census creationẽ super domo exemptibili, quæ solo affixa non est, aut si affixa, continuò eximi potest, & solet, cuius meminit Isernia, Cardinal. Alqarat. in cap. 1. §. si vasallus, tit. hîc finitur lex, vt quamuis similiter dubitetur, an sit res immobilis, soloque cedat, ex Tiraq in dicta glos. 7. numer. 116. census tamen super ea non consistat, cùm fructifera non sit, sed sterilis, & non stabilis.

28 Iterum infertur ad census creationem super aliquo ędificio, cuius parietes sine cemento, & calce sunt, vt licèt ex eodem Tiraquell. in dicta glos. 7. numer. 120. dubium colligi possit circa cognitionem naturæ eius domus, nulla tamen dubitatio sit, quin super ea census non consistat, cùm stabilis non sit, sed verisimiliter breuiter peritura, nisi forsam ex ea domo fructus proueniant, & nulla breuissima periculi verisimilitudo detur.

29 Quibus vtiliter accedat, quòd ex eadem ratione, quam sæpiùs retulimus, in bonis semouentibus census non consistit, etiamsi alia semouentia fundo, seu alicui ministerio rerũ immobilium deseruiant, serui, boues, & alia bona similia; quia licèt dubitetur, an seruus ascriptitius, asinus, vel boues fundo seruientes sint pars fundi, vel corpus naturaliter discretum à fundo, aut instrumento ipsius fundi, & denique an inter immobilia bona connumerentur, ex Tiraquel. in dicta glos. 7. num. 117. & 118. In nostra vero specie creationis census certum est, quòd pro immobilibus nõ habentur, sed tanquàm corpora à fundo discreta & distincta considerantur, & vere semouentia sunt, & consequenter quòd super eis census non consistit; quamuis enim boues, seu oues dari possint cum reseruatione alicuius pensionis annuæ: ea tamen datio non erit census reseruatiuus, qui præsupponit perpetuam dationem, & translationem dominij, sed alius contractus momentaneus, veluti locatio. Et sic sunt intelligendi Hostien. in Summa tit. de sacrosanct. Eccles. §. in aliis autem, versic. *Quod de his qui obest*, Laurent. Rodulph. de vsur. 2. par. quæst. 21. num. 35. quod clarius intellexit Ioan. Lup. in tract. de vsuris comment. 3. §. 4. numer. 97. & idem dicendum est de rebus mobilibus, ex Extrauagant. 1. & 2. Martini & Calixti de empt. & vend. ex Proprio motu Pij V. super forma creandi census, ex his, quæ latè suprà diximus in capitibus præcedentibus.

## AN CENSVS CONsignari possit generaliter super omnibus bonis censuarij, vel sit præcisè constituendus super certis rebus nominatim designatis. Caput LVII.

### SVMMARIVM.

*Hypotheca generalis an afficiat rem, sicut specialis num. 1. & an idem operetur respectu cuiuslibet rei sicut specialis. num. 9. & 10. vbi eleganter discutitur.*

*Hypotheca generalis in locatione an sufficiat, vt conductor non possit compelli per emptorem, sicut hypotheca specialis. n. 2 & 11.*

*Hypotheca generalis anterior an præferatur speciali posteriori n. 3. & 12.*

*Intellectus ad Extrauagantes primam & secundam Martini & Calixti de empt. & vendit. circa verba, Possessionibus, & hæreditatibus. n. 4.*

Hæredi-

*Hæreditates, & possessiones an inter immobilia bona computentur. n. 5. & 12.*

*Pactum de non alienando cum hypotheca generali an afficiat rem, sicut si accederet hypotheca specialis. num. 8.*

*Specialiter requisitum an sufficiat, si generaliter fiat. num. 7.*

*Census an sufficiat, si consignetur generaliter super omnibus bonis, vel nominatim sit consignandus super certis designatis num. 6. & 14.*

## CAPVT LVII.

DRæcedentibus accedat eâ celebris dubitatio, an super omnibus bonis censuarij generaliter census consignari possit, nullis specialiter designatis rebus, vel tantùm super his, quæ certis finibus designantur, præcisè sit consignandus, & inde an generalis hypotheca & obligatio quæcunque bonâ censuarij etiam penes quemcunque tertiũ possessorem existentia comprehendat, & afficiat, vel non cognoscatur, & in hac dubitatione videbatur dicendum sufficere, si fiat consignatio super omnibus bonis consignantis generaliter, nullis specialiter designatis, & hoc ex sequentibus fundamentis. Primò, ex eo, quia regulariter hypotheca generalis afficit rem, sicut specialis, & per eam adquiritur ius in re, sicut per specialẽ. l. generaliter. ff. qui potiores in pignore habeãtur. l. si is qui. ff. de iure fisci, imò & hypotheca generalis transit cum ipsa re ad successorem. l. pignoris. ff. de pignorib. l. pignori. C. eodẽ titul. l. si cũ venditor in princip. ff. de euictionib. & tantũ operatur generalis quoad omnia comprehẽsa sub genere, quantum specialis quoad comprehensa sub specie. l. si duo in fine. ff. de administrat. tutor. Bart. & plures alij, quos refert & sequitur Tiraq. de legibus connubialib. gloss. 7. num. 89. & in specie quód hypotheca generalis tantùm operetur respectu cuiuslibet rei sub ea comprehensæ, quantum specialis, probat gloss. in l. is qui gloss. magna. ff. de iure fisci, Corneus consil. 321. volum. 4. & glossa in Authent. de non alienandis. §. si autem creditor in verb. *Ad generalem*, & post Crotum & Socinum aduertit Roland. à Valle consil. 72. num. 38. volum. 2. Rodoan. de rebus Eccles. q. 12. num. 16.

2 Et inde dixerunt plures notabiles viri, quòd sicut hypotheca specialis adiecta in cõtractu locationis, efficit, vt conductor non possit expelli per emptorem virtute l. emptorem. C. locati, ita & generalis, ex doctrina Barthol. in l. qui fundum. ff. locati, Bald. in dicta l. emptorem, vbi Angel. tradit pro cautela, ad hoc vt conductor non possit expelli per emptorem, quòd hypotheca omniũ bonorum adijciatur Paul. in l. si merces. §. 1. ff. locati. Crot. in l. filius familias. §. Diui. colum. 33. de legat. 1. & dicit communem sententiam Hypolitus singulari 321. *Credo res scire quòd emptio*, & secundum hanc opinionem testatur iudicatum fuisse Guid. Papa decis. 480. ergo si generalis hypotheca afficit rem, sicut specialis, rectè super omnibus bonis censuarij generaliter consignatio census fieri poterit.

3 Quibus accedat, generalem hypothecam omnium bonorũ ita habere vim specialis hypothecæ, vt si anterior sit, præferatur posteriori speciali, text. notandus in l. 2. ff. qui potior. in pign. l. si generaliter. C. eod. tit. & post Ripam, Negusant. & Balduin. resoluit Felic. lib. 3. de censib. capit. 5. nu. 11. per totum, vbi respondet ad l. 2. C. de pignorib. vt is text. intelligatur, quando primus creditor habet simul generalem, & specialem hypothecam, non quando solam generalem, quia tunc præferri secundo habenti specialem existimat post Corneum, Salicet. Couarrub. & alios: ergo si æqualis est potentiæ, atque virtuti, generalis hypotheca bonorum eundem effectum, quem specialis operatur, producere debet.

4 Tertiò pondero ad id Extrauagantes Martini & Calixti de emptione & venditione, dũ Martinus V. in Extrauaganti prima subdit verbum. *Hæreditatibus*, & Calixtus III. in Extrauaganti secunda subdit verbum, *Possessionibus, & hæreditatibus*; quæ quidem verba generica & confusa sunt, nullã bona specialiter designantia, sed generaliter omnia comprehẽdentia, ideò generalis obligatio rectè sufficere videtur.

5 Quartò pondero, quòd quamuis census consignandus sit super certis rebus immobilibus, vel quæ pro immobilibus habentur, vt latè suprà diximus in capitibus præcedentibus hæreditates, & possessiones, quarum meminerunt Extrauagantes respectu bonorum immobilium, quæ in eisdem continentur, quid immobile dicuntur, imo ex aliquorum communi opinione si in eisdem hæreditatibus immobilia bona sint mobilia connexa, pro immobilibus habẽtur, vt eleganter resoluit Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. numer. 80. vsque ad numer. 85. ergo mirum non est, si ex verbis, *Possessionibus, & hæreditatibus*, contentis in Extrauagantibus bona generaliter comprehendantur, vt super omnibus genericè, & absolutè, nullis nominatim expressis census consignetur.

Quintò

6 Quintò eam sententiam, scilicet quòd generaliter super omnibus bonis censuarij nulla expressa hypotheca censuali, & speciali cēsus possit consignari, resoluunt Ioan. de Ligniano, Panormit. Laurent. Rodulph. Couarr. Soto, Medina, & Ioan. Matiençó, quos referens sequitur Felician. de censib. lib. 1. cap. 8. num. 10. per totum, vbi post Petr. de Salaçar de vsu & consuetudine c. 11. num. 82. & Ioan. Gutier. lib. 2. pract. quæst. cap. 177. n. 8. aduertit quòd etiam stante proprio motu Pij V. super forma creandi census adijci potest hypotheca generalis simul cum speciali, & in fine post Matiençó in l. 2. tit. 15. lib. 5. nou. Recop. gloss. 1. num. 5. & 6. fatetur, quòd iure hoc vti tur, vt scilicet venditor census obliget se, & bona sua generaliter, & specialiter, & obligatio generalis sicut specialis sustineatur, & idē in effectu videtur sentire Aluar. Vaez de iur. emphyt. q. 32. n. 11. ad med. Ex quibus hæc vi detur vera sentētia: & eam resoluit Felic. fol. 24. col. 2. vers. *Est etiam.* Roder. lib. 2. q. 7. n. 13 ad fin. vbi refert Thesar. Andr. Gail. Francisc. Milanens. & alios.

Sed his omnibus parum obstantibus, contrariam sententiam veriorem esse existimo, & ex sequentibus probari credo. Primò ex. Extrauagantibus Martini & Calixti, dum verbis expressis dicunt *Domibus, agris prædijs,* & Extrauag. 2. *Domibus prædijs, agris,* quæ quidem verba, & alia similia, quæ sæpe repetuntur in eisdēm Extrauagantibus, specialem, & individuam consignationē super domibus, prædijs, aut agris censuarij necessariā esse importāt, & fortius id ipsum probatur ex proprio motu Pij V. super forma creandi census, ibi, *Et quæ nominatim certis finibus designata sunt.* Quæ quidē proprij motus constitutio non solum requirit bona verè immobilia soli, vel quæ pro immobilibus habētur, sed etiam fructifera de sui natura, & existentia, atque certis finibus nominatim designata, quod impossibile est, quòd verificerur in cōsignatione generaliter facta super omnibus bonis, nullis specialiter designatis; quia quotiescunque in aliquo casu
7 maximè contra iuris regulas, vel aliàs de iure suspecto, requirit aliquid specialiter fieret, non sufficit, si id generaliter fiat, nec si sub verbis generalibus continetur, sed specificè illud est exprimēdū, atque nominandū ex doctrina Angeli in §. illud in authent. de trien. & semis. & in §. si vero expressim, in authēt. de hæredit. & falcid. Roman. in authēt. similiter. C. ad l. falcid. & respondit elegantec Curt. in consil. 49. colu. 3. in princ. & post Fejin. & alios resoluit Tiraquel in legibus connubialibus, gloss. 7. numer. 109. vbi ex num. 96. vsque ad 101. plurima in propositum adducit. Nec obstabit aduersus hanc veritatem, quòd vulgariter dictum sit, à proprio motu supplicatum esse, quia præterquam quod supplicatio inutiliter à Regno fuit interposita, cùm proprius motus non dicat id, à quo fuit supplicatum, vt in capitibus, in quibus actum est de proprij motus intellectu, dictum fuit; Regnum tamen non supplicauit, nisi ab illis verbis, *In numerata pecunia coram testibus, ac notario,* vt constat ex verbis l. 10. titul. 15. libr. 5. nouæ Recopil. ibi, *Sobre que los censos se impongan e situen en dineros de presente*: ergo ab alijs requisitis proprij motus supplicatum non fuit, neque supplicari potuit, & maximè à consignatione cēsus super certa re immobili, quę regulis iuris communibus, atque Potificiū Extrauagātibus anteà confirmabatur; ideò proprius motus expressus pro hac nostra sententia est.

Rursus considerando naturam huius contractus censualis, & quod in eo venditur ius percipiendi pensionem annuam ex fructibus rei censualis, certum quidem; atque designatum annuatim percipiendum, dicendum non est, quòd ex generali consignatione census super omnibus bonis indistinctè censuarij venditio iuris rectè formetur, cùm nullum certum designatum sit, sed quòd ad hoc vt certum vendatur, super certis rebus consignatio, quæ parit emptionem, præcisè est facienda, cui cōsiderationi accedat, quod venditori census, cuius fauor semper est considerandus, longè minus præiudicialis est consignatio super certis rebus, quam super omnibus generaliter. ergo iustissima ratione Pius V. considerauit specialem consignationē, maximè quia perēptis rebus specialiter designatis, censuarius liber existit, vt latè diximus in capit. præcedentibus: ergo vt minus grauetur bona specialiter sunt designanda, & non omnia genericè subijcienda. Demū non solū vēditori, sed emptori census vtilior est designatio specialis super certis rebus, quā generalis super omnibus bonis; quiā specialis designatio cùm pacto de non alienādo impediret trās-
8 lationē dominij, ita q; emptor aduersus quemcunq; tertiū posse ssoré rei directè agere poterit, generalis verò nullam impedire posset, nec virtute eius generalis poterit emptor cōtra tertium agere, vt traditur ab omnibus per text. ibi in l. si creditor. §. fin. de distract. pign. vbi Bart. & fere omnes. Alexād. in l. filio familias. §. si vir in quinquenniū. ff. soluto matrim. & post plures elegantèr resoluit Roland. cōs. 62. num. 10. vol. 2. vbi ex n. 12. cum alijs resolvit, quod specialis hypotheca magis impedit

quàm generalis, & plus afficit rē, & quòd per eam plus iuris, quam per generalem constituitur creditori, ex Bart. Baldo, & Romano in l. qui absenti. §. siquis possessionem. ff. de acquirend. possess. Ferdinand. Loaces in §. duci. numer. 170. & alij notabiles viri per Roland. num. 13. Ioan. Gutierr. in l. nemo potest. ff. de legat. 1. n. 58. ergo ex vtraq; parte, tam emptoris, quàm venditoris iustior est consignatio specialis super certis rebus, ex parte etiam consignationis ad sensum patet, quòd non dicitur consignatio, quæ non recipit rem consignabilem, specialiterq; designatam, cùm generalis consignatio nullam certam præsupponat, quę verè consignata, id est, nominatim designata sit; ideò vt verbum, Consignatio propriè verificetur, super re certa, quæ designari possit, consignatio facienda est. Qua ratione, licèt non his fundamentis, hanc nostram sententiam verissimam esse crediderunt Cassan. in Cathalogo gloriæ mundi. p. 12. considerat. 98. Ffalentia. 25. & in Consuetudinib. Burgund. rubr. 11. §. 6. in princip. & cons. 63. num. 6. Rodoan. de reb. Eccles. in rubrica de constitut. annui census numer. 41. vbi post Rodulphum, & alios, cum numeris sequentibus hāc sententiam comprobat. Idem sequitur Foller. in praxi censuali gloss. 1. num. 49. & latissimè Pizarro in glossa ad ordinationes de Guadalupe verb. *Futuros*, per totum, & benè Ignat. Lasartè de decima vendit. per totum cap. 10. nu. 15. prope finem, dicentes, non sufficere generalem consignationem super omnibus factam, sed requiri specialem, & indiuiduam. Et hanc sententiam in effectu & substantia sequuntur omnes, qui firmiter resoluunt esse formaliter censum consignandum super certis rebus immobilibus, quorum meminimus in capitibus præcedentibus.

9 Qua sententia retentā non obstant fundamenta in contrarium adducta, quibus ex sequentibus facile respondetur. Primò non obstat, quòd generalis hypotheca afficit rem sicut specialis, & sequitur rem ipsam, atque idem operatur quoad omnia comprehensa subgenere quod specialis quoad comprehensa sub specie; quia facilè respondetur, quòd licèt absolutè & generice illud procedat, in effectu & substantia indistincte verum est; quia hypotheca specialis magis afficit rem, quàm generalis, vt ex omnibus supràdictis aperte constat; & inde vltra supradicta videmus, quòd licet pactum de non alienando cū hypotheca speciali impediat translationem dominij quoad eum effectum, vt pactioni stetur. l. si creditor. §. fin. de distract. pignor. & ibi omnes aduertunt; generalis tamen hypotheca cum eo pacto eam translationem impediret, ex Bart. & omnibus in d. §. fin. Alex. in l. si filius familias. §. si vir in quinqueniū, col. 4. ff. solut. matrim. Paul. Castrens. in l. si ita quis. §. ea lege de verbor. obligat. Crot. in l. filius familias. §. duci. n. 96. delegat. 1. & post Corneum, & alios, Roland. à Valle cons. 62. vol. 2. n. 9. Gutierrez in l. nemo potest. n. 58. ff. delegat. 1.

10 Similiter etiam quamuis bona Ecclesiæ hypothecæ speciali subijci non possunt, poterunt tamen generaliter obligari, quia hypotheca specialis alienationi proxima est, generalis verò non. l. 1. l. obligatione. 6. l. & quæ 15. §. quod dicitur. ff. de pignorib. l. est differentia. ff. in quibus causis pign. vel hypoth. l. ab eo. C. de seruo pignori dato. l. 1. cum sequentibus tit. 13. part. 5. & idem in pignore obseruatur. l. si rem. 9. §. Proprie. l. cùm & fortis. 35. §. pignus. ff. de pignorat. actione. c. quāuis. 17. cap. prohibemus. 19. iuncto cap. fin. de decimis, cap. 1. & 3. de pignorib. & inde in speciali hypotheca, & in pignore, & non in generali procedere prohibitionem alienationis rerum Ecclesiæ post Abbatem, Henric. Berolium, & alios, resoluit Pinel. in l. 1. C. de bonis maternis. 3. part. num. 8. Couarr. lib. 3. variar. cap. 17. num. 7. & denique inter specialem, & generalem hypothecam differentia, imò & plures considerantur, ex d. l. obligatione cum alijs, & considerant Bart. in l. qui absenti. §. si quis. ff. de acquirend. possess. Alexand. in l. si filio. §. fin. num. 4. ff. soluto matrim. Tiraquel. de retract. tit. 2. §. 3. gloss. 1. numer. 7. Ant. Gabr. libr. 3. commun. opinion. tit. de pignorib. concluf. 1. Rodoan. de rebus Eccles. cap. 6. per totum, ideò non bene argumentatur de hypotheca generali ad specialem, vt hæc differentia maximè procedit in censu, in quo nō contrahitur vera, & regularis hypotheca, sed potius irregularis, scilicet ius quoddam seruitutis nominatim cōsignatum super fructibus rerum censualium, imò & super ipsis rebus censualibus; vt quia nominatim vendatur ius percipiendi pensionem ex fructibus earundem rerum: ergo longè distat ius istud ab hypotheca, & obligatione generali, & magis afficitur res ipsa censualis per seruitutem producta ex censu, quàm ex hypotheca regulari; ideò dissimilia sunt.

11 Minus obstat dicere, quòd quando contractus locationis adest hypotheca generalis, successor tenetur præcisse stare locationi; quia contraria sententia longè verior est, ex Alexand. de Imola in l. si filius familias. §. si vir in quinquenium. ff. solut. matrim. Imola

in

in l. si quis ita. §. ea lege. ff. de verborum, & post Aretin. Iass. & Negusant. atque plures alios resoluit Roland. à Valle consil. 62. numer. 9. vsque ad numer. 13. volum. 2. & post Aretin. Alexandr. & alios dicit magis communem & receptam sententiam decision. Pedemont. 156. numer. 4. ad med. referens Capitium decis. 182. existimans contrariam sententiam posse procedere, quando in locatione fuit interpositum iuramentum; quia iuramentum habet vim specialis expressionis; & idem ita intelligit Roland. à Valle post Crotum, & alios consil. 62. numero 39. libr. 2. ergo nihil obstabit contrarium fundamentum de locatione, maximè quia non benè sequitur, successor virtute hypothecæ generalis tenetur stare locationi sui prædecessoris: ergo hypotheca generalis sufficit ad census creationem: quia licèt in eo æquiparentur, quod negandum est, ad nostrum casum æquiparatio non extenditur, vbi longè diuersa ratio versatur, vt supradictum est.

12 Tertiò non obstat fundamentum de prælatione, vt tantæ sit potestatis hypotheca generalis, quòd si prior sit, præferatur posteriori speciali, quia illud regulariter verum non est, & limitatur, quando specialis hypotheca posterior facta fuisset super re empta ex pecunijs meis, l. licet. C. qui potiores in pignore habeantur. l. 30. titul. 13. part. 5. & consequenter propriè in nostro casu limitatur, cùm bona censualia non solùm ex census creatione hypothecæ subijciantur, sed emptor census ius percipiendi pensionem ex ipsis rebus emat, & inde ex natura ipsius contractus, cùm eius propria pecunia virtute consignationis specialis, quasi emens rem ipsam, cum ius percipiendi pensionem ex fructibus eius emat, hypothecæ generali etiam priori præferatur, & ita quòd secundus creditor quando vendidit rem suam cùm pactis, quòd eam posit retinere, donec sibi pretium soluatur, vel quando ex eius pecunia res comparatur, priori præferatur, maximè generalem hypothecam habenti, tenent Anton. de Fano de pignorib. 4. part. principali numer. 33. & in 2. membro quintæ partis principalis. numer. 18. Bald. Nouel. de dote 10. part. in princip. numer. 3. & nouiter Ioan. Gutierr. allegat. 5. numer. 1. & quamuis hypotheca generalis prior speciali posteriori præferatur, non inde benè sequitur, quòd census consignatio super omnibus bonis generaliter, nullis specialiter designatis, consistit, neque de prælatione ad cõsignationẽ potest argumentari, cum prælatio multoties fundetur in generalitate, vel specialitate obligationis, & census consignatio in indiuiduitate, atque specialitate consignationis consistat, vt supradictum est.

13 Quartò minus obstat, quòd Extrauagantes Martini & Calixti agentes de cõsignatione census dicant, *Super hæreditatibus, aut possessionibus*; quia prædicta verba non significant, licèt generica sint, quòd generaliter super omnibus bonis, nullis specialiter designatis, census consignetur, imò apertè probant, quòd super bonis, aut possessionibus hæreditatis nominatim designata & expressa fiat consignatio: dicunt enim Pontifices, *Super agris, domibus, hæreditatibus, et possessionibus*, & sic verba, *Hæreditatibus, et possessionibus*, ad prædia, agros, domus, possessiones, quæ in hæreditatibus comprehenduntur, nominatimque designantur, referenda sint, & denique pro hac nostra sententia passim Extrauagantes ponderantur, imò eam expressè decidunt, & quamuis hæreditates respectum bonorum immobilium, quæ in eisdem hæreditatibus continentur, imò & secundum aliquorum opinionem respectu mobilium in eisdem contentorum quid immobile dicantur, vt tradit Tiraquel. de rẽtract. lignag. §. 1. gloss. 7. numer. 80. vsque ad 85. & diximus in fundamento contrario; tamẽ verè, & propriè hæreditates quid immobile non sunt, neque pro rebus verè immobilibus habentur, nisi quatenus bona immobilia in hæreditatibus contenta specificantur; ideò super eisdem hæreditatibus genericè, & absolutè census consignari non potest.

14 Demum non obstat, quòd aliqui ex Scribentibus maximæ authoritatis tenuerint contrariam sententiam, quia preterquàm quòd nostram grauissimè defendunt, contrariam tenentes, fundantur in eo, quòd super sola persona censum posse consignari existimant, vt constat ex Couarrub. Ioann. Matienço, & Feliciano huius opinionis sequaces, qui quidem in fundamento euidenter errauerunt, non cognoscentes naturam huius census, vt latissimè constat ex capitibus præcedentibus in quibus ad longum fundauimus, super certis rebus immobilibus, vel quæ pro immobilibus habentur de sui natura fructiferis, atque perpetuam existentiam habentibus, & non super sola persona censum posse consignari. Ideó hæc nostra sententia verissima, & omnino tenenda est.

# CENSVS CONSIGNATIVVS perpetuus, redimibilis, seu ad vitam, an possit super sola persona censuarij consignari, vulgaris, licèt vtilissima disceptatio. Caput LVIII.

## SVMMARIVM.

*Operæ personales an, & quando locari possint, resoluitur num.1. & nu.26. vbi leges ciuiles, interpretantur.*

*Operæ personales an locari possint in perpetuum, discutitur benè n.2. & n.27.*

*Census an quodammodo dicatur priuari libertate, & an priuatio libertatis sit extrinsecè malũ. n.3. & n.28.*

*Promittere gratis quid annuatim licitum est, & quid differat promissio gratuita à promissione pretio facta n.4. & n.29.*

*Obligatio, quæ formatur in censu, an principalis sit personalis, vel accessoria ad rem, & intellectus notandus ad l. fundus quem ff. de ann. legat. n.5. & n.30.*

*Peremptare hypotheca subiecta an perimatur census, & intellectus ad text. in l. creditor, qui nõ idoneum ff. si cert. petat. & ad l. aduersus. C. de act. & obligat. n.6. & n.31.*

*Census personales quomodo verificentur, & quando licitè sint. n.7. & n.32.*

*Census an debeat consignari super rebus verè immobilibus, & intellectus ad Extrauagãtes Martini & Calixti. n.8. & n.33.*

*Peremptare censuali an perimatur census. n.9. & 34. & ibi intellectus ad prædictas Extrauagãtes Martini & Calixti.*

*Intellectus ad Extrauagantes Nicolai V. & Gregorij XIII. pro Regno Ciciliæ circa obligationem personalem censuary. n.10. & n.35. & circa creationem census super re mobili. nu.11. & num.36.*

*Intellectus ad proprium motum Pij V. & an is proprius motus obseruetur tantum in terris ecclesiæ. nu.12.24. & n.37.*

*Consignatio census super rebus immobilibus, in cuius vtilitatẽ principaliter fiat, an emptoris, vel venditoris. n.13. & n.38.*

*Fideiussores an, & quando accedere possint in contractu censuali. n.14. & n.39.*

*Census an possit exigi, omisso tertio rei possessore à constituente, vel eius heredibus, & intellectus ad l.2. C. de allubrionib. & ad l.3. C. sine cẽsu, vel reliquis, discutitur eleganter. n.15. & num.40.*

*Census consignatibus an possit creari super sola persona censuari. n.16.*

*Emptio & venditio formatur in census creatione, & quòd vendatur, vel ematur. n.17.*

*Bona, super quibus census consignatur, debent esse fructifera de sui natura, & fructus maiores, vel correspondentes pensioni numer.18. & debent esse stabilia et existentia numer.19. et ideò super mobilibus consignari non potest census. numer.20.*

*Census consignatiuus perpetuus verificari non potest super sola persona. n.21. neque etiam redimibilis. n.22.*

*Extrauagantes Martini et Calixti, et cæteræ omnes seruandæ omninò sunt, tanquàm leges Pontificiæ, et ideò sententia lata contra Extrauagantes est ipso iure nulla. n.23.*

*Intellectus ad leges Regias, quæ de consignatione census super rebus immobilibus meminerunt, nempe. l.1. l.2. l.4. tit.15. lib.5. noua Recopil. num.25.*

## CAPVT LVIII.

PRæcedentibus accedat ea celebris dubitatio, quæ clauis est totius materiæ censualis; an scilicet census consistere possit super sola persona censuarij; quæ licèt explicuerũt tam exteri, quàm nostrates Scribentes, & nouissimè, atq; latè Felic. de cẽsib. lib.1. c.8. n.3. cum alijs: & Roder. de ann. reddit. lib.1. c.4. ex n.24. vsq; ad fin. & Felic. 2. p. de cens. lib.1. c.4. n.4. nullus tamen, quẽ legerim, eam, vt oportuerat, examinauit. Vnde nos ab origine considerando vtriusq; partis potiora fundamenta sequentia pro census creatione super sola persona censuarij, quæ aliquibus fortissima videntur, licèt leuia sint, ponderantur.

1 Primò facit pro hac sententia, quòd quis ob pecuniæ mercedem poterit operas suas personales locare. l. in operis. 29. l. qui operas 41. ff. locati, notandus text. in l. hominis quoq; liberi. ff. de vsufructu legato, vbi non solum locãtur, sed legãtur, & in stipulationẽ deducũtur: ergo eadem, atq; fortiori ratione super hominis liberi persona, atq; operibus eius census consisteret; quo argumẽto vsus est Felicianus huius opinionis defensor in d.c.8. n.4. versi. *Secundo quis*, & ante ipsum ita argumentatur Greg. in l.28. tit.8. p.5. glos. magna, dicẽs esse de mente Innocentij, & aliorũ, Couar. libr.3. variar. c.7. n.5. versi. *Tertio idem apparet*, atque plures alij huius opinionis autores.

Secundò

2 Secundò facit fortificando præcedens argumentum; quia non solùm poterit homo liber operas suas locare simpliciter, sed in perpetuum, vt post Acurs. in l. 3. §. ne tamen, verb. *Reuerti*. ff. de vsufructu, post Oddofred. Angel. Guillelm. Belapertic. Rayner. Cyn. Fab. & alios fortificat Felician. in dicto cap. 3. num. 5. in principio, resoluens in versic. sequẽti, quòd quamuis homo liber obsequiales operas promittere, locare, aut se præcisse ad eas obligare in perpetuum non poterit, artificialis rectè tñ promittit vẽdit, aut locat, maximè si ex locatione, seu venditione operarũ personalium libertas, seu ingenuitas non frangitur, aut turbatur, sicut contingit, quando census super persona consignatur; quia censuarius promittens pensionem annuam non promittit operas, ex quibus libertatem amittat. Quo argumento vtitur Felician. dicto num. 5. per totum, & num. 6. in principio: ergo si operarum locatio etiam in homine libero iusta est, atq; simul venditio, seu promissio, à fortiori census consignatio super eius persona sustinebitur.

3 Tertiò Felicianus dicto num. 6. in principio fortificat præcedentia, dicendo, quòd etiamsi censuarius quodammodo priuaretur libertate, priuare se libertate non est intrinsecè malum, cùm libertas non sit quid præcepti diuini, aut naturalis, sed tantùm quid permissionis, aut facultatis, ex quo deducit, quòd ius humanum rectè potest inducere seruitutem, & quòd ideò minor viginti quinque annis potest ad pretij participationẽ se venundare. §. serui autem. 2. institut. de iure personarum, ac proinde valere iuramentum in specie l. si quis pro eo in principio. ff. de fideiussorib. inferens ad census creationẽ super sola persona, vt etiamsi quodãmodo libertas censuarij turbetur, nihilominus census rectè super ea consistat.

Quartò cõsiderat Felic. in d. c. 8. n. 4. vers. *Hæc autem opinio*, quòd si gratis potest quis promittere quid annuatim, & ad eius solutionem personaliter obligari, vt certissimum est, cur non poterit super eius persona censum cõstituere, cùm nihil intersit inter gratuitã obligationem, seu promissionẽ, & ex pretio factã? Quo argumento etiam fuit vsus Molina de cõtractibus disp. 387. vers. *Hi Doctores*, & ante ipsos Couar. dicto lib. 3. cap. 7. num. 5. versic. *Secundò eadem sententia*, dicens, inter eos casus nullam discriminis rationem congruam assignari posse.

5 Quintò considerat Felician. in dicto num. 6. versic. *Verum*, quòd principalior obligatio, quæ formatur in census creatione, est personalis, ac realis accessoria, quasi res iurè pignoris, & hypothecæ accessoriè, & minus principaliter accedat ad obligationem personalem pro saniore, & securiore solutione annuæ pensionis, ex text. notando in l. fundus quem. ff. de ann. legat. quo argumento ante Felician. vsus fuit Couar. dicto cap. 3. num. 5. versic. fin. & post eos Molina de contract. in dicta disp. 387. ergo consideratio principaliter habenda est ad personã censuarij, & nõ ad censualẽ rẽ, atq; ideò super sola persona cẽsus cõsistere.

6 Sextò Felic. in dicto num. 6. versic. *Verum ad medium*, quasi per transeam, vt aiunt, argumentatur de text. in l. creditor, qui nõ idoneũ. ff. si cert. petat. l. aduersus, vbi gloss. C. de actionib. & obligat. ex quibus deducunt Scribentes, quòd perempta hypotheca non extinguitur obligatio personalis, sed illæsa, & integra manear, & quòd ita in censu dicẽdum est, atque consequenter, quòd si extincta hypotheca non finitur census, vt quia remaneat, obligatio personalis à principio super sola persona creari poterit. Ita argumentatur Couarr. pos Parisien. in dicto capit. 7. numer. 5. ad finem.

7 Septimò ponderatur, quòd lege induci, atque statui potest, vt census personales liciti sint, & exigi, atq; solui debeant, vt in decimis personalibus, quæ lege Ecclesiastica in aliquibus Ecclesijs soluuntur ex comparatis artificio, negotiatione, militia, aut ex alijs similibus causis, vel rebus, vt patet capite decimæ 16. quæst. 1. cap. Apostolicæ, cap. non est, cap. pactoralis, de decimis; & ita videmus, quòd famuli ex stipendio, quòd pro sub seruicio quot annis accipiunt, decimas in aliquibus Ecclesijs soluunt, vt in l. veteri personales decimæ solui videbantur, Deutheronom. capite 12. Esdræ. 2. capite 10. vbi fideles constituerunt annuum redditum tertiæ partis per singula capita ad ministeria templi soluendũ; qui quidem erat census personalis; & inde principes seculares ex iusta causa inducere possunt personalem tributum annuatim soluendum, quod aiunt Doctores Cæsarem Augustum induxisse, Luc. 2. & hodie verificatur in tributo monetæ foreræ: ergo pars ratione poterit quis vendere censum personalem annuatim soluendum super sola persona censuarij operibus nempe, atque industria eiusdem consignatum. Quòd argumentum describunt Felician. dicto capit. 8. num. 6. versic. Quartò census personalis, Molina de contract. disp. 387. col. 2.

8 Octauò considerat Felician. in dicto cap. 8. numer. 7. in princip. pro hac sententia Extrauagantes Martini & Calixti de emptione & vendi-

vēditione, dicens, ab eisdem Extrauagātibus non requiri; vt super aliqua re immobili census constituatur: ergo poterit super sola persona consignari, & constitui.

9 Nonò ponderat ipse Felicianus prædictas Extrauagantes in dicto num. 7. versic. *Et quod Martinus Quintus*, ad probandum, quòd peremptа re censuali non extinguitur in totum census, sed quòd adhuc remaneat obligatio personalis ad soluendum; & inde inferens, quòd si personalis obligatio non extinguitur, imò super ea sola conseruatur, rectè poterit à principio super sola persona consistere.

10 Decimò in dicto numer. 7. versic. *Alterum est*, ponderat ipse Felician. Extrauagantes Nicolai V. & Gregorij XIII. pro Regno Ciciliæ probantes, obligationem personalem interuenire in census creatione, sicut & realis; inferēs inde, (nescio qua ratione) quòd cùm personalis obligatio personaliter accedat, super sola persona rectè census consistit.

11 Vndecimò, ipse Felician. in dicto numer. 7 versic. *Præterea ex duabus*, aduertit, quòd Extrauagantibus Nicolai V. & Gregorij XIII. census licitè potest creari in re mobili: ergo à fortiori creari potest super sola persona, qui securiorem existimat esse personā quacunq; re mobili.

12 Duodecimò pòderat Felicianus proprium motum Pij V. super forma creandi census, dicens, quòd quamuis nominatim proprius motus ille decidat nullo modo consistere posse, nisi in re immobili de sui natura fructifera, & in prouincijs Ecclesiæ, à quibus recipitur, seruanda sit eius constitutio, tamē in his Regnis seruanda non est, neque illicitus contractus census personalis.

13 Decimotertio iubatur hæc sentētia ex quādam noua & forti consideratione, ex eo nempe, quia consignatio census super certis rebus immobilibus potiùs in vtilitatem creditoris ementis censum, quàm in commoditatem venditoris est, vt ad sensum patet, tantò iustior formatur is census, quantò minus incommodi affert venditori: ergo si licitum est emptori emere censum constitutum super rebus & persona vendentis, simul à fortiori liceret emptum consignare super sola persona censuarij, cùm eo casu fauorabilior respectu venditoris sit consignatio.

14 Decimoquartò considero, quòd in creationibus huius contractus censualis fideiussores passim accedunt, qui personaliter, & insolidum cum venditoribus obligantur ad annuæ pensionis solutionē, & personaliter vexantur, atque capiuntur, sicut & ipsi principales venditores censuarij: & tamē fideiussores sine bonis nominatim designatis obligātur: ergo principales debitores similiter sine bonis obligari poterūt, cùm nihil inter sit inter obligationē personalem creditoris & fideiussoris.

15 Decimoquintò confirmatur ea sententiā ex eo quòd emptor omisso tertio fundi possessore poterit agere contra constituentem, & eius hæredes ad census ex actionem, quamuis ipsi non possideant rem, super qua fuit constitutus, vt resoluit Couarr. in dicto cap. 7 numer. 6. & idem sequitur Rodoan. de rebus Ecclesiæ, rubr. 16. numer. 68. & post Couarr. & Rodoan. Ioan. Gutierr. in quæstionibus ciuilibus ad leges Regni. 2. part. quæst. 174. nu. 4. quod extendit Ioan. Gutierrez in d. q. 177. numer. 5. per totum, etiamsi tertius possessor rei censualis eam in alium post recognitionē transtulerit; quia adhuc credit, quòd is tertius ex vi recognitionis, etiamsi rem non possideat, poterit pro censu personaliter conueniri; in cuius confirmationem refert Ioan. Gutierr. idem tenuisse Salaçar de vsu, & consuetudine cap. 11. num. 65. ergo si constituēs censum, & possessor rei censualis, vel tertius recognoscens non possidens, possint personaliter conueniri, quamuis rem censualem non possideant, ex eo quòd à principio fuerunt personaliter obligati, à fortiori dicēdum est, quòd super censuarij persona census consignari poteſt, vel saltem ea ratione dicendum videtur.

16 Decimosextò, & finaliter hanc sentētiam, quòd census constitui possit super sola persona, licèt non his fundamentis, nominatim probauerunt Conrad. de contractib. q. 74. & 75. Ioan. Medin. de restitut. quæst. de censib. col. 1. Dominic. Soto de iust. & iure, libr. 6. q. 5. art. 1. Benedict. Bon. de censib. art. 10. per totum, & n. 26. Couar. lib. 3. variar. Ant. Gom. in l. 68. Tauri. n. 1. Palac. Ioan. Matienço, & alij, quos referens sequitur Felician. in d. cap. 8. numer. 4. Ex quibus hæc videtur vera, & cōmunis sententia, & plures peripsum Felician. 2. part. fol. 39. colum. 1. Roderic. lib. 1. cap. 4. numer. 29. vbi ex numer. 27. illud examinat.

His tamen omnibus, quæ fortissima aliquibus visa sunt, nihil obstantibus, contrariā sententiam verissimam existimo, & ab omni dubitatione alienam, scilicet censum non posse consignari super sola persona censuarij, sed esse præcisè consignandum super certis rebus immobilibus, & hoc ex sequentibus solidissimis fundamentis.

17 Primò ad cognitionem veritatis huius dubi-

dubitationis aduertendum est, quòd omnes Scribentes, nemine dempto, qui iustitiam huius contractus censualis probaberunt, ex eo iustissimam esse dixerunt, quia in eo formatur emptio & venditio, & dubitantes quid in censu venderetur, seu emeretur, diuersas opiniones tenuerunt; quia alij credebant res ipsas censuales, super quibus census constituebant, vēditas esse; alij verò existimabāt; fructus earum censualium rerum, & non res ipsas censuales vendi, alij deniqne, & melius tenuerunt, ius ipsum percipiendi pensionem annuam ex fructibus rei censualis venditum fuisse, verius esse dixerunt, & nullus vnquam dubitabit, ad venderentur operæ industriales, seu personales censuarij, nec an eius persona in seruitutem traderetur promittendo pensionem annuam; & demum verior, & receptior sententia fuit in census creatione nihil aliud vendi, quàm ius ipsum percipiendi pensionem annuam ex fructibus rei censualis, vt ex ipsis fructibus in negligentiam censuarij non soluentis census pensio censualis perciperetur, vt hæc omnia verissima sunt, & manifestè constant ex his, quæ latè diximus in capitibus præcedentibus huius operis, vbi de natura & iustitia huius contractus ad longum egimus: ergo si ex census consignatione formatur vera emptio & venditio iuris percipiendi pensionem annuam ex fructibus rei censualis, & persona censuarij non venditur, neque vendi potest, impossibile est, quòd consignatio census, quæ præsupponit emptionem & venditionem iuris percipiendi pensionis annuæ ex fructibus rei censualis super sola persona censuarij consistat.

18 Secundò, si bona censualia fructifera debent esse de sui natura, imò & fructus maiores, vel ad minus correspondentes pensioni, vt ad longum probauimus in capitibus præcedentibus, & persona censuarij de sui natura fructifera non est, maximè mobilium, qui sæpissimè census vendunt, & quorum venditiones libenter Extrauagantes probauerunt, non benè sentientes de vēditionibus censuum pauperum, & miserabilium personarum: ergo consignatio census, quæ in effectu est venditio iuris percipiendi pensionem ex fructibus rei censualis, fieri nō poterit super re tam infructifera, & sterili de sui natura, sicut persona.

19 Tertiò non solum bona, super quibus census consignatur, debent esse immobilia, & de sui natura fructifera, atq; fructus maiores, vel ad minus correspondentes pensioni, sed stabilia, & existentia, ita quòd habeāt stabile subiectum, vt latissimè probauimus in capitibus præcedentibus; quia cum census præsupponat perpetuitatem, etiamsi redimibilis sit, donec redimatur, bona censualia eandem perpetuitatem & existentia præsupponere debent: sed ad sensum pater, quòd persona censuarij non est existens, stabilis, aut dura tura, sed potiùs breuiter peritura, incertusque vitæ hominum exitus, vt notissimum est: ergo nullo casu census consistit super sola persona.

20 Quartò non solùm census super certis rebus fructiferis de sui natura consignādus est, sed prædicta bona certis finibus stabiliter designari debēt, vt verbis expressis probant Extrauagantes Martini & Calixti, & proprius motus Pij V. ex quo neque super mobilibus, aut semouentibus sustineri consignationem defendimus, ac securè probauimus in capitibus præcedentibus, & similiter generaliter super bonis, rebus, aut hæreditatibus censum non posse consignari: ergo nec super sola persona, quæ certis finibus stabiliter non consistit, sed mobilis est, vel semouentibus æquiparatur, & nullū habent stabile subiectum, consignari potest.

21 Quintò nouiter considero, quòd si census super sola persona consignaretur, non posset perpetuus consignari, cùm extincta re censuali, persona scilicet censuarij, census extingueretur, vt latissimè dicendum erit: ergo vt possit cēsus cōsignari, redimibilis, seu perpetuus super sola persona creādus non est, & si replicetur, quòd etiam consignatus super sola persona perpetuus posset consignari, vt quia defuncto censuario hæredes manerent in perpetuum obligati, facilè respondetur, quòd extincta re censuali, & consequenter persona, super qua consignatus fuisset, in totum census extingueretur, etiamsi plures hæredes extarent, imò & viuente censuario extinctis rebus extinguitur census, vt dicendum erit in capite sequenti: ergo ne census super sola persona consignatus extincta finiatur, super rebus duraturis & fructiferis de sui natura consignandus est.

22 Sextò etiam nouiter considero, quòd etiāsi extincta persona census duraret, (quòd negandū omnino est) adhuc censu creato & constituto super sola persona, vel perpetuus esset vt quia super existerent hæredes; vel temporalis, vt quia mortuo censuario deficerent. Primo casu iniustissimus esset census; quia si perpetuò existerent hæredes, qui cum soluerent, nulli periculo subiaceret emptor, imò emeret sine periculo, quod est contra iuris regulas, quibus constituitur, quòd peri-

culum census pertineat ad emptorem: sin verò nulli hæredes existerent, finiretur breuiter census cum vita censuarij: ergo nullo casu videtur, quòd super sola persona consistat.

Septimò probat hanc sententiam Extrauagans prima Pontificis Martini de emptione & venditione, ibi: *super bonis suis, oppidis, agris, prædijs, domibus, & hereditatibus*, & Extrauagans secunda Calixti Pontificis eodem titul. ibi: *Super eorum bonis, agris, prædijs, domibus*: quarum Extrauagantium verba formalia sunt, & inde formaliter adimplenda, 23 tanquàm verba legis: quia Extrauagantes insertæ in corpore iuris verè sunt iura Pontificia, & inuiolabiliter seruanda, vt præterquàm quòd notissimum est, resoluit Ioseph Ludouic. in suis communibus opinionibus conclus. 54. vers. Fallit primò, Ioseph. Mascard. deprobat. conclus. 1274. numer. 7. & inde sententia lata contra Extrauagantem in corpore iuris insertam est ipso iure nulla, ac si contra legem ipsam lata fuisset, vt resoluit Bald. in l. 2. C. quando prouocare non est necesse, Butr. in cap. 1. & in cap. cùm inter de re iudicata, Abb. in cap. pastoralis de fide instrum. ergo si formaliter super bonis debet fieri consignatio, super sola persona facienda non est.

24 Octauò probat hanc sententiam Proprius motus Pij V. super forma creandi census, dum dicit: *Hac igitur nostra constitutione statuimus censum, seu annuum redditum creari, constituiue nullo modo posse, nisi in re immobili, vel quæ pro immobili habeatur de sui natura fructifera, & quę nominatim certis finibus designata sit*; verba enim: *Creari, Constituiue nullo modo posse, nisi in re immobili*, constitutionem super sola persona omninò excludunt, cùm non solùm sint formalia, sed prohibitiua, præceptum negatiuum importantia, à quo quidem Proprio motu in hoc quidem supplicatum non fuit, neque supplicari potuit, cùm ex natura contractus, & Extrauagantibus in corpore iuris insertis idem constitutum fuisset, vt infrà latiùs dicendum erit in satisfactione ad eundem Proprium motum: ergo nullo modo, neque casu super sola persona census consignatur.

25 Nonò id probant plurimæ leges Regiæ, nempe l. 1. tit. 15. lib. 5. nou. Recopil. ibi: *Si alguno pusiére sobre su heredad algun censo*, & in l. 2. eodem tituli ibi: *Pusieren censos ô tributos sobre sus casas ô heredades, ô possessiones, que tengan atributados, ô acensuados a otro primero*, & in l. 4. eodem titul. & lib. ibi: *Sobre sus hazíendas ê heredades*, & fere per totum titulum, vbi similia verba referuntur, & alia, quæ præsupponunt consignationem super rebus immobilibus, & non super sola persona esse faciendam.

Decimo, licèt ex abundanti legi poterunt septem fundamenta, quæ pro hac sententia referuntur à Feliciano in dicto cap. 8. numer. 3. per totum, de quo quidem iustissimè miror, quòd nullum ex his nostris fundamentis referat, sed tantùm ea leuissima considerauerit, & non possum non dicere, quòd ideò pro hac nostra sententia prædicta septem leuia fundamenta descripsit, & ex nostris fortissimis nullum retulit, vt faciliùs prædicta septè fundamenta excluderentur, & exclusis, eius opinio securior omnibus videretur, vel si non hac industria fuit vsus, certum est, quòd hæc nostra fundamenta ignorauit, quibus est impossibile responderi.

Vndecimò pro hac sententia, si rectè considerentur, faciunt expressa fundamenta in cõtrarium adducta, intelligendo ea ex satisfactionibus referendis, ex quarum qualibet vnì cum, & fortissimum fundamentũ deduci potest, non violenter, sed propriè ea retorquendo, & ponderãdo, vt ex ipsis satisfactionibus constabit.

Duodecimò, & in specie, licèt non his fundamentis, hanc sententiam dicunt verissimã, & sequuntur Ioan. de Ligniano in cap. in ciuitate de vsuris, Angel. in verb. *Vsura*, quæst. 78. Rodulph. in cap. consuluit de vsuris. 2. part. quæst. 12. Cassan. in Cathalog. glor. mundi. 12. part. considerat. 98. Ffallentias. Rodoan. de reb. Eccles. rubric. de constitut. reddit. numer. 47. Bartholomęus Albornoz libr. 3. de arte contractuum tit. 2. *De los censos al quitar*, Domin. Francisc. Sarmiento libr. 7. Selectar. interpretat. cap. 1. num. 31. vers. *Sexta conclusio*, Greg. Lup. in l. 28. tit. 8. part. 5. glos. verb. *A censo*, versic. *Limita eam primo*, Auẽd. responso 12. Nauarr. in cap. 1. 14. q. 3. numer. 79. Ioan. Lup. in tract. de vsuris comment. 2. §. 2. numer. 63. Aluar. Vaez de iure emphyt. quæst. 32. numer. 10. per totum, Melchior Mier. in tractat. miforatus. 1. par. q. 40. nume. 9. Salaçar de vsu & consuetudine cap. 8. numer. 46. Ioan. Gutierr. in quæst. ciuilibus ad Recopilat. libr. 2. quæst. 177. numer. 7. per totum, Franc. Garc. de contractib. 2. par. cap. 4. Didac. Perez in proœmio titul. *De las vsuras*, libr. 8. ordinam. Mercado de contractibus opusculo de cambijs, cap. fin. de censib. & hanc esse receptiorem sententiam Theologorum, & Iuris peritorum fatetur Ioan. Matienço in l. 1. tit. 15. libr. 5. nou. Recop. glos. 1. numer. 5. Ex quibus hæc videtur receptissima

sententiâ ; & quæ in dubium reuocari non potest.

Quæ retentâ non obstant fundamenta in contrarium adducta, imo pro hac nostra parte propriè retorquentur, vt ex sequentibus apertissimè constat.

26 Et primò non obstat dicere; Potest quis ob pecuniæ mercedem operas suas personales locare, ex l. in operis, & l. qui operas. ff. locati: ergo super solâ personâ poterit censum consignari; quia facilè respondetur ex sequentibus. Primo negâdo antecedens, scilicet, quòd operæ personales locari, seu vendi in perpetuum possint; quia certius est, quòd in hominem ingenuum ea perpetua operarum obligatio non cadit. l. Titio centum. §. Titio centum. l. de condict. & demonstr. & probatur in l. penult. cũ gloss. ff. de obsequijs patron. præstand. l. certum. §. si quis absente. ff. de confessis, ibi, *Quia nec qui iurat, de operis obligatur*; quia vt inquit Aristot. libr. Rethoricæ, *Liberi hominis est haud quaquam alteri viuere*, & quod operarum obligatio non cadat in ingenuum probatur in l. vt ius iurandi. ff. de operis libertorum; vbi Vlpianus loquens de operarum obligatione, subdit. *Vt iuris iurandi obligatio contrahatur liberum esse oportet qui iurat, & libertatis causa iurare*: ergo extra causam libertatis non valet operarum obligatio. Ex quo Sarmiento lib. 1. Selecta. interpretat. cap. 3. numer. 12. intelligit nouiter text. in l. si quis pro eo. ff. de fideiussoribus, vt ibi iuramentum nullam ciuilem, nec naturalem obligationem producat; quia cùm operarum obligatio sapiat seruitutem, in hominem ingenuum cadere non poterat: ergo si operarum locatio in perpetuum fieri non potest, argumentum non procedit.

Secundò respondetur negando consequẽtiam; quia licet operarum locatio imperpetuum fieri possit, non tamen benè sequitur, Operæ personales in perpetuum locantur: ergo super solâ personâ census consignatur; quia locatio operarum principaliter respicit personam, vel industriam personæ, & nihil aliud præsupponit; imò ipsa locatio est vera, nuda, & propria personarum obligatio, vt cõstat ex Paulo in dicta l. qui operas, ibi, *suas*, & ibi, *operas præstare*: ergo mirum non est, quòd in casibus, in quibus ea operarum locatio permittitur, super solâ personâ consistat, cũ personâ ipsa solâ absq; vlla rei mixtura, vel concomitantia sit fundamentum obligationis operarum, imo & ea obligatio extra personã cõsistere non possit: at verò census consignatio, nec est actus merè personalis, sed potius realis, veluti quædam seruitus, nec in solâ personâ consistit; ità quòd extra personam non sustineatur, sed principaliter in iure percipiendi pensionem ex fructibus: ergo ad sensum patet, quòd longè distant obligatio operarum, & census consignatio, & consequenter malè ex operarum obligatione ad census consignationem super solâ personâ argumentatur Couarr. & alij. Imò iustissimè miror de doctissimo Couarrub. qui in dicto capit. 7. numer. 6. in principio, existimans cognouisse veram huius contractus censualis naturam, resoluit, in eius creatione non regularem hypothecam formari, sed ius quoddam seruitutis fundo inseparabiliter cohærens creari; cuius sententia in hoc receptissima est, ex Aluaro Valasco de iure emphyt. quæst. 32. numer. 13 & ex alijs referendis in capite de hypothecis censuum. Quomodò igitur compatibilia esse possunt, creari censum super solâ personâ, & in eius creatione seruitutem fundo cohærentem inseparabiliter formari? ergo si sunt incõpatibilia, & seruitutem veram formari certũ est, impossibile esse potest, quòd super solâ personâ fiat census consignatio, & consequenter argumentum Couarrub. ex ipsius sententia non procedit.

Denique cùm operarum locatio præsupponat actum personæ, & ideò in personâ propriè consistat, census verò creatio obligationem soluendi pensionem ex fructibus rerum, quæ in solâ personâ consistere non potest, in locatione operarũ non subuertitur materia locationis, in creatione vero cẽsus super solâ personâ subuerteretur materia emptionis, quia cùm materia vendi non posset, nihil esset, quòd venderetur, imò vtrumque esset pecunia, & pretium, & res, quæ emitur, contra præcepta naturalia emptionis: ergo in personâ cẽ suarij impossibile est quòd census consistat. Quæ consideratio deducitur non violenter à l. fin. ff. qui, & à quibus, quem ad hoc pondérat, & inducit in specie census Sarmiento lib. 7. Select. cap. 1. num. 38. vbi post Nauarr. respondet ad prædictum fundamentum Couar. de locatione operarum, & id prosequitur ingeniosè ex num. 31.

27 Ad secundum argumentum, quo præcedens existimatur fortificari, satisfactum remanet ex præcedenti satisfactione, vt scilicet longè distet natura, iustitia, & substantia locationis operarum personalium à census consignatione super solâ persona censuarij factæ; quia in locatione operarum in casibus, in quibus est permissa, non deficit iustitia, neque natura ipsa locationis per promissionem operarum turbatur, sed potius contractus ipse ex omni parte iustus est; in consignatione verò

super sola persona censuarij deficiunt præcepta, atque requisita formalia ad iustitiam, substantiam, & essentiam creationis eius contractus, vt diximus in præcedenti satisfactione: ergo malè de locatione operarum ad consignationē super sola persona censuarij argumentatur.

28 Tertiò non obstat fortificatio Feliciani ad præcedentia argumenta dicentis, quòd quamuis censuarius priuetur libertate, priuari quē libertate non est extrinsecè malùm, neque quidquam præcepti diuini, seu naturalis importat, sed tantùm continet quid permissionis, aut facultatis; quia nos non defendimus censuarium priuari libertate, nec quem posse priuari esse simpliciter bonum, aut malum, cū hæc omnia à sola voluntate se priuantis pendeant; sed solum negamus, ex natura ipsius contractus censum posse consistere super sola persona censuarij, quòd quidem non pendet à sola facultate censuarij, sed à iustitia ipsius contractus: ergo dissimilia sunt, & non benè sequitur; Priuari potest quis ex sua voluntate libertate sua: ergo libere poterit facere contractum iniustum, ex quo libertate priuetur; quia antecedens intelligitur, vt possit quis se ipsum priuare libertate in his, quæ pendent à sola & mera facultate ipsius, vel in his, quæ aliàs de sui natura iustissima sunt: nō verò in his, quæ non in eius mera facultate consistunt, sed directè ad obseruantiam formæ substantialis actus pertinent, vt sunt, quę ad essentiam, & substantiam creationis cēsus, vel alterius contractus expectant; quia in his cum ab hominum facultatē, atque nuda libertate longè distent, non poterit quis ita liberè se habere, vt contra iuris formam quidquam possit efficere, cùm in eo casu non sit dominus contractus, sed contractus dominus eius, atque lex ipsa contractus, & non contrahens, ibi, *Disponat, contra quam nihil facere potest.* l. nemo potest cum vulgatis. ff. delegat. 1. ideò argumentum, & improprium, & leue est.

29 Quartò minus obstat dicere, quòd si gratis potest quis promittere quid annuatim soluēdum, à fortiori per pecuniam, quia falsum omnino est antecedens, cùm is, qui libere potest donare, non ideò possit ex reprobata, vel iniusta causa aliquid dare, vel promittere, scilicet ex causa mutuatæ pecuniæ, vel alterius similis cùm primū fiat ex voluntate, alterum ex necessitate; qui enim dat vsuras, non simpliciter & voluntariè aliquid dat, sed inopia, atque necessitate coactus, quatenus mutuò indiget accipere pecuniam; ideó longè distat is casus à gratuita donatione, vt in specie pluribus exemplis designatis comprobat Sarmiento lib. 1. Selectar. capit. 11. ex num. 3. qui quidem ita respondet huic fragili fundamento in lib. 7. Select. cap. 1. num. 31. versic. *Primò illa argumentatio.*

30 Quintò non obstat fundamentum à Couarrubia adductum ex l. fundus quem. ff. de annuis legatis, credente, ex eo textu, quòd in census creatione principalis obligatio est personalis, & accessoria hypothecaria, quia facilè respondetur, principaliorem esse hypothecariam, quòd apertè deducitur ex verbis dictæ legis, ibi, *Pignus esse voluit*, quasi Papinianus sentiat, quòd fundus, quem pater familias ibi pignus esse voluit, ex causa fideicommissi rei seruandæ gratiæ virtute hypothecæ rectè petatur, & sic denotat ibi, principaliorem obligationem ad petēdum fundum fuisse realem, non personalem, quia si persona lis esset, fundus à tertio non poteretur; ideò contra Couarrub. text. ille retorquetur; & præcisse Papinian. in dicta l. fundus quem debuit sentire, principaliorē obligationem esse hypothecariam, cùm nominatim pater familias fundum pignus esse voluisset, vt ipse Papinian. subdit dicens, *Pignus esse voluit*, & quia quamuis pater familias fundum esse pignus expressè non voluisset, sed certas frumenti corbes, aut vini mensuras in singulos annos libertis reliquisset, principalior obligatio foret hypothecaria, vt ex l. codicillis. §. instituto delegat. 2. l. fin. §. fin. ff. de contrahend. empt. l. ples. §. 1. de verbor. significat. probant plures maxime notabiles viri, nempe Guid. Pap. decis. 432. Aflict. decis. 162. Roman. consil. 388. Alexand. consil. 156. num. 3. lib. 6. Gigas de pensionib. quæst. 51. Aluar. Vaez de iure emphyt. quæst. 4. num. 7. & latiùs dicendum erit in cap. de censuum hypothecis: qua ratione non benè existimauit Couarr. quòd principalior obligatio foret personalis. Iterum nō bene Couarr. ex eo text. argumentatur; quia quamuis fateremur in eo tex. fuisse personalē principaliorē non inde ad nostrā creationē cēsus infertur, cū in eo nulla detur personalis, aut si persona obligetur, inutiliter accedat, & tantùm formetur ius quoddam seruitutis inseparabiliter fundo cohærens exigendi, & soluendi pensionem annuam ex fructibus rei censualis, longè fortiùs & distinctum ab omni hypotheca regulari, vt dicendum erit in capit. de hypothecis censuum, & ita aduertit ipse Couarr. sibi in effectu contrarius lib. 3. variar. c. 7. num. 6. Valasc. de iure emphyt. quæst. 32. num. 13. & 14. ad finem, dicentes, ex eo quòd in censu non datur hypotheca regularis, sed ius quoddam seruitutis, quòd tertius rei censualis possessor nulla prius facta legitima ex-

excussione, poterit directè pro censu conueniri; & ita, licet non his cõsiderationibus, Couarr. impugnauit circa intellectum dictæ legis, fundus, Sarmiento libr. 7. Selectar. interpretat. capit. 1. numer. 4. Ex quibus refutatur secundum Couarrubiæ fundamentum.

31 Sextò non obstat aliud argumentum Couarrubiæ sentientis, quòd peremptа re censuali non extinguatur obligatio soluendi censum, sed quòd adhuc remanet obligatio personalis ad soluendum, inconuincibiliter respondetur, veriorem sententiam esse in totum censum finiri, vel pro parte obligationem extingui, peremptа in totum, vel in parte re censuali, atque censuarium omnino liberari; vel quatenus res censualis periret, vt ad longum dicendum erit in capit. an peremptа re extinguatur obligatio soluendi censum; ideò potiùs istud fundamentum confirmat, quàm impugnat nostram sententiam; maximè quia nõ benè sequitur extincta re censuali remanet personalis ad soluendum: ergo super sola persona censuarij potest consistere census; quia præterquam quòd nulla personalis formatur, etiam quando census super rebus constituitur, vel si aliqua accedit, inutilis est, vt suo loco dicendum erit; longè distant hi duo casus, creari censum à principio super solâ personâ censuarij, vel extincta re non finiri personalem, quia creatio super sola persona nullo modo contingere potest: at verò non finiri obligationem finita, vel extincta re, aliquando potest iustificari, vt quia culpa censuarij perijt res, quia tenebitur aliam subrogare, & quia facilius conseruari potest super sola persona cẽsuarij census à principio legitimè constitutus, quàm sustineri, qui contra naturam contractus creari prętenditur: vnde parum obstat supràdictum argumentum à Couarrubiæ relatum.

32 Septimò non obstat, quòd lege induci, atque statui possit, vt census personales liciti sint, vt in decimis personalibus, vel in tributo monetæ foreræ, verificatur in septimo fundamento contrario; quia facile respondetur, quòd census personales, de quibus ibi, non fuerunt, nec sunt emptitij, sed necessarij, & quasi legales in recognitionem superioritatis de quibus meminibus in capitibus præcedentibus: quare malè de tributis iustissimè debitis, & non emptitijs ad censum verè emptitiũ, & super sola persona consignatum argumentatur.

33 Octauò mirandum est, quòd Felicianus fateatur, ab Extrauagantibus non requiri, quòd super rebus immobilibus census constituatur cùm expressis verbis contrariũ Extrauagãtes decidant, & hanc nostram sententiam nominatim probent, vt constat ex Extrauaganti prima Martini V. de emptione & venditione, ibi, *Super bonis suis, domibus, oppidis, terris, agris*, & statim ibi, *Bonis in ipso contractu tunc expressis pro ipsius annui ex solutione imperpetuum obligatis*; & iterum ibi, *etiam ipsis possessionibus, & bonis obligatis*, & demum ibi, *sub quorum territorijs dicta bona obligata consistunt*, & etiam Calixtus III. in Extrauaganti 2. eodem titul. de emptione & venditione. ibi, *Ex domibus, terris, agris, prædijs possessionibus*; & iterum ibi, *si bona domus terræ, agri, possessiones*; quæ quidem Extrauagãtium verba formalia sunt, & expressè probant nostram sententiam, atq; inde Felicianus meritò reijcitur.

34 Nono, nihil etiam obstat ponderatio, quam Felicianus facit de prędictis Extrauagantibus Martini & Calixti, dum dicunt, quòd peremtis rebus censualibus non possit compelli vẽditor census ad redemptionem, inferens inde, quòd peremptа re censuali, censuarius liber non existit à censu, quia non est bona consequentia; Extinctis bonis non compellitur cẽsuarius ad redemptionem: ergo liber non existit, quia prædictæ Extrauagantes duo distincta probant, ac decidunt, imò duos casus proponunt, in quibus non tenetur censuarius ad redemptionem. Primus extantibus hypothecis, quo casu ex libertate redimendi, quæ iustificat census creationem, nullo modò potest compelli. Secundus peremptis rebus: & in hoc casu loquuntur Extrauagãtes per ampliationem, vt scilicet quòd extinctis nullo modo, nec casu, ad redemptionem compelli possit: quia cùm census extinctus sit, censuarius liberatur. Et hoc modo loquuntur, & intelligendæ sunt Extrauagantes; Ex quibus deducunt Scribentes communiter, & est communis, & recepta sententia, quòd peremptа re censuali perimitur, & extinguitur obligatio soluendi censum; vt latè dicendum erit in capitibus sequentibus.

35 Decimò non obstãt Extrauagantes Nicolai V. & Gregorij XIII. quas ponderat Felician. in dicto num. 7. versic. *Alterum*, ad probandum, quòd in creatione census accedere possunt bona immobilia, & mobilia, atque simul persona; quia præterquam quòd Extrauantes illæ loquuntur, quando simul cum rebus immobilibus obligantur mobilia, & personã, & inde ad nostrum casum adaptati non possunt; in quo agitur de consignatione census super sola persona, in Hispania tñ nec obseruãtur, neque pro legibus canonicis habentur, nec insertæ sunt inter nostras canonicas Extrauagantes, maximè quia certissimum est,

quòd

quòd in casu, quo loquuntur, nulla effectiua personalis obligatio nascitur, vt latè dicendũ erit in capitibus sequentibus.

36 Vndecimò nihil etiam obstat ponderatio, quam iterum facit Felicianus de prædictis Extrauagantibus Nicolai V. & Gregorij XIII. dicens, quòd cùm ex eisdem probetur, quòd super re mobili census constitui possit, à fortiori probatur, quòd super sola persona sustineatur, quia prædictæ Extrauagantes illud nullo modo probant, vt constat ex verbis earum relatis ab eodem Feliciano in dicto vers. *Alterũ est*, ibi, *singula mobilia, & immobilia bona*: quæ verba non probant, quòd super bonis solis mobilibus tenet census consignatio, sed tantum quòd solent censuarij proprietates, personas, eorumque iura, iurisdictiones, & omnia alia singula bona immobilia, & mobilia in census creatione obligare, vt ipsa verba relata à Feliciano probant, quòd non est dicere, quòd super bonis mobilibus census constituatur: ideò nihil obstant prædictæ Extrauagantes.

37 Duodecimò non obstat dicere, quod quãuis proprius motus Pij V. nominatim probet nostram sententiam, non tamen seruetur in prouincijs, in quibus recepta non est; quia facilè respõdetur, receptum omnino esse in his Regnis proprium motum, quatenus decidit requiri bona verè immobilia ad census creationem, & iuri consonum, atque æquitati naturæ creationis census summè congruentem, vt constat ex his, quæ latè diximus in capitibus præcedentibus, & in capite in curijs Matriti condito, cuius meminit l. 10. titul. 15. lib. 5. nouæ Recopil. dum ibi probatur, interpositam fuisse supplicationem ab eo proprio motu, quatenus requirebat, quòd pretium interueniret in pecunia in actu celebrationis census, ergo sentit Regnum, quòd in alijs iustissimus est, à quibus non supplicauit, imò & supplicatio à Regno interposita necessaria nõ fuit; sed potiùs salua pace superflua; quia proprius motus nõ probat illud, à quo Regnũ supplicauit, vt nouiter, & verisimè aduertimus circa intellectum eiusdem Proprij motus, in capit. an pretium debeat interuenire in pecunia numerata, & in actu celebrationis instrumenti: ergo nihil satisfacit Felicianus dicendo, quòd in Regno non recipitur, cùm vere receptus sit, maximè extantibus Extrauagantibus Martini & Calixti, atque recepta, & communi Scribentium sententia, quibus hæc nostra pars apertè probatur.

38 Decimotertiò nihil obstat nouâ considerãtio de vtilitate venditoris census super sola eius persona; quia in hac census materia non consideratur vtilitas contrahentium, sed iustitia census, vt scilicet constituatur licitè, & absque vlla vsurarum suspicione; ideò nihil efficit consensus emptoris volentis super sola censuarij persona censum consignare, nec vtilitas venditoris super eius sola persona censum constituentis; ideò hoc fundamentum refutat Roderic. dicto lib. 1. q. 4. num. 31. ad finem.

39 Decimoquartò ad considerationem de fideiussore, qui quotidie accedit huic census creationi, & personaliter obligatur, atque conuenitur, & incarceratur, & simul ad obiectionem de censuario, qui capitur, & in carcerem mittitur pro census creatione, respõdetur ex his, quæ dicenda erunt in capit. de fideiussoribus censuum, & quæ dicta sunt in capit. de census creatione super rebus fructiferis faciẽda, quòd præterquàm quòd eo casu non constituitur census super sola persona fideiussoris, & censuarij, sed principaliter super bonis, fideiussor, neque cẽsuarius non principaliter capiuntur ex eo, quòd super ipsorum personis census fuerit consignatus, sed ex eo, quòd principaliter promiserent permittere emptori perceptionem pensionis ex fructibus rei censualis, & forsam vel non permittunt, vel dolosè soluere recusant: quo casu non tanquã personaliter obligati, sed quia dolum committunt possidendo res censuales, & præstando fructus, ex quibus pensio percipiatur, vel in locum fructuum pensionem ipsam, capiũtur, & vexantur, vt suo loco ad longum dicẽdum erit, maximè quia de iuris rigore; & secũdum veram naturam huius contractus censuarius, vel eius fideiussor præstando patientiam perceptioni pensionis ex fructibus rei censualis, non possunt pro pensione incarcerari, licèt generalis consuetudo totius Regni forsam non cognoscendo naturam huius contractus sit in contrarium, & demum non est bona cõsequentia, Fideiussores & censuarij capiũtur, & vexantur personaliter: ergo super sola persona censuarij census consistit; quia quòd capiantur, & vexentur, præsupponet ex aliquâ causa fuisse obligatos, nempe ex contumacea soluendi, ex non præstatione patientiæ percipiendi pensionem ex fructibus, ex aliaque simili causa; consignatio verò nullam obligationem, neque iustitiam præsupponunt, cùm à principio super sola persona fieri non possit.

40 Decimoquintò ad fundamentum ex resolutione Couarrub. deductum, vt scilicet cẽsuarius, vel eius hæres, possint conueniri pro cẽsu, quamuis bona censualia, non possideant, vel in tertium ea transtulissent, respondetur verum

verum non esse, sed longè verius contrarium, quia vt ipse Couarrub. fatetur in dicto capit. 7. num. 6. & Valasc. de iure emphyt. quæst. 32. numer. 13. in census creatione formatur quædam seruitus, & ius reale, fundo inseparabiliter cohærens, quod rem ipsam sequitur in quēcunque possessorē transferatur; ex quoad plurima notabilia inferunt, & consequenter hæc seruitus non est personalis, cùm à persona personæ non debeatur, ex toto titul. ff. de statu hominum, & institut. de iure personar. sed est quædam seruitus mixta, quæ à re personæ debetur, ex natura sua dissimilis alijs seruitutibus mixtis, vt ab vsufructu, & habitatione, & similibus, quia hæ seruitutes cum persona finiuntur. l. non solùm. 2. §. tale deliberat. legat. notat gloss. in rubr. de seruitutib. rusticis cap. 3. in princip. census verò cùm sit quoddam ius reale inseparabiliter cohærens fundo, morte censuarij non finitur, sed ad eius hæredes transiuit, pro eoque poterunt conueniri, dummodò rem censualem possideant. Cùm igitur census seruitus sit realis, vt ex supradictis constat, & clariùs ex dicendis in sequentibus capitibus, persona censuarij effectualiter non obligatur, sed extincta causa, propter quam scilicet, deficiente re, vt quia perempta, vel translata in alium, personę tam censuarij, quàm hæredis, imò & tertij, qui desinunt possidere, liberabuntur, & ita in censuario contra Couarrub. tenet Valasc. de iure emphyt. quæst. 32. num. 14. ad finem, vt in tertio, qui post cognitionem rem censualē alienauit, quamuis summariè, tenet idem Couarrub. in dicto cap. 7. nnmer. 6. pro qua sentētia, & verissima resolutione facit text. in l. 2. C. de allubionib. & paludibus, ibi, *Pro terris, quas possident, tributorū præstationem agnoscant*, & iterum in fine eiusdem legis, ibi, *Locorum etiam possessione contenti, pro agitandi census examine respondeant deuotioni*; probatur etiam in l. omnes. 3. C. sine censu, vel reliquis, fundum comparari non posse, dum subdit, *Omnes pro his agris, quos possident, publicationes, pensitationes agnoscant*, & fere per totum titulum. Facit etiam l. fin. C. de præd. minor. & alia iura adducta per Acurs. in dicta l. omnes, verb. *Exigantur*, quod omninò verum est, quamuis contrarium & malè defendit Ioan. Gutier. ad leges Recopil. 2. p. quæst. 177. numer. 4. & 5. quia si rationes possessionis rei censualis tertius ad recognitionem compellitur, vt Couarrub. & alij securè tradiderunt, ex eo quòd ius seruitutis inseparabiliter fundo cohæreat, manifestum est, quòd cessante possessione cessabit obligatio soluendi, imò, & effectus recognitionis. Quod confirmatur ex resolutione Socini consil. 31. *Prosequendo ordinem*. colum. penult. versic. *Quartò etiam probatur*, lib. 1. quem refert Tiraquel. de cessante causa. 1. p. num. 144. ad probandū, quòd obligationis cessante causa, cessat obligatio, est enim principium iuris notissimū in omnibus actibus humanis, promissionibus, & obligationibus, cuiuscunque sint qualitatis, vt nunquam trahantur ad incognita, & non cogitata l. quod Seruius. ff. de condit. ob causam, & latè tradit Tiraquel. in l. si vnquam. C. de reuocand. donat. in præfact. numer. 166. cum pluribus alijs, & hæc veritas latiùs suadetur ex his, quæ dicenda erunt in capitibus de recognitione censuum, & de censuum hypothecis.

Denique post quam Rodericus libr. 1. de annuis redditibus. quæst. 4. num. 27. vsque ad finem quæstionis explicuit pro vtraque parte eam quæstionem. num. 33. credidit, quòd sclusa motus proprij Pij V. constitutione, poterat, super sola persona census constitui, & pro sua sententia sequentia ponderat fundamenta; dicit enim, quòd personalis actio est apta materia ad emptionem, & venditionem, & quòd ideò ius redditus constitui potest super personali obligatione. Secundò ponderat quòd si aliqua ratione prohiberetur contractus creatus super sola persona, ea potissimū prohibitus esset, quia vsurarius: sed nulla vsura eo casu formatur: ergo permissus est. Quod ex eo probat, quòd simus extra mutuum, & quòd pretiū redditus perpetuo ab alienatur: ergo non datur vsura. Sed vtrumque fundamentum leue quidem est, & inane, quia licèt ex natura contractus emptionis & venditionis, qui formatur in censu personali, sit apta materia ad contrahendum, neque accedente pretio legitimo ex ipsa natura contractus formetur vsura; tamen quia contractus ille venditionis census de se suspectus est, nisi accedāt requisita formalia, & inter ea bona immobilia, fructifera, duratura, & existentia; vt quia vēdatur ius percipiēdi fructus, impossibile videtur, & ea vēditio sine re perpetua, existēti, & fructifera subsistat, atq; in sola persona, quę fructifera non est de sui natura, possit sustineri. Similiter malè in num. 34. argumentatur dicens, quòd à principio non potest census creari super bonis tantum, cùm hypothecaria accessoria sine personali non contrahatur, quia falsum omnino est tale argumentum; est enim receptissimum, quòd redditus potest consistere super fundo limitato absque personali obligatione, vt aduertit Couarrub. libr. 3. capite 7. numero 5. igitur nulla ratione sustineri potest Feliciani, neque Roderici

resolu-

Resolutio. Sed ad substantiam, iustitiam, & essentiam census bona mobilia fructifera, existentia, & duratura necessaria sunt.

Quid tamen erit in censu consignatiuo ad vitam, vide Felician. 2. part. fol. 24. numer. 5. de censibus.

## AN IN CENSV DEtur personalis obligatio, ita, quód censuarius non soluendo capi, & incarcerari possit. Caput LIX.

## SVMMARIVM.

*In censu formatur vera emptio & venditio, & inde datur personalis obligatio. num. 1. & num. 8. vbi traditur verus intellectus ad l. fin. §. fin. ff. de contrahenda empt.*

*Obligatio est mater actionis num. 2. & quomodò hoc intelligatur numer. 9. & num. 3. et 10. an possit induci hypotheca sine personali obligatione, et numer. 4. et 11. an detur vera personalis,*

*Fideiussores accedunt in censibus, et capiuntur, & incarcerantur. n. 5. et 12.*

*An quis per partum possit se subicere ad carcerē, ibidem.*

*An debitor censuarius incarceretur, et intellectus ad l. 19. titul. 21. libr. 4. nouæ Recopilat. num. 13.*

*An cum obligatione hypothecaria detur personalis. num. 6. et intellectus ad l. Lucius Titius, de alimentis et cibarijs legatis num. 15.*

*An detur in censu obligatio personalis effectiua vel ius reale, aut seruitus cohærens rebus inseparabiliter. n. 7.*

*An censuarius possit dimittere rem censualem. num. 14.*

### CAPVT LIX.

CVM in capitibus præcedentibus dixerimus, censum non posse constitui super sola persona cēsuarij, in præsenti videamus, an in eo cōtractu simul cum iure reali, & hypothecis detur personalis effectiua, ex qua censuarius possit capi, & incarcerari, & videtur dicendum, quòd vera obligatio personalis contrahatur, ita quòd capiatur, & incarceretur debitor, neque satisfaciat dimittendo rem censualem; & hoc ex sequentibus fundamentis.

1 Primò, quia in census creatione formatur vera emptio & venditio; sed contractus emptionis & venditionis ex sua propria natura producit personalem obligationem: ergo in censu datur personalis obligatio. Maior constat ex his, quæ diximus in capit. de natura & iustitia census. Minor probatur ex l. fin. §. fin. ff. de contrahend. empt. vbi *Venditis fructibus prædij, si postea prædium vendatur, non potest agi pro eis cum emptore, sed venditor conuenitur inid, quod interest.* Consequentia igitur patet.

2 Secundò facit, quia obligatio est mater actionis, sed censuarius in creatione census personaliter obligatur: ergo personalis obligatio contra censuarium formatur. Maior constat ex gloss. in princip. institut. de actionibus verb. *Actio*, & facit l. licèt. §. ea obligatio. ff. de procurator. Minor quidem notissima est, cùm censuarius semper & vbique personaliter obligetur ad annui census solutionē. Consequentia igitur liquet.

3 Tertiò sine obligatione personali realis & hypothecaria induci non potest. l. Iulianus in princ. ff. de legat. 3. l. grege. §. cū pignore. ff. de pignoribus, Fanus de pignorib. 6. part. membro. 2. numer. 5. & inde regulariter debet præcedere personalis obligatio, vt subsistat hypotheca, vt in l. contrahitur. ff. de pignoribus, & post Parisiensem; & Vincent. de Franchis. decis. 159. num. 3. tradit alia Rodericus lib. 2. de annuis redditibus. quæst. 19. numer. 14. & 15. & quæst. 9. numer. 52. ergo necessaria est personalis.

4 Quartò in omni obligatione & contractu certum est oriri obligationem personalem. l. actionum. ff. de actionib. & obligat. §. 1. institut. de actionib. & aduertit fere ad eundem effectum Felicianus in 2. parte de censibus lib. 1. capit. 1. numero 5. versic. *Nec dubiri potest*: ergo in contractu census idem est dicendum.

5 Quintò facit, quòd ex eā ratione censuarius, & eius fideiussores pro redditibus decursis passim capiuntur, atque via executiua vexantur, & si statim non soluunt, vel præstant fideiussores idoneos, qui vocantur *De saneamiento*, incarcerantur, ex l. 19. titul. 21. libr. 4. nouæ Recopilat. & si capti, atque incarcerati cesserint bonis, tradentur ignominiosè creditoribus, secundum formam l. 15. tit. 16. libr. 5. nouæ Recopilat. de qua cessione bonorum, quam solent facere censuarij, agit Iosephus Ludouicus decision. 32. ergo manifestè constat, quòd personaliter obligantur, cùm

aliàs neque caperentur ; neque in carcerem mitterentur.

6 Sextò, pro hac sententia faciunt text. in l. Lucius Titius. ff. de alimentor. & cibar. legat. l. aduersus 10. C. de actionib. & obligation. l. si pro mutua. C. si cert. petat. l. hypothecis 3. C. de distract. pignorib. l. 1. C. de pignoribus in quibus iuribus simul cum hypothecaria datur personalis obligatio , in tantum, quod si dæficit, vel non sufficit hypotheca, conuenitur persona: ergo in census creatione persona liter effectiua contrahitur. Vnde eam sententiam, (licèt non his fundamẽtis, sed satis sum mariè, & quasi per transenam) probat Sarmiẽto lib. 7. Select. interpret. capit. 1. numer. 3. dicens, quòd census transfert ius reale, licèt simul persona obligetur & neminem referens idem tenet Ioann. Gutierrez in practicis quęstionibus ad nouam Recopilationem. 2. part. quæst. 277. num. 8. Felicianus latè de censib. 2. part. lib. 1. capit. 1. nume. 6. versic. *Tertio infertur.*

7 Sed his fundamentis parum obstantibus, considerans ab origine naturam huius census, securè (quamuis nouiter, & vltra omnes, quos legerim) existimo contrariam sententiam esse veriorem, scilicet quòd in his censuum creationibus nulla detur obligatio personalis effectiua, licèt nominatim personam obligetur. Quod manifestè constat ex eo, quia (vt sæpius dictum est, maximè in capite de natura & iustitia census) in eius creatione formatur vera emptio & vẽditio, non rerum censualium, sed iuris percipiendi pensionem annuam super eisdem consignatam, ex fructibus nempe earundem rerum, quasi fructus ipsi vsque ad pẽsionis quantitatem venditi censeantur, vt sit detur materia emptibilis, non ficta, & imaginaria, sed in specie quasi certa, scilicet ius percipiendi fructus illos verisimiliter ex fundis, seu domibus censualibus nascituros , sicut quando venditor ius seruitutis piscandi, aut pascendi, seu quid aliud incorporale, vel corporibus cohærens fructiferum, cuius venditio nihil habet personale, nec in eo contractu persona effectualiter obligatur, sed obligatio verè, & in totum realis est, ita quod res cum onere suo transit ad quoscunque possessores in perpetuum ; & ita censuarius ad id tantùm obligatur, vt annuam pensionem soluat, vel eius perceptioni ex fructibus rerum censualium consentiat, quasi eos fructus vendidisset si pensionem annuatim soluere recusauerit; ideò nulla datur effectiua personalis. Quod in effectu tenet Speculator in titul. de emptione & venditione. §. 1. versic. *Sed pone*, dicens, quod obligatio personalis & seruitus differũt; quia personalis obligatio sequitur personam, seruitus verò rem. Cuius sententia verissima est, ex natura vtriusque obligationis personalis, & realis . Est enim obligatio personalis, quæ nunquam egreditur ex persona obligati. l. actionum genera in principio. ff. de actionibus & obligat. gloss. in §. omniũ verb. *In rem*, Institut. de actionib. l. 1. §. si hæres percepto fundo. ff. ad Trebelian. l. penult. C. de actionib. & obligat. Vnde in censu dari non potest effectualis, cum actio contractus censualis ex persona censuarij egrediatur, & contra omnes possessores in perpetuum detur: ex quo in totum realis est, quæ opponitur personali , & nullam habet personam obligatam , sed competit ratione iuris, quod quis habet in re, puta ratione directi dominij, vt in l. in rem. ff. de rei vendicat. vel ratione vtilis tantum. l. 1. §. qui in perpetuum si ager vectigalis , vel emphyteoticalis petatur, vel propter ius seruitutis, vt in §. æque institut. de actionib. vel propter ius pignoris, & hypothecæ, quod quis habet in re. §. item seruiana, institut. de actionib. cõfirm. ex Tiraquel. de retract. lignag. §. 8. glos. 5. numer. 6. & 7. cum alijs. Qua ratione si principaliter contrahitur in cẽsu realis obligatio, nulla in eo dari potest personalis, vel si accedat, inutilis erit. Et hinc dixerũt plures, quod qui tenetur actione reali, non dicitur obligatus. §. omnium, institut. de actionib. ibi, *Nullo iure ei obligatus est*, vbi fere omnes id aduertunt, maximè Iass. numer. 21. & 52. Quæ sententia Speculatoris sic confirmata, dum probat, quòd aliud est seruitus, aliud actio personalis, in effectu adducitur à Bald. in rubrica. C. de vsufructu, versic. *Sed iuxta*. & in l. 2. numer. 14. C. de seruitutib. & aqua, & à Roman. consil. 311. versic. Quæro ad tertium. Et hæc resolutio maiori quidem ratione in censu procedit; quia in eius creatione non contrahitur vera obligatio non solum personalis, sed neq; realis, (vt sæpius dictum est) sed ius quoddã seruitutis formatur inseparabiliter fundo cẽsuali cohærens, & in perpetuum ad quoscunque rei censualis possessores transmissiuè fortiùs, & opulentiùs omni reali actione, vt latè dicendum erit in capit. de hypothecis censuũ & probant Couar. post Guid. lib. 3. variar. cap. 7. num. 6. Aluar Vaez de iure emphyt. quæst. 32. nume. 13. & 14. Sarmiento lib. 7. Selectar. interpret. cap. 1. numer. 4. Padilla in l. prædia num. 11. C. de fideicõmiss. & nouissimè (licèt prædictos non referat) Ioan. Gutierez in consil. 28. num. 77. Roder. lib. 1. de ann. redd. q. 19. num. 11. ad finem. Ex cuius iuris seruitutis peculiari natura plurima contra regulas actionis hypothecariæ regularis nascuntur, quæ manifestè

sic & comprobant eam sententiam. Primò, quòd quamuis in casibus, in quibus cum hypothecaria concurrit personalis, extincta hypotheca, persona remanet obligata; in censu tamen diuersum est, quia nec personalis, quæ inutiliter accedit, durat extincta hypothecaria, nec censuarius amplius ad pensionis solutionem conueniri potest, vt dicendum erit. Quod ex ea ratione procedit, quia nulla personalis obligatio effectiua accessit, cùm si accederet, non finiretur finita hypotheca. Secundò, quòd quamuis hypothecis effectis infructiferis, vel non sufficientibus, ad census ex actionem adhuc manet obligatio personalis, in censu tamen nulla remanet peremptis, sed in totum extinguitur census, vt dicendum erit in capit. de censu creando super rebus immobilibus fructiferis, & in alijs, quod similiter ex eo procedit, quòd nulla personalis effectiua fuit contracta, cùm si persona obligaretur, censuarius liber non esset, ex fructuum sterilitate. Tertiò in alijs obligationibus non liberatur debitor, dando bona obligata in solutum, etiam legitimè extimata; in censu verò liber est, vt quia res sola obligatur, & censui subijcitur, atque ex fructuum correspondentia iustificatur contractus, vt dicendum erit in capit. de redemptione census per dationem rei insolutum item & quartò tertius hypothecaria non conueniri potest, nisi prius facta legitima excussione debitoris; at pro censu directè conuenitur, vt quia non hypothecaria ibi formetur, sed ius quoddam seruitutis, vt etiã dicendum erit in cap. de hypothecis censuũ: ergo ex his differentijs euidenter constat discrimẽ inter hypothecariam regularem, & ius seruitutis census, & quòd obligatio personalis, quæ simul cum hypothecaria multoties interuenit, in census creatione inutiliter accedit. Quæ sententia proprie cõfirmatur ex eo, quòd quamuis in censu præter bona, super quibus constitutus est, censuarius generaliter reliqua subijciat, nullius momenti erit obligatio generalis, sed bonis, super quibus fit cõsignatio, obligatis manẽtibus, pro nõ scripta habẽda est generalis hypotheca, vt diximus in capite præcedenti ad finem: ergo respectu personalis obligationis à fortiori dicendum est, quòd si interueniat in censu, inutiliter accedet, & nullius erit effectus. Et hinc videmus, quòd si constituens cẽsum, vel eius hæredes, aut quilibet tertius rei censuales possessor desierint rem censualem possidere, liberabuntur à census solutione vt diximus in capit. præcedenti. Denique pro hac sententia vrgenter faciunt, quæ dicta fuerunt in capite præced. & dicenda erũt in capite sequenti, & vrgẽtiùs quæ traduntur in præsenti circa satisfactionẽ contrariorum. Et quamuis hæc sit noua opinio, vt in censu personalis effectiua non cõtrahatur, considerando naturam huius cõtractus iustissima, & omnino tenenda est, & eam nominatim tenet Couar. lib. 2. c. 1. n. 7. Roderic. lib. 1. q. 19. per totam.

8 Qua sententia firmiter retentâ non obstãt fundamenta in contrarium adducta, & primò text. in l. fin. ff. de contrahend. empt. Ex quo probatur, quòd in contractu emptionis & vẽditionis datur obligatio personalis, & inde ad censum infertur, vbi vere contrahitur vera emptio & venditio; quia ad eum text. respondetur, quòd Scebola ibidẽ loquitur in annuo legato, ad cuius ex actionem non competebat hypothecaria, sed personalis tantùm, vt quia legatum annuum, de quo ibi, ex sola promissione Lucij Titij debitum erat, quasi personalis obligatio fuit contracta, & non hypothecaria, & ideò tertius non conuenitur, vt ex text. apertissimè constat, & aduertit Padilla in l. in prouinciali nu. 23. C. de seruitutibus & aqua, & meliùs Valasc. de iure emphyt. quæst. 1. n. 16. si enim census annuus personalis erat, nullam habens realis mixturam, non est mirum, quod actio personalis in eius creatione formetur, cùm hypothecaria non potuisset, sed mere personalis, vt quia substantia eius legati in sola promissione Lucij Titij consisteret, vt circa intellectum eiusdem text. diximus in capitibus huius operis, vbi egimus de legato annuo, censu nempe testamentario; ex quo non benè adaptatur constitutio illius textus ad censum emptitium, ex vera nempe emptione & vẽditione creatum, & nominatim super certis rebus immobilibus designatum, in quo vel non obligatur persona, aut obligatio inutilis est, & solum attenditur res ipsa censualis, cui ad hæret inseparabiliter ius seruitutis soluendi pẽsionem. Ex quo deducitur, quòd malè ponderauit Sarmiento textum illum ad probandum, quòd quia in censu datur emptio & venditio, contrahitur vera personalis obligatio in lib. 7. Select. interpretat. cap. 1. num. 3. cùm in eo textu non agatur de emptione census, sed de promissione simplici soluendi, quæ naturaliter personam obligat.

9 Secundò minus obstat dicere, quòd cùm obligatio sit mater actionis, & persona censuarij semper obligetur, obligatio personalis datur in censu, inferens inde ad fideiussores, quòd similibus censuum contractibus accedunt, vt personaliter obligentur, & conuenian̄tur, quia facilè respondetur, quòd præterquã quòd ea regula intelligẽda est in actione personali, non reali, vt quia personalis obligatio

sit

sit mater actionis personalis, non realis, cum realis nullam præsupponat obligationem. §. 1. instirut. de actionibus, vbi Iass. numero 11. actio competens contra censuarium, quæ realis est, vt quia rei cohæret, non est actio natiua præsupponens obligationem matrem præambulam, sed potiùs est datiua legalis, nempe quæ à lege ipsa sine aliqua obligatione personali præambula nascitur ex ipsa census creatione: vnde non procedet in ea supradicta regula, scilicet quod actio præsupponit obligationem. Ita Bart. in l. cùm mota, col. 3. C. de transact. Iass. in §. 1. nume. 10. instit. de actionibus. Cassaneus. in Consuetudinib. Burg. rubr. 4. §. 11. versic. fin. num. 9. & 10. maximè quia non benè sequitur; Obligatio est mater actionis, sed censuarius personaliter obligatur: ergo personalis obligatio in censu contrahitur. Quia concedendo maiorem, ad minorem respondetur, quòd non obligatur effectualiter persona, sed potiùs inutiliter accedit; quia in censuarij persona nec census creatio sustinetur, nec conseruatur; sed quia pro non scripta habetur, & eum tantùm effectum operatur, vt si censuarius noluerit, vel distulerit soluere pensionẽ, emptor ex fructibus rei censualis eam percipiat, vt aduertit Benedict. Bon. de censib. art. 46. ad finem; ideò quamuis obligatio sit mater actionis, in hac specie non pariet effectualem personalem, & ad illationem de fideiussore, quòd personaliter obligetur, & conueniatur, respondetur ex infrà dicendis ad sequens argumentum contrarium, & ex hisque dicenda sunt in capite de fideiussoribus censuum.

10 Ad tertium respondetur; quòd licèt regulariter principalis obligatio sit personalis, ita quòd sine personali non detur hypothecaria, id tamen fallit in censu, in quo non solum personalis non est principalior, sed potiùs hypothecaria, imo neque datur personalis effectiua, neque regularis hypothecaria contrahitur, sed potius ius quoddam seruitutis inseparabiliter fundo cohærens, vt sæpè in hoc opere dictum est; & respondet nominatim Roderic. lib. 2. q. 19. n. 14. & 15. referens se ad ea, quæ dixerat lib. 1. q. 4.

11 Ad quartum respondetur, quòd licet in omni contractu detur obligatio personalis, vt Felicianus existimat, in hoc tamen censuali nulla datur effectiua expeculiari natura eius contractus, vt sæpius dictum est.

12 Ad quintum minus obstat dicere, quòd de consuetudine censuarius, & eius fideiussores incarcerantur, & quòd ideò personalis effectiua contrahitur, quia ad veram satisfactionem aduertendum est, quòd de iure communi non valebat pactum, quo debitor se obligabat ad carcerem, argum. l. 2. de libero homine exhibendo. l. Titio centum. §. Titio cẽtum de condit. & demonstrat. Couarr. dicens communem lib. 2. variar. cap. 1. num. 7. & in capit. quamuis pactum. 2. p. in princip. num. 6. Menchaca dicens communem & veriorem, quem refert & sequitur Gutierr. de iurament. confirmat. 1. part. capit. 18. numer. 1. Vaeza post alios de inope debit. cap. 1. num. 37. Et quamuis dicatur, quod valet de cõsuetudine, vt ex Guid. Papa, Ripa & alijs aduertunt Couarr. dicto numer. 7. & Vaeza dicto capit. 1. num. 39. illud tamen non procedit, nisi quatenus de consuetudine receptum est, vt respondet Roderic. lib. 2. quæst. 10. nume. 3. & 8. dicens, quòd ideò consuetudo non debet extẽdi de casu momentaneo ad casum obligationis perpetuæ, vt ipse aduertit n. 9. sed potest replicari, quod etiam est vsitatum in obligatione perpetua census, & quòd ideò etiam in censibus est obseruanda. Vnde benè respõdetur, quòd ea consuetudo, præterquã quòd sit contra ius, & ideò non extendenda, etiamsi militet eadem ratio, vt post Bald. & Aymon. aduertit Roderic. dict. quæst. 10. num. 10. habet tamen ea consuetudo in specie census nõ solum vnam, sed duplicem resistentiam. Prima est, quòd nemo incarceretur; secunda, & fortior proueniens ex ipsa obligatione cẽsus, quòd cùm sit vera seruitus, nemo potest se obligare ad perpetuam seruitutem, d. l. 2. de libero homine, & notant gloss. & Doctores in l. antiquitas. C. de vsufructu. l. post certi. C. de liberali causa, Ioan. Fab. & Aretin. in §. penul. instit. de iure personarum. Guidon. Papa. q. 61. & aduertit ipse Roderic. lib. 3. quæst. 5. ergo in censu consuetudo non procedit, sed potius dicetur corrupte la.

13 Neque obstabit l. 9. titul. 21. libr. 4. nouæ Recopil. quia loquitur in obligatione momẽtanea, & ex consuetudine totius Regni: vnde ac censum non extenditur. Et ratio differentiæ notissima est; quia quamuis vulgariter sit vsitatum, & ferè in tota Hispania vsu receptum, vt debitor censuarius incarceretur, id enim contra naturam & peculiarem contractus censualis conditionem est. Quod ex eo euidenter suadetur; quia vt constat ex omnibus supradictis in fundamentis huius nostræ opinionis, scilicet quòd nulla detur in censu obligatio personalis effectiua, in eius creatione vera emptio & venditio formatur, non rei censualis, sed iuris percipiendi cẽsum ex fructibus eiusdem, ac si nominatim perceptio eorũdem fructuum ad solutionem

pensionis designetur. Quare si censuarius cõuentus nominauerit, vel obtulerit fructus rerum censualium, satisfaciet creditori, ideò persona capienda non est, maximè cùm verissimum sit, quòd si fructus rei censualis deficiant, extinguetur obligatio soluendi censum; ita quòd censuarius de euictione fructuum non teneatur, nec amplius pro censu conueniri possit, vt dicendum erit in capite sequenti: quare persona capienda non est, si fructus supersint, & si deficerent, à fortiori non caperetur, cùm census in totum, vel pro parte extinguatur. Cui veritati non obstat dicta l. 19. titul. 21. libr. 4. nouæ Recopilat. quatenus probat, quòd si debitor executiuè conueniatur, & non soluit, vel designat bona vendenda cum fideiussore de saneamiento, capiendus est, & incarcerandus; quia præterquam quòd lex illa loquitur in debitore certæ quantitatis, cuius debitum vnicâ tantùm solutione extinguitur, qui dissimilis est censuario propter debiti successiuam obligationem, si diligenter consideretur, potius confirmat nostram sententiam, quam impugnat, dum dicit: *Y que en defeto de las dichas fianças de saneamiẽto sea preso el deudor*: ergo designatis bonis, in quibus fiat executio cum fideiussore *de saneamiento*, debitor carcerandus non est, & sic censuarius capiendus non est quia cùm bona censualia in quocunq; euentu certa sint, & euicta, vt quia ad census solutionem eorũ fructus sufficiant, ita quòd peremptis in totum, vel in parte, extinguitur in totũ, vel in parte obligatio, & cẽsuarius omninò liberatur, nec ad vllã euictionẽ tenetur, sed satisfacit præstando fructus, imò & tradendo ipsa bona censualia in solutũ
84 satisfacit, vt dicendũ erit in cap. sequẽti, & in cap. de redemptione census per dationem rerum in solutum, manifestum est, quòd si censuarius in executione nominauerit bona censualia, vel ipsorum fructus ad census exactionem, incarcerandus non erit, cùm bona congrua designauerit, ad quorum euictionem nõ teneatur, & ideò executio illa fideiussione euictionis non indigeat. Quæ resolutio & intellectus ad dictam l. 19. non solùm violentus non est, sed omninò proprius, & à verbis legis deductus, cùm designans lex illa 19. executionis formam, dicit, *En bienes raizes confiãças de saneamiento*, constituẽs, quòd executio in bonis fieret bona principaliter recipiens; sed quia debitor designando immobilia, seu mobilia bona, aliena, vel incerta, aut quæ non sufficerent ad debiti solutionem, poterat ex ea ficta designatione fugiens creditorem decipere subdit, *Y que en defeto de las dichas fianças sea preso el deudor*, excludens ex ea præstatione fideiussoris fallaciam & fictionem, qua poterant vti debitores designando incerta bona non cõgrua, seu aliena, & inde constituẽs, quòd post designationem bonorum à debitore factam fideiussores *de saneamiento* præstare teneatur, qui nominatim caueant bona illa à debitore designata, congrua, certa, vendibilia quæ esse, atque sufficere ad debiti solutionem. Ex qua fideiussione nascitur quædam bonorum euictio, & carceris redemptio, atq; simulationis exclusio, creditorque seuerus manet, & à debitore non deceptus: & ideò debitor capiendus non est, neque pro debito incarcerandus. Qua ratione idem in censuario à fortiori dicendum est, quia cum designauerit bona censualia, deceptio excluditur, & nulla fallacia, seu fictio adest, cum bona censualia in quocunque euentu euicta sint, & ad census solutionem congrua, vt quia si supersint, ex fructibus eorum pensio sit exigenda: sin verò diminuta, vel perempta sint, diminuatur, vel extinguatur census; ideò absque vlla præstatione fideiussoris *de saneamiento* carcerandus non erit, lex enim pro censuario fideiussit à principio creationis census ex designatione bonorum, super quibus fuit constitutus: vnde alia fideiussio necessaria non est, semper enim bona fideiubent, censuariumque liberant. Quare ex mente, & verbis eiusdem legis 19. quamuis censuarius non præstaret aliam fideiussionem, capiendus non esset, nec incarcerandus. Qui nouus, & verus intellectus apertè deducitur ex resolutione Auendañi in dictionario verb. *Almoneda*, vers. *Item in ista*, Baeça de inopes debitore cap. 1. num. 27. dicentium, quòd debitor, qui dedit fideiussorem *de saneamiento*, idò non capitur, nec incarceratur, quia per eam fideiussionem securus manet creditor, & inde inferentium, quod si debitor carceratus in defectu fideiussionis probauerit, bona designata sufficere ad debiti solutionẽ, liberabitur à carcere, ac si dedisset eam fideiussionẽ, cùm ex ea probatione cesset euidenter fraus debitoris, & creditor omninò securus maneat.

Quę quidem resolutio ex eo confirmatur, quia dicta lex Regni, & consuetudo, in qua fundatur, intelligenda est secundum ius commune, vt illud minus quàm possibile sit, corrigat: quo quidem iure communi tres erant opiniones penitus diuersæ. Prima, quòd non valeat pactum, quo quis se ad carcerem obligat. Secũda, quòd qui se obligat personaliter, capi possit, de quibus suprà. Tertia, quod etiã is, qui se personaliter obligat, non capiatur,

nisi bonis excussis, ex gloss. in l. 3. §. tutores, ff. de suspectis tutoribus, & notant Roman. consil. 242. quem refert, & sequitur Cassan. in Consuetudib. Burgund. rubr. 5. §. 2. Ripa in l. obligatione numer. 20. de pignoribus, Iass. in princip. numer. 90. instit. de actionib. Boer. decis. 349. numer. 7. Iass. in l. arbitro. ff. qui satisdare cogantur, Dec. consil. 75. Felin. in cap. quoad consultationem nu. 10. de re iudicata; Maranta in Speculo. 6. part. vers. Executio. numer. 9. vnde si per consuetudinem abrogatur prima opinio, secunda in censu seruanda est, vel saltem tertia, quæ bonis excussis permittit capturam, secundum quam potest propriè intelligi lex Regia, quæ decidit, quòd fiat ex euitio in bonis cum fideiussore de iudicato soluendo, ibi: *En bienes raizes con fianças de saneamiento*, permittens capturam in defectum eorum fideiussorum, ibi. *Y en defeto de las dichas fianças sea preso el deudor*, in quo præsupponit, quòd in censu non sit capiendus, vt quia semper debitor habet fideiussorem, non solum eum, quem dedit in scriptura censuali, sed bona ipsa censualia, quæ pro censuario virtualiter fideiubent, atque donec durant, durat census, perèptisq; extinguitur: ergo vtroq; casu censuarius non est capiendus.

Ex qua receptissima sententia respondetur etiam ad textum in l. 5. titul. 16. lib. 5. nou. Recopilat. quæ de cessione bonorum agit, vt lex illa, & aliæ similes, dum probant debitorem tradendum esse creditoribus, hodie in cessu non procedant, attenta natura creationis eius contractus, nempe vt quia perempta re extinguatur obligatio in totum, vel in parte, & liber omninò existat cēsuarius. Si enim persona censuarij effectiuè nō obligatur, imò peempta re obligatio extinguitur, substantiaq; census pendet à bonorū existentia, & fructuū perpetuitate, & ius, quod vēditur, inseparabiliter fundo cohæret, & nulla habita consideratione personæ ad quoscunq; possessores transit, & cēsuarius incarcerari nequit, notissimū est, quod remedio cessionis bonorum poterit vti absq; vlla captura personæ, & quòd leges Regni, quæ de cessione bonorū meminerūt, in ea procedere non possunt.

15 Postremò non obstat text. in l. Lucius. ff. de alimētis & cibarijs legatis, & alia iura, quæ suprà retulimus num. 4. in quibus probatur, quod simul cum hypothecaria datur personalis obligatio, intentum, quòd si non deficit, vel sufficit hypotheca, conuenitur persona; quia leges illæ apertè loquuntur in hypothecaria ordinaria regulari; cuius dubitationis, & casus species decidēdæ sunt, ex ordinarijs regulis iuris, quę peculiares conditiones hypothecarū exprimūnt, & decidunt, vt ex ipsis legibus constat, nos verò loquimur in iure seruitutis empto, seu vendito percipiendi pensionem annuam ex fructibus rei censualis: quod longè diuersum est ab hypothecis ordinarijs, & regularibus, & in quamplurimis distant, de quibus suprà diximus, & infrà dicendū erit; & in eo principaliter differunt, quòd cū hypotheca ordinaria & regulari interuenit personalis, cum iure verò seruitutis census nulla datur effectiua obligatio, sed si persona censuarij accedat, inutiliter quidē obligatur, & extincta re obligatio perijt: quod euidētiùs constabit ex his, quæ in capite sequenti dicēda sunt, vbi probandum erit, quòd finita re cēsuali in totum, vel in parte nulla remanet personalis ad soluendum.

Ex quibus omnibus constat, quòd licèt Felicianus in 2. tom. de cens. lib. 1. c. 1. n. 6. vsque ad finem vers. *Tertiò infero ad quæstionem*, disputet hanc nostram quæstionem, atq; deniq; resoluat personalem effectiuam dari in censum, mirandum non est eam partem tenuisse, cùm firmiter credat personalem esse principaliorem census obligationem, super solaq; persona posse censum consignari. Quæ resolutio cùm vera non sit, sed omnino verior contraria, tenenda non erit eius sententia, maximè ex dicendis in cap. sequenti, vbi probabimus, quòd peempta re censuali in totum, vel in parte, extinguitur obligatio soluendi censum.

## AN PEREMPTA RE CENsuali in totum, vel in parte, remaneat obligatio personalis, vel in totum extinguatur census. Caput LX.

### SVMMARIVM.

*Emphyteosis an extinguatur in totum, vel in parte peempta re in emphyteosim concessa. n. 1. & 6. ibiq; traditur, quādo mutata forma mutetur, eius substantia.*

*Personalis obligatio an remaneat, extincta, vel peempta re censuali, aut hypotheca subiecta. num. 2. & 7.*

*Intellectus ad l. creditor, qui non idoneum. ff. si cert. petat. n. 8.*

*Census constitutus super re, quæ non sufficit ad pensionem, an supplendus sit, ex alijs bonis*

*censuarij. numer. 3. & 9. vbi traditur intellectus ad l. Lucius Titius. ff. de aliment. & cibar. legat.*

*Intellectus ad Extrauagantes 1. & 2. de emptione & venditione. n. 4. & 10.*

*Census an perempta re censuali perimatur in totū. vel in parte. n. 5.*

*Domus destructa an domus amplius nuncupetur, maximè quando habetur respectus ad vsumfructum. ibidem.*

*Obligatio competens ratione rei finitur finita re. ibidem.*

*Renuntiatio casuum fortuitorum an valida sit. num. 11.*

*Conditio reædificandi domum cēsualem destructā an sustineatur in censum. n. 12.*

*Casus fortuitus peremptionis rei censualis quando excuset censuarium. n. 13.*

*Casus fortuitus, in solitus, & inopinatus, quis dicatur remissiue. ibidem.*

*Censuarius si sponte reædificauerit rem cēsualem peremptam, an census reuiuiscat. n. 14. vsq; ad finem.*

*Ecclesia nouiter ędificata in solo antiquitus peremptæ an retineat priuilegia veteris. n. 15.*

*Subrogatum quando sapiat naturam eius, in cuius locum subrogatur. ibidem, & n. 18.*

*Fundus ex pecunia patrimoniali emptus an patrimonialis sit. n. 16.*

*Fundus constante marrimonio in feudo patrimoniali reædificatus an diuidatur inter maritū, & vxorem. n. 17.*

*Res maioratus destructa si reædificetur, an reuiuiscat qualitas maioratus. n. 18.*

*Censuarius, cuius culpa res censualis perijt, an teneatur ad reædificationem. n. 19.*

*Hypotheca an mutetur, vel finiatur ex mutatione qualitatis rei. ibidem.*

## CAPVT LX.

IN capitibus præcedentibus egimus de bonis, super quibus census consignari potest; sed quia sæpissimè contingit perimi, aut extingui bona censualia incendio, ruina, naufragio, vel alio simili casu fortuito, examinandam elegimus vulgarem, licèt ancipitem dubitationem, quam pluries vidi in facti contingentia controuersam in Regia Pinciana Chancellaria, an scilicet perempta re cēsuali extinguatur in totum, vel in parte obligatio soluendi censum; & non extingui videtur ex sequentibus dicendum.

1 Primò ex eo, quòd perempta re in emphyteosim concessa non extinguitur obligatio soluendi pensionem; nec liberatur emphyteota ab eius solutione, ex doctrina Angeli in auth. et. de non alienandis. §. lex ista in fine colum. 2. dicentis, quòd destructa, seu combusta domo in emphyteosim concessa quocunque casu fortuito, adhuc emphytheota teneretur eam reficere, & pro solo annuatim integram mercedem soluere, cùm area sit potissima pars domus, ex l. qui res. §. aream. ff. de solut. Cuius doctrinam sequitur Imola in cap. potuit, colum. 37. de locato, Iass. in l. 1. numer. 15. 44. & 78. C. de iure emphyteot. & idem sentiunt Aflict. decis. 392. nu. 12. Natta consil. 377. decis. Perus. 36. num. 8. 1. part. dicunt enim præfati Doctores, quòd si emphytheota, vel conductor ad longum tempus non percipiunt fructus ex domo combusta, furno, seu molendino destructo, id contingit ex facto, & culpa eorum, cùm possint reficere ea bona, & ad pristinum statum reducere, de quo latè egit Tiraquel. de retract. lignag. in fine. numer. 74. & facit l. 28. titul. 8. part. 5. Quæ sententia confirmatur ex eo, quòd quāuis regulariter mutata forma mutetur eius substantia. l. Iulianus. §. si quis. ff. ad exhibendum. l. repeti. §. fin. ff. quibus modis vsus fructus amittatur. l. qui res. §. area. ff. de solut. ea tamen regula præcisse debet intelligi, quando ita forma mutatur, vt amplius in primæuam reduci non possit, vt quia triticum in farinam, seu vinum in acetum conuertitur: quia tunc dicer etur mutata substantia, non verò si mutatio reducibilis sit in primæuam formam, text. est notandus, & mente tenendus in l. quæsitum. 78. §. illud delegat. 3. vbi Paul. Iurisconsultus loquens de mutatione formæ assignat notabile præceptum his verbis: *Quippe ea, quę talis naturę sint, vt sæpiùs in sua possint redigi initia, ea materię potentia victa, nunquam vires eius effugiunt,* vbi Bart. & longa additio ad ipsum id ponderauerunt, & referens Alberic. & alios Gregor. Lup. per text. ibi in l. 19. titul. 2. part. 3.

Maximè si tota res non perierit, sed pro parte tantum: quia ratione partis, quæ superfuit, tenebitur emphytheota ad solutionem integræ pensionis, vt resoluunt Tiraquel. de retract. lignag. in fine. num. 75. Iul. Clar. in §. emphyteosis. quæst. 8. numer. 8. Aluar. Vaez de iur. emphyt. quæst. 27. num. 4. ergo sic in censu dicendum est, vt perempta, vel extincta re, in totum, vel in parte extinguatur obligatio soluendi censum.

2 Secundò facit pro hac sententia, quia perempta re censuali adhuc remanet obligatio personalis ad census solutionem contra

censua-

censuarium : ergo non extinguitur census. Antecedens probatur in l. creditor, qui non idoneum. 28. ff. si cert. petat. vbi Gaius Iurisconsultus in fortiori casu, scilicet quando creditor scientes non idoneum pignus accepit, constituit, quòd non amittit exactionẽ eius debiti quantitatis, in quam pignus non sufficit. Idem in effectu probat Paulus Iurisconsultus in l. quæsitum. §. fin. ff. de distract. pignor. l. aduersus. 10. C. de action. & obligat. ex quibus iuris post Molinæum eam sententiam tenet Couarr. lib. 3. variar. cap. 7. num. 5. versic. *Quartò si contractum*, & vltra Couarrub. quòd perempris rebus censualibus insurgat obligatio personalis contrà censuarium ad cẽsus exactionem, probat Rodulph. in cap. consuluit. numer. 46. de vsuris, Rodoan. de rebus Eccles. rubr. 16. num. 40. Benedict. Bon. de censib. artic. 46. num. 76. per text. in cap. illo vos de pignorib. Foller. in tractat. de censib. gloss. magna. n. 45. ergo si personalis obligatio perempta re insurgit ad soluẽdum, nullo modo extinguitur census.

3 Tertiò facit pro hac sententia, quia quãdo census constitutus est super re, quæ non sufficit ad eius solutionem, debet constituens soluere pensionem ex fructibus cæterorum bonorum suorum, vt resoluunt Ioann. Fauer in l. si quis argentum. C. de donat. Guid. Pap. quæst. 8. Cassan. in Consuetud. Burgũd. rubr. 11. §. 2. in princip. Rodoan. de rebus Eccles. rubr. 16. num. 42. Ben edict. Bon. de censibus. articul. 12. ad med. & in fine eiusdem articuli Foller. post Guidon. Pap. in praxi cẽsuali, gloss. magna. n. 45. & omnes pro hac sententia referunt text. in l. Lucius Titius. 12. ff. de äliment. & cibar. legat. qui pro ea videtur expressus. Vnde si extinctis hypothecis ex alijs rebus census soluendus est, dici non potest, quòd finiatur perempta re censuali.

4 Quartò facit vrgenter Extrauagans primæ Martini V. de empt. & vendit. ibi *Sed ad hoc huiusmodi census venditores inuiti nequaquam per emptores arctari, vel astringi valerent, atque ex ipsis possessionibus, & bonis obligatis penitus inter emptis, seu destructis*, vbi manifestè probatur, quòd etiam peremptis rebus, super quibus census fundatur, non poterit venditor compelli ad redemptionem census, seu distractionem sortis principalis. Ex quo denotat Martinus, quòd licèt non teneatur censuarius ad redemptionem, tenebitur tamen ad census solutionem. Quod similiter sentit Calixtus in Extrauaganti secunda eodem titulo de emot. & vendit. ibi, *Idem etenim, etiamsi bona, domus, terræ, agri, possessiones, & hæreditates huiusmodi processu temporis ad omnimodã destructionis, seu desolationis deducerentur, opprobrium, pecuniam ipsam etiam agendo repetere non valerent.* Cùm enim Martinus & Calixtus sentiant dari census redemptionem ad voluntatem venditoris, etiamsi peremptis rebus censualibus euidenter præsupponunt, quòd extinctis remanet obligatio personalis ad soluendum. Vnde hanc sententiam, quòd finitis rebus censualibus census non extinguatur, licèt non his fundamentis, post Molin. in Consuetudinib. Parisien. titul. 1. §. 11. numer. 5. sequitur Couarrub. libr. 3. variar. capit. 7. numer. 5. ad finem, Felician. de censibus lib. 1. capit. 8. nu. 19. vers. *Pro qua parte*, vsque ad fin. & iterum post Decianum, Andream Gail. decis. Pedemonton. Azebed. & alios in 2. tom. lib. 1. c. 8. n. 17. & post alios Roderic. de ann. redditib. lib. 2. q. 9. n. 75. vsq; ad finem quæstionis.

5 Adhuc tamen his omnibus parum obstantibus, contrariam sententiam veriorem esse credimus scilicet perempta re censuali extingui obligationem soluendi censum. Et primò ex eo constat, quia domus destructa domus non est, maximè quando habetur respectus ad vsumfructum. l. repeti. §. rei mutatione. ff. quibus modis vsusfructus amittatur, vbi si ædes, quarum vsusfructus relictus est, corruerent, vel comburerentur, extingueretur vsusfructus, adeò quidem vt neque areæ, nec cementorum debeatur. Facit etiam l. quid tamẽ. §. 1. ff. eod. l. quoties. §. fin. l. qui vsumfructum in princip. ff. de vsufructu, l. si seruitutes. §. si sublatum. ff. de seruitutibus vrban. prædior. & quæ tradit eleganter Tiraquel. de retract. lignag. in fine. numer. 71. & 72. quod ex eo confirmatur, quia huius contractus substantia, & ipsius iustitia in eo principaliter cõsistit, quòd sors omnino alienetur, & irreuocabiliter censuarij efficiatur, ita quòd directè, nec indirectè, repeti possit à creditore, vt resoluit Caualin. de vsura. quæst. 50. & nos ad longum scripsimus in cap. de natura census cõsignatiui: sed si perempta re adhuc cẽsuarius maneret obligatus, tacitè, & indirectè repeteret creditor sortem, cũ ad soluendum, vel redimendum præcisè censuarius compellatur: ergo ne sequatur absurdum, contra huius contractus naturam fatendum est, perempta re censuali censum finiri. Tertiò facit, quia de natura emptionis & venditionis est, vt perfecto cõtractu periculum sit emptoris. l. necessario. ff. de periculo & commodo rei venditæ: ergo semel empto iure percipiendi censum, necesse est, & periculum hypothecarij, ex quarũ fructus

percipitur, sit creditoris, emptoris nempe. Iterum suadetur ex eo, quòd si à principio census creari non potest super sola persona censuarij, sed super certis rebus immobilibus soli, vt latè probauimus in capitibus præcedentibus, eadem ratione constitutus super rebus specificè designatis peremptis, extinguendus erit, ne ad statum is census deueniat, à quo incipere non potuit, maximè quia secundum eius census naturam, etiam quando creatus fuit super certis rebus immobilibus non contrahitur obligatio personalis effectiua, sed ius quoddam reale inseparabiliter rei cohærens, vt diximus in capite præcedenti: ergo si deficit personalis, & bona deficiunt, obligatio extincta manet. Iterum, & conuincibiliter suadetur ex eo, quòd census non solùm debet constitui super rebus immobilibus, vel quæ pro immobilibus habeantur, sed ea bona debent esse de sui natura fructifera, perpetua, stabilia, & in actu semper permanentia, atque fructus maiores, vel ad minus correspondentes pensioni, vt dicendum erit in cap. sequenti: ergo peremptis rebus censualibus omnino census extinguendus erit, & ita personalis obligatio competens respectu rei, tollitur peremptare, ex l. 1. in fine. C. de iure emphyt. Aluar. Valasc. de iure emphyt. quæst. 32. num. 15. ad med. Sant enim bona censualia causa finalis, non solùm creationis census, sed etiam conseruationis eius, vt satis notum est; vnde cessante causa, (peremptis scilicet rebus) cessat effectus, & census extinguitur, vt deducitur ex resolutione Socini consil. 32. libr. 1. Tiraq. de cessante causa. 1. par. num. 55. & 56. & ita ea sententia probatur in proprio motu Pij V. super forma creandi census, ibi: *Postremò census omnes in futurum creandos, non solum re in totum, vel in parte peremptâ, aut in fructuosa, vel pro parte effectâ, volumus ad ratam periri;* in quo ab eo proprio motu nec supplicatum est, neque supplicari potuit, vt suo loco dictum fuit, & dicendam erit; quare eam sententiam probant Ioan. de Ligniano in cap. in ciuitate, & in cap. fin. quæst. 1. de vsuris, Aretin. consil. 151. *Viso themate*, colum. 3. Abbas in disput. 5. colum. fin. Laurent. de Rodulph. in cap. consuluit. 2. part. quæst. 12. de vsuris, Angel. in summa in verb. *Vsura*, versic. 78. Cassan. in Cathal. glor. mundi. 98. considerat. 1. 12. part. Ffallentia. 5. & ipse Cassan. consil. 63. numer. 6. Virgin. de Vocat. in tractat. de interdicto vti possidetis cap. 18. in quæst. de censib. numer. 26. Gregor. Lup. in l. 28. titul. 8. part. 5. gloss. in verb *Por fuego* ad finem, Rodoan. de reb. eccles. rubr. 10. numer. 42. Albert. Brun. de interitu & peremptione rei. num. 5. Nauarr. in cap. 1. 14. quæst. 3. numer. 90. cum sequentibus vsque ad fin. Aluar. Vaez Lusitan. de iure emphyt. q. 32. numer. 15. vers. *Alia superest*, Sarmiento libr. 7. Selectar. interpret. cap. 1. numer. 19. & 20. & numer. 17. ad finem, & numer. 29. & 31. Didac. Perez in rubric. titul. 2. libr. 8. ordinam. veteris pag. 36. in fine, & pag. sequenti. Ex quorum resolutione reijcitur in censu friuola distinctio, quam tradiderunt Foller. de contractib. censuarijs gloss. magna. numer. 120. per totam, & Benedict. Bon. de censib. art. 12. numer. 29. & hæc resolutio benè deducitur ex his, quæ tradit Ant. Gam. decis. 42. per totam, Bursat. consil. 11. lib. 1. Socin. iun. consil. 66. lib. 1. Ant. Gabr. lib. 3. commun. opin. tit. de empt. & vendit. cõclus. 42. n. 25. Cephal. consil. 90. num. 20. libr. 1. Gutierr. libr. 2. pract. quæst. 177. Azeued. in l. 1. tit. 15. lib. 5. Salaçar de vsu & consuetud. cap. 11. & plures per additionem ad Gam. d. decis. 42. Zauallos in communib. quæst. 312. num. 7.

6 Qua sententia securè retentâ, non obstantè fundamenta in contrarium adducta; quia ad primum quòd perempta re in emphyteosim concessa non extinguatur obligatio soluendi pensionem, facilè respondetur, quòd si res in totum perempta sit, verior, & receptior sententia est in totum finiri emphyteosim, contra Angeli doctrinam suprà relatam, vt constat ex l. 1. C. de iure emphyteot. ibi: *siquidem tanta emerserit clades, quæ prorsus etiam ipsius rei, quæ per emphyteosim data est, faciat interitum, hoc non emphyteoticario, cui nihil reliquum permansit, sed rei domino, quique fatalitate ingruebat, etiam nullo interueniente contractu habiturus fuerat, imputetur:* & clariùs probatur in l. 28. titul. 8. part. 5. ibi: *Quela cosa, que es dada à censo, se pierde toda por ocasion*, & statim ibi: *Tal daño como este pertenece al señor della*, & probant Valasc. de iure emphyt. quæst. 27. numer. 2. ad finem, Gregor. in dicta l. 28. verb. *Por fuego*. Iul. Clar. in §. emphyteosis. quæst. 8. numer. 8. sin verò non in totum, sed in parte res perierit, quamuis verum sit, emphyteotam non liberari, ex dictis iuribus, & ex vulgaribus illis carminibus, *Si res perierit tota, liberabitur emphyteota; sed si pro parte, Nulla liberabitur arte.* Hæc tamen sententia, & communis resolutio procedit, dummodò illud, quod supereſt ex re emphyteotica, sufficiat ad solutionem constitutæ pensionis; quia si non sufficeret, liberabitur etiam emphyteota, vt quia fructus debent pensioni correspondere.

Ita

Ità resoluit Bart. num. 9. Fulgos. 11. in dicta. l. 1. & alij, quos referens sequitur Valasc. dicta quæst. 27. numer. 4. ad finem, & numer. 11. & 12.

7 Ad secundum fundamentum contrarium, scilicet quod perempta re censuali remanet obligatio personalis contra censuarium respondetur, quòd iura, quæ probant illud fundamentum, loquuntur, & sunt intelligenda in hypotheca regulari, quæ competit contra debitorem, qua electa, si non sufficit ad debiti solutionem remanet obligatio personalis, ea ratione, quod in regularibus hypothecis, & obligationibus, in quibus concurrunt personalis & hypothecuria simul obligatur principaliter persona, & hypotheca ria accessoriè concurrit ad securiorem exactionem contractus, & debiti exactionem, vt constat ex iuribus in contrarium adductis, nempe ex l. aduersus. 10. C. de actionibus & oblig. ibi. *Electus pignoribus personalis actio non tollitur*; quæ verba clarè probant, personalem esse principaliorem, & ius pignoris accessoriũ cùm si ad hypothecas tantùm haberetur consideratio, extinctis tolleretur personalis, vt infrà dicendum erit; & clariùs deducitur ex l. si pro mutua. C. si cert. petat. ibi. *Ne quid quam tibi prodesse potest, quod minoris esse pretij pignus, quod dedisti, proponis, quominus huiusmodi quantitatis solutioni pareas*, quasi Dioclecian. & Maximinian. sentiant; ideò debitorem ex defectu pignoris non liberari; quia principaliter obligatio fuit personalis. Idem deducitur ex l. hypothecis. 3. C. de distract. pignorib. ibi, *in id, quod deest*, & ibi, *Actio competit*, ideò debitor personaliter obligatus cedendo pignus non liberatur; quia principalior obligatio fuit personalis. l. 1. C. de pignorib. dum dicunt Imperatores. *Debitor, qui pignoribus profitetur se creditoribus cedere, nihilo magis liberabitur.*

8 Idem deducitur clarè ex l. creditor, qui non idoneũ. 28. ff. si cert. petat. & ex omnibus aliis iuribus; quibus probatur, quòd finita hypotheca in totum, vel in parte remanet personalis ad soluendum: quæ necessario debent intelligi ex eo procedere, quòd persona principaliter fuit obligata, & hypotheca accessoriè interuenit ad securiorem debiti exactionem: nos verò loquimur in censu, in cuius creatione non datur personalis effectiua, sed ius quoddam reale seruitutis percipiendi pensionem annuam ex fructibus rerum censualium, vt sæpiùs in hoc opere dictum est, & probant Couarrub. lib. 3. variar. cap. 7. num. 6. Valasc. de iure emphyt. quæstion. 32. numer. 13. & 14. & plures, qui referendi

6 erunt in capite de hypothecis censuum: vnde cessant iura, quæ de hypotheca regulari loquuntur, & quæ personalem obligationem principaliorem efficiunt, & census creatio regulanda est iuribus, quæ de seruitutibus inseparabiliter rebus cohærentibus loquuntur; vt scilicet personalis obligatio, quæ interuenire solet, inutiliter accedat, & ita nimirum si perempta re non supersit, quæ satisfactio manifestè constat ex eo, quòd diximus in capite de census creatione super rebus immobilibus necessario facienda cum duobus sequentibus. Vbi resoluimus non solùm super sola persona censuarij census consistere non posse; sed neque dari in eius creatione personalem effectiuam, inde inferentes ad capturam debitorum, & ad alia, quæ fortiter confirmant nostram sententiam: & vltra ibi tradita confirmatur ex l. 1. C. de iure emphyt. vbi ex eo quod agitur de quadam seruitute iuris percipiendi pensionem annuam ex re in emphyteosim cõcessa, nulla datur personalis effectiua, sed finita re finitur obligatio, Constat etiam ex l. 2. C. de allubionibus, & palud. lib. 1. ibi; *Pro agitandi census examine respondeant debitoni*, meliùs in l. 2. C. de annonis & tributis lib. 10. ibi, *Ne vltra modum earundem pensionum, quas possides, conueniaris, præses prouinciæ prospiciet.* l. forma. 4. ff. de censibus, ibi, *Quare & si agre portio chasmate perierit, debebit per censitorem releuari*: & ita per text. in l. Titiæ textores. §. fin. delegat. 1. post Anton. Gomez de contract. cap. 15. numero. 22. aduertit Valasc. de iure emphyt. quæst. 32. numer. 16. dicens, quod ius seu obligatio personalis competens ratione rei finitur perempta re: quare imò & maiori ratione si in census creatione non interuenit personalis effectiua, neque hypotheca regularis, & ordinaria, sed ius quoddam seruitutis fortius, & nihil habens personalitatis finita re, cuius occasione competit, illud ius quoque extinguetur. Secundò respondetur ad omnia iura, suprà relata, quod procedunt, quando agitur hypothecaria ad soluendam sortem sine vsuris: sin verò agatur de exigendis in futurum legitimis redditibus ratione sortis ex aliquibus rebus annuatim debitis effectis bonis infructiferis, sicut hypothecaria extinguitur, ita personalis extinguetur, cum omnis actio & obligatio finiatur: vnde nõ benè Foller. Rodoan. & Bonar. argumentatur de legibus hypothecarum regularium ad leges creationis census, vbi nulla datur hypotheca regularis, neq; personalis obligatio effectiua.

9 Vnde ad tertium fundamentum contrarium, scilicet quod si censuarius constituat censum super aliquibus rebus, & perierint, teneatur ex cæteris bonis proprijs eum exoluere, & supplere deductum, ex l. Lucius Titius. ff. de aliment. & cibar. legat. quem ad hoc ponderauerunt Foller. Bon. & Rodoan. respondetur, quòd sententia Pauli Iurisconsulti in d. l. Lucius, non benè ad nostram speciem creationis census adaptatur: quia præsupponit clarè Paul. ibidem dari personalem ex testamento, dum dicit, *Reliquit, & posteriori parte testamenti ita cauit*; competunt enim ex testamento personalis & hypothecaria. l. 1. C. communia delegat. l. 2. C. eod. §. sed non vsque, institut. delegat. l. 26. titul. 13. part. 5. at in censu nulla datur vera personalis, vt sæpiùs dictum est, sed ius seruitutis fundo cohærens. Item in dicta l. Lucius non designauit testator hypothecas, vt præcisè ex ipsarum redditibus alimenta liberis præstarentur; quia verba illa, *Vt ex reddita eorum alimenta suprascripta percipiant*, posita in fine testamenti, vt consultus præsupponit, dum dicit: *Et posteriori parte testamenti ita cauit*, adiecta fuerunt, postquam reliquerat libertis alimenta, & non animo restringendi legatum ad eas hypothecas, sed enumerandi aliquas bonorum species, ex quibus, simulque ex cæteris bonis cibaria libertis præstarentur, desiderans principaliter, quòd omni casu ex quibuscunque bonis superstitibus cibaria & vestuaria libertis præberentur, vt denotat ibi: *Paulus respondit cibaria, & vestuaria libertis defuncti integra deberi*: vnde licèt minores reditus ex hypothecis prouenirent, quàm erat quantitas alimentorum ex cæteris bonis testatoris supplentur: quia non ex eo, quòd post substantiam legati designauit testator hypothecas, si non sufficiant, minuendum erat legatum, vt verbis expressis pro ratione tradit Paulus dicens: *Nec ex eo, quòd postea prædia his pignoris iure testator obligare voluit, vt ex reddita eorum alimenta perciperent, minuisse eum, vel auxisse ea, quæ reliquerat videri*, quasi sentiat nihil obstare designationem hypothecarum, quominus ex cæteris bonis alimenta præstarentur, cùm reliqua bona obligata manerent: at in censu non generaliter bona obligantur, sed nominatim designata, vt diximus in capitibus præcedentibus, & ita non intelligitur censuarium voluisse reliqua bona obligare, sed nominatim tantum designata, super quibus fuit census constitutus, atque consequenter obligatio, seu hypotheca non extendetur ad reliqua bona censuarij, vt ex fructibus eorum census suppleatur; & inde nihil obstat d. l. Lucius, sed potius retorquetur contra Bonium, & sequaces, qui non bene cognouerunt naturam census, æquiparantes eidem legatum annuum, dequo in d. l. Lucius, cùm in effectu, & substantia dissimilia sint.

10 Quartò respondetur ad Extrauagantes 1. & 2. Martini & Calixti de emptione & venditione, quòd prædictæ constitutiones violenter ponderantur pro sententia Couarrub. imo propriùs & firmius probant contrariam; quia in effectu Martinus & Calixtus dicunt, quòd etiam peremptis rebus non compellitur quis ad redemptionem. Ex quo non fatetur, quòd peremptare adhuc teneatur censuarius soluere pensionem; sed potiùs apertè decidunt, quòd sicut censuarius ab obligatione soluendi censum liberatur, eodem modo & ratione à restitutione sortis liber existit: quasi extincta re extinguatur vtraque obligatio, cùm sors à principio detur sine vlla spe restitutionis, & restitutio eius sortis, & obligatio soluendi censum præsupponant stabilitatem, & existentiam bonorum censualium. Hæc est manifesta Pontificum interpretatio, cui accedant verba ipsorum Pontificum, ibi: *Bonis in ipso contractu tunc expressis, pro ipsis census annuus ex solutione in perpetuum obligatis*: ergo si bona debent esse in perpetuum obligata extinctis, extinguetur obligatio. Iterum etiam ponderantur prædictæ Extrauagantes, dum probant, quòd bona debent esse fructifera, vt in cap. sequenti dicendum est; si enim fructifera esse requiritur, peremptis census extinguendus erit, cùm fructifera desinat esse, & in eis deficiat stabile subiectum, atq; perpetua existentia: ideò ex omnibus supradictis hanc existimo veriorem sententiam.

11 Quam ampliabis, etiamsi censuarius nominatim promiserit in actu crationis census, quòd etiã peremptare non extinguatur obligatio soluẽdi, sed quocunq; casu fortuito pereat, ipse teneatur eam proprijs sumptibus & expensis reædificare; quia adhuc ad id non teneretur, sed census nihilominus extinguetur ex proprio motu Pij V. in vers. *Postremo census omnes in futurum creandis*, dum dicit, *Non obstãtibus aliquibus pactis directè, aut indirectè talẽ facultatem auferentibus*. Quæ resolutio, & cõstitutio proprij motus etiam procedit non obstante supplicatione, quam ab eo fuisse interpositam testatur caput in curijs Matriti conditum, dummodo ea conditio reædificandi adiecta sit in censu ad rationem quatuordecim pro vno constituto; quia eo casu cùm pretium sit indiuiduum, & legale, nullam habens

latitu-

latitudinem, nec decrementum, non solum ex proprio motu talis conditio reijcitur, sed ab ipsa lege Regni, quæ pretium indiuiduum designauit. Quòd non modo directè non minui posse decreuit, sed neque indirectè per vllam conditionis adiectionem, cùm quælibet conditio pretium minuat, & in partem pretij connumeretur, vt in capit. de conditionibus censuum dicendum erit. Sin verò in censibus ea
12 conditio reædificandi adijciatur, qui longè maiori pretio, quàm à lege designatur, vel à iuris principijs deducitur, creantur, omninò valida erit, & censuarius tenebitur præcisse ad rei censuilis reædificationem, cùm per adiectionem eius conditionis neque pretium, quo census creandus erat, minuatur, neque censuarius in pretio grauetur. Quod euidèter probatur ex his, quę per l. 1. C. de iur. emphyt. resoluit Iaſ. ibi. n. 13. Valasc. de iur. emphyt. q. 27. num. 1. ad finem, & sic debet intelligi Couarrub. lib. 3. variarum. cap. 7. numer. 5. versic. *Primum etenim constat.* Non tamen ea conditio
13 (quantumcunque licita sit) comprehenderet casum insolitum, & inopinatum peremptionis, sed eo interueniente non obstante quacũque conditione, & casuum fortuitorum renuntiatione liberabitur censuarius non solùm à cẽsus solutione, sed etiã ab obligatione reædificandi, ex l. fistulas. §. frumenta. ff. de contrahend. emptione, & resoluit Bart. in l. Seio. §. Medico. ff. de annuis legat. Ancharran. cons. 492. Parisiens. 308. lib. 1. Ripa in tractu de peste in titul. & priuilegio contractus. num. 97. Corn. consil. 12. num. 4. lib. 4. Alciat. responso 157. num. 7. Alexandr. consil. 107. numer. 16. & consil. 28. numer. 10. & 11. libr. 1. Francisc. Marc. decis. 26. in fine, & dicit magis communem Bursat. consil. 81. num. 60. lib. 1. Crauet. consil. 95. Menoch. de arbitrar. casu 80. nũm. 6. & in consil. 27. num. 18. & 19. libr. 1. Quod etiam procedet, quamuis verbis generalibus, & satis prægnantibus censuarius in se susciperet casus fortuitos; quia adhuc ea renuntiatio & susceptio non comprehenderet insolitum, & inopinatum, ex Bald. consil. 247. in fine lib. 3. Corn. consil. 24. lib. 2. Crauet. & Alciat. suprà, Ripa, & Menoch. in locis suprà relatis, dicentes, renuntiationem insolitorũ, & non cogitatorum casuum esse nullius momenti, & contra naturam, & substantiam contractus: quod etiam fatentur, quamuis accessisset iuramentum, Neuizant. consil. 91. num. 5. Alciat. suprà. num. 7. Bursat. Menoch. & alij. Quorũ sententiam verã existimo in censu, cùm deficiente existentia rerum immobilium, deficiat substantia creationis census, & consequenter nihil operetur renuntiatio, causa iurata casuũ fortuitorũ. Quis tamẽ dicatur cẽsus insolitus & inopinatus, præter Menoch. Bursat. & alios suprà, vide Riminald. Iuniorem consil. 40. n. 26. lib. 1.

14 Si tamen censuarius peremptam re eam voluntariè reædificauerit, dubitatur, an reuiuiscat obligatio soluendi censum; & si à principio creationis cẽsus conditio reędificandi iniusta fuit ex paruitate pretij, secũdum ea, quę suprà diximus, & censuarius sponte rem peremptam reædificauerit, obligatio soluendi cẽsum non reuiuiscet, neque domus nouiter cõstructa quantitatem antiquæ censualis reassumet. Pro quà resolutione considero text. in l. si ita legatum. 68. de legat. 1. dum dicit, *si ea domo destructa aliam eodem loco testator reædificauerit, dicemus interire legatum.* Text. etiam notãdus in l. seruum. §. si areæ in principio. ff. eodem titul. nec renascitur in domo reædificatã vsusfructus, qui ex priore debebatur. l. qui tamen. §. 1. & §. in nauis. ff. quibus modis vsusfructus amittatur. Ex quibus iuribus constat, quòd extincta re extinguitur qualitas, ita quòd nouum ędificium in solo antiqui destructi non reassumat veteris qualitatem.

15 Quod suadetur ex eo, quòd si Ecclesia destructa nouiter in eodem loco sit confecta, quamuis in locum antiquæ subrogetur, non tamen ea subrogatio fiet eum qualitatibus & priuilegijs veteris Ecclesiæ, nisi nouiter ei cõcedatur, cap. 2. de noui operis nuntiat. capite quæ res de consecrat. distin. 4. & post Tiraq. & alios resoluit Mieres in tractat. maioratus. 3. part. quæs. 1. num. 13. sicut feudum nouum in locum antiqui subrogatum; cuius subrogatio non fieret cum qualitatibus prioris ex doctrina Iacobi de Velouiso, Baldi, & Aluaroti, & Cardinalis in cap. 1. de feudo non habente naturã feudi per text. in c. 1. de feudi cognit. quod sequitur Aretin. cõl. 14. Viso, col. 2. Iaſſ. & Alciat. in l. si cum seruũ. ff. si cert. petat. Afflict. in constitut. Siciliæ, constitut. quæ incipit, *Validi locorum*, colum. 3. notabili. 3. versic. *Item quæro*, Molinæus in consuetudinib. Pari-
16 sien. §. 1. gloss. 5. num. 20. & ita fundus ex pecunia fundi patrimonialis emptus, licèt subrogetur in locum antiqui, non dicetur patrimonialis, sed acquisitus; ex his, quæ latissimè resoluit Tiraquel. referens Boer. & alios de retract. lignag. §. 32. gloss. vnica nume. 18. vbi ex num. 10. vsque ad num. 25. examinat hanc quęstionem; pro cuius resolutione pondero text. notandum in l. sed & si lege. §. 1. ff. de petit. hæredit. ibi. *Item si rem distraxerit, & ex pretio aliam rem comparauit, venit pretium in petitione hæreditatis, non res, quam in patrimonium suũ conuertit.*

Et similiter pro hac sententia facit celebris doctrina Ioannis Fabri in l. si cui fundus instituit. delegatis, dicentis, quòd licèt
17 mulier in feudo patrimoniali, seu fundo mariti partem non habeat; si tamen fundus ille, seu feudum perierit, vel aliter à dominio mariti exierit, & in eius locum aliud subroge tur, mulier in eo fundo, seu feudo consolidato, & subrogato dimidiam habebit, tanquàm ex nouo fundo, seu feudo, acquisito; cuius doctrinam dicentes menti tenendam sequuntur Ioánes de Platea, & Angel in dicto §. sicui, instituit. de legat. Benedict. in cap. Raynuntius, verb. *Et vxore nomine*. numer. 791. Boer. in Cõsuetud. Butiricens. tit. de consuetud. matrim. §. 2. iterum & in tit. de consuet. feudi & cẽsus §. 5. col. fin. Cassan. in Cõsuetudinib. Burgũd. tit. *Desdroit appartenans*, §. 2. in verb. *Aquest*. col. 3. versic. *Item quæro quòd si*, Palac. Rub. de donat. inter vir. §. 62. col. 5. versic. *Ex his infero*, vbi dicit nunquam esse obliuioni tradendũ, Peralta in l. Meuius, §. duorum. n. 29. delegat. 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 29. glos. 2. num. 2 quamuis contrariũ tenuerint Molinęus in Cõsuetud. Paris. §. 30. num. 175. fol. 151. Gregor. in l. 18. tit. 11. part. 5. verb. *O estimada no tiene*, Couarr. de sponsalib. 2. part. cap. 7. §. 1. num. 9 Mieres de maioratu. 1. part. quæst. 10. numer. 49. per totum: quorum sententiam contra Fabrum, & sequaces, non procedit ex omnibus supradictis, & maximè in censu, cuius bona peculiari quadam ratione sæpissimè repetita si perempta sint, finitur, & ipse census nec amplius absque noua creatione reuiuiscere potest.

Cui veritati consonat Doctrina Gregorij Lopez in l. 6. tit. 11. part. 6. gloss. in verb. *Que la non pudiesse vender*, col. 8. in principio. folio mihi 84. dicentis, quòd si res maioratus de-
18 struitur, qualitas ea maioratus nunquam reuiuiscit, quamuis res ipsa nouiter conficiatur: quem sequitur Mieres in tract. maioratus. 3. part. quæst. 5. num. 8. maximè si maioratus Regia facultate fuerit constitutus: quia quòd semel exiuit à corpore maioratus, aut eius qualitatem omisit, absque noua facultate eam mãioratus qualitatem non reassumit, sed in perpetuum extincta est, vt latissimè resoluit Mieres in tract. maioratus. 1. part. quæst. 11. per totam, maximè ex num. 4. vbi ad longum id prosequitur: vnde hac sententia retenta non obstat regula vulgaris dicentium, quòd subrogatum sapit naturam eius, in cuius subrogatur: quia præter ea, quæ ad longum scripsimus circa eius regulæ intellectum in l. 46. Tauri, nõ procedit, quando res sunt diuersæ qualitatis, in quibus dari non potest subrogatio, ex l. 1. §. si quis autem. ff. de successorio edicto, Bart. in l. pater filium. ff. de inofficioso testament. per text. in l. cùm fundum. §. si fundus. ff. de iure dotium, & eorum, quæ tradit post Bald. Iaf. §. fuerat. num. 9. instituit. de actionib. Alexandr. consil. 106. num. 17. lib. 3. Decius consil. 13. numer. 7. & 8. & benè facit doctrina Bart. in l. liberorum, num. 15. de verbor. signific. quem in hoc sequitur Peralt. in l. Lucius. 1. numer. 17. delegat. 2. & ita non benè ad nostram speciem adaptatur, cùm res censualis perempta, & extincta, atque ex integro reædificata non sit eiusdem, sed diuersæ qualitatis, vt quia prior eius qualitas censualis, quæ semel finita re fuit extincta, amplius reuiuiscere non possit.

19 Quæ quidem resolutio, vt scilicet perẽptâ re cẽsuali extinguatur obligatio soluẽdi censum; non procedet, quãdo res censualis culpâ cẽsuarij periret: quia eo casu, quamuis non ex vi conditionis reædificandi, ex dolo tamen & culpâ ad reædificationẽ tenebitur, & interim soluere pensionem. Pro qua sententia facit text. in l. arbore. 66. ff. de vsufructu. l. seruum vbi gloss. & Salicet. ff. de pignorib. l. si cùm venderet. §. fin. ff. de pignoratitia actione. §. fin. instituit. quibus modis re contrahitur obligatio, & sufficiet ad hoc, vt censuarius ad reædificationem teneatur, quòd eius culpa seu dolo res censualis perierit, argum. l. si nulli. C. de pignorat. actione, vbi Acurs. verb. *Culpa*. l. 20. titul. 13. part. 5. ibi, *Por culpa, ó negligẽcia*. gloss. in l. si seruos, verb. *Culpa*. ff. de pignoratitia actione.

Si verò tempore creationis cẽsus ea cõditio reædificandi iustè adiecta fuit, vt quia longissimo pretio census constituitur, & censuarius sponte domum reædificauerit, crederem ædificium nouiter confectum subrogari in locum antiqui cum qualitate censuali: quia cùm ex vi conditionis censuarius potuisset compelli ad reædificationem, si libenter reædificauerit, obligatio soluendi censum adhuc manebit, & ad eam resolutionem proprie adaptãtur iura, quæ probant, subrogatum sapere naturam eius rei, in cuius locum subrogatur: & faciunt, quæ tradunt Burgos de Paz in cons. 50. num. 9. cum alijs, & l. si fundus. §. si res. ff. de pignor. vbi si domus mutatur in hortum, vel ex area efficitur domus, vel in terra vinea plantatur, non extinguitur hypotheca, ex eo quod per detractionem, seu additionem qualitatis rei, non fit eius multatio: facit etiam l. domo. ff. de pignoratitia actione.

DE

# DE CENSV CREANDO ex bonis, vel super bonis proprijs & liberis censuarij. Caput LXI.

## SVMMARIVM.

*Census reseruatiuus creandus est ex bonis proprijs concedentis rem in censum. num. 1.*
*Venditio, seu legatum rei alienæ quando valeat, vel non. ibidem.*
*Prior, vel posterior concessio rei in censum quando sustineatur & intellectus ad l. quoties. C. de rei vendicat. num. 2.*
*Hypotheca secunda cum traditione an præferatur priori. ibidem.*
*Census consignatio an consistat super rebus alienis num. 3.*
*Seruitus super rebus alienis constituta an teneat. num. 4.*
*Bona censualia an possint vendi, vel dari in cēsum reseruatiuum. n. 5.*
*Intellectus ad l. 63. titul. 5. p. 5. num. 6.*
*Intellectus ad l. 2. titul. 15. lib. 5. nouæ Recopil. num. 7.*
*Censuarius, qui cabilosè super rebus hypothecæ subiectis censum consignauit, ad quid teneatur num. 8.*

## CAPVT LXI.

IN capitibus præcedentibus scripsimus, quòd bona, super quibus census consignatur, vel quæ in cēsum reseruatiuum dantur, debēt esse immobilia soli, vel quæ pro immobilibus habeantur de sui natura fructifera, & existentia, sed quia simul necessarium est, quòd sint libera, & propria censuarij, vel concedentis ea in censum, in hoc capite cum sequentibus ad longum erit agendum de veritate huius requisiti; ad cuius perfectam intelligentiam sequentes casus considerantur.

Primus, quando res omnino aliena datur in censum reseruatiuum. Secundus, quando res propria in censum reseruatiuum concessa iterum alicui cum reseruatione pensionis datur. Tertius, quando super re omnino aliena cēsus consignatur. Quartus, quando census consignatio fit super bonis, quæ in reseruatiuum antea concessa erant. Quintus, quando dātur in censum reseruatiuum bona, quæ prius cōsignatiuo perpetuo, vel redimibili fuerunt subiecta. Sextus, quādo consignatio fit super rebus, quæ alteri censui consignatiuo subijciebantur.

1 Ad primum igitur casum accedendo, secundò tenendum est, quòd bona omnino aliena non possunt dari in censum reseruatiuum, sed debent esse libera & propria concedentis, vt apertè præsupponunt Pontifex in cap. constitutus de religios. domib. & Imperator in l. fin. de rerum permutat. Quorum sententia verissima est, siue eum contractum census reseruatiui contractui emptionis & venditionis assimilemus, siue pacto nudo rei traditione vestito, vt alibi diximus, vel alteri dispositioni liberæ, & gratuitæ æquiparemus quia vtroque casu requiritur, quòd bona sint libera, & propria censuarij, si enim emptioni & venditioni similem esse censum dicamus, ex eo quòd in censuarium transferatur vtrumque dominium, & possessio, (vt sæpiùs dictum est) inutilis erit traditio, & rei alienæ in censum concessio: quia licèt Vlpianus in l. rem alienam. 28. ff. de contrahend. empt. regulariter constituat valere venditionem rei alienæ, & idem iure Regio confirmetur, ex l. 29. titul. 5. part. 5. in effectu tamen & substantia venditio nulla est, cùm ab emptore rem auferri posse constituat idem Vlpian. in dicta l. rem alienā, dum dicit; *sed res ab emptore auferri potest*, & similiter probatur in dicta lege Partitę, quasi prędicta iura sentiant, quòd venditio rei alienæ saltem in præiudicium venditoris valet quoad hunc effectum, & venditor teneatur præter restitutionem pretij ad damna & interesse emenī eam, non tamen in præiudicium domini eiusdem rei, cùm nemo possit nouis inuitis rem nostram sibi venditam retinere, vt in l. si filio. §. 1. ff. soluto matrimonio, & ita considerauit Acurs. in dicta l. rem alienam, gloss. 1. & fin. vn de à fortiori idem dicendū est in darione fundi in censum cum reseruatione pensionis, vt bona debeant esse propria concedentis, & aliena concessa possint à domino vendicari. Si enim censuarius fructus rei cēsualis, quorum occasione pensionem præstat, per rei abdicationem desinit percipere, mirum non est, si liber existat obligatione soluēdi pensionem in futurum: sin verò contractum census reseruatiui pacto nudo rei traditione vestito æquiparemus, vt diximus in cap. de natura census reseruatiui, aut legato sibi alteri dispositioni voluntariæ, similiter dicendum est, non consistere super re aliena: quia quamuis regulariter receptum sit, quòd legatum rei alienæ ignoranter factum non tenet: secus verò si scienter.

scienter.l.rem alienam.C.delegat.§.non solũ institut.eodem l.10.tit.9.part.6. & per Tiraquel. de priuileg. piæ causæ priuilegio 66. Anton.Gom.1.tom.variar.cap.12.Couarr. in cap.filius noster de testament.in ea tamen cẽsus materia siue ignoranter, siue scienter rem omnino alienam quis dederit in censum euictare census periuit, ac si peremptione rei extinctus esset, & censuarius liber existeret ab obligatione soluendi pensionem: vnde in primo nostri capitis casu securè tenendum est, quòd res omnino aliena dari non potest in censum reseruatiuum; & hoc, licèt ex alia ratione, tenet Felic.de censib.2.tom.lib.1.c.8. num.19.

2 In secundo quidem casu, scilicet quando bona semel in censum reseruatiuum concessa alteri cum reseruatione pensionis dantur, idẽ in effectu dicendum videtur; quia cùm in cẽsuarium vtrumque dominium & possessio trãferatur, verèque dominus eius rei sit effectus, non poterit in eius præiudicium res ipsa censualis in alium transferri, ex regula l.ius nostrum.ff.de regul.iur.& consequẽter secunda cõcessio, aut datio rei in censum nõ subsistet, cùm sit in effectu rei alienæ datio, & cõcessio, imò in ea datione procedent iura suprà adducta, quod verissimum credo, quando primo censuario possessio tradita fuit ante secũdam concessionem: sin verò prior datio sit nuda, & secunda traditione vestita, posterior quidem prævalebit, ex regula.l.quoties.C.de rei vendicat. quam eleganter explicuerunt Anton. Gabr.lib.3.commun.opin.tit.de empt.& vẽdit.conclus.2.per totam, & Aluar. Valasc. de iure emphyt.quæst.14.num.6.cum alijs, Bernard.Diaz de Lugo regula 229. *Emptor primus* per totam, vbi amplissima additio: quòd in censu reseruatiuo procedit, quia in consignatiuo nulla consideratio habenda est ad regulam.l.quoties: sed prior censuarius potiori iure vtetur, ex eo quod inter censuarios consignatiuos prioritas hypothecæ, & non traditionis attenditur, cùm ex sola conuentione, absque vlla traditione ius hypothecæ formetur & transferatur.l.1.ff.de pignoratitia actione; & ideò præfertur primus secundo censuario, sicut inter hypothecarios creditores contingit, ex regula capitis qui prior de regula iur.in 6.l.potior.l.qui valneum.C.qui potiores in pignore, & post Cyn. & Ioann. Fabr. Bald.& alios, limitans l. quoties, Ant. Gabr. aduertit dicta conclus.2.num.36. & in specie census id aduertit Caflaneus. in Consuetud. Burgund.rubric.11.§.1.gloss.verb. *Amende*, Foller.in praxi censuali, gloss.magna num.33. & 34.pro quibus considero, quòd in iuribus incorporalibus adquiritur ius, dominium, & possessio absque vlla corporali traditione, vt resoluimus in l.44.Tauri gloss.4.nume.19. & anteà n.17.& cõprobat Melchior. Mieres.1.p.quæst.40.per totam: vnde in creatione census consignatiui, vbi nulla interuenit rei censualis traditio, neque alienatio, vt sæpiùs dictum est, sed potiùs ius incorporale seruitutis soluendi, nulla eius traditio est necessaria, sed ex sola venditione transfertur ius in rem, & consequenter non procedet in eo censu regula dictæ.l.quoties, sicut in censu reseruatiuo, in quo traditio rei inducit irreuocabilitatem.

3 In tertio casu nostræ distinctionis, scilicet quando super re omnino aliena census constituitur, an consignatio eiusdem valeat, videamus; & dicendum est creationem non sustineri: quia aut in censu consignatiuo formatur vera empt.& vend.eius rei, super qua cõsignatur, vt aliqui, & malè, existimauerunt: & eo casu si res censualis sit aliena; manifestum est ab emptore posse auferri, & in effectu nullam fuisse consignationem, vt suprà diximus. Sin verò nulla emptio & venditio eius rei cẽsualis contrahatur, sed quædam pignoratio, & hypotheca, (licèt irregularis) tenẽdum etiam est, super re omninò aliena non consistere cõsignationẽ, cùm neq; vlla hypotheca cõsistat. l.2.& per totũ titulũ, si aliena res pignori data sit.l.qui filios.6.C.quæ res pignori data sit. l. quę prędiũ.l. si probaueris.l.nexũ.C.si aliena res, gloss.in l.aliena res.ff. de pignorat. act. & in l.rem alienam, verb. *Sed cùm teneat venditio*, ff.de contrahend. empt. vbi subdit rationem differentiæ, dicens: *Quoniam in pignore oportet quòd constituam creditori ius in re, ideſt, obligationem quandam, quod facere non possum, si res est aliena: sed in venditione non tenetur, nisi quãdam simplicem possessionem tradere, & me pro euictione obligare: & ita est ius in persona, quod possum constituere in re aliena*, iuxta text. in dicta l. exempto.ff.de actionib.empti, & tradit pulchrè Bald.in l. si sine voluntate.n.3.& 4.C.ad Vellianum, Neguſſant.de pignorib.3.memb. secundæ partis.n.58.

4 Sicut & in seruitute constitutum videmus quæ super re omnino aliena consistere nõ potest, ex Azone in summa, C. de seruitutibus. Cuius sententiam confirmauit.l.10.titul.31. part.3. Quare census consignatiuus super re omninò aliena non constituitur, & hoc in specie constituerunt Martinus & Calixtus in Extrauag.1.& 2.de emptione & vẽditione, ex prima nempe ibi, *Super bonis suis*, & ex secunda ibi, *Super eorum bonis*, ideò eam sententiam licèt non his fundamentis, nouissimè tenet

Sarmien-

Sarmiento in lib.7.Select.interpretat. cap. 1. num.30.probans, quod venditor, qui super re omnino aliena censum constituit, tenebitur, si res euincatur, ad pretij restitutionem, & simul ad vsuras interim dum pretium restituitur soluendas, refert ad id l.venditor hominis. ff. de euictionibus, cuius sententiam existimo veram, non vt vsuras exigere possit, tanquam debitas ex censu, sed propter interesse lucri cessantis, & damni emergentis, cùm census creatio nulla fuisset à principio.

5 In quarto casu dicendum est, quod si cēsus consignatiuus constituatur super re, quæ data fuit in reseruatiuum, nullius momenti sit consignatio, vt quia fiat super re omnino aliena, cùm censuarius verè dominus efficiatur rei sibi concessæ in censum, & penes dominum concedentem nihil iuris remanserit præter ius percipiendi pensionem reseruatam; ideò non possit super re omnino aliena seruitutem constituere, neque eam hypothecæ subijcere. Quod adeò verum est, vt id sibi licere non possit, etiam antequam censuarius naturalem rei censualis possessionem consequatur; quia hypotheca, vel constitutio seruitutis posterior non prævaleat priori dationi in censum, cùm ex datione in censum vtrumque dominium, & possessio rei concessæ in censuarium transferatur, & pignoratio, aut seruitutis constitutio nullam dominij translationem operetur: ideò prior concessio in censum secundæ pignorationi, vel consignationi census præfertur.

Ad quintam casus speciem accedendo, quādo scilicet datur in censum reseruatiuum res priori consignatiuo subiecta, dicenda est ea dubitatio non ex legibus prohibentibus rerū alienarum dispositionem, (cùm res, quæ subiacet censui consignatiuo, propria censuarij sit, & non aliena) sed ex iuris dispositionibus, quæ prohibent venditionem, seu distractionem rei tributariæ, vel hypothecæ subiectæ. Quæ quidem iuros probant, quòd venditor sciens rem esse tributariam, vel hypothecæ subiectam, tenetur ad interesse. l. i. §. 1. l. Iulianus. ff. de actionibus empti. §. Iulianus. l. quoties de seruitute. ff. de ædilitio ædict. l. si pro nihilo emisset emptor, rescindetur cōtractus, & tenebitur venditor ad pretij restitutionem. l. illud. §. minus. ff. de tributaria, & declarat Salicet. in l. si minor de actionibus empti: hodie verò siue scienter, siue ignoranter rem alienā quis vendiderit, erit in electione emptoris agere ad interesse, stando contractui, vel in totum eum dissoluere, vt deducitur ex l. 63. tit. 5. part. 5. & probāt ibi Gregor. verb. *Desfazer*,

6 Anton. Gom. 2. tom. variar. capit. 2. nume. 45. quamuis inter eum, qui ignoranter, & scienter rem tributariam vendiderit, aut in censum dederit, ea differentia constituatur, quòd sciens tenebitur ad interesse, damna, & expensas, atque pretij restitutionem, & ignorans solum modò ad pretium restituendum, ex dicta l. 63. Partitæ, quæ in hoc notabilis est. Quæ resolutio in tributo, vel censu perpetuo irredimibili verissima est, attēta dispositione dictæ legis Partitæ, vt in totum datio in censum reseruatiuum eius rei, quæ subiacet perpetuo censui, vel tributo, annulletur ad voluntatem censuarij, sicut emptoris: sin verò tributum perpetuum non sit, sed temporale, vt quia res in censum concessa subiaceat priori censui redimibili, vidi semel controuersum in Regia Pinciana Chancellaria, an censuarius potuisset agere ad rescissionem contractus, vel ad interesse tantum; & denique fuit decisum, quòd tantùm census emptor ageret ad interesse, ex eo quòd cùm lex Partitę loquatur in tributo, vel seruitute perpetua, ex ea potissimum ratione, quòd redimi nequit, ad censum redimibilem extendi non debet, qui facile redemptione extingui potest, & per eam redemptionem res ab eo censu & hypotheca liberari: qua ratione ita intelligens. l. Partitæ, eam sentētiam nouissime tenet Ioan. Gutier. in lib. 2. practicar. quæst. ciuil. ad nouam Recopilat. quæst. 169. num. 4. cuius intellectus non violenter confirmatur in l. si sterilis. §. 1. ff. de actionibus empti, dum Paulus Iurisconsultus ibi loquitur in tributo perpetuo, & clariùs ex l. si minor. 9. C. eodem tit. C. de action. empti, vbi loquitur de tributo capitationis, quòd perpetuū erat: & idem deducitur ex Vlpiano in l. 1. §. 1. ff. eod. tit. vbi casum designat in seruitute, quæ perpetua est: quare in censu redimibili longè diuersa ratio versatur, cùm facilè redimi possit ad liuitum venditoris, ideò non in totum datio in censum annullabitur, sed tenebitur concedens ad interesse, liberare nē pe domū ab obligatione soluendi censum, & hoc censuario volente: quia si maluerit, poterit renunciare domino, vt dicendum est in capit. an cēsuarius possit dare bona in solutum. In sexto tamen, & finali casu, scilicet quando census consignatur super bonis, quę priori cēsui consignatiuo subiecta erant, an valeat census consignatio, videamus, & nullam esse pro-

7 batur ex l. 2. titul. 15. libr. 5. nouæ Recopilat. quæ constituit, quòd venditor census emptorem teneatur certiorem facere de veteribus hypothecis, & censibus, quibus subiacent bona, super quibus censum constituit, sub restitutione sortis, & pœna duplici parti applicanda, ex quo in effectu decreuit, non subsistere

eam

eam census creationem. Iterum etiam confirmatur ex l. 3. eiusdem tituli 15. lib. 5. nouæ Recopil. dum præcipit, quòd in qualibet ciuitate, villa, seu oppido, capite iurisdictionis, sit vnus liber, seu codex censualis, in quo census describantur, vt inde bona censualia vnius cuiusque ciuis fideliter cognita sint; cuius legis constitutio ad annullationem secundi census præceptum dirigit: ego tamen in ea dubitatione semel in facti contingentia habita ad eius integram cognitionem ita distinguendum existimaui, aut fructus bonorum censualium ad vtriusque census pensionis exactionem sufficiunt; aut tantùm ad prioris solutionem sufficientes sunt. In primo casu certissimum est, venditorem non teneri ad restitutionem sortis, nec in pœnam dictæ legis incidere, siue census perpetuus sit, siue redimibilis; quia cessat ratio, qua moti fuerunt conditores eius legis, nempe incommodum secundi emptoris census, & cabillatio, atque dolus venditoris, cùm vtraque pensio ex fructibus integrè exigi possit. Si enim in census creatione formatur vera emptio & venditio iuris percipiendi pensionem annuam ex fructibus rei censualis, & fructus ipsi quasi venditi censentur vsque ad concurrentem pensionis quantitatem, qui supersunt, liberi remanent venditori, vt possit eos vendere, vel quomodolibet alienare, aut super eis secundum censum constituere. Quæ resolutio verissima est, & eam latius tradidimus in capitibus præcedentibus huius operis. numer. 4. cùm sequentibus. Aut enim fructus rerum censualium ad viriusque cēsus solutionem non sufficiunt, sed ad prioris exactionem tantùm: & in hac specie si prior census perpetuus sit absque vlla facultate redimēdi constitutus, cùm secundo emptori aliter succurri non possit, quàm per annullationem contractus, existimarem in eo censu procedere text. in dicta l. 63. tit. 5. part. 5. vt scilicet venditor præcisse teneatur ad restitutionem sortis damni, & interesse: quia si venditor census cabilosè ius percipiendi pensionem semel distractum, & in primum emptorem irreuocabiliter, & absque facultate redimendi translatum secundo vendidit, iam emptor secundus manet deceptus, tam in sorte, quàm in vsuris, cùm vtriusque perceptio eidem vetita sit. 8 Vnde ad totius restitutionem meritò dolosus venditor tenetur, maximè quia cùm in potestate venditoris non sit rem censualem liberare à primò censu perpetuo, emptori alia via succurri non potest, quàm per annullationem contractus, & restitutionem sortis, sicut in venditione rei cibariæ constituit dicta l. 63. Partitæ. Pœna tamen dupli, de qua in dicta l. 2. titul. 15. lib. 5. nouæ Recopilat. in eo casu nō procedet, & meritó quidem, quia vt impia & crudelis per desuetudinem abijt, vt considerat Ioan. Gutierr. in practicis quæstionibus ad Recopilat. 2. part. quæst. 164. numer. 4. si tamen cēsus redimibilis sit, & fructus ad prioris tantùm sufficiant, maior difficultas versatur circa cōtractus annullationem, & pœnam dupli, de qua in ea lege, in qua videbatur dicēdum, quòd censuarius nec incidat in eius legis pœnam, nec ad sortis restitutionem teneatur, ex eo, quia si per creationē secundi cēsus super re cēsuali factā, nō formatur vera emptio & vēditio ipsius rei censualis, sed in domino vēditoris census adhuc manet, & tātū cōtrahitur quædā legalis & irregularis hypotheca, iusque seruitutis inseparabiliter fundo cohærens, non poterit emptor obijcere, quòd venditor sibi vendidit rem alienam, vt inde inudat in pœnam dictæ l. prohibentis rerum alienarum venditionem; sed de eo tantùm poterit querellari, quòd rem priori censui subiectam venditor secundo dolosè & cabilosè subiecerit. Quod videbatur licere vēditori, cùm census consignatio, & rei censualis subiectio, non sit venditio, neque alienatio, sed pignoratio, quæ non ita prohibetur, imò passim videamus inter creditores hypothecarios prælationem, & concursum, sed adhuc tamen ea noua consideratione non obstante verissimum crederem, venditorem secundi census, qui dolosè super rebus censualibus eum consignauit, quorū fructus ad prioris exactionem tantum sufficiunt, teneri ad sortis restitutionem, damna, & interesse cum vsuris decursis, licèt non incidat in pœnam dupli, de qua in dicta l. 2. nec in totum contractus annulletur, nisi demum emptore volente, quod eleganti & iuridica ratione suadetur, nempe quia in censum non solum hypotheca legalis, aut ius tantum seruitutis cohærens fundo formatur, sed vera emptio & venditio iuris percipiendi pensionem annuam, vt sæpiùs dictum est, quia fructus rei censualis vsque ad concurrentem pensionis quantitatem venditi censeantur: qua ratione si venditor prioris census ius percipiendi pensionem ex fructibus, imò & ipsos rei censualis fructus, qui ad priorem tantum pensionem sufficiebant, alicui vendidit, & posteà eosdem fructus secundo censui subiecit, dolum quidem verum cōmisit, & secundum emptorem cēsus decepit, & ideò mirum non est, si incurrat in pœnam eorum, qui rem duobus vendiderunt, scilicet restitutionis sortis & interesse, & annullationis contractus, ex l. 1. §. 1. l. Iulianus. §. Iulian. ff. de actionibus empti, vel saltem tenebitur is ven-

is venditor nouas hypothecas & fideiussores secundo censui subijcere, seu aliter indemnẽ reddere emptorem, ita quod tam de sorte, quam de vsuris securus maneat, ex dictis legibus Regni, quæ sic sunt intelligendæ, atque practicandæ, vt quia venditor in eo casu mẽsitus sit; & ideò tanquam dolosus in eo quod interest, teneatur. l. si de dote in fine. ff. de iure dote, vel ad dandas nouas hyporhecas, & fideiussores. l. si hæres generaliter. ff. delegat. 1. ibi, *Et alium hominem præstet.* l. qui autem. §. 1. de constitut. pecun. ibi, *Vel in id, quod interest, vel vt aliã personam nõ minus idoneam fideiubentem præstet*, & post Bellug. & Sarmient. aduertit Roderic. lib. 2. de ann. redditib. quæst. 7. numer. 7. & sic sunt intelligenda, quæ post Nauarr. tradit ipse Roderic. lib. 2. cap. 9. n. 73. vt accedente dolo, & scientia venditoris procedant, atque in effectũ præstandi nouas hypothecas, & fideiussores; & quando fructus non sufficiunt ad pensionem censualem. Similiter etiam sic sunt intelligenda; quæ tradit Felician. lib. 1. capit. 1. in 2. part. num. 5. versic. *Secundò infertur ad quæstionem*, quę aliter neq; intelligi, neque conciliari possunt.

## DE CENSV CREANdo ex bonis, vel super bonis maioratus cum Regia facultate, vel sine vlla. Caput LXII.

### SVMMARIVM.

*Maioratus institutor an possit dare rem maioratus in censum reseruatiuum, quando maioratus reuocabilis, vel irreuocabilis est. n. 1. & 2. vbi remissiuè agitur de subrogatione vnius rei maioratus in locum alterius.*

*Censuarius qui possidet rem datam sibi in censum reseruatiuum, an possit rem ipsam in alium censum reseruatiuum dare, saluo iure pensionis. numer. 3.*

*Maioratus institutor an possit censum consignarè super rebus maioratus, quem instituit, numero 4.*

*Successor in maioratu an possit concedere rem maioratus in censum reseruatiuum. n. 5.*

*Successor in maioratu an possit super bonis maioratus, qui non habet expressam prohibitionem alienationis, censum consignare absque Regia facultate pro tempore vitæ suæ, vel imperpetuum. n. 6.*

*Successor in maioratu qui habet expressam prohibitionem alienationis, an possit absque facultate Regia super bonis maioratus censum consignare. nu. 7. & quid super vsufructu formali eius maioratus. ibi.*

*Successor in maioratu qui habet expressam prohibitionem alienationis, an, & quando possit super nuda commoditate ipsius maioratus censum constituere. nu. 8. & an in dubio videatur facta consignatio super proprietate, vsufructu, vel commoditate, ibidem.*

*Census reseruatiuus, vel consignatiuus. an, & quãdo accedente Regia facultate creari posset super bonis, vel ex bonis maioratus, qui non habet expressam prohibitionem alienationis, sed solùm tacitam, & an Regia facultas in eo casu quidquam operetur. n. 9.*

*Census quando consistat super bonis maioratus, qui habet expressam prohibitionem alienationis, & quid in eo casu facultas Regia operetur. numer. 10. & an ad iustificandam concessionem Regia facultatis sufficiat sola voluntas Regis, vel sit necessaria causa publica, vel euidens vtilitas ipsius maioratus. numer. 11. vbi intelliguntur resolutiones Molinæ.*

*Facultas Regia ad constituendum censum super bonis maioratus an possit concedi, non solùm quando adest prohibitio expressa alienationis, sed quando simul accedit alia, qua testator prohibet, ne petantur ad id Regiæ facultates numer. 12. vbi ad longum interpratantur rationes Molinæ.*

*Facultas ad constituendum censum super bonis maioratus an concedatur, quando non solum adest prohibitio alienationis expressa & alia simul ne scilicet petatur, sed pœna priuationis imponitur successori eam petenti. n. 13.*

*Facultas Regia ad constituendum census super bonis maioratus an possit concedi, quando simul cum dictis clausulis prohibendi alienationem non petendi facultatem, atque priuandi successores petentes eam adsunt clausulæ derogatoriæ speciales, vel generales prędictæ facultatis. num. 14.*

*Facultas Regia ad constituendum censum super bonis maioratus an possit concedi, quando non solum dictæ fuerunt omnes clausulę præcedẽtes sed à testatore excluditur omnis causa, quæcunque sit, vel contingere, aut excogitari possit, non tamen excluditur nominatim publica & vtilissima maioratui. n. 15.*

*Facultas Regia ad constituendum censum super bonis maioratus an possit concedi, quando non solum adsint dictæ prohibitiones, pœnę, & clausulæ derogatoriæ, & excluditur omnis causa,*

*sed*

*sed nominatim exclusa est publica, & utilissima maioratui. numer. 16. 17. & 18. quod Reges non possint mutare voluntates testantium, & numero. 19. explicatur, quę sit causa publica.*

*In interpretatione Regiæ facultatis an sit facienda mentio dictarum prohibitionum, pœnarum, & clausularum vt facultas, quę conceditur, liberetur à subreptione. numer. 21. & quando omissio causæ impulsiuæ, vel finalis vitiet gratiam, & quæ dicatur causa finalis, vel impulsiua. n. 22. vsq; ad fin.*

*Quid si prædictę prohibitiones, clausulæ derogatoriæ, & exclusio causarum positæ sint in facultate Regia ad instituendum maioratum, & cum eisdem clausulis virtute eius instituatur, an possit postea concedi Regia facultas ab bona eiusdem maioratus alienanda, vel censibus subijcienda non obstantibus prædictis clausulis, & an Reges in eo casu concedere possit, vel non prædictam facultatem, num. 20.*

## CAPVT LXII.

DIXIMVS in capite præcedenti, ex bonis, vel super bonis alienis censum non consistere: vnde in præsenti agendum est, quando ex bonis, vel super bonis maioratus consistat. In qua dubitationes sequentes casus ad veram eius cognitionem proponēdi, ac decidendi sunt.

1 Primus, quādo institutor post maioratus institutionem rem eiusdē maioratus in censum reseruatiuum concedit: quo quidem casu si maioratus reuocabilis est, rectè in eum cēsum datur: quia si institutor maioratus verbis ad libitum potest reuocare, ex l. 17. & 44. Tauri, cur non ex facto rem ipsius maioratus in censum dare; licèt enim ex datione rei in censum transferatur in censuarium vtrumque dominium tam vtile, quam directum, ex cap. constitutus de religiosis domibus, & ex translatione resultet eiusdem rei alienatio, atq; simul quo ad ipsam rem eiusdem maioratus reuocatio, ex his, quæ diximus in l. 44. Tauri, gloss. 6. ex num. 5. & 7. vtrumque tamen institutor facere poterit ex potestate legum 17. & 44. ergo à fortiori dare rem maioratus in censum.

Imò & hæc datio rerum maioratus reuocabilis in censum non erit ita difficilis, & præiudicialis, sicut resolutio, & reuocatio totius creationis; quia cùm pensio reseruata succedat loco ipsius rei in censum datæ, existimarē maioratum in ea tantùm conseruari, quasi institutor dando rem in censum non alienaret eam absolutè, sed cum reseruatione iuris percipiendi pensionem annuam in futurū: & ideò reuocatio maioratus respectu pensionis reseruatæ non sortitur effectum: cùm igitur ius, atque dominium pensionis non alienetur, neque in censuarium transferatur, sed penes cōcedentem rem in censum ex reseruatione remaneat, meritò in pensione reseruata maioratus conseruabitur, vt ita quamuis reuocabilis sit, morte institutoris confirmetur, & in pensione irreuocabilis fiat, sitque necessaria vt reuocetur expressa institutoris totius institutionis maioratus reuocatio.

2 Secundus casus est, quando is, qui maioratum irreuocabilem instituit, rem ipsius maioratus in censum reseruatiuum dedit: in quo casu cùm datio præsupponat translationem dominij, atque consequenter alienationem, atque ex ea alienatione resultet virtualis reuocatio, vt diximus in casu præcedenti, videbatur dicendum, rem in censum dari non posse, ex ratione dictarum legum 17. & 44. Mihi tamen certius videtur, quòd casus iste non tā propriè debet regulari ex legibus alienationis rerum maioratus, vel reuocationis ipsius, quam ex his, quæ de subrogatione, aut conuersione vnius rei maioratus in aliam Scribentes dixerunt, quæ constant ex traditis per Mieres de maioratus. 4. part. quæst. 11. per totam, Molin. lib. 4. cap. 4. per totum, quia cum datio in censum non sit absoluta alienatio, neque in aliam ipsius rei translatio, sed qualificata, & forsam vtilior concessio, vt quia remaneat penes alienantem ius, & dominium percipiendi pensionum in locum rei cēsualis subrogatum, meritò ad leges subrogationis magis quàm alienationis occurrendū est.

3 Tertius casus est, quando debitor census reseruatiui ex re sibi in censum data maioratū fecit; quia saluo iure pensionis id facere potuit, ex his, quæ tradit Rodericus lib. 2. q. 22. num. 33. quod ibi intelligit, si census fiat absque pacto soluendi laudemium; quia pacto accedente non poterit censuarius, sicut neq; emphyteota ex ea re maioratum instituere in præiudicium iuris laudemij, quod ex institutione extingueretur, sicut neque res ipsa poterit vendi, neque transferri in Ecclesiam, vt ibi latè probat cum numeris sequentibus.

4 Quartus casus figuratur, quando maioratus institutor super bonis eiusdem maioratus quem instituerat, censum consignauit, qui vulgò dicitur census consignatiuus, & si primogenium irreuocabiliter instituat, vt quia traditio sequatur, vel ex causa onerosa matrimonij, seu alia simili, quæ induceret irreuocabilitatem, fiat, ita quod viuente institutore & reuocari nequeat, & dominium, ac possessio bonorum

bonorum eius maioratus in primum nominatum transeat census consignatio super eo maioratu facta nulla esset non minus, quàm si super re omnino aliena fieret, vt deducitur ex l. 17. & 44. Tauri, & diximus in casibus præcedentibus.

Sin verò nõ irreuocabiliter maioratus instituatur, sed cũ facultate reuocãdi, vel simpliciter secundum regulam prædictarum legum Regni, crederem, quòd eius census consignatio super maioratus bonis valeat, & teneat, ita tamen vt volente prælegatario maioratum consequi, teneatur censum super ea re prælegata consignatum soluere, ex eo quod instituens, qui poterat eum in totum reuocare, à fortiori posit super eo censum constituere, & eius bona ad libitum hypothecis subijcere cúm eorum bonorum vsque ad mortem liberam sibi potestatem disponendi lex concesserit, & nominatim reseruauerit.

Quod in maioratu etiam cum licentia Regia instituto adhuc procedit, cùm vsque ad mortem instituentis similiter possit reuocari ex dictis legibus. Quæ resolutio in vtroque maioratu cum facultate, vel sine vlla instituto ex eo procedit, quia census consignatio super maioratus rebus facta, licèt non importet eius rei omnimodam alienationem, vt inde in totum primogenium reuocetur, afficit tamen rem ipsam, vt in successorem transferat cum onere soluendi censum, vnde maioratus institutio valebit, & census consignatio super eo facta sustinebitur ad effectum conueniendi successorem, qui maioratum consequi voluerit, sicut quando dominus rem legatam hypothecæ subiecit, vel obligationi subiectam scienti vendidit; quia vtroque casu transit res cum onere hypothecæ, vt dicendũ erit in capite de hypothecis census.

5 Quintus casus est, quando non maioratus institutor, sed successor in eo maioratu rem in censum reseruatiuum concesit; quo quidem casu cum successor in maioratu nil possit efficere alienando, reuocando, aut subrogando, ex quo bonis eius maioratus, aut successoribus præiudicium irrogetur, siue datio in censum importet alienationem, siue subrogationem, vtroque casu non sustinetur, nisi accedat facultas Regia, vel casus sit de his, qui per subrogationem permittuntur, de quibus per Molinam, & Mieres, quos suprà retulimus.

6 Sextus casus est, quando successor in maioratu, qui nullam expressam alienationis prohibitionem habet, sed solum tacitam, & legalem ex natura eius successionis, atque bonorum deductam super eo cẽsum absque Regia facultate consignauit; & in eo casu quamuis bona subiecta sint restitutione, atque alienari prohibita, & inde consignatio census ad successores transire non possit, vt sunt vulgaria iuris præcepta, tamen pro tempore vitæ possessoris imponentis censum conseruabitur, vt per tex. in l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2. resoluit Molina libr. 1. capit. 20. num. 4. Felician. de censibus lib. 2. cap. 4. numer. 15. vsque ad 20. Foller. in praxi censuali verb. *Census.* numer. 8. vsque ad numer. 20. & num. 41. & 42. sicut in feudatario, vsufructuario, & emphyteota, resoluit Molina dicto capit. 20. quamuis Gomeziús, quem ipse nu. 4. refert, contrarium existimet verius, dicens, quòd etiam super maioratu, in quo sola prohibitio legalis adest, seruitus etiam pro tempore possessoris constitui non potest, in quo certe lapsus fuit, vt Molina post Pinel. & Padill. aduertit.

7 Septimus casus est, quando successor eius maioratus, qui habet expressam alienationis prohibitionem absque vlla facultate Regia censum super eo constituit, in quo casu nulla erit constitutio etiam in vita constituentis; vt resoluit Molina dicto capite 20. numer. 4. & fortiùs numer. 8. ita vt quamuis simpliciter super bonis maioratus, vel super eorum vsufructu constituatur, vel simul super proprietate, & vsufructu, nullius momenti erit constitutio, vt quia prohibita bonorum alienatione nec, ensequitur prohibita alienatio vsusfructus formalis. l. fin. C. de reb. alienat. non alienand. & aduertit Molina dicto capit. 20. numer. 8. 9. & 10. quia licet ibi. numer. 5. & 6. differentiam constituat inter vsufructuarium & possessorem maioratus, vt vsufructuarius, qui verè dominus non est, non possit alium facere vsufructuarium, possessor verò maioratus sic, respondens num. 7. ad exemplum, de feudo tamen nu. 8. vsque ad 10. illud intelligit non accedente prohibitione expressa; quia si accedat etiam in vita vsufructuarij, non valere super vsufructu seruitutis constitutionem tenet, & consequenter neque super vsufructu formali maioratus.

8 Octauus casus est, quando accedente expressa prohibitionis alienatione non super bonis eius maioratus, seruitus, vel census constituitur, neque super vsufructu formali eiusdem, sed nominatim super sola commoditate vsusfructus: in quo casu constitutio valet pro tempore vitæ constituentis, non obstante expressa prohibitione, vt quia commoditas distet à proprietate, vel formali vsufructu; & inde multoties videmus, apud aliquem

esse vsumfructum formalem, & penes alium eiusdem vsusfructus comunoditatem. l. si vsusfructus. ff. de iure dotium. l. vsufructu. ff. solut. matrimon. Ita post Oldrald. & alios aduertit Molin. dicto cap. 20. numer. 11. & 12. vbi constituit differentiam inter vsumfructus formalis constitutionem, & venditionem cõmoditatis, vt in constitutione vsusfructus formetur eius vera alienatio, & in venditione commoditatis nulla contrahatur; & inde infert, quòd quamuis in maioratu sit expressa alienationis prohibitio, poterit libere possessor commoditatem vsusfructus alienare, licèt non vsumfructum ipsum, quatenus ius est, & similiter ad seruitutem, vt durante vita possessoris maioratus, durent seruitutes, quando non verum & formale ius seruitutis, sed quædam vtendi nuda permissio venditur, vt quia eo casu diuersæ sint seruitutes à commoditate eisdem vtendi: sed hoc est intelligendum, quando specialiter, & nominatim super commoditate vsusfructus census consignaretur: sin verò simpliciter super proprietate, vel vsufructu maioratus, aut indistinctè super maioratus bonis consignatio fiat, non videtur facta super commoditate, vt valeat, sed vel super proprietate, aut vsufructu formali, vt nulla sit in totum virtute prohibitionis expressæ, ex gloss. in l. si vsusfructus. ff. de iure dot. quem sequuntur Azo, Albericus, Paulus, Alexand. Iass. Couar. Pinel. & alij, quos referens sequitur Felician. de censib. 2. part. lib. 2. cap. 4. ad fin. vers. *sed antea quàm hinc*; quod est summè notandum, & ad census consignatiui creationem conducibile.

9 Nonus casus est, quando census cum Regia facultate ex bonis maioratus creatur reseruatiuus, vel consignatiuus; & si maioratus non habeat expressam prohibitionem alienationis, sed solam tacitam, & legalem ex natura successionis, atque bonorum eius deductam; certissimum est, eam facultatem à Principe concedi posse, & eius virtute census creationem, sicut aliàs alienationem valere, vt quia Princeps possit libere, tollere, ac submouere legens prohibitiones, quæ alienationi, seu impositioni census resistunt, efficereque libera quoad hunc effectum bona restitutioni subiecta; cùm enim bona de sui natura libera, vel ex consuetudine, ex l. 41. Tauri, vel ex hominis prouidentia maioratus fiant, nullaque alienationis expressa prohibitio, præter eam, quæ tacitè à lege ipsa inducitur, à testatore adiecta sit, meritò eam à Rege per Regiam facultatem ad alienandum concessam, submoueri, ac tolli certum est: & in hunc sensum absquè difficultate sunt accipiẽdi dicentes, ex Regia facultate posse bona maioratus alienari, de quibus per Molinam lib. 4. de Hispan. primog. per tot. & Mieres eod. lib. 4. in eod. tit.

10 Decimus casus est, quando census consignatur cum facultate Regia super maioratus bonis, quæ à testatore expressè alienari prohibẽtur: in quo casu securè dicendũ est, quòd ex sola potestate Regia neque facultas concedi potest, neque cõcessa eius virtute super eo maioratu census consignari; vt quia Reges non possint sine causa mutare defunctorum voluntates, vt infrà latè dicendum erit in casibus sequentibus: cùm enim in eo casu non solùm detur prohibitio tacita legis, sed simul expressa hominis, fortiorque sit duplex, quàm simplex inhibitio, magisque rem obliget, & afficiat, videtur, quòd eam resistentiam duplici vinculo, ac potestate munitam, facultas Regia submouere non potest; quia quando cum prohibitione legis concurrit prohibitio hominis, res non potest alienari, etiam in casu aliàs permisso, ex glossa communiter recepta in l. fin. gloss. magna ad fin. C. de rebus alien. quam dicunt communem plures per Molinam libr. 1. cap. 20. numer. 15. vnde vt secunda hominis prohibitio aliquid noui inducat, dicendum est, impediri per eam facultatis Regiæ concessionem: ex quo plures in hoc casu impugnauerunt eius facultatis Regiæ concessionem, vt constat ex Antonio Gomezio in l. 40. Tauri. num. 89. Couarr. lib. 3. variar. cap. 5. num. 1. cum alijs, Pinel. in rubr. C. de rescind. vendit. 1. part. n. 18. & latiùs Pelaez Mieres de maiorat. 4. p. q. 1. ex num. 1.

11 Sed hoc regulariter verum est, non accedente causa publica, vel euidenti maioratus vtilitate ex sola potestate Regia; quia sine causa Princeps nihil efficere potest contra testatorum voluntates, vt quia licèt eorum potestas amplissima sit, immensaque dicatur, vt diximus in tractat. de tributis cap. 6. per totum cum alijs, tamen ibi ad longum probauimus illud esse intelligendum, præcedente iustissima causa, & illud tãtùm posse, quod iustè possunt, vt infrà in hoc capite latiùs erit dicendum: qua quidem causa iusta, publica, & communi, vel euidenti maioratus vtilitate accedente, similes facultates Regias ad alienandum, seu censum super maioratu constituendum, Reges, & Principes concedere posse certum est, atque praxi receptissimum, & indubitatum, vt præsupponunt relati, & Mieres de maioratu. 4. part. q. 1. in princip. numer. 40. & 44. & statim limitat. 6. nu. 13. & Molina

lib. 1.

libr. 1. cāpit. 8. numer. 31. & lib. 4. capit. 3 in principio atque per totum, vbi dicto capit. 8. numer. 32. aduertit, quòd in Principe aliquid in præiudicium successorum disponente, causa iusta non præsumitur, nisi expressè probetur, & iterum id repetit. numer. 33. dicens, quòd ad probationē legitimæ causæ successores citandi sunt, & meliùs dicto lib. 1. cap. 18. numer. 10. vbi post Padillam, Gregorium Couarr. & alios intrepidè probat, quòd difficillimè, & non nisi ex magna, atque iustissima causa, facultates, quę ad bona maioratus alienāda, vel hypothecis subijcienda dari solent, cōcedenda sint, & quod si forsam sine iustissima causa concederentur, nullius erunt momenti, atque Regij consiliarij aliter eas concedentes non erunt securi in concientia. Et iterum in effectu resoluit lib. 3. capit. 3. nume. 11. & 19. Mieres in tractat. maioratus. 4. part. in princ. numer. 64. vsque ad finem, & causam debere esse publicam, vel euidenter vtilem conseruationi maioratus resoluit, ac pro regula constituit Molina dicto libr. 4. cap. 3. num. 1. vsque ad num. 7.

Igitur si causa publica vtilissima maioratui præcedere debet: ergo sola potestas Regia insufficiens non est. Ex quo infertur, quòd duplici ex capite, atque ratione eas facultates Reges concedunt, nempe quando interuenit euidens maioratus vtilitas ex coniecturata mēte defuncti, qui si tempore prohibitionis expressæ cogitasset de casu futuro euidentis vtilitatis, sine dubio alienationem permisisset, vt quia eius intentio principaliter respiciat maioratus perpetuam vtilitatem; & ideò verius dicēdum est, quòd in eo casu potestas Regia accedit magis ad voluntatem testatoris desiderantis conseruationem, atque vtilitatē eius maioratus, quam quòd sit contra, vel præter eam: ergo mirum non est, si prohibitio expressa, vel adiecta tempore, quo testator cogitare non potuit de casu futuro euidentis vtilitatis, nihil obstet, quando casus contingit, qui vero similiter mentem instutoris mutaret.

Similiter quando ex causa publica conceduntur facultates, non tam fundantur in potestate Regia, quàm in coniecturata mente defuncti, qui si causam publicam considerasset, vel de ipsa fuisset interrogatus, alienationem in ea non prohibuisset, cùm ex ea ad alienationem imò omnimodam resolutionem maioratus ipse deberet deuenire, si quidem publica causa non habeat legem, neque hominis dispositionem contrariam, vt quia semper vtilitas publica priuato desiderio præferatur, ex eaque multoties non solū præcepta cōmunia, sed & naturalia, atque quòd magis est, diuina derogentur, & suspendantur, vt latissimè diximus in tractat. de tributis, capit. de tributo imponendo ex causa communi: ergo euidens maioratus, vtilitas, vel causa publica non efficit contra, neque præter voluntatem testatoris, quod bona alienentur, seu census super eisdem constituatur, sed potiùs quòd secundum eam, quæ ex ipsis causis deducitur, principes ad concedendas similes facultates moueantur, vt etiam dicendum erit in cap. de his Regis facultatibus iustè petendis ac concedendis.

12 Vndecimus casus, & contingibilis est, quādo non solum accedit prohibitio expressa testatoris alienandi bona maioratus, sed & alia simul, qua prohibet, ne petantur Regiæ facultates ad eorum alienationem, seu obligationem. In quo casu Molina dicto lib. 4. capit. 3. numer. 28. resoluit, quod accedente publica causa, vel euidenti maioratus vtilitate, poterunt similes facultates, non obstantibus dictis prohibitionibus peti, atque concedi. Quod ex eo verissimum credit, quia testatores prohibendo non possunt restringere principis potestatem, sed potius in omni dispositione autoritas, superioris excepta censetur, ex text. in cap. quēadmodum de iure iurand. & quia nemo potest efficere, quód in suo testamento leges locum non habeant. l. nemo potest. ff. delegat. 1. Cuius Molinæ resolutio verissima est, non tamen procedit ex eo, quòd testatores non possit restringere Regiam potestatem; quia sicut ipse Molina præsupponit, & est indubitatum, non possunt Reges sine causa concedere facultatem: ergo concessio non pendet à potestate, sed à causa, & consequenter deficiente causa potestas Regia iustè à testatore restringitur: vnde verissima ratio Molinæ à coniecturata mēte ipsius testatoris deducitur; vt quia intelligatur, quòd si tēpore prohibitionis cogitasset de causa publica, vel euidenti maioratus vtilitate, non eam facultatē prohibuisset, imò interrogatus de casu permisisset: & inde Reges secundum eam legitimas voluntatis cōiecturā iustè concessisse Regiam facultatem.

Neque obstant Molinæ fundamenta, quibus sentit testatoris prohibitionem restringere Regiam potestatem. Et primò, licet regulariter non possit facere testator, quod leges in suo testamentum locum non habeant: ille tamen, qui prohibet, ne petatur Regia facultas, non impugnat legem scriptam vniuersalem, sed solùm specialem in futurum aduersus eius voluntatem proferendam, quòd in dispositione bonorum eius, quorū dominus est, plenè

plenè, atque liberè facere potest, ex vulgari l. in re mandata. C. mandati: ergo nihil obstat l. nemo potest. Rursus, prohibitione petatur Regia facultas, non dirigitur ad Reges, sed ad successores, ne illam petant, quos præcisse testator potuit obligare ad illud obseruandum: ergo non benè accedit ad nostrũ casum regula. l. nemo potest. Demum si Rex efficere velit legem viuam, & sine causa non habet potestatem: ergo deficiente publica, vel euidenti maioratus vtilitate, nulla diceretur à testatore potestas Regia restricta, neque cõtra legẽ, sed secundum eam disposuisse.

Similiter licèt in omni dispositione excepta videatur autoritas superioris, vt sic prohibitio testatoris non alienandi, seu petendi facultatem, autoritatem Regiam non comprehendat: tamen non accedente causa publica, vel euidenti maioratus vtilitate, Rex ipse superior non est, vt quia ex sola potestate sine causa mutare non possit, testamentarias dispositiones, vt ipse Molina fatetur, & infrà latiùs dicendum erit: ergo neque cessantibus publica causa, & euidenti maioratus vtilitate prohibitio testatoris restringit potestatem Regiam, vt quia nulla erat, neque fuit, quòd leges non habeant locum in suo testamento, siquidem nulla lege decisum sit, quòd dictis causis cessantibus possit Rex concedere facultatem ad alienandum: neque demum autoritas superioris detur, quæ possit exceptuari, cùm eo casu Princeps superior non sit, imò potentior voluntas testatoris, ideò & Molina suprà procedit ex coniecturata mente defuncti à prædictis causis deducta, & rationes eius non sustinentur, imò contrariæ ipsi decisioni sunt, vt ex dictis constat.

13 Duodecimus casus contingere potest, quãdo testator nõ solùm prohibet alienationem, & facultatis petitionem ad alienãdum, sed & successoribus facultatem petentibus pœnam priuationis imponit; in quo casu Molina libr. 4. cap. 3. num. 36. 37. & 38. idem, quod in casu præcedenti resoluit dicens, quód non obstante pœna, adhuc successores poterunt petere facultates, accedẽtibus causa publica, vel euidẽti maioratus vtilitate; quia si maioratus institutor adijciẽdo prohibitiones restringere nõ potest Principis potestatẽ, neq; poterit illud facere, indirectè priuando successores facultates petẽtes, ex vulgata regula cùm quid de regul. iur. in 6. quod ipse comprobat n. 36. & 37. sed adhuc timens pœnæ rigorem, ac potestatem. n. 38. & 39. consulit successoribus, vt prius quam similes petant facultates, à Rege licentiam eas petendi sine metu pœnæ consequantur, vel quòd à tertia persona illud Regi proponatur, vt visis prohibitionibus clausularum motu proprio concessum sit; quod ego necessarium esse non existimo, quia si prædictæ facultates sine causa publica, vel euidenti maioratus vtilitate petantur, concedendæ non sint, & si inaduertenter concedantur, nullæ erunt: ergo nihil prodest consilium, neque vlla alia diligentia proficiet, vt præsupponit ipse Molina per totum caput. 3. libr. 4. imò per totum suum tractatum de primogenijs, vbi regulariter, & formaliter ad petitionem, & concessionem similium facultatum causam publicam, & euidẽtem maioratus vtilitatem requirit: sin verò prædictæ causæ accedant, quomodocunque successores directè, vel indirectè peterent eas facultates, pœnas non incurrent; quia si vt sæpius diximus, non tam concedũtur ex potestate Regia, quàm ex coniecturata mente testatoris; quia si de interuentu prædictarum causarum cogitaret, vero similiter eas non excluderet, neq; prohibitionem, seu pœnas ad eum casum extenderet: ergo petentes non impugnarent institutoris voluntatem, sed secundum eas procederent; ideò sine metu pœnæ illud directè facere possent: si enim sine causis neque datur potestas Regia, neq; vlla facultatis concessio sequi potest, & accedentibus concessio fundatur non tam in Regia potestate, quàm in dictis causis, ex quibus coniectura testatoris, qua mouentur Principes, resultat, impossibile est, quòd ex petitione successorum deducatur impugnatio voluntatis defuncti, neq; consequenter pœnæ executio. ideò successores directè petentes facultates liberi erunt.

14 Decimus tertius casus contingit, quando non solùm adest prohibitio expressa non alienandi, atque petendi facultatem, & simul successoribus petentibus eam, pœna prohibitionis imposita est, sed etiam adijcitur clausula derogatoria specialis, aut generalis sequentis facultatis. In quo etiam casu, qui colligi potest ex adductis à Molina dicto cap. 3. nu. 29. vsque ad 35. secure dicendum est, quòd accedente causa publica, & vtilitate euidenti maioratus, nihil obstat generalis, seu specialis clausula derogatoria institutoris, quominus successores petere, & Reges concedere possint facultatẽ; quia sicut ex coniecturata mente defuncti prohibitiones ipsius submouẽtur, & pœna temperatur; ita & clausulæ derogatoriæ in eo casu nihil obstant, vt ex ratione, atq; discursu Molinæ deducitur.

15 Decimus quartus casus est, quando non solùm adsunt dictæ duæ prohibitiones non alienandi, & non petendi facultatem, atq; pœna successoribus imponitur cum clausulis derogatorijs

gatorijs generalibus, & specialibus futuræ facultatis, sed regulariter à testatore excluditur omnis causa, quæcunque sit, vel contingere, aut excogitari possit, non tamen nominatim excludit publica, vel vtilissima maioratus. In quo casu firmiter credo, quòd testator eas non exclusit; quia cùm euidens maioratus vtilitas respiciat ipsius perpetuitatem, atque conseruationem, quam testator ipse tempore creationis principaliter considerauit; ita quòd propriè dici potest causa finalis eius creationis, merirò regulam exclusiuam omnium causarum ad eam, quæ finalis fuit in testatore ex ipsius mentis coniectura extendere non debemus; imò fuisse exceptuatam credere necessarium est, cum intentio, & mens disponentis nunquam excludatur, sicut neque persona loquẽtis excipitur ab eius prohibitione, neque mens, & causa finalis dispositionis quasi anima, & pars nobilior deponentis sit; est enim finalis causa prima in intentione disponentis: ergo ne resolutio totius dispositionis sequatur, excludenda non est.

Similiter cum causa publica non solùm posset mouere testatorẽ, sed & eum cõpellere, imò & Principem ad concedendam facultatem Regiam, vt quia in omni dispositione causarum exclusiua, quantumcunque vniuersali publica exceptuetur, ex eaque multoties præcepta iuris moderantur, & corrigãtur, vt latè diximus in tract. de tributis, cap. de causa publica & cõmuni, meritò testator, qui regulariter exclusit omnes causas petendi, ac consequendi facultates, publicam excludere voluisse non creditur.

16 Decimus quintus casus est, quãdo testator non solum adiecit prædictas prohibitiones, pœnas, & clausulas derogatorias, atque regulariter omnes causas exclusit, sed nominatim causam publicã, & euidentemque maioratus vtilitatem prohibuit; quem casum neque expressit Molina, neque præcedentibus similis est, sed longè maiorem difficultatem continet. In quo quidem videtur, quòd cùm certum sit, quòd deficientibus his causis, publica, & vtilitate euidenti maioratus non possint Reges concedere similes facultates, vt ipse Molina præsupponit, vt quia sine causa non possint mutare dispositiones, defunctorum,
17 ex eodem Molina lib. 1. cap. 8. num. 3. & lib. 4. cap. 3. num. 10. exclusis nominatim à testatore, idem sit indicandum, vt quia eo casu licèt interueniant, deficiant, cessetque omnis coniectura voluntatis defuncti, ex qua in casibus præcedentibus contra prohibitiones testatorum principes poterãt moueri, vt apertissimè cessant ex dictarum causarum expressa, & speciali exclusione, quam testatores ita firmiter inducere potuerunt, vt Reges eas mutare, neque tollere valeant, ex l. si testamentum. 10 C. de testament. l. rescripto. C. de precibus imperat. offerend. notandus text. in authent. de hæredibus & falcidia. §. fin. ibi: *Scripsimus quatenus & viuentes relictis potiantur, & deficientes cum securitate moriantur, scientes, quia lex eis sepultis ministrabit, & quidquid illi disposuerunt, ad effectum illa perducet.* Absit enim, quòd testator decipiatur in autoritate legis, quæ ipsi securitatem suæ dispositionis commisit. l. 1. C. de his, qui veniam ætat. & si voluntates testantium à Regibus ipsis mutarentur, homines, fierent in maioratuum institutionibus, atque in alijs vltimis dispositionibus segniores, vt in authent. vt liberi de cætero aureo non indigeant. §. & hoc similiter collat. 6. ibi: *Nam si ea, quę in præcedentibus dicta sunt, non seruamus, segniores forsam homines circa libertatis largitatem efficiemus.* Et inde Plato libr. 10. de legibus dixit, horrendum esse, si homines tempore mortis irreuocabiliter disponere nõ potuissent, & Seneca in 3. declamatione, notat, quòd periret autoritas testamentorum, si voluntates testantium inuiolabiliter non obseruarentur.

18 Ego tamen credo, quòd in hac difficultate necessariò vtendum sit hac distinctione, vt pro dicta omnia procedant, quando causa etiã euidentis vtilitatis maioratus à testatore nominatim excluditur, non verò quãdo publica & cõmunis exclusa est. Et ratio differẽtię apertè constat, quia quando vtilitas maioratus etiã euidens à testatore excluditur, valet exclusio, vt quia causa principaliter excludat vtilitatem priuatam, eius nempe, qui creauit maioratum, atq; successores, eiusq; exclusionẽ, imò & clausulam omnino resolutiuam ipsius maioratus in actu creationis eius liberè institutor adijcere potuit, sicut & sibi reseruare valuit reuocationem, ex l. 17. & 44. Tauri, vt quia in re propria fuisset absolutus moderator, atque dominus: ideò contra voluntatem eius principes concedere facultatẽ nequirẽt; etiam interueniente euidenti maioratus vtilitate, vt quia cesset cõiectura, deficiatq; causa euidentis vtilitatis, ex testatoris dispositione, quã sine causa mutare Reges non possunt, vt Molina, & omnes suprà præsupponunt, & ex eo cõstat, quia Reges illud tantũ posse dicuntur, quod iuste possunt. l. filius qui. ff. de cõditioni. instit. & respõdit Imperator in l. causas. C. de trãsact. & habetur in l. fin. C. sententiã rescindi non posse, & in l. 2. C. de incest. nupt. & in l. autoris. C. Vnde vi, cum alijs congestis à

Costallione in tractat. de Imperatore. quæst. 111.

Ex quo Plutarchus libr. 4. Apochtemarum scripsit, quòd cùm adulator dixisset Antigono Regi Macedoniæ, quòd Regibus omnia permittebantur, respondit, debere illud esse intelligendum in Regibus barbaris, atque tyrannis, non verò in religiosis iustitiam fouentibus, quia eorum potestas ad iustum, & honestum tantùm extenditur, quod non obscurè sentit Aristoteles, quem refert Soto de iustitia & iure. q. 1. art. 1. dum tenet, quòd Respublica dulcius, atq; vtiliùs legibus, quàm hominibus gubernatur, quasi sentiat, quòd cùm lex respiciat semper commune bonum, & homo liberum arbitrium, ab homine secundū leges iustius, quàm ab homine solo regnum gubernaretur: ergo sola voluntas Regis sine causa contra testantium dispositiones exclusiuas causarum nihil mutaret: ideò quando excluditur causa euidentis vtilitatis maioratus exclusio omnino seruanda est.

Respectu tamen causæ publicæ aliter erit dicendū, quia cùm causa publica in omni dispositione hominis, seu legis exceptuetur, sitq; quasi lex naturalis, quæ omnes causas, atq; personas, cuiuscunq; sint qualitatis, obligat, & comprehēdit omnem exceptionem, atque prohibitionē excludit, totiusq; iuris præcepta derogat, mutat, atque resoluit, ac si respectu eius causæ publicæ nunquam deciderentur, meritò testatores, sicut neq; populus vniuersus eam excludere valebunt, carent enim lege necessitates, & causæ publicę, vt quia cōmune bonum priuatorum dispositionibus sit præferendum, vt hęc omnia ad longum probauimus in tractat. de tributis fere per totum: ergo nihil obstāte exclusione causæ publicę, accedente poterit Rex concedere dictam facultatem.

19 In hoc tamen casu causam publicam non existimo esse quamcunque, quæ de iuris rigore sub nomine publicę continetur, veluti causa dotis, & alia similis, cuius meminit Molina lib. 4. cap. 3. numer. 3. cum alijs, sed ea tantum publica dicetur, quæ tanquàm communis totius populi vniuersalis vere publica & communis est, vt defensio Regni, bellorum instantium necessitates, alimenta Principum, & alia similis, vt aduertit ipse Molina dicto cap. 3. numer. 2. de qua publica causa meminerunt. l. 20. tit. fin. part. 3. l. 11. titul. 3. libr. 1. nou. Recopilat. l. 20. titul. 31. part. 3. l. 54. titul. 6. part. 1. & nos latè egimus in tractat. de tributis.

20 Decimus sextus casus est, quando prędictæ omnes clausulæ non alienandi, non petendi facultatem ād alienāndum, & pœnā priuationis contra petentes similis facultates, atq; clausulæ derogatoriæ futurarum, cum exclusione omnium causarum, tam publicæ, quàm euidentis vtilitatis, non solùm à testatore in creatione maioratus, sed ab ipso Rege, in prima facultate, cuius virtute maioratus fuit cōstitutus, positæ fuerunt: in quo quidem casu, qui difficillimus est, & à Molina non traditur, ita distinguendum existimaui, quia si princeps moueatur ex causa euidentis vtilitatis, quę à testatore & Rege nominatim exclusa fuit, certissimum est, eas prohibitiones testatoris, & Regis impedire facultatis concessionem: quia si ex sola testantis voluntate excludentis euidentem vtilitatem maioratus, perinde causa habenda sit, ac si vtilitas non interueniisset, vt tanquam si deficiat, facultas non concedatur, vt diximus in casu precedenti; quia in eo casu posset ipse testator in totum resoluere maioratum, à fortiori quando datur duplex resistentia & exclusio vtilitatis, vna testatoris, & altera Regis, cùm eo casu & voluntatis coniectura, & Regis potestas deficiant, vt quia contra voluntatem testātis nihil princeps facere possit. Quę resolutio deducitur ex adductis per Molinam in dicto cap. 3. numer. 28. dum deficiunt rationes, quibus ibi mouentur, nempe regula. l. nemo potest. ff. delegat. 1. & cap. quemadmodum de iure iurand. & similiter deducitur ex eodem Molina dicto cap. 3. num. 29. vsque ad 35. dum loquitur quando resistit sola prohibitio testatoris, & non Regis. Quiquidem casus dissimiles sunt; quia quando datur sola prohibitio testatoris, remanet potestas Regis, quando verò Rex simul prohibet, omnis potestas & voluntas deficit: ergo facultas iustiùs denegatur: non enim adhunc casum potest adaptari regula l. nemo potest, quia loquitur in priuatis, qui nō possunt efficere, ne in sua dispositione leges procedant: non verò in Regibus legum latoribus, qui derogando, corrigendo, & prohibendo possunt impedire futurę gratię concessionem, neq; similiter adaptari potest adhunc casum regula capit. quemadmodum de iure iurand. siquidem in eo non sit superior, cuius autoritas in concessione primę facultatis censeatur exceptuata, cùm vtraque facultas, prima & secunda eiusdem Regis sit, eademque potestas: ideò & casus dissimilis est, & in eo absq; dubio exclusa euidenti maioratus vtilitate secunda facultas concedenda non erit.

Sin verò ād concedendam secundam facultatem contradictas prohibitiones ex causa publica Rex moueātur, quamuis idem videa-

tur

tur dicendum, vt quia publica causa non solùm à testatore, qui eam excludere non potuit, sed à Rege ipso exclusa fuit, & inde totum deficiat, & voluntas testatoris & Regis: tamẽ contrarium dicendum est, quia vtilitas, & causa publica est tantæ potentiæ, atque virtutis, vt sicut ex ea status rerum mutatur, vt quia quælibet dispositio intelligatur rebus sic extantibus, imò & præcepta etiam naturalia mutantur, ac cessant, ita vtriusque voluntatis, atque potestatis effectus, & intentio Regis, atque testatoris cessabit, cùm hæc omnia facere possit publica causa, & nulla alia maior coniecturæ contrariæ voluntatis in Rege & testatore possit reperiri; sicut enim causa publica & cõmunis iustificat concessionem Regiam contra testatoris prohibitionẽ ex ipsius testantis cõiecturata mente, qui præcisse teneretur propter bonum commune consentire alienationi, ita, imò & fortiùs, atque iustius posset mouere Regem prohibentẽ, vt prohibitione nõ obstante cõcederet facultatẽ. Quæ omnia notatu digna sunt, & à nullo, quem legerim ponderantur.

21 Decimo septimo notandum est, ad intelligentiam omnium præcedentium, quòd in omnibus casibus, in quibus stantibus dictis prohibitionibus, atque clausulis derogatorijs, & causarũ exclusionibus, Reges, vel ex cõiecturata mente defuncti, vel ex natura causæ publicæ, & communis, aut euidente maioratus, vtilitate possunt concedere similes facultates debent priùs certiorari de prædictis omnibus prohibitionibus, clausulis derogatorijs, & exclusione omnium causarum, vt ex omissione causæ finalis, vel impulsiuæ gratia subreptitia non sit, ex regula testamentorum deducta à l. si quis in principio testamenti delegat. 3. quæ procedit in omni dispositione, & ex gloss. cõmuniter recepta in l. pacta nouissima. C. de pactis, & in priuilegijs, atq; gratijs aduertit Felinus in c. accedentes. nu. 4. de præscript. & alij per Molinam lib. 4. c. 3. n. 31. qui quidẽ, licèt n. 32. contrarium sentiat, quando adsunt duæ, tantùm prohibitiones, nempe non alienandi,
22 & non petendi facultatem ad alienandum, ex ea potissimum ratione, quòd cùm ea clausula à maioratus institutore posita non possit restringere potestatem Regiam, de ea, tanquàm nulla facienda mentio non sit, ex gloss. ordin. in cap. ex tenore de rescriptis, non tamen loquitur, neque intelligi potest, quando præter eas prohibitiones alias plures testator adiecit, & simul omnem causam, etiam publicã, & euidentis maioratus vtilitatis excluſit; neque maiori ratione intelligi potest, quando virtute facultatis Regiæ, in quã prædictæ omnes resistentiæ adiectæ fuerunt, maioratum instituit, quia cùm eo casu accedat non solùm prohibitio testatoris, sed & Regis, cessetque coniecturata mens eiusdem, vt quia excludat omnem causam, etiam publicam, & euidenter vtilem maioratui, omniaque deficiant, imò expressè resistant voluntas & potestas hominis, & Regis, meritò quando casus esset tantæ potẽtiæ, atque iustitiæ vt ex eo Princeps posset, vel deberet moueri, necessarium foret, quòd de his omnibus, quę voluntatem, & potestatẽ resistunt, tanquàm de causa finali, vel impulsiua vrgentissima eidem fieret integra mentio, ne daretur subreptio, vel obreptio, vt ex infra dicendis in casu Molinæ apertissimæ constabit.

Imo firmiter credo, quòd in casu Molinæ, quando scilicet concurrunt duæ tantùm prohibitiones non alienandi, & non petendi facultatem ad alienandum, etiam hæc resolutio verissima sit, & quòd salua pace tanti viri neque ius ratio procedit, neque decisio sustineri potest, quòd ex eo inconuincibiliter suadetur: quia Molina præsupponit, quod quando testator prohibet facultatem concedi, restringitur potestas Regis, & quòd ideò nulla est prohibitio, atque consequenter quòd de ea, tanquàm de nulla non est facienda mentio. Quæ resolutio ex eo conuincitur, quòd Regia potestas nullo casu restringitur, neque restringi potest, quia si causa publica, & vtilitas euidens maioratus non interueniat nulla datur restrictio Regiæ potestatis, vt quia Reges neque velint, neque possint stante prohibitione testatoris sine his causis concedere facultatem, vt ipse Molina pro regula constituit dicto c. 3. num. 1. & per totum: sin verò prædictæ causæ accedant, non etiam restringuitur Regia potestas, imò ex verisimili testatoris mente consensus datur, vt suprà diximus: ergo impossibile est, quòd in casu Molinæ Regis potestas restringatur vt inde prohibitio nulla sit ad excusandã eius narrationem, vt Molina argumentatur, & resultat certissimum, Principem dedictis prohibitionibus, atque clausulis esse certiorandum, vt Regia facultas subreptitia non sit.

Quod iterum inconuincibili consideratione suadetur, scilicet, quia non facere Principem certiorem de dictis prohibitionibus, & clausulis, non est possibile, nisi quòd sit omissio causæ finalis, vel impulsiuæ, si quidẽ Princeps propter eas prohibitiones, vel præcisse negaret facultatem, vel difficiliùs eam cõcederet: ergo vtroque casu omissio earum

causarum redderet nullam facultatem. De omissione causæ finalis nullus vnquam dubitauit, quia semper est prima in Principis intentione, vt post Aristotelem resoluit Molina lib. 1. cap. 5. numer. 15. ideo eius omissio vitiat gratiã, vt latissimè constituit pro regula Ioan. Gutierr. lib. 2. canon. quæst. c. 15. n. 14. vbi fatetur eam esse communem & indubitatã sententiam.

In omissione tamen causæ impulsiuæ aduertendum est, quòd omnes, quæ magis, vel minus reddere possunt Principes difficiliores ad concedendam gratiam, vel in iure, seu stylo fundantur, aut licèt non de iure, seu stylo, de facto tamen ex natura causæ possunt magis, vel minus reddere difficiliorem facultatis Regiæ concessionem; omnis verò, quæ fundatur in iure, vt quia supplicationi iura resistant, licèt vocetur causa impulsiua, exprimenda tamen est, & eius omissio gratiam vitiabit, gloss. communiter recepta in Clement. 1. verbor. Vel alteri, depræbend. quam sequuntur dicentes communem Velamera decis. 697. *Conclusio extra Rotam*, colum. penult. Rota de rescriptis in nouis decis. 32. Casador. decis. 12. numer. 5. in fine de rescriptis, Felin. in cap. super literis. numer. 2. prope medium, & in cap. postulasti colum. 4. & in cap. in nostra. numer. 19. in fine de rescriptis, Selua de beneficio. 3. part. quæst. 11. numer. 6. & quæst. 12. numer. 39. Campex. inter constitutiones Bruni consil. 2. numer. 50. Curt. iun. consil. 27. colum. fin. versic. *Confirmantur*, & consil. 82. in fine, dicentes, gratiam, in cuius supplicatione fuit omissa causa impulsiua, quæ in iure fundatur, subreptitiam esse.

Et ratio est, quia causa impulsiua, quæ in iure fundatur, finalis potiùs, quam impulsiua dicenda est, vt quia de iure mouere possis Principes; cùm enim Reges, & eorum potestates à iure diuino deriuentur, vt latè diximus in tractat. de tributis, & inde prima causa in eorum intentione sit facere iustitiã; ergo causæ, quæ in iure fundantur, potiùs finales, quàm impulsiuę respectu eorum dicẽdæ erunt.

In quo quidem aduertendum est, quòd aliqui, & malè inducunt dictam gloss. in Clement. 1. depræbend. ad probandum, quòd sola omissio eius causæ, quæ à iure decisum est, vt exprimatur, formaliter est exprimenda. Exquo inferunt ad alias, quæ non fundantur in iure, vt licèt non expriman tur, non reddant gratiam subreptitiam: in quo certè lapsi fuerunt; quia glossa dicit hæc verba: *Non enim habetur in iure expressum, quòd impetrans, qui tenetur facere mentionem omnium beneficiorum, quæ habet, teneatur etiam qualitatem eorum exprimere.* Inquo si rectè consideretur, non solùm probat, quòd illud tantùm exprimatur, de quo à iure constitutum sit, quòd mentio fiat; vt inde inferatur negatiua propositio, quòd nihil aliud sit exprimendum, sed tantùm probat, quòd formaliter exprimantur causæ, quas exprimi ius constituit, exqua propositione affirmatiua non excluduntur cæteræ omnes causæ, quæ secundum stylum, aut naturam exprimendæ sunt, sed earum mentionem reliquit in iuris communis dispositione, consideratis casibus, qualitatibus, ac circunstantijs earum, ideò si secundum stylum aliquid sit narrandum, eius omisio vitiabit gratiam. Ita in specie resoluit Lapus allegatione 89. incipit, *Factum super quo*, post numer. 6. versic. *Item est sciendum*, quem sequuntur Felin. in cap. super literis. numer. 8. in prima regula, vbi Decius post numer. 9. versic. *Quę autem sunt illa*, iterum Felin. in cap. in nostra numer. 19. & 20. eod. tit. Dec. in cap. ad aures numer. 5. de rescrip. Sotin. consil. 164. *Visa*. numer. 3. & 5. & in consil. 169. circa primum post princip. & post numer. 10. versic. *Postremò respondeo*, & in consil. 270. *Consideran tis*, colum. 3. numer. 3. versic. *Potest probabiliter*, volum. 2. Barbac. consil. 46. *Scripsit præclarè*, colum. 2. numer. 17. volum. 2. Afflictis decis. 116. *Princeps Bisignani*, numer. 4. versic. *Et quando dicatur*, Capitius decis. 32. *In causa*, in fine; & ita in specie facultatis Regiæ post allegationem lapi alios referens resoluit Mier. de maiorat. 1. p. q. 8. per totam, maximè num. 4.

Et similiter illud omne, quod notabiliter, vel non leuiter, aut difficiliùs redderet principem difficiliorem ad concedẽdam gratiam, exprimendum est, & si omitratur, esset subreptitia. Ita constat ex Panormitano numer. 1. in cap. postulasti de rescript. & in cap. super literis. num. 7. vers. *In gloss.* in verb. *Literas*, eod. tit. vbi Dec. n. 9. idem Decius in c. cùm cessante, col. 2. n. 2. de appellat. Ioan. Andr. in c. 1. de litis contestat. libr. 6. Quintilian. Mandos. in reg. 27. de non iudicando, iuxta formam supplicationis, quæst. 8. n. 16. & dicendo hanc sententiam communem, & verisimã. Idem Mandos. reg. 32. de impetrat. beneficij vacantis per obitum, Iass. in l. 1. n. 2. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam, & consulendo idem respondet Decius cons. 541. n. 20. Gozad. cons. 6. n. 6. Curt. iun. cons. 27. in fine, & cõs. 32 in fine, Aym. Cruet. cõs. 296. col. 4. in fin. & clarius

rius in responso pro republ. Sapiliani. numer. 124. Cardin. consil. 96. ad fin. Rebuf. in tract. de rescript. regul. 125. & 126. thom. 2. Paris. cõs. 49. col. 1. n. 30. vol. 4. Alex. cons. 114. *Ponderatis his, quę narrantur*, libr. 1. & consil. 108. numer. 4. libr. 7. Iterum Gozadin. consil. 25. *In hac causa*, numer. 6. & consil. 26. *In causa illustrissimorum*, numer. 20. & consil. 85. *Videtur prima facie*, num. 3. A Egid. Bos. in practic. crimin. titul. de remed. ex sola clementia principis procedentibus num. 34. pagin. 582. Barbac. consil. 49. *Clementissimum Deum*. lib. 4. & in consil. 55. *Clementissimum*, *& omnipotentem Deum*, eodem lib. Ripa in l. ex facto. numer. 15. de vulgari, Tiraquell. in tractat. de cessante causa limit. 1. numer. 13. Ad quam receptam sententiam reducendus est Nauarrus in capit. si quando de rescriptis in 3. exceptione qui loquitur, *quando causa potuit mouere Principem notabiliter*, quem contra communem sequitur Couarr. libr. 1. capit. 20. numer. 5. versic. *Falsitas*, & similiter est reducendus Ioann. Gutierr. in dicto capit. 15. canonic. quæstion. nume. 21. qui loquitur, *quando causa potius mouere Principem non leuiter*, & Menoch. casu 201. numer. 28. qui solum dixit; *vel non concessisset, vel saltem difficilius concessisset*, & Mascard. de probation. b. conclus. 846. *Gratia probatur*, qui dixit. *Aut Princeps contenta in precibus non concessisset, vel saltem ęgrè illa condonasset*. Ex quibus hæc est verissima conclusio. *quod omissio causæ etiam impulsiuę, quę in iure, vel stylo fundatur, vel quę notabiliter, seu non leuiter ęgrè, aut difficilius possit mouere Principem ad concedendam, vel negandam gratiam, eam reddat subreptitiam*; alias enim causas impulsiuas inferiores, quæ licèt non fundantur in iure, vel stylo, possunt tamẽ minus, vel magis Principem mouere, refert Couarr. lib. 1. variarum. capit. 20. Menoch. casu 102. Melchior Mieres. quæst. 3. per totam, Ioann. Gutierr. lib. 2. canonic. quæst. capit. 15. per totum: ergo impossibile est, quòd resolutio Molinæ sustineatur, & certissimum erit, quòd prædictæ causæ sunt Principi referendæ, vt facultas Regia concessa ad alienanda, vel cemibus subijciẽda bona maioratus, subreptitia non sit.

Vltimò necessarium est, non solùm quòd præcedant sequentia formalia ad concedendam Regiam facultatem, sed quod sequantur omnia, quæ dicenda erunt in capite sequenti.

# DE HIS, QVAE PRAEcedere debent, atque sequẽda sunt ad expeditionem facultatum Regiarum, quæ conceduntur ad census constituendos super bonis maioratus & earum executionem. Caput LXIII.

## SVMMARIVM.

*Possessor maioratus solus potest petere similes facultates Regias, numer. 1. & quando eas petere possit tertia persona propter metum pœnę. num. 2.*

*Vxor possessoris maioratus in absentia mariti etiã ex quacũque causa non potest petere similes licentias. num. 3. mulier nullam habet bonorum mariti administrationem, non solùm maioratus, sed neque quæsitorum constante matrimonio num. 4. mulier sine licentia mariti in iudicio quidquam petere non potest numer. 5. vbi, quòd licentia fundatur in iure diuino, & quòd ex obligatione mulieres eo casu non nascitur obligatio naturalis, & quòd Princeps â lege coactiua solutus est. n. 6.*

*Successor maioratus quando, & qualis citandus sit ad concessionem facultatis Regię. numer. 7. vbi an sit citandus possessor maioratus absens, quando ab vxore petitur licentia, & quid ad soluenda debita maioratus, nume. 8. & an successores habituales citentur. num. 9. & an omnes, qui habent habitualem spem. numero 10. & an sit necessaria iusta causa num. 11.*

*Ad concedendam Regiam facultatem constituendi census super bonis maioratus, necessarium est, quòd bona libera deficiant, & quòd id probetur. num. 12. atque quòd simul probetur, quòd redditus bonorum maioratus non sufficiant ad debita soluenda. n. 13.*

*Causa quę narratur in supplicatione, vera debet esse, ne causetur vitium subreptionis, vel obreptionis num. 14. vbi num. 15 traditur quæsit causa finalis & impulsiua, vt quia ex omissione finalis semper causetur subreptio, & nõ semper ex impulsiua, & num. 16. traditur eleganter materia subreptionis, & obreptionis, & agitur de omissione caus: impulsiuæ, quę fundatur in iure vel in stylo & an ea possit dici finalis & num. 17. traditur differentia inter subreptionem, & obreptionem, atque num. 18. refertur nouus casus, qui contigit in Regia Pinciana Chancellaria.*

*Fundans se in narratiua Regiæ licentiæ tenetur probare veritatem narratiuæ.num.19.vt quia sit contrarius.n.20.& quãdo narrantur debita pro causa,quòd sint debita probanda.n.21.& q̃ bona,quæ alienãtur,& cẽsibus subijciũtur,debitis correspondeãt n.22.maximè si Princeps fateatur cõcessisse facultatẽ vt quia causa narrata vera sibi fuit,quia probanda est.numer.23. & an prædicta probentur per partis confessionem.n.24.*

*Necessaria ad concessionem Regiæ facultatis an suppleantur(licèt non intercedant per clausulam) Proprio motu,ex certa scientia,atque de plenitudine potestatis.n.25.& num.26.vsque ad finem traditur ad longum virtus,atq; potentia earum clausularum.*

## CAPVT LXIII.

AD creandum censum ex bonis, vel super bonis maioratus,necessariam esse Regiam licentiam certum est,vt diximus in capite præcedenti;sed quia in eo tantùm egimus de potestate concedendi Regias facultates,in præsenti agẽdum est de requisitis,quæ formaliter præcedere debent ad earum concessionem,& sequenda sunt ad veram expeditionem.

1 Et primò pro regula, quæ clauis est totius materia,prænotandum erit,quòd solus actualis maioratus possessor poterit ex iusta causa petere similes facultates ad bona eiusdem maioratus alienanda,vel hypothecis, aut censibus subijcienda;quia cùm ipse solus sit verus dominus rerum ipsius maioratus,vt prosequitur latè Molina libr.1.de Hispan.primog. capit.19.per totum;& de eiusdem præiudicio principaliter in alienationibus agatur,ipse solus interponere poterit supplicationẽ ad obtinendas prædictas facultates; & ita constituit pro regula Molina libr.4.de Hispan.primog. cap.3.in princ. versic. *Caterum*, dicens, quòd solus actualis maioratus possessor tanquam verus dominus,& de cuius præiudicio principaliter agitur,admittendus est ad petendas similes facultates.

2 Ex quo intelligitur resolutio Molinæ libr. 4.de Hispan.primog.cap.3.n.39.dicentis pluries vidisse,quòd tertia persona etiã extranea, in directè, atque tacitè petit similes facultates ad bona maioratus alienanda,seu obliganda,vt Molina loquatur , & intelligendus sit, quando tertia illa persona tacitè id facit , ne si maioratus possessor facultates impetraret, ex clausula institutionis eius à maioratu priuaretur,vt quia maioratus institutor possessorẽ petentem similes facultates nominãtim ab eius successione priuaret. Ex quo præsupponit ipse Molina,quòd si pœna illa, & clausula priuationis deficeret, solus possessor actualis maioratus,& non alius extraneus poterit petere similes facultates;nec de hac resolutione dubitandum esse credo.

3 Imò ampliandã esse existimo, vtnec vxor legitima possessoris maioratus etiam ex iustissima causa id in iudicio petere possit; quia licèt leges fecissent maritum & vxorẽ socios diuinæ,& humanæ domus,vulgata l. aduersus. C.de crimine expilatæ hæreditatis, non inde inferri potest , quòd ea maritalis coniunctio respectu bonorum maioratus , quorum solus maritus dominus est, vllam societatem inducat , sed quòd adhuc etiam vxor reputetur persona extranea;quia cùm prædicta maioratus bona à primo institutore in actualem possessorem delata sint,& in posteros deferantur l.3.ff.de interdictis.l.cohæredib.§. cùm filiæ de vulgari.l.vnum ex familia.§.fi de Falcidia, delegat.2.cum vulgatis,sintque perpetua,indiuidua,atque exprimæua eorum natura prohibita alienari, nulla inter coniuges respectu eorum bonorum contrahitur societas,& consequenter vxor , quæ aliàs socia existimatur, persona omnino extranea propriè dicitur.

4 Neque mirum sit,si circà dispositionem bonorum maioratus extranea deberet considerari, cùm & nullã cæterorum bonorum maritus haberet facultatem disponendi, non solũ dotalium, sed neq; quod magis est,quæsitorum constante matrimonio; quia licèt secundum vnam ex duabus communibus opinionibus sanctæ medietatis,vxor vera domina sit,administratio tamen eidem denegatur, & quasi sub nebula detinetur,atque libera marito sine dolo & fraude disponendi conceditur.l.5.titul. 9.lib.5.nouæ Recopil.& prosequitur Burgos de Paz iunior in quæst.9.num.2.& per totam, & quæst.6.num.14. ergo à fortiori respectu bonorum maioratus nulla virtute coniunctionis maritalis considerari potest inter coniuges societas, qua licet vxori petere facultates ad bona maioratus alienanda , seu obliganda.

5 Et in vxore duplici ratione hæc resolutio procedit, quia cùm vxor sine licentia mariti non possit quidquam iudicialiter petere.l.55. Tauri,ibi: *Ni estar en juyzio haziendo, ni defendiendo sin la dicha licencia de su marido*, imò actus sit nullus,ibi, *Y si estuuiere por si, o por su procurador, que no valalo que hiziere*, neque similiter possit sine licentia sui mariti cõtrahere.dicta l.55.meritò ex alio capite, quã quòd

sit

sit extranea, facultates petere non poterit, scilicet tanquam vxor sine licentia sui mariti. Ad quarum legum Regni veram intelligentiam nouiter considero, quòd quamuis similes facultates à Rege vxori eas sine licentia mariti petenti concessæ, sint supplendo prædictam licentiam, vt quia Princeps dicat, Non obstãte defectu licentiæ mariti, nullius erunt momẽti; quia licentia mariti præsentis, vel absentis, sicut non potest à iudice suppleri, nisi præcedente iustissima causa, & eius causæ plenissima cognitione. l. 57. & 59. Tauri; ita neque à Principe etiam ex certa scientia, atque proprio motu, neque de plenitudine potestatis: quia cùm leges requirentes licentiam, & auctoritatem mariti in omnibus actibus vxorum fundentur in iure diuino, & naturali, vt latè resoluit Tiraquell. de legibus connubialibus ex principio; & ideò ex cõtractu mulieris sine licentia mariti nõ nascatur; neq; etiam obligatio naturalis, cũ iuri naturali aduersẽtur, vt resoluit Azeued. in l. 2. tit. 3. lib. 5. Recop. n. 39. certum est, quòd Princeps non potest tollere, neque supplere prædictam licentiam, & auctoritatem; quia quamuis Princeps non subsit statutis, seu legibus subditorum, neque demũ lege coactiua. l. Princeps legibus. ff. de legib. directiua tamen solutus non est. l. digna vox C. eod. titul. ita post D. Thomam, & alios, resoluit Ferretus in cap. 1. de constitutionib. numer. 5. & 48. & 52. vsque ad 55. Ancharran. ibi. nu. 5. Abexea. num. 65. & 196. vsque ad 219. vnde si statuta, seu leges ratione naturali nitũtur, Principem obligant, ex Bald. in capit. 1. §. vltimo. ff. qui feudum dari possunt; quia ius naturale est potẽtius quàm principatus; cuius dictum dicunt celebre Alexand. consil. 30. numer. 5. lib. 5. Celsus consil. 26. num. 30. & consil. 120. numer. 37. maximè, quia licentia, seu autoritas mariti est de solemnitate formali, Tiraquel. in legibus connubialibus glos. 8. numer. 172. cum alijs: ergo vxor præterquàm quòd persona extranea existimatur, tanquàm vxor non poterit sine licentia mariti petere dictas facultates, nec Princeps ex certa sciencia eam licentiam vxori supplere.

Quod ex eo fortificatur, quia quamuis fateretur, Principem vxori posse supplere dictã licentiam, intelligeretur respectu bonorum ipsius vxoris, vt quia sine licentia mariti permitteret eam contrahere contra decisiones legum Regni. 55. & sequentes, non tamen id efficere poterit respectu bonorum alterius vt mariti, & maximè respectu bonorum maioratus; quia tunc esset concedere vxori plurima contra iuris non solùm positiui, sed naturalis resistentiam; concederet enim vxori contrahere sine licentia mariti, & simul permitteret, quòd alterius bona alienaret, quòd omnino prohibetur, vt infrà dicendum erit: ergo ex omnibus suprà dictis constat veritas primi præsuppositi huius nostræ materiæ, scilicet, quòd solus actualis maioratus possessor, & non alius extraneus poterit petere similes facultates.

7 Secundò non solùm requiritur, quòd ad instantiam soluis actualis possessoris maioratus facultatis sint concedendæ; sed si forsam possessor absens sit, vel in carceribus detineatur, & ex aliqua iusta causa deuenire debeat ad alienationem, seu obligatio, & vxor, atque creditores, vel consanguinei, facultates impetrauerint, necessarium erit, quòd ante earum expeditionem actualis possessor citetur, vt cum eius citatione causę propositę interpretationis facultatum examinentur, & si iustæ visæ sint, terminatis, ac decisis facultates expediantur. Quæ resolutio, præterquàm quòd iustissima est, ex eo suadetur, quia cùm Hispanię primogenia, & maximè Ducatus, seu Marchionatus, quę ad instar Regni regulantur, de sui natura sunt perpetua, Molina lib. 1. cap. 4. per totum; & ita indiuidua, vt primogenito tantùm pertineant, Molina dicto libr. 1. cap. 11. iureque sanguinis à primo institutore, & non hereditario ab vltimo possessore in posteros deferantur, Molina dicto lib. 1. capit. 8. vel si sint hereditaria, habeant qualitates iuris sanguinis proprias, vt non diuidantur, neque alienẽtur, vt ego dixi latè in l. 40. Tauri glos. 1. per totam, & inde sit receptissimum, quòd maioratus possessor nulla ex causa, etiam ingratitudinis aduersus prædecessorem cõmissa possit à maioratu priuari, Molina dicto lib. 1. c. 9. per totum; at denique ex peculiari natura eius successionis resultet legalis prohibitio, & resistentia alienandi, seu obligandi bona maioratui subiecta, ex eodem Molina dict. lib. 1. capit. 6. & libr. 4. per totum, meritò non consentiente vero & actuali maioratus possessore, de cuius præiudicio principaliter agitur, neque citato, & requisito etiam de plenitudine potestatis, qua nunquam vel rarò religiosissimi Reges Hispaniæ vtuntur, prædictæ facultates ad maioratus extinguendos, seu obligãdos concedi non poterunt, vt resoluit ipse Molina lib. 1. cap. 8. num. 31. & libr. 3. capit. 3. n. 19. Mieres de maioratu. 4. p. in princ. n. 64. vsque ad finem.

8 Maximè, quando facultates Regiæ concessæ fuerunt ad debita maioratus soluenda, & census super eis bonis cõstituendos, aut aliter bona alienanda, vt ex pretio debita soluantur, quia cũ maioratus possessor non teneatur

soluere debita prædecessorum, Molina lib. 1. capit. 10. per totum, & ego dixi in l. 46. Tauri gloss. 9. num. 17. vsque ad finem; meritò facultates Regię ad alienanda, seu obliganda bona maioratus sine citatione actualis possessoris, cuius principaliter interest maioratum conseruari, expediri non possunt.

9 Imò & non solùm possessor actualis citandus est, vt eius consensus ad expeditionum facultatum Regiarum accedat, sed simul successores habituales, quæ propinquam, & considerabilem spem concedendi habent, citandi sunt, & sine eorum citatione, etiam accedēte consensu possessoris, facultates expediri non possunt, cùm de ipsorum præiudicio considerabili etiam ageret, vt post Bart. in l. nam ita Diuus. ff. de adoption. & post alios resoluit Molina lib. 1. de Hispanorum primogen. cap. 8. num. 33. & lib. 3. cap. 3. num. 21. Peregrin. de fideicommis. 2. par. art. 4. nume. 35. Mieres de maioratu 4. par. in princip. num. 30. cùm enim maioratus possessor alienando, donando, consentiendo, seu alio quocunque modo disponendo non possit successoribus præiudicare, vt latè prosequitur Molina libr. 1. de Hispan. primogen. ferè per totum, non sufficeret actualis possessoris citatio, nec consensus expressus eiusdem ad iustificandam expeditionem facultatem ad alienandum, seu obligandum, nisi consensus successorum simul præcedat.

10 Citandi tamen non sunt omnes, qui habitualem habent spem succedendi, nō solùm propinquam, sed remotam, sed hi tantum, qui propinquam, & considerabilem tenent, veluti filius, nepos, & frater possessoris, vt post Iass. aduertit Peregrin. de fideicommis. 4. part. articul. 53. num. 53. Quod quidem constat ex Bart. doctrina in l. Gallus. §. Et quid si tantum. numer. 14. ff. de liberis & posthumis, quem ibi ferè omnes sequuntur, dicentes non esse necessariam citationem agnatorum, nisi quando pater impetrans facultatem non habet filios, quod post Abbatem in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi. nume. 29. sequitur Mieres de maioratu. 4. part. quæst. 13. numer. 30. vbi post Gregor. Lopez in l. 3. tit. 13. part. 6. in gloss. verb. *Mugeres*, col. 4. circa finem, resoluit non sufficere cōsensum actualis possessoris ad impetrationem licentiæ ad alienanda bona maioratus, nisi citētur hi, qui prętendunt ius succedendi.

11 Ex quibus euidenter constat, quòd cùm ad cōcessionem, & expeditionem facultatum ad alienandum, seu obligandum sit necessaria iustissima, & publica causa, eius iustissimæ, & publicę causæ cognitionē præcedere debere certū est, atque consequēter omnes, quorum interest, citandos esse; quia si non potest aliter de causa cognosci, nec in gratia in tertij præiudicium à Principe impetrari, nisi præcedente eorum citatione cognitio etiam causæ precedere debet: vt ea citatio quidquā operetur, ex Molina lib. 3. c. 3. n. 23.

12 Tertiò, ad iustitiam suplicationis, ātq; expeditionis Regiarum facultatum ad alienāda, seu obliganda bona maioratus concessarum, necessarium est, quòd bona libera deficiant, ex quibus necessitas alienationis, seu obligationis succurri possit, & quòd euidenter constet, prædicta bona libera non extitisse; text. est in l. pater filium in princip. ff. delegat. 2. per quem text. & per alia iure id resoluit latè Molina libr. 4. de Hispan. primogen. capit. 3. num. 5. & cap. 7. per totum, vbi verum id existimat, etiamsi in facultatibus omissa sit clausula illa vulgaris, vt non nisi deficientibus liberis bonis alienatio, seu obligatio fiat; quia cùm ex natura successionis maioratus, atque bonorum eius, quæ alienari non possunt, alienatio, seu obligatio non fiat, nisi deficientibus liberis bonis, necessarium non est, quòd in facultatibus ad alienandum, seu obligandum, eius clausulæ fiat mentio; quòd enim tacitè de iure in est, si exprimatur, nihil operatur. l. 3. cū vulgatis. ff. delegat. 1. quod prosequitur Peregrin. in tract. de fideicommis. articul. 40. num. 22. & 28. & inde allegans venditionem, seu obligationem eorum bonorum fieri potuisse; quia bona libera non extabant, probare debet non extitisse tempore concessionis facultatum, seu alienationis bonorum, & successor maioratus habebit fundatam intentionem in prohibitione legali, vt ex ea absque alia probatione possit bona alienata vendicare, donec euidenter probetur libera non extitisse. Ita resoluit Gabriel cōsil. 118. colum. 3. quem referens sequitur Peregrin. in dicto titul. 40. numer. 12.

13 Imò & non solùm debet probari bona libera non extitisse, sed simul, quod redditus maioratus ad prouidendam necessitatem, cuius occasione bona vēdi seu obligari prętēditur, non sufficiunt, quia si redditus sufficerent, facultas concedenda non erit, vt resoluit Molina libr. 4. de Hispanor. primogen. capit. 3. numer. 5.

14 Quartò necessarium est, quòd causa, quæ narratur in supplicatione ad iustificandā concessionem Regiæ facultatis, certa & vera omnino sit, ne causetur vitium subreptionis; ex quo regulariter nulla est, vt tradunt omnes in l. demonstratio falsa. ff. de condit. & demonstrat. & in l. fin. C. de falsa causa adiecta legato

& in

& in capit. cum cessante de appellatione cum vulgatis, probat eleganter Bald. in l. fin. de hę redib. instituend. dicens, quod defectus causæ finalis remouet voluntatem ab actu. Imola in l. ex facto in princip. numer. 13. de vulgari, Paris. consil. 169. numer. 13. libr. 4. & iterum Bald. in l. seruis. C. de Episcop. & cleric. dicēs quòd si consensus Principis, vel alterius præstatur ad perfectionem alicuius actus, in tantùm valet actus in quantum expressa causa subest, Afflict. in cap. 1. §. moribus, si de feudo fuerit controuersia inter dominum, & agnatum. numer. 2. & 3. dicens, quòd vbi causa assensus est falsa, consensus non interuenit; & facit notanda doctrina Abbatis in capit. super literis de rescriptis notabilib. quam ibi sequūtur Doctores, & Veroius: facit text. in l. 1. §. 1. ff. de rebus eorum, melior text. de iure in l. magis puto. §. fin. versic. *Proinde*. ff. eodem. l. fin. C. si aduersus venditionem, Alexand. consil. 207. num. 7. & 8. lib. 7. & hoc est vulgare iuris præceptum, vt aduertunt plures, quos refert decisio Pedemont. 172. numer. 17. & 18. & latè Mascard. de probat. conclus. 846. per totam.

Sed quia materia hæc subreptionis & obreptionis cōsuetè ab scribētibus traditur, & est vtilissima ad cognoscēdum, quando facultates Regię iustè petì, atque cōcedi possint aduertēdūm est, q̄ causa, cuius omissio vitiat gratiam,
15 vel est finalis, aut impulsiua. Finalis est, quæ prima fuit in intentione concedentis gratiam, quam Scribentes vocant primam in intentione, & vltimam in executione, vt resoluunt Bart. in l. ambitiosa. num. 19. ff. de decretis ab ordine faciendis, & deducitur ex D. Thoma. 1. 2. quæst. 1. art. 1. ad primum, & articul. 4. & quæst. 16. art. 6. ad secundum, & quæstion. 20. art. 1. ad secundum, atque post Aristotelem aduertit Molina lib. 1. de primogen. cap. 5. nu. 15. Ex quo dixit D. Thom. quæst. 1. articul. 2. & post eum Nauarr. in cap. inter verba. 11. q. 3. corolar. 4. quòd causa finalis est prima omnium causarum. Impulsiua verò non est propriè causa individua, & certa, sed motiuus incertus: & variabilis; quæ magis, vel minus potuit mouere concedentem ad concedendam gratiam; & dicitur impulsiua, quia impellit, & compellit, vt post D. Thom. & Rodulphum resoluit Couarr. lib. 1. variar. c. 20. n. 5. Ioan. Gutier. lib. 2. canonic. quæstion. cap. 15. num. 2. & 3.

16 Vnde in omissione earum causarum duas regulas firmes constituerunt Doctores suprà. Prima, quòd omissio causæ finalis vitiat gratiam, & Regiam facultatem, quam in distinctè probauerunt omnes, vt constat ex Couarrub. Gutierr. & alijs suprà. Secunda, quòd omissio causæ impulsiuæ non regulariter vitiat gratiam, de qua egit latissimè Gutierr. dicto cap. 15. num. 21. cum alijs vsque ad finem. Sed hęc multipliciter limitatur, cuius limitationes nō referam, sed ex his, quæ ad nostram materiam adaptantur, propponam.

Et primò omnis causa etiam impulsiua, quæ à iure decisum est, vt exprimatur, si non exprimitur in supplicatione, eius omissio vitiat, gratiam, glossa est communiter recepta in Clement. 1. verb. *Vel alteri*, de præbendis, quam plures sequuntur dicentes communem quos suprà retulimus in fine capitis præcedentis.

Et ratio est, quia eo casus potiùs diceretur causa impulsiua, quæ in iure fundatur, finalis, quàm impulsiua, vt Regibus concedentibus sit vltimus finis facere iustitiam; & inde Principes deriuentur à Deo, vocēturque dij terræ ex l. 1. in fine tit. 1. p. 2. l. 5. 6. & 7. eodem tit. & Partita.

Sed licet verum sit, quòd omissio causæ impulsiuæ, quæ in iure fundatur, vitiet gratiam, vt quia sit exprimenda ex dicta gloss. non tamen ex ea infertur, quòd cętere omnes causæ, quæ in iure non fundantur, exprimendæ non sunt, cùm aliæ multoties exprimi debeant, vt aduertunt Couarrub. dicto capit. 20. Menoch. de arbitrar. casu 201. Mieres de maioratu. quæst. 3. per totam, Gutierr. dicto cap. 15. per totum, referentes plures, quæ, licèt à iure decisum non sit, quòd referantur, proponi, ac referri debent, neque glossa contrarium probat, quia subdit hæc verba: *Non enim habetur in iure expressum, quòd impetrans, qui tenetur facere mentionem beneficiorum, quę habet, teneatur etiam qualitatem eorum exprimere*: ergo non probat, quòd solùm illud referatur, quòd à iure decisum est, vt exprimendum sit, sed solùm iubet exprimi, quod à iure decisum quòd exprimatur: ergo malè à dicta glossa deduxerunt Doctores propositionem communem præcedentem; quomodocunque igitur sit, causa, quæ in iure fundatur, exprimi debet, vt eius omissio non vitiet gratiam.

Similiter etiam causa, quæ fundatur in stylo, sicut ea, quæ in iure fundatur, exprimenda est, vt eius omissio non vitiet gratiæ concessionem; vt post allegationem Lapi 89. & alios plures resoluimus in fine capitis precedentis. Ex quo nunc in eius sententiæ confirmationem addendum est, quòd licèt aliquando valor beneficij de iure in supplicatione exprimendus non est; quia tamen de stylo curiæ exprimi debet, si non exprimatur, erit gratia

subrep-

subreptitia. Ita Rota 19. de rescriptis in nouis, Gomezius in præfactione ad regulam Cancellariæ de exprimendo valore; quòd interpretatur Gutier. d. c. 15. n. 74.

Tertiò ex supradictis, & quia non solùm causa, quæ in iure fundatur, est exprimenda, referūt Doctores aliàs, vt suprà diximus, quæ magis, vel minus mouere possunt cōcedētē, in quibus diuersis verbis fuerunt locuti, vt quia alij dicant, causam impulsiuā esse exprimendā, quādo potuit mouere Principem notabiliter, alij, quando non leuiter, alij, quādo non concessisset, vel saltem difficiliùs concessisset; alij demum, quando non concessisset, vel saltem ægre illa condonasset, vt ex Nauarro, Conarrubia, Menochio, Mascardo, & alijs, suprà notauimus in fine capitis præcedentis.

17 Ego tamen nouiter considerabam, quòd hæc omnia de causa impulsiua procedunt in subreptione, in qua regulariter eius impulsiuæ causæ omissio non vitiat gratiam; non tamen procedere possint in obreptione; quòd patet, quia licet subreptio & obreptio æquiparentur, sintque termini promiscui, ex Menochio dicto casu 201. num. 10. vsque ad 21. fortiùs tamen vitiat concessionem obreptio, quam subreptio, quia obreptio præsupponit narrationem falsitatis; subreptio verò solam taciturnitatem veritatis, ideò narrando quis falsum, mentitur formaliter, tacendo verò veritatem, ficte, & simulatè mentitur: ergo magis delinquit falsum dicēdo, quam veritatem tacendo; & ideò fortiùs obreptio, quàm subreptio gratiā vitiabit. Ex quo grauissimi Doctores differentiam constituerunt, quantum ad annullandum grariam inter obreptionem, & subreptionē. Ita constat ex Abbate in cap. cùm dilecta. n. 15. de rescriptis: & esse cōmunīter receptā eam differētiā testator Veroius in capit. super literis lectura 1. numer. 1. in fine, & lectura 2. num. 1. eodem tit. Bald. cons. 252. col. 2. lib. 1. Geminian. consil. 128. in fin. Alexand. consil. 60. in fine lib. 1. Ruyn. consil. 28. num. 8. lib. 1. Neque dissentiunt Socin. Senior consil. 264. col. 2. lib. 2. & cōsil. 54. col. 4. lib. 3. Brun. consil. 15. num. 14. Crauet. consil. 12. n. 18. & consil. 68. numer. 3. & consil. 79. numer. 2. qui tenuerunt maiorem esse vitium obreptionis, quàm subreptionis. Ex quo, licèt omissio causæ impulsiuæ tacendo, scilicet per subreptionem, non vitiet regulariter gratiam, narratio verò falsa causæ impulsiuę eam vitiabit, ad quod ego nouiter pōdero text. in cap. cum nostris num. 6. de rescriptis, ibi: *Eo quòd per falsi suggestionem & veri obreptionem fuerunt impetrata*, cap. super literis eodem tit. ibi, *suggestæ falsitate*. l. 1. ibi, *Nihil videri impetrasse*. ff. de natalibus restituendis. l. sed si hāc. §. patronū ibi, *Non id actum videtur*, ff. de in ius vocando elegās text. in l. & si litibus 5. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam, ibi, *Mendax precator attulerit, careat penitus impetratis*. l. si quis obreserit, ibi; *Veritatem in precibus ab eo datis non adiecit*. ff. de falsis. l. 2. C. de diuers. offic. & apparitor. lib. 11. ibi; Per obreptionem. In quibus, quæ propriè loquuntur de causa impulsiua, obreptio vitiat concessionem, nulla habita consideratione, an magis, vel minus potuisset causa Principem mouere. Ex quo intelligitur communis sententia dicentium, quòd omissio etiam causæ impulsiuæ vitiat gratiā, vt intelligatur obreptione.

Venit etiam intelligenda alia non minus recepta dicentium, quòd non sufficit qualitates intrinsecas & occultas Principi confusè & genericè exprimere, vt gratia liberetur ab obreptione, sed quòd in specie & explicitè sunt exprimendæ, & quòd aliàs gratia erit obreptitia ex incerta, confusa, & obscura supplicatione. Ita videntur resoluere Oldrald. consil. 81. num. 5. Bald. consil. 359. colum. 1. in fine, lib. 1. Ancharran. consil. 16. colum. fin. Rodericus Suarez allegatione 12. & in fortioribus terminis dixit Aymon. alios referens consil. 68. numer. 6. 7. & 8. quòd si non exprimantur omnia explicitā, & deficiat vnum, etiam modicum, vitiabitur gratia, Decius in cap. 2. de confirmatio vtili, vel inutili, pro quo pondero text. ibi & gloss. in cap. dilectus. 1. de rescriptis, & est bonus text. in l. fin. ad fin. C. de dotis promissione, & post Alexand. Crauet. & alios resoluit Menoch. dicto casu 204. numer. 9. dicens, quòd obreptio committitur per confusam, atque perplexam veritatis narrationem, quam dicit communem sententiam Beroi. in capit. super literis lectur. 1. num. 1. in fine, & lectura 2. numer. 1. de rescriptis, quem ipse Menoch. refert, & sequitur, Roman. consil. 326. consil. 38. cum alijs per Thomam Grammaticum, & decis. 59. num. 58. & decis. 66. num. 19. vbi per glossam in cap. dilectus filius de rescriptis, resoluunt necessarium esse, quòd fiāt notabiles, & specialis expressio causæ, & quod non sufficit generalis, vt gratia liberetur ab obreptione; & in materiam facultatum Regiarū idem probat Mieres de maioratu. quæst. 3. num. 2. prope finem, vbi numer. 8. ponderat, & dicit singularem gloss. in anthentic. quibus natur. efficiantur legitimi. §. si igitur licentia, ad probandum, quòd in impetranda legitimatione filiorum necessarium est, quòd Principi specialiter dicatur, patrem non posse honestè cō trahere matrimonium cum matre illius filij, qui legitimari pretenditur, & quòd alias dispen-

dispensatio esset subreptitia, vel obreptitia, quòd anteà dixit Tellus Ferdinand. in l.12. Tauri.num.8.& quòd non sufficiat generalis expressio Principi facta, sed quòd sit facienda specialis & individua, resoluunt Gozadin.cõsil.6.*Prima facie*,num.6.& consil.44.num.9. & consil.85.num.3.& 4.& consil.92.num.19. & referendo Roman.Thom.Grammat.Ioan. Gutier.in dicta quæst.15.numer.23.24.&.25. & in numer.22. post Tiraquell. Mieres, & alios, resoluit, quòd prædictæ resolutiones intelligantur non solum in beneficijs, sed in alijs quibuscunque priuilegijs, seu facultatibus,

18 Ex quo ego defendi in Regia Pinciana Chácellaria, quòd pater, qui petit facultatem ad instituendum maioratum in vno ex filijs, seu descendentibus ex omnibus bonis, non potuit virtute eius facultatis eum instituere in vnica tantum filia, quam vtroque tempore, & impetrationis facultatis habebat, quia cùm vnica filia non posset meliorari, neque in legitima grauari, debuit pater exprimere tépore impetrationis, quòd eam tantúm habebat, vt hæc causa, quæ vel erat finalis, vel impulsiuâ in iure fundata, vel forsam notabiliter mouere poterat Regem omissa in supplicatione nõ solùm efficeret gratiam subreptitiâ tacendo, sed obreptitiam narrando, quòd habebat plures filios. In qua disceptatione (nescio quo fundamento) condemnatus fui, cuius vtriusque partis fundamenta ad longum videnda erunt in peculiari meo responso ex his, quæ annuente Deo, breuiter Regno tradenda erunt.

19 Tertió non solùm facultatũ Regiarũ debet esse vera narratiua, sed fundans se in eisdem facultatibus Regijs veritatem contentorum in supplicationibus euidenter probare debet, ne sumatur occasio pro causa, vt aduertit Anton.Natta consil.352.col.4.& consil.172.n.1. decis.Pedemont.171.numer.16.& quòd fundans se in literis Regiæ licentiæ teneatur probare vera fuisse contenta in precibus Principi porrectis, resoluit Alexand. consil. 78. num. 20.lib.1.Zauarela, Panormitan. Corneus, & alij, de quibus per Senatum Pedemont.decis. 171.num.1.& faciunt, quæ tradunt Felin.in cap. fin.nume.3. de præsumpt. Decius consil. 142.num.6.Socin. consil. 164. vol.2. dicunt enim, quòd quando negatur narratiua supplicationis, incumbit onus probandi veritatem in ea contentorum impetranti licentiam; imò & esse vera narrata tempore impetrationis, ex Panormit. in capit. quia circa notabile 3. per illum text. de consanguinit. & affinit. quem commendat Rodulph. de rescript. in tomo constitutionum. numero. 56. & prædictam propositionem, scilicet, quòd narrata in supplicatione debeant probari, veram dicunt Alexand.consil.138.numer.5.libr.7. Decius consil.142.numer.2.decis.Pedemont.171. in fine.

20 Quod à fortiori procedit in supplicationibus Regiarum facultatum, quòd ad alienanda, seu obliganda bona maioratus quotidie impetrantur, quia cùm alienationi, seu obligationi ius resistat, fundans se in veritate supplicationis, quæ iuris habet resistentiam, eam euidenter probare debet, ex omnibus supradictis, & ex his, quæ latè resoluit Mascard.de probat.1.part.conclus. 846. & 887. cum alijs sequentibus,& melùs, atque latiús conclus. 1128.

21 Et in impetratione facultátis ad vendẽda, seu obliganda bona maioratus, vt ex eorum pretio debita eiusdem maioratus soluantur, quòd prę cisse probandum sit debita existere, atque deberi,& non ficta, atque simulata, probat gloss. verb. titul. tenus in l. magis puto, versic. Ne tamen titul.ff.de rebus eorum, & resoluunt Felin.in rubr. de probat. numer. 3. Belon.in consil. 16.num.2. decis. Pedemont. 172.num.7. Et in venditione rerum Ecclesię, vt ex pretio debita soluantur, quòd narratiua debet euidenter probari, vt debita vera sint, atque debeantur, resoluit Paul.consil.24. colum.2.lib.1. Dec.consil.142.numer.4. Pedemont.dicta decis.172.num. 3.& in venditione rerum feudalium ad soluenda debita, aduertit Curt.Senior.consil. 49.col.4.Decius cons.60.col.2.& consil.142. n.4. Pedemont. suprà n.5.

22 Imò & non solum probandum erit, debita contenta in supplicatione extare, atque deberi, sed oportet, quòd alienatio, seu obligatio bonorum maioratus, cum eorum debitorum verisimá quantitate commensuretur. Ita Decius consil.88.num.3.Gratus consil. 140. nu. 42.decis.Pedemont.172.numer.18.Peregrin. de fideicommiss.2.part.art.40.numer. 26.vbi resoluit, non solùm debere constare de necessitate soluendi debita, sed quòd extra necessitatem nihil operetur supplicátio, aut facultatis concessio.

23 Et hæc omnia à fortiori procedunt, quando Princeps in cõcessione fatetur, quòd quia sibi narrata iusta visa fuerunt, licentiam concedit, vel quando propter eam supplicationis causam preces admittit; quia tunc supplicationem concedere non videtur, neque narratiuâ approbare, nisi fundans se in narratiua probauerit euidenter veritatem in ea contentorũ, imo potius intelligitur in eo casu Principem vo-

voluisse deficiente cáusá, & eius probatione negare supplicationem, vt latè probat Mieres de maioratu.1.part.quæst.64.numer. 4. cùm enim facultates Regiæ restringendæ potius sint, quàm ampliandæ, vt resoluit ipse Mieres lib.4.quæst.1.limitat.1.num.20.& quæst. 11. num.3. Molina libr.1.cap.10.num.77. mirum non est, si ad causam finalem verissimam, & legitimmi probatam, atque diligenter expedi tam restringendę sint, vt deficiente causa, vel eius legitimæ causæ plena probatione in totũ irritentur.

24 Quæ quidem verissima resolutio sine dubio procedit, etiamsi supplicans multoties confiteatur narratiuam esse veram, quia cúm suprà diximus, alienationi, seu obligationi bonorum maioratus ius resistat, non obstante assertione, seu repetita confessione suplicantis de veritate contentorum in narratiua veritas eorum probanda est, aliter quàm per supplicantis confessionem, ex his, quæ tradunt Scribentes in l.qui testamentũ. C.de probat. & in l.cùm quis descendens.§.Titia, delegat. 3.traditur etiam à Tiraquell.in l.si vnquam, verb. *Donatione largitus*.num.89. C.de reuocand. donat. & in tract. de retract. lignag. §.1.gloss.18. numer. 81. Mascard. de probat. conclusion.381.numer. 11. decis. Pedemont. 172.& eleganter Aymon.consil.143.n.7.

Et hinc sumpsit originé resolutio Bart.in l.si forte.de Castrens.peculio, per quam omnes dixerunt, quôd in alienatione, seu obligatione bonorum, quæ de sui natura prohibentur alienari, ad probationem iustissimæ causæ alienationis non sufficit confessio, seu narratiua alienationis, sed est necessaria euidentissima probatio. Ita decis.Pedemont.172.num.1. vbi numer.2.id aduertit in alienatione rerum Ecclesiæ,& latè prosequitur eam resolutionẽ Mieres in tract.maioratus. 4. part. quæst. 14. ferè per totam,& quęst.22.numer.17.& 2.p. quæst.2.nume.30. & 31.& in confessione patris asserentis bona alienasse ad solutionem debitorum, Ant.Natta.consil.312.nu.3. Crotus cons.129.n.2.Bel.cons.16.n.2.Felin.in rubr. de probat.n.3.

Et id ipsum in effectu resolnunt plures notabiles viri dicentes, in simili casu non esse standum assertioni narrantis, donec euidenter causa & narratiua in totum probetur, Alexand.& Decius in l.si donatione. C.de collationibus; iterum Dec.consil.20.& cons.202. Corras.in l.frater à fratre.§.quæsitum. n. 51. ff.de condict.indebit.Piel. in l.1. de bon.mater.3.p.n.23.Mieres de maiorat.4.p.q.4.fere per totam.

Quartò vidi non semel dubitari, an prædicta omnia formalia de consensu actualis possessoris de citatione successorum in maioratu, quorum interest conseruari, de existentia
25 bonorum liberorum, de veritate, atque probatione narratiuæ supplicationum suppleantur, atque remissa censeantur, quandò Princeps in facultatibus Regijs vsus fuit clausulis illis, proprio motu, ex certa scientia, atque de plenitudine potestatis: ex quibus, quamuis in supplicationibus, seu concessionibus aliqua formalia deficiant, quæ præcedere requirebatur: à Principe concedente actum esse videtur, vt supplerentur, quasi vellet, quòd contra similes facultates nihil obijci potuisset. Et in hac dubitatione videtur dicendum; quòd prædictæ clausulæ id importare debeant, vt nihil contra supplicationem subreptitiam, vel concessionem factam, non præcedentibus requisitis formalibus suprà relatis, successores in maioratu obijcere possint; quia certum est, quòd prædictæ clausulæ id, quod ex se nullum est, validum efficiunt, per text.in cap.1. vbi Scribentes de transactionib.& in cap.1.vbi gloss. verb. *Confirmamus*, eodem titul. Bart. Felin. Decius, & alij, quos refert Molina libr. 2.de Hispan.primog.cap.7.num.8. & similiter notissimum est, quòd ex adiectione earum clausularum videtur Princeps velle, quòd actus valeat, etiamsi ex eo tertio præiudicium inferatur, ex resolutione Alexandr. Alciati, Curtij iunioris, & aliorum, quos refert Molina dicto lib.2.cap.7.numer.16. Ex quibus vulgus inaduertenter existimat, nihil contra similes facultates Regias, in quibus prædictis clausulis Principes vtuntur, obijciendum esse.

Sed mihi veritatem contra vulgi opinionem amanti, non obstantibus prædictis obiectionibus, contrarium omnino existimo tenendum tam in foro exteriori, quàm interiori, scilicet quòd prædicta requisita formaliá de consensu, aut citatione possessoris maioratus, & successorum eius per adiectionem earum clausularum non suppleantur, neque veritatem, atque probationem narratiuæ vllo modo suppleri posse: quod ex sequentibus apertissimum est. Primò quantum ad actualem possessorem, qui verè, & irreuocabiliter dominus est rerũ maioratus, vt latè resoluit Molin.lib.1.de Hispan.primog.ca.19.per totum, certum est, quòd Princeps sine iustissima causa, & simul eius causæ plenissima cognitione, vel eius expresso consensu, non potest tollere dominium tertio irreuocabiliter quæsitum, etiamsi de plenitudine potestatis, qua nunquam religiosissimi Reges vtuntur, ex certa scientia, atque proprio motu id efficere velit, vt resoluit latè Molina libr. 2.de

Hispan.

Hiſpan. primog. cap. 7. num. 28. & 29. & lib. 3. cap. 3. nume. 19. Mieres de maioratu. 4. part. quæſt. 1. in princip. num. 14. modernus Toſetanus in communibus contra communes q. 577. & ita etiam de plenitudine poteſtatis ſine iuſtiſsima cauſa, non poteſt Princeps extinguere maioratus, neque mutare vocationes, ſeu quid aliud facere in præiudicium doſſeſſoris eius, nec, quod magis eſt, ſucceſſorum, ex Molina dicto lib. 1. cap. 8. numer. 31. ergo reſpectu actualis poſſeſſoris, maioratus, cui eſt irrenocabile ius quæſitum, prædictæ clauſulæ nihil operabuntur.

Quoad verò ſucceſſores, qui conſiderabilem, licèt habitualé ſpem ſuccedendi habent, cùm, vt ſupradictum eſt, formaliter ſit neceſſarium quòd citentur, & ſimul quòd cum ipſorum citatione cauſæ ſupplicationis diligenter cognoſcantur, atque expeditis terminentur, vt ita facultates iuſtè poſsint expediri, meritò citationes ipſorum, cauſæ cognitio, cæteraq; formalia ſuppleri nullo modo poterũt, tam ex eo, quòd princeps dominiũ non ſolum actualis poſſeſſoris, ſed neque habituale ſucceſſorũ ſine iuſtiſsima cauſa tollere nó poteſt, vt Molina, & omnes ſuprà relati reſoluunt, quàm quòd prædicta ſucceſſorum citatio, quæ formalis eſt, tolli, aut ſuppleri non valet, Clement. paſtoralis. §. verum de re iudicata, cap. cùm olim de dolo & contumacia: eſt enim citatio de iure naturali, & ideò à Principe tolli, aut ſuppleri non poteſt, ex Baldo in l. executionem. nu. 34. C. de execut. rei iudicatæ, Roland. à Valle conſil. 29. n. 39. cum ſequentibus lib. 1. & latè proſequitur Ioan. Gutierr. lib. 2. canonic. quæſt. capit. 16. num. 1. & 2. cũ alijs.

Rurſus ex verificatione, atque probatione narratiuæ id ipſum ſuadetur; quia ſi narrata in ſupplicatione vera non ſunt, impoſsibile eſt, quòd intelligatur, Principem voluiſſe cõtra veritatem ipſam etiam de plenitudine poteſtatis quidquam concedere, imò potiùs credendum eſt, falſam narratiuam veram efficere noluiſſe, neque falſitatem vllam confirmaſſe, etiamſi prædictis clauſulis de plenitudine poteſtatis, ex certa ſcientia, atq; proprio motu vſus ſit, quia ex eiſdem falſitas narratiuæ non ſuppletur, neque quidquam confirmatur, vt reſoluunt Abbas & Felin. in capite inter dilectos de fide inſtrument. Hippolyt. ſingulari 193. & alij, quos referens ſequitur Mieres de maioratu 4. part. quæſt. 2. numer. 5. Imò & non ſolum prædictæ clauſulæ nihil operantur contra falſitatem ſupplicationis, ſed neque contra errorem cõcedentis, vt reſoluit Ioſephus Maſcard. concl. 1270. n. 25. Eſt enim veritas virtus omnibus excellẽtior, de qua dixit Auguſtinus in Epiſtola 9. hæc notandiſsima verba; *Incomparabiliter pulchrior eſt veritas Chriſtianorum Helena Græcorum; pro iſta enim fortiùs Martyres aduerſus hanc Sodomam, quàm pro illa illi hæroes aduerſus Troyam dimicauerunt*; Et Iſidorus de ſummo bono exclamans dixit; *Magna eſt vis veritatis, quæ omnia geſta, aſtutias, & calliditates ſuperat, contra ficta, ſimulataque figmenta ſe ipſam defendit*; & ita vulgariter dicitur, quòd veritas omnia vincit, veritatique omnia cedunt, Baldo conſil. 11. numer. 15. libr. 3. & ita Bald. in tractat. de ſciſmaticis colum. 1. & conſil. 343. colum. 1. lib. 1. dixit hæc verba; *Veritas eſt vas, & fundamentum iuſtitiæ, & ea virtute præclarior*; & iterum in l. libertini. ff. de ſtatu hominum, *Veritas eſt mater iuſtitiæ*, Afflict. deciſ. 335. num. 1. *Veritas eſt res ſolidiſsima, & murus inexpugnabilis*, & plurima de veritatis excellentia ſcripſit Roland. conſil. 78. n. 1. volum. 4 & conſ. 5. n. 19. & conſ. 33. n. 41. eod. lib. Pariſ. conſ. 59. n. 19. lib. 1. ergo contra veritatem ipſam, & pro falſitate contentorum in narratiua nihil efficere poterunt clauſulæ ex certa ſciẽtia, proprio motu, atque de plenitudine poteſtatis, quominus veritas ipſa probãda non ſit, & falſitas ſupplicationem, atque cõceſsionẽ, tãquam ſubreptitiã nullam efficiat: nec enim virtute earum clauſularum credendũ eſt, principem voluiſſe contra erroré, imò & veritatẽ ſupplicationem confirmare.

26 Et vt nihil omnino obſtare poſsint prædictæ clauſulæ, aduertendum eſt ad cognitionẽ earum potentiæ, quòd Rex ſemper, & vbiq; reſcribit, & gratiam facit ſecundum æquitatem, & iuſtitiam, vt latè pro regula conſtituit Iacob. Menoch. libr. 2. de præſumpti. præſumpt. 9. ex principio, etiamſi vtatur prædictis clauſulis, ex certa ſcientia, atque de plenitudine poteſtatis, vt ibi poſt plures aduertit num. 16. & 18. & conſequenter nunquam ex eiſdem clauſulis intelligitur præiudicium tertio inferre voluiſſe, vt poſt plures reſoluit ipſe Menoch. d. præſump. 9. n. 26. 27. & 28. Brun. à Sole in ſuis quæſtionibus, quæſt. 20. num. 18. & 19. Ioan. Gutierr. in conſil. Canonic. 11. nu. 16. & 18. Melchior Mieres in tractat. maioratus 4. part. quæſt. 1. in princ. n. 9. prope fin. vbi refert leges Partitæ maximè ſi præiudicium maximum ſit, vt in reſolutione maioratus, vel in alienatione, ſeu obligatione bonorum ipſius contingit, quo caſu maximũ præiudiciũ, non ſolũ actuali poſſeſſori cõtradicẽti, ſed ſimul ſucceſſoribus in infinitũ irrogatur; & indene ſequatur, decre-

uerunt omnes nihil efficere in tertij præiudicium clausulas prædictas â Principe in concessionibus adiectas. Ita post plures aduertit Menoch. dicta præsumpt. 9. n. 18. & 28. ad finem, Molina lib. 2. de Hispanor. primog. c. 7. n. 23. vsque ad n. 25. Ioan. Gutier. in d. cons. canonico 11. n. 12. ergo nihil contrà veritatem obstabunt prædictæ clausulæ.

Secundò aduertendum est, quòd prędictę clausula præsupponunt, Principem fuisse plenè informatum de facto, atque de eiusdem facti circunstantijs: & inde si constaret, nullam præcessisse narratiuæ supplicationis probationem, atq; veritatis cognitionę, nulla erit concessio, non obstãtibus prædictis clausulis, ex his, quæ resoluit Molina lib. 2. c. 7. n. 9. tunc enim Princeps confirmat actum nullũ, etiam ex certa scientia, quando integrè videt, atque intelligit quid confirmet per veram narratiuę cognitionem, Mieres de maioratu. 4. part. q. 2. num. 12. imò & non solùm prædictæ clausulæ præsupponunt, principę plenè fuisse informatum de facto, atq; de facti circunstantijs; sed quòd præcesserit legitima cognitio causarũ in narratiua contentarum, vt aduertit Molina libr. 2. cap. 7. num. 26. & libr. 3. cap. 3. num. 12. vbi numer. 13. resoluit, quòd quia prædictæ clausulæ præsupponunt prędcessisse integram causarum narratiuæ cognitionem, debet etiã præcedere citatio eorum, quorum interest, cùm certum sit, quòd cognitio citationẽ præsupponat. Idem etiam resoluit Brun. à Sole q. 20. n. 20. & Ioan. Gutier. cons. canonico 11. n. 17. & 18. qui loquuntur in specie prædictarum clausularum.

Tertiò in confirmationem præcedentium, & ad cognitionem prædictarum clausularũ, aduertendum est, quòd quamuis Princeps per clausulas præsumatur habere scientiam eorũ, quæ consistunt in iure, non tamen præsumitur eam habuisse eorum, quæ consistunt in facto scilicet contẽtorum in narratiua supplicationis, imo potiùs præsumitur ea ignorare; & ideò quæ facti sunt, nec sub eisdem clausulis continentur, neq; à Principe suppleri, aut submoueri videntur, vt aduertit Molina d. lib. 2. c. 7. n. 15. & inde resultat, quòd qui se fundat in facultatibus Regijs, etiá accedentibus prædictis clausulis, tenebitur probare veritatẽ cõtentorum in narratiuæ, & quòd aliàs clausulę prædictæ nullius erunt momenti. Ita Ioseph. Mascard. de probat. 2. p. concl. 1216. n. 6. & 7. Ioan. Gutierr. consil. canonico 11. nu. 13. cum alijs.

Quartò considerandum est, an facultates Regiæ expediantur contra absentem non citatum: quia eo casu à fortiori procederent omnia supradicta, vt non cõcurrentibus, atq; precedentibus, clausulæ prædictæ nihil efficiãt. Ita benè aduertit Brun. à Sole d. q. 20. nu. 18. & 19.

Quintò à fortiori procederent omnia supradicta, si contra clausulas suprà relatas non obstet vnica tantum obiectio ex præcedentibus, sed plurimæ simul, quia plures obiectiones prædictarum clausularum potestatem destruerent, vt aduertit Molina d. lib. 2. de Hispan. primogen. cap. 7. n. 27. Ex quibus omnibus apertè cõstat, quòd etiam si in concessione, vel expeditione prædictarum Regiarum facultatum clausulę ex certa scientia, proprio motu, atque deplenitudine potestatis adijciãtur, adhuc nihil obstabunt, quominus veritas narratiuæ supplicationis probanda sit, vt quia licèt Princeps non præsumatur ignorare quæ sunt iuris, ignoret tamen quæ sunt facti, vt suprà diximus.

Alia etiam, quæ ex industria omittimus, solent esse necessaria ad petitionem, & concessionem facultatis Regiæ, quæ petitur, & conceditur ad constituendum censum super bonis maioratus; sed quia difficillimè possunt omnia breui compendio cõprehendi, ad cognitionem eorum accedamus, quę post expeditionem Regiarum facultatum in earum executione, & maxime in conuersione pretij census in eam causam, cuius occasione facultates fuerunt concessæ, necessaria sunt. De quo in capite sequenti agendum est.

## DE CONVERTENDO pretio census, qui super bonis maioratus creatur ex facultate Regia, in eam causam, propter quam facultas Regia concessa fuit. Caput LXIIII.

### SVMMARIVM.

*Pretium census, qui super bonis maioratus cum facultate Regia constituitur, si accedat clausula, quòd in certam causam conuertatur, an in aliam possit conuerti. n. 1.*

*Pretium creationis census super bonis maioratus cum facultate Regia, quod per eam facultatem præcipitur, vt apud sequestrum ad aliquã specialem causam deponatur, an possit solui possessori maioratus, vel in aliam causam conuerti. n. 2.*

*Pretium,*

*Pretium, quod prouenit ex facultate Regia, in qua non præcipitur, quòd in certã causam conuertatur, neque quòd apud sequestrum deponatur, an sufficiat, si possessori maioratus tradatur. n. 3.*

*Pretiũ regulariter in quacunque causa quæ iuris habet resistentiam, conuertendum est in vtilitatem eius, qui contra iuris resistentiam recipit pretium. num. 4. vbi num. 5. verificatur in Ecclesia, & minore, & num. 6. in republica, & num. 7. ex ratione identitatis de Ecclesia, minore, & Republica ad causam maioratus; vt quia vtroque casu causa publica sit. In maioratu idem diximus, & n. 8. ad id ponderauimus doctrinas Gregorij contra Molinam.*

*Pretium, quod prouenit ex facultate Regia concessa ad soluenda debita, an sit præcisse conuertendum in eorum solutionem, ita quòd verè debita extinguãtur. n. 9. & num. 10. traditur verus intellectus ad text. in l. fin. ff. de exercitoria actione, & n. 11. traditur intellectus ad l. liberto. 32. ff. de negot. gestis, & numer. 12. intelligitur l. 1. §. non autem. ff. de exercitoria.*

*Emptores rerum defuncti an satisfaciant soluendo testamentario. numer. 13. & quid in emptore rerum monasterij, an teneatur probare pretium conuersum fuisse in eius vtilitatem. numer. 14.*

## CAPVT LXIIII.

DIXIMVS in capite præcedenti, necessarium esse, quòd aliqua præcedant formaliter ad iustificandam concessionem Regiæ facultatis ad constituendum censum super bonis maioratus; vnde in præsenti aduertendum est, quòd post expeditionem Regiarum facultatum, quæ ad alienanda, seu obliganda bona maioratus conceduntur, plurima circa earum executionẽ se offerunt decidenda, maximè illud vulgare, licèt dignissimum explicatione, an scilicet pretium rei vẽditæ, vel census constituti virtute Regiarum
1 facultatum sit integrè & formaliter conuertendum in eam designatam causam, cuius occasione fuerunt concessæ, vel sufficiat, si possessori maioratus vendenti, seu censum consignanti, tradatur; & quamuis hæc dubitatio in distinctè proposita difficilis ad modum videatur, habita distinctione infrà referenda, facile deciditur; videmus enim, quòd in Regijs facultatibus circa pretij conuersionem diuersæ clausulæ solent adijci, aliquãdo adijcitur clausula specialis, quòd pretium rei venditæ, vel census constituti in aliquam causam nominatim designãtam conuertatur: & in hac specie videbitur dicẽdum sufficere, si emptores pretium tradiderint possessori maioratus vendenti rem, ex text. in l. fin. ff. de exercitoria, vbi African. resoluit, quòd quãuis pretium, atque mutuum conuertendum erat in nauis refectionem, non tamen creditor tenebatur præcisse probare in eam causam fuisse conuersum, sed sufficere, quòd nauis in ea causa esset, vt refici deberet, vt probant verba text. ibi. *Respondi creditorem vtiliter acturum, si cùm pecunia crederetur, nauis in ea causa fuisset, vt refici deberet.* Si enim Africanus ibidem eo solo contentus fuit, quòd mutuum Stichum magistro traderetur eo tempore, quo nauis erat in ea causa, vt refici deberet, & creditores non obligauit, vt probarent conuersum fuisse in nauis refectionem: ergo similiter quãndo pretium ex re maioratus vendita, seu alienata traditum fuisset vero possessori, vt conuerteretur in causam Regiæ facultatis, non teneretur creditor probare in eam causam designatam fuisse conuersum. Sed adhuc in specie huius facultatis securè tenendum est, pretium integrè esse conuertendum in causam à Regia facultate designatam, & creditores id cauere debere, & probare teneri, quia cùm forma concessionis facultatis causa nominatim designauerit, in quam pretium sit conuertendum, forma concessionis omnino seruanda est, ne actus corruat, & consequenter creditores obseruatam fuisse probare debent. Vtrumque probatur in capite cum dilecta de rescriptis. l. cũ ij. §. prætor. ff. de transact. cum vulgatis; & ita resoluit Ludouicus Molina libr. 4. de Hispanor. primog. capit. 4. numer. 23. vbi in specie concessionis similis facultatis fatetur, formam eiusdem integrè seruandam esse; neque aliter creditores satisfacere, intelligens text. in dicta l. fin. in alio dissimili casu: quæ quidem aduersus hanc resolutionem nihil obstat; quia præterquam quòd est intelligenda secundum ea, quæ infrà in postremo casu ad longum dicenda erunt, non dubitatur ibi de vera mutui conuersione, in nauis refectionem; imò potiùs præsupponitur, conuersum fuisse in eam causam, sed solum dubitatur, an creditores soluendo Sticho magistro satisfacerent, vel simul tenerentur probare mutui conuersionem. Cui difficultati respondet Africanus, creditorem non teneri ad probandum, sed sufficeret, si nauis esset in ea causa, vt refici deberet, quia cùm Stichus magister haberet mandatum virtuale recipiendi mutuum, liberi existebant

creditores præstándo illud Sticho. l. 1. §. non autem ff. de exercitoria. l. liberto. 32. ff. de negot. gest. at verò quando ex Regia facultate pretium in aliquam designatam causam conuertendum est, creditores non satisfaciunt, nec formam facultatis adimplent, dando pretium possessori maioratus, sed demum curando, vt in eam specialem causam formaliter à Regia facultate requisitam conuertatur; ideò debent probare conuersionem, vt Molina rectè existimauit.

2 Solent alio modo expediri prædictæ facultates Regiæ, scilicet disponendo specificè, quòd pretium apud sequestrum deponatur, vt ex illo bona immobilia comparentur, vel debita soluantur, & in hac specie etiam resoluit ipse Molina dicto libr. 4. cap. 4. numer. 23. quòd non poterit emptor rei, maioratus, seu census, soluere pretium possessori, sed quòd præcisè tenebitur illud deponere apud sequestrum, iuxta facultatis tenorem & formam, vt inde in eam causam, cuius occasione venditio seu census constitutio facta fuit, cõuertatur. Cuius resolutio verissima est, ex his, quæ diximus in casu præcedenti. Nec aduersus eam obstabit dicta l. fin. ff. de exercitoria; quia ad eam respondetur eodem modo, quo suprà responsum est, & infrà dicetur.

3 Demum concipi, & expediri solent prædictæ facultates Regiæ, non præcipiendo, quòd pretium rei venditæ, vel census constituti in aliquam designatam causam conuertatur, neque quòd ad sequestrum deponatur, sed dando simpliciter licentiam possessori maioratus, vt bona eiusdem vendat, & quidquam ex pretio emat, vel subrogare possit, vel ad constituendos census, vt ex pretio eorum debita, quibus maioratus oneratur, extinguatur: & in hac specie existimat Ludouicus Molina dicto cap. 4. numer. 23. quòd emptor rei maioratus, vel census emptor nihil aliud facere teneatur, quam tradere pretium possessori, licèt in causam, propter quam concessæ fuerunt facultates, conuersum non sit. Pro qua resolutione ponderat Molina text. in l. fin. ff. de exercitoria, & Bart. doctrinam in l. alio. numer. 24. ff. de alimentis, & cibar. legat. & Philippi Decij in consil. 36. numer. 8.

4 Sed in hac postrema specie expeditionis facultatum contra Molinam firmiter teneo, pretium esse præcisè conuertendum in eam causam, cuius occasione Regiæ facultates fuerunt concessæ, & creditores teneri ad id curandum, imo & euidenter probandum: quia cum ius resistat alienationi rerum maioratus, seu creationi contractuum censualium super eisdem factæ, tam ex parte ipsorum bonorum, quæ prohibita sunt alienari, quàm ex parte ipsorum contractuum, quorum iustitia consistit in eo, quòd fors conuertatur in vtilitatem censuarij, vt ita detur correspondentia de pensione ad veram sortem, iustissimum est, vt tanquàm fundamentum principale alienationis emptores rerum, seu creditores censuales probare euidenter debeant, pretium fuisse conuersum in causam Regiæ facultatis. Quæ resolutio genericè sumpta in quacunque causa, quæ iuris habet resistentiam, probant plurima iura notanda, nempe text. in l. ciuitas 27. ff. si cert. petat. & in l. magis puto. §. ne tamen, titul. renus. ff. de rebus eorum, ibi: *Pecuniam istam ad hoc conuersam, propter quod desiderata esi alienatio, vel obligatio*, text. etiam notandus, & expressus in authentica de alienat. & emphyt. §. si verò quis aut Episcopo, ibi: Ibi, *Iubemus neque hoc eis reputari pro venerabili domo, nisi primitus ostenderint, quòd in vtilitate prædicta venerabilis domus ista profecerint*; & clarius iterum repetit text. dicens: *Nec fecerunt*; & clariùs iterum repetit text. dicens: *Nec ipsum creditorem, aut heredes eius contra venerabilem domum habere aliquam præ ipsis actionem, nisi monstrauerint, quòd in vtilitatibus venerabilis domus competentibus pecuniæ profecerunt*: text. etiam notandus, & expressus in authent. hoc ius porrectum in fine. C. de sacrosanct. Eccles. ibi: *Is creditor hic intelligatur, qui quod credidit, probat in vtilitatem diuinæ domus processisse*: & de iure Regio sunt etiam elegantissima iura, nempe l. 8. titul. 13. part. 5. ibi: *Metiendo toda via en poder del moço los maruedis que tomare sobre los peños*: & statim ibi, *Maguer el moço no fuesse tenudo de pagar la deuda, porque no huuiesse entrado en su pro*; & in l. 18. titul. 16. part. 6. ibi: *Eb precio dellos deuelo merer en pro del guerfano*. Et est summè notandum, quòd text. in dicta l. 8. titul. 13. part. 5. non solùm loquitur in minore, sed inquolibet alio administratore, seu procuratore, qui rem domini pignorauit; quia non nascitur pignoratitia, nisi quantitas conuertatur in vtilitatem domini. Text. etiam notandus in l. 3. titul. 1. part. 5. ibi: *Aquel que prestô, non lo puede demandar, nin lo deue auer, fueras ende si pudiere prouar, que en el empresti do entro en pro de cada uno dellos*. Et ita in minore resoluit Alexandr. consil. 46. numer. 1. libr. 5. decis. Pedemont. 171. numer. 19. & post Pinel. Pereir. & alios resoluit Felician. de

cen-

censib. lib. 2. capit. 2. numer. 6. dicentes, non teneri minorem probare pretium census non fuisse conuersum in eius vtilitatem, sed è conuerso creditorem ad id obligatum esse, quoniam contractus censualis, quodammodo suspectus est, & magis odiosus quàm mutui.

Et in Ecclesia resoluit Innocent. in cap. 1. de depositi, vbi Abbas. numer. 9. & probant leges Partitæ suprà relatæ, maximè l. 3. titul. 1. part. 5. verb. *A la Iglesia*, vbi Gregor. decis. Pedemont. suprà allegata, & Felician. post plures dicto libr. 2. cap. 4. num. 9. Mascard. late de probat. concl. 1165. num. 3 cum alijs, vbi se remittit ad alias cóclusiones Menoch. de arbitrar. casu 482.

6 Et in Republica, seu vniuersitate probat l. 3. tit. 5. p. 5. Couar. lib. 2. variar. c. 17. nu. 3. Matiençoin l. 22. tit. 11. lib. 5. nou. Recop. glos. 2 n. 4. & Felician. suprà.

7 Quæ quidem omnia, quamuis loquantur in minore, Ecclesia, & Republica ex identitate, imò & maioritate rationis procedunt in successione maioratus, quia si minor, Ecclesia & republica continent causam publicæ vtilitatis, maioratus etiam in publica fundatur vtilitate, & post Tiraquel. Socinum, & alios aduertunt Mieres in tractat. maioratus 1. part. quæst. 1. numer. 18. ad finem, & antè numer. 9. Molina libr. 2. de Hispanor. primogen. cap. 1. ex num. 3. ex quo ad alienationem, seu obligationem bonorum maioratus, quæ publicam continet vtilitatem, publica vtilitas requiritur, vt aduertit Molina libr. 3. capit. 3. numer. 11. cum alijs, & nominatim numer. 21. & iterum lib. 4. cap. 3. ex principio. Rursus, si bona minoris, Ecclesiæ, vel Reipublicæ prohibita sunt alienari, etiam bona maioratus non solum exprimęua eorum natura alienari prohibentur, sed fortiorem hominis prohibitionem alienandi continent, imò & in alienationibus minoris, & Ecclesiæ; seu Reipublicæ maturiùs proceditur, & maior haberi potest consideratio, cùm minor habeat tutorem, & Ecclesia, vel Republica in pluribus repræsentetur: ergo faciliùs poterat procedi ad alienationem, & ita videmus, quòd bona minoris, Ecclesiæ, vel Reipublicę cum iuris solemnitatibus alienantur: bona verò maioratus absque Regia facultate alienari non possunt. Demum si in alienationibus rerũ minoris, Ecclesiæ, vel Reipublicæ veriatur, prędiudicium etiam successoribus in maioratu maximum ex obligationibus irrogatur: ergo non solum ex identitate, sed ex maioritate rationis procedere debent iura supradicta in bonis maioratus.

8 Vnde reperio eam sententiam tenuisse Gregor. Lup. in l. 24. tit. 13. parte 5. verb. *Entonce*, ad med. vbi postquam retulit Salic. Bald. & Oldrald. atque text. in l. magis puto. ff. de rebus eorum ad probandum, quòd pretium alienationis rerum minoris debet conuerti in causam alienationis subdit hæc verba: *Quæ conferunt ad licentias Regias, quæ dantur ad alienandum bona maiorię cum subrogatione aliorum bonorum*. Et est summè notandum, quòd constituit Gregor. differentiam inter alienationem, seu obligationem prohibitam, de qua in l. magis puto, & inter casum prohibitum mutuandi ad refectionem nauis, de qno in l. fin. ff. de exercitoria, quod erit conducibile ad intellectum illius l. fin. Iterum tenet eam sententiam Gregor. Lup. in l. 6. tit. 11. parte 6. gloss. verb. *Que la non pudiesse vender*, colum. 9. fol. 84. in principio, versic. *Quid autem si Princeps*.

9 Quæ resolutio maiori ratione procedit in facultatibus concessis ad obliganda bona maioratus ad effectum soluendi debita; quia cũ si ea debita non soluantur, non solùm maioratus debitis antiquis, sed nouioribus oneretur, imò & posteriores creditores securi non sint, cùm propria debita sint priùs soluenda, iustissimum est, quod & pretium censuum ad soluenda debita constituendorũ conuertatur præcisè in eam causam, & quòd creditores posteriores id diligenter curare teneantur, ne sibi ipsis præiudicium efficiant: est enim diuersus casus alienationis ad subrogandum, & ad debita soluenda; quia ad subrogandum, licèt non fiat subrogatio, tantùm perditur pretium venditionis; maioratus tamen in futurum non oneratur: ad soluenda verò debita ex pretio censuum si conuersio non fiat in soluendis debitis, non solum debita priora, & posteriora existunt, sed & maioratus pensionibus futuris grauissimè oneratur, ita vt breuiter extinguẽdas sit. Vnde peculiari quadam ratione iustissimum est, quòd pretium censuum, quĩ ad soluenda debita constituuntur, cõuertatur in eam *causam præcisam, & quòd euidenter probetur conuersio*.

Imò & ego firmiter credo, quòd non solùm creditores censuales debent curare, vt & pretium census conuertatur in solutionem debitorum, & quòd integrè causi facultatum Regiarum ad impleatur; sed quòd vt sint securi, omnino tenentur ipsi soluere ex pretio censuum debita, ad quorũ solutionem constituuntur, & recuperare scripturas debitorum, & quòd aliter non

sati facerent: quòd quidem expressè probat text. in l. 60. tit. 18. part. 3. vbi nominatim requiritur, quòd ad iustificandam alienationem rei prohibitæ alienari ad solutionem alicuius debiti, & debitum sit verum, atque certum; & quòd resolutio verè fiat debitori præsente creditore, atque iudice, & quòd scriptura debiti antiqui mutuanti, seu ementi tradatur; & meliùs probatur in l. 63. eodem titul. & part. ibi: *Por precio de tantos marauedis, el qual fue dado y pagado por mano del comprador ante el escriuano publico, que escriuio la carta, ê los testigos, que son escritos en ella:* & l. 63. requirit, quòd debita verissima sint, quòd integrè soluantur, quòd scripturæ earum recuperentur, & demum quòd pretium in solutionem eius debiti conuertatur. Quæ quidem iura expressa sunt pro hac nostra sententia, & ex omnibus constat, creditores teneri euidenter probare, censum fuisse conuersum in causam Regiarum facultatum.

10 Qua sententia retenta non obstant fundamenta in contrarium adducta. Et primò non obstat text. in dicta l. fin. ff. de exercitoria, cuius occasione Molina coactus fuit ad teneadam prædictam resolutionem: quia ad eum text. sequentibus modis respondetur. Primò notabiles viri dixerunt, non obstante lege illa teneri mutuantem probare fuisse mutuum conuersum in nauis refectionem. Ita resoluunt communiter Alexand. in l. ciuitas. numer. 11. ff. si cert. petat. vbi Decius numer. 30. dicit communem, Alciat. numer. 6. Ripa in l. is qui bona. numer. 10. ff. de pignorib. & esse communem, atque receptam sententiam, post Imolam, & alios, intelligens benè text. in dicta l. fin. resoluit Mascard. de probat. conclus. 1166. numer. 8. & anteà dixerat conclus. 582. numer. 5. & 6. ergo secundum hunc intellectum non benè pro sua sententia ponderauit Molina text. illum; alij verò non minoris autoritatis viri magis accedendo ad mentem Africani, existimauerunt, quòd licèt text. ille non requirat euidentem probationem de versione mutui in nauis refectionem, requirit tamen probationem per coniecturas euidentes, vt probant Azo, Acurs. & alij sequaces huius secundæ opinionis, quos referens sequitur Mascard. in dicta conclus. 1166. numer. 7. & post Angel. Paulus Castrens. & alios, Gregori. Lup. in l. 3. titul. 1. part. 5. gloss. fin. prope finem: ergo secundum quamlibet ex his duabus opinionibus verior est resolutio, quòd requiritur probatio versionis mutui in refectionem nauis euidens, vel coniecturata: neque eam probationem videtur excludere African. ibi; *Etenim non oportet creditorem ad hoc astringi, vt ipse reficiendæ nauis curam suscipiat, & negotium domini gerat; quod certè futurum sit, si necesse habeat probare pecuniam, in refectionem erogatam esse:* quia licèt prædicta verba quodammodo liberent creditores ab onere probandi conuersum fuisse mutuum in nauis refectionem, non tamen omnino excludunt probationem versionis, imò eam fore necessariam præsupponunt euidenter, vel per coniecturas; quia dum Africanus requirit, quòd tempore, quo pecunia crederetur, nauis fuisset in causa, vt præcisse reficì deberet, apertè præsupponit instantem illam necessitatem reficiendi nauem, cùm sit facti esse probandam, eamque simul cum vera pecuniæ traditione, atque continua nauis refectione producere fortem coniecturam de erogatione pecuniæ in ea nauis refectione: ergo dicta l. fin. non excludit omnem probationem, sed contenta fuit illa præsumptione fortissima, & consequenter Molina non benè ponderauit pro sua sententia text. illum.

Rursus considero, quòd in dicta l. fin. non negauit dominus nauis pecuniam mutuatam fuisse erogatam in nauis refectionem, sed tantùm curabat, quòd quia Stichus magister non habet speciale mandatum ad recipiendum mutuum, eum non obligauerat ex mutui receptione, donec expressè creditor probaret fuisse erogatum in refectionem nauis. Cui domini obiectioni, cùm Stichus esset magister nauis, & inde haberet mandatum virtuale domini prouidendi instantem necessitatem, & consequenter recipiendi mutuum ad nauis refectionem, respondet Africanus iustissimum esse, quòd & mutuum recte solui potuisset Sticho, ac si haberet mandatum speciale, & quòd dominus nauis per eius receptionem, iuncta sequenti erogatione ab Sticho obligaretur; quod quidem non est excludere omnem probationem de versione mutui in refectionem nauis, sed potiùs præsupponere, quòd quia non negatur mutui datio, neque mutui conuersio, sed solùm obijciebatur defectus mandati, non erat vlla alia probatio necessaria: ergo in specie successionis maioratus, si negatur conuersio mutui, seu census constituti, vel pretij rei venditæ in eius maioratus vtilitatem, & conuersio nullo modo constat, certum erit, atque iustum, quòd creditores illud probare teneantur.

Iterum

Iterum & nouiter licèt verisimè, pondero, quòd in dicta l. fin. non sit mirum, si loco legitimè probationis succedat, instans necessitas reficiendi nauim cum sequenti refectione, imò magis mirum est, qua ratione Africanus ibi requirat instantem necessitatem, & sequẽtem refectionem, cùm certum sit, quòd si habens mandatum speciale ad recipiendam pecuniam, si eam recipiat, licèt non constet conuersam fuisse in domini vtilitatem, liberatur soluens, & dominus obligatur. l. 1. §. non autem. ff. de exercitoria. l. liberto. 32. ff. de negotiat. gest. & firmiter credo, quòd quando Magister habet speciale mandatum ad recipiendum mutuum, nulla sit necessaria probatio conuersionis eius in domini vtilitatem, & quòd sic intelligatur text. in dicta l. 1. §. non autem, & in l. liberto 32. quando verò nullum habet speciale mandatum, sed virtuale, vt quia magister est nauis, sit necessaria probatio coniecturata, de qua in l. fin. Et est ratio differentiæ euidentissima; quia habens speciale mandatum ad recipiendum, si recipiat, dominus recipit; ideò nihil aliud requiritur, quàm quòd recipiatur, habens verò generale, & virtuale, vt magister nauis, cùm sibi speciale datum non sit ad recipiendum, iustum est, quòd si recipiat, accedant coniecturæ illæ instantis necessitatis reficiendi nauim, vt ex his succedendo in locum mandati specialis præsumatur conuersio in refectionem, & dominus obligetur. Quæ noua, & vera consideratio ad intellectum dictæ l. fin. deducitur ex resolutione Gregorij Lupi in l. 3. titul. 1. part. 5. verb. *o villa*, in principio, vbi post Bart. & communem in l. ciuitas. ff. si cert. petatur, resoluit, quòd quando quis virtute mandati specialis quid quam recipit, non est necessarium probare pretium fuisse conuersum in domini vtilitatem: ergo in dicta l. fin. nõ omnino excluditur probatio versionis mutui in refectionem nauis: sed cõtentus fuit Africanus fortissima illa præsumptione instantis necessitatis, vt si non negetur receptio mutui, præsumatur, rectè fuisse cõuersum: & cõsequenter non rectè Molina pro sua sententia ponderauit text. illum.

Demum præterea, quæ supradicta sunt circa intellectum dicta l. fin. aduertendum est, quòd ibi non sufficeret instans necessitas reficiendi nauim, si mutuum ad refectionem non traderetur Sticho Magistro nauis, sed alio extraneo, quia cùm ille Stichus Magister præpositus esset nauí, videbatur habere mandatum virtualiter concessum recipiendi mutuum ad refectionem, vt ex eo mandato, præcedenti instanti necessitatẽ ex mutuo recepto dominium obligaret: & inde constat, quòd Africanus duo copulatiuè, & formaliter requirit, & quòd pretium daretur Sticho Magistro præposito nauí, ibi, *Stichum Magistrum nauí præposuit*, & quod instans necessitas tempore, quo pecunia crederetur, superesset ibi, *Si cum pecunia crederetur nauis in ea causa fuisset, vt refici deberet*: ex quo apertissimè constat, quòd ex ipsa decisione Africani possessor maioratus, qui licentiam alienandi, seu obligandi bona ipsius consecutus est, vel creditores, qui pecunias crediderunt, tenentur euidenter probare instantem necessitatem: & si forte negatur conuersio mutui in causam Regiæ facultatis simul, & conuersionem; & etiam deducitur, quòd cùm ex Regia facultate in hoc tertio casu Molinæ nominatim non detur possessori maioratus licentia recipiendi pretium alienationis, seu obligationis, & consequenter non sit Præpositus receptioni eiusdem pretij, sicut Stichus erat Præpositus nauí in dicta l. fin. non satisfacerent creditores præstando possessori maioratus pretium, qni non solum habebat facultatem petendi, atque consequendi Regias licentias, non tamen conuertendi pretium ad libitum eius: ergo text. in dicta l. fin. non violenter retorquetur contra ipsum Molinam. Quæ noua ponderatio ad eum textum iterum ex eo fortificatur, dum Africanus in ea lege non solum requirit instantem necessitatem reficiendi nauim, sed formaliter, quòd mutuans sciat, & intelligat se credere in eam refectionis causam; & quod mutuat Magistro, qui verè præpositus est ad eam refectionem, vt probant verba ibi: *Itaque aliud exigendum, vt sciat, in hoc se credere cui rei Magister quis sit Præpositus*: ergo si creditores scire, neque credere poterant possessorem maioratus esse prepositum receptioni mutui, sed solum impetrationi facultatum: ergo malè, & in aduertẽtes pecunias creditas eidẽ tradiderunt: debuerant enim aduertere, Africanum, cuius fundamento eos defendit Molina, formaliter requirere, quod scirent, & intelligerent, cui magistro crederent pecunias, & simul quod magister, ideſt, possessor maioratus, esset præpositus receptioni.

Fateor enim, quod creditores considerabile damnum sentirent ex annullatione contractuum, vt quia perderent pretium, sed etiam fatendum est, quòd si maioratus successor iustè id petit, ab eo debet charitas incipere, vt non consideretur damnum alterius, vulgata l. præses, C. de seruitut. & aquai sibi

enim imputent creditores, qui malè pecunias crediderunt: argum. l. ciuile, & eorum, quæ ibi tradunt omnes. C. de furtis; scire enim debebant creditores qualitatem personæ possessoris maioratus, cui pecunias dabant, ex vulgata regula l. qui cum alio, de regul. iuris, & eorum, quæ tradit Tiraquel. de legibus connubialib. gloss. 8. num. 152. cum alijs sequentibus, vbi eleganter resoluit, quòd quamuis aliquando error communis liberet errantem, hoc procedit in his, quæ respiciunt officium personæ, ex l. barbarius cum materia. ff. de officio Prætoris: non tamen in ignorantia qualitatis personæ, cum qua contrahitur, quia nō excusat, ex l. qui cum alio: est enim receptissima sententia, paria esse scire, & scire debere. l. quod te mihi in fine. ff. si cert. petat. & eorum, quæ latè tradit Tiraquel. de retract. lignag. §. 12. gloss. 1. numer. 19. & anteà numer. 7. & in fine eiusdem tractatus numer. 46. cum alijs, vbi comprobat idem esse scire qualitatē contrahentis, & scire posse vel debere, maximè quia in hac specie creditores non solùm ignorant qualitatem personæ possessoris maioratus, atque rerum ipsius, sed eam cognoscunt, siquidem cum eo super ea re apertè contrahunt: ergo debent curare, quòd pecunia conuertatur in causam Regiarum facultatum, vt benè probat text. in l. 60. & 63. tit. 18. part. 3. quæ videntur designare formam, qua emptores rei prohibitæ alienari, seu creditores debent tradere pretium, & conuertere in causam alienationis. Ex quibus omnibus euidenter constat, tenendum non esse resolutionem Molinæ.

11 Neque pro ipso Molina facit text. quem ipse refert in l. liberto. 32. ff. de negotijs gestis: quia textus ille præterquam quod loquitur in contractu mutui de sui natura licito, intelligendus est, quando libertus, vel amicus habebat speciale mandatum recipiendi mutuū, vt constat ibi: *Liberto vel amico mandauit*, vbi Acurs. verb. *Mandauit*, exponit, scilicet aliquis per literas, & ita omnes ibi communiter præsupponunt, liberto, vel amico, datum esse mandatum speciale ad recipiendum mutuum; quo casu mirum non est, si Pomponius ibi addat verba illa: *Etiamsi pecunia in rem eius non sit versa*, quia cùm virtute mandati specialis & mutuans liberetur soluendo liberto, vel amico, & dominus ex receptione mutui, liberti, vel amici obligetur, vt est tam vulgare, quàm receptum, meritò necessarium non erat, quòd pecunia conuerteretur in domini vtilitatem: sibi enim imputet dominus, qui mandatum speciale recipiendi mutuum dedit: ergo text. ille non benè ponderatur per Molinam in fauorem creditorum, qui pecunias crediderunt, seu dederūt possessori maioratus non habenti mandatum speciale recipiendi eas.

12 Eodem modo respondetur ad text. in l. 1. §. non autem. ff. de exercitoria, quem Molina pro sua ponderat opinione, vt text. ille præterquam quod non decidit, vt etiamsi pecunia non conuertatur in vtilitatem domini, dominus obligetur, tamen loquatur, & intelligēdus sit, quando dominus dedit mandatam speciale ad recipiendum mutuum, vt constat ex Vlpiano, dum loquitur negatiuè, & affirmatiuè dicendo: *Non tamen ex omni causa prætor dat in exercitorem actionem, sed eius rei nomine, cuius ibi præpositus fuerit, id est, in eam rem, cui præpositus fuit*: ergo non benè ex eo text. Molina argumentatur, cum potiùs probet nostram sententiam, cùm præsupponat, quòd si non interueniret mandatū speciale, dominus non obligaretur, & inde inferatur possessori maioratus nō habenti mandatū speciale ex facultate Regia recipiendi pretium tradendū non esse. Neque etiam quidquam obstat tex. à Molina relatus in l. sicut 8. §. videmus. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur: quia si rectè tex. ille consideretur, potiùs probat nostram sententiam, dum decidit, quòd si creditor consentiat venditioni rei debitoris, vt sibi ex pretio creditum soluatur, & id non fiat, non impeditur agere hypothecaria, cùm in eius vtilitatem pretium rei venditę conuersum nō sit: ideò fundamenta Molinæ facilè extinguūtur.

Minus obstant doctrinæ Bartoli, & aliorum, quos Molina refert, imo si rectè considerentur, expressè probant nostram sententiam: dicit enim Bart. in l. alio. numer. 24. ff.
13 de aliment. & cibar. legat. quòd si emptores rerum defuncti soluant executori testamentario, satisfaciunt, licèt executor non conuertat pretium in solutione legatorum: & reddit rationem dicens, quòd cùm executores habuissent à testatore mandatum speciale vendendi, atque recipiendi pretium, sufficit, quòd ob eam causam emptores soluissent, licèt executores in eam pretium non conuerterent. Allegat Bart. text. in dicta l. 1. §. non autem. ff. de exercitoria: ergo Bart. expressè confirmat nostram sententiam, & nullo modo probat resolutionem Molinæ: quia cùm possessores maioratus in Regijs facultatibus, non habeant speciale mandatum, seu licentiam recipiendi pretium; nec in eisdem facultatibus dicatur, quòd emptores, seu creditores

ipsis

ipsis possessoribus pretium soluánt, meritó nec possessores id recipere possunt, nec creditores soluendo eisdem liberantur. Idipsum resoluit Bart. relatus à Molina in l. doli mali. nu. 8. ff. de nouationibus, dicens, quòd quando procurator habet mandatum speciale ad recipiendum, non debet esse creditori solicitus, vt pecunia cõuertatur in causam domini, allegat text. in l. 1. §. non autẽ. ff. de exercitor. & subdit secus esse, si non habeat mandatum speciale, per text. in l. fin. ff. de exercitor. in quo quidem Bart. potius confirmat nostram sententiam, quàm Molinæ. Rursus Bartolus in dictis locis loquitur in casu licito & permisso, vt quia venditio rerum defuncti eisdem permittebatur: nos verò vbi adest legalis prohibitio, & resistentia alienationis: quo casu diligentias creditores debent soluere, & curare, vt conuertatur pretiũ in causam Regiarum facultatum.

14 Demum Philippus Decius consil. 36. num. 8. quem Molina refert nominatim probat nostram sententiam; dicit enim, emptorem rei monasterij non teneri probare pretium fuisse conuersum in eius vtilitatem, nisi in casibus, de quibus per Innocent. in capit. 1. depositi. Innocentius tamen expressè probat, quòd quando pro debitis soluendis fit venditio, debet pretium conuerti in solutionem debitorum, & emptor curare, vt in eo præcisse conuertatur; & quòd priori debitori fiat solutio. Quæ Philippi Decij sententia nominatim probatur in dictis legibus Partitæ 60. & 63. titul. 18. part. 3. ergo ex omnibus supradictis apertè constat contra Molinæ resolutionem, nostram esse longè veriorem; & inde considero; quòd Molina in ea difficili resolutione non firmiter, & absolute tenet eam sententiam, sed trepidè, atque sub dubio, dicens, tutius esse emptori curare, vt pecunia in eam causam cõuertatur, cuius occasione Regiæ facultates fuerunt expeditæ: ergo non est eiusdem Molinæ resolutio referenda ad decidendum, sed ad pensitandum, maximè, quia Ludouicus Molina in hoc casu postremo expresse loquitur, quando ex Regia facultate præcipitur, vt pecunia tradatur possessori maioratus, vt ex illa quidquam faciat, vt constat ex verbis eiusdem in num. 23. quo quidem casu verum omnino dicit Molina respectu creditorum, ex ratione l. 1. §. non autem. ff. de exercitor. cum alijs supra relatis, cúm enim ex facultate Regia, quæ nominatim iubet, vt pretium tradatur possessori maioratus, ipse maioratus possessor videatur habere speciale mandatum recipiendi, meritò, licèt pecunia recepta non conuertatur in maioratus vtilitatem satisfacerent creditores soluẽdo tantùm, ex omnibus supradictis; & hoc modo soluatur dilectissimus Molina: sin verò in facultatibus Regijs non præcipiatur nominatim, quòd pretiũ possessori tradatur, sed simpliciter detur facultas ad vendendum, seu obligandum, vt fiat aliqua subrogatio, non satisfacerent creditores soluendo possessori non habenti mandatum speciale recipiendi, sed debent diligenter curare, vt pretium in causam Regiarũ facultatũ conuertatur. Et hæc est verissima resolutio huius maximæ dubitationis.

Cui accedat, quòd quando in Regia facultate præcipitur, vt pretium tradatur possessori maioratus, debet præcedere euidens, atque diligens causæ examinatio de narratiua supplicationis, de veritate & existentia debitorum, cuius occasione conceditur facultas, atque demum de instanti necessitate vendendi, seu obligandi rem maioratus, vt nominatim probat text. in d. l. fin. ff. de exercitor. & l. 60. & 63. tit. 18. part. 3.

## DE CENSVS REdemptione à possessore maioratus facta, an recuperetur cum vsuris ab hæredibus. Caput LXV.

### SVMMARIVM.

*Successor in maioratu si redimat censum cum facultate Regia super eo consignatum an possit ab hæredibus prędecessoris sortem, & vsuras exigere num. 1.*

*Bona maioratus semel legitimè alienata an in perpetuum alienabilia sint, ibidem.*

*Intellectus ad l. pater filium. §. quindecim libertis delegat. 3. ibidem.*

*Res, quę semel exiuit à corpore maioratus, an amplius ad ipsum maioratum reuertatur. num. 2. & 7.*

*Bona maioratus nunquam, nisi deficientibus bonis liberis, alienari, seu obligari possunt. numer. 3.*

*Cessante causa alienationis maioratus cessat alienationis permissio ibidem.*

*Liberam ab obligatione tenetur reddere rem ille, cuius occasione obligata fuit. n. 4.*

*Alienans rem maioratus ob inopiæ causam, superueniẽtibus diuitijs tenetur eam redimere. n. 5. & n. 8.*

*Consentiens rem maioratus alienari pro soluen-*

*dis debitis testatoris, poterit ab hæredibus pretium exigere. n. 6.*

*Vendens rem maioratus ad dotem constituendam ob ipsius egestatem, superuenientibus diuitijs tenetur aliam rem in eius locum subrogare. numer. 7.*

*Cessio an possit fieri ex interuallo, an in continenti sit facienda. n. 9.*

*Successor in maioratu, qui veterem censum super eo cõstitutum redimit, an possit rem maioratus pro sorte & vsuris alienare vel super eo alium censum constituere. n. 10.*

## CAPVT LXV.

IN capite præcedentibus scripsimus bona maioratus præcedẽte Regia licentia, atque alijs requisitis ad expeditionem prædictarum Regiarum facultatum necessarijs posse liberè alienari, vel hypothecæ, aut censibus subijci; sed quia multoties successores in maioratu antiquos census redimunt, aut extinguunt, vidi semel controuersum in Regia Pinciana Chancellaria, an successor in maioratu, qui censum redimit cum facultate Regia institutum, possit ab hæredibus prædecessoris constituentis sortem cum vsuris recuperare, & contra possessorem redimentem facit; quia si voluntariè censum redemit cum facultate Regia institutum, in suã vtilitatem, & commodum id fecit, cum eum maioratum ab onere soluendi annuam pensionem liberare; & ideô iniustè sortem, & vsuras repeteret, maximè quia ex creatione census super re maioratus cum Regia licentia facta quantitas sortis exiuit à maioratu, & libera effecta fuit. Vnde succedit regula iuris, quòd res alienari prohibita semel alienata, vel alienabilis effecta eam perpetuo alienabilem, & liberam esse constat, ex l. pater filium. §. quindecim libertis delegat. 3. & eam regulam post Bart. Tiraquel. & alios comprobat Ludouicus Molina lib. 4. de Hispan. primog. c. 1. nu. 31. & 32. & inde post Gregor. Lup. resoluit Mieres in tract. maioratus. 3. part. quæst. 5. numer. 8. quòd res maioratus, quæ semel à corpore maioratus exiuit, libera deinde nuncupatur. Quæ resolutio fortificatur ex eo, quia licèt regula illa iuris, qua constituitur, quòd res semel alienabilis facta in perpetuum possit alienari, & libera efficiatur, restricta sit, quando prohibitio alienationis realis est, vt explicuit Molina dicto capite. 1. numer. 33. & 34. vel si personalis sit, causa tamen eius prohibitionis realis est, vt etiam Molina aduertit ibidem, num. 35. & inde ad maioratum inferatur, cuius alienationis prohibitio realis est, vt in eo res semel alienata non in perpetuum efficiatur alienabilis, & libera, sed intra familiam tantũ, ex his, quæ resoluit Molina in dicto cap. 1. ex numer. 33. vsque ad 35. adhuc tamen in specie maioratus ea regula admittatur, vt ex ea receptum sit, quòd quantitas illa census, quæ semel exiuit à maioratu, in perpetuum libera fit, & amplius ad eum non reuertatur: quia quando res omnino exit à maioratu, in perpetuam libera sit, & amplius ad eum nõ reuertatur: quia quãdo res omnino exit à maioratu, & in personam extraneam transfertur, etiamsi alienationis prohibitio realis sit, semel affecta alienabilis & libera in persona extranei nunquam priorem maioratus naturam reassumit, neque ad eius maioratus corpus reuertitur vt denique resoluit doctissimus Molina in dicto cap. 1. num. 37. vbi respondet ad ea, quæ in contrarium tradiderat paulò antè numer. 33. vsque ad 35. dicens, quòd restrictiones, quas ipse designauerat ad regulas. l. pater filium. §. quindecim libertis delegat. 3. scilicet quòd quando prohibitio est realis & personalis, & causa prohibitionis realis, semel alienata non possit iterum in personam prohibitam alienari, sunt intelligendæ, quando prima alienatio facta fuit in persona de familia ex dispositione testatoris, secus si in personam extraneam licitè semel fieret, vt ex facultate Regia sæpissimè fit: quia in perpetuum alienabilis existeret. Ex quo ad nostram casus speciem non violenter infertur, quod cùm quantitas census, sors nempe, virtute Regiæ licentiæ semel à corpore maioratus exiret amplius ad ipsum redire non debet, sed in perpetuum: & libera erit, & consequenter non tenebitur hæres prædecessoris redimere eum censum cum Regia facultate institutum, cùm neque ad ipsum prædecessor compelli possit. Quæ quidem pars iterum suadetur ex doctrina Gregorij Lopez in l. 10. titul. 26. part. 4. vbi autoritate glos. in authentres quæ. C. cõmunia de legatis cõstãter fatetur, & si res prohibita alienari detur in dotem per patrem, & ad ipsum patrẽ reuertatur, non reincidit in fideicommissum, vt quia semel exiuit à corpore maioratus. Iterum etiam in effectu probat ipse Gregor. in l. 6. titul. 11. part. 6. glos. verb. *Señaladamente*, col. 9. eiusdem glossæ in principio, quem referens sequitur Melchior Mieres in tract. maioratus. 3. part. quæst. 5. num. 8 & quamuis Gregorium non referat, idem in effectu resolui doctissimus Molina de Hispanor. primog. lib. 4. cap. 1. num. 37. vbi fundatur d. authent. res quæ, verb. obligationem. C. communia de legat. & remittit se ad ea, quæ scripturus erat

erat in dicto lib.4.cap.6.num.4. qui quidem Molina non ibi id scripsit, sed in lib.4. cap.7. num.13. Denique resolutio prædictorum est, quòd si Regia licentia bona maioratus semel à corpore maioratus exirent, amplius ad ipsum non reuertentur, nec cum eo incorporabuntur, sed tanquam libera in perpetuum habenda erunt, & alienabilia efficientur. Quæ fundamenta fortissima sunt pro hærede prædecessoris, vt non teneatur ad census redemptionem Regia licentia consignati super bonis maioratus, cùm pretium, & quantitas census semel exierit à maioratu, & ius percipiendi pensionem ex fructibus maioratus ab extraneo emptum fuisset, & in ipsum translatum.

Sed his fortissimis fundamentis non obstãtibus, contrariam sententiam credimus veriorem, & hæredem prædecessoris teneri ad census redemptionem, etiam cum Regia licentia super bonis maioratus ab eius prædecessore constituti, constanter defendimus, ex eo potissimum fundamento, quòd omnis facultas, & licentia Regia ad bona maioratus censibus onerandi, vel quomodolibet alienanda concessa, intelligenda est deficientibus bonis liberis alienantis, vel constituentis censum, ex
3 l.pater filium in fin. principij.ff.delegat.3.ibi, *Respondi secundum ea, quæ proponerentur, rectè contractum, si non erat aliud in hæreditate, vnde debitum exoluisset*; & resoluũt Iass.in l.filius familias.§.diui, lectura 1.num.11.& lectura 2.numer.14.& 15.delegat.1.& post Peralt.& Padill.Molin.lib.1.de Hispan.primog.capit.10. num.14.& lib.4.cap.2.num.5.& 6.ergo bona libera constituentis censum ex tunc fuerunt obligata ad census redemptionem, & consequenter prædecessoris hæres ad id compellẽdus erit. Antecedens patet; consequentia notissima est: quia si Princeps ex causa alicui prę iudicat rẽ ab eo auferẽs, vt successori in maioratu, quãdo ex causa permittit rẽ posse alienari cessante causa permissionis cessabit, permissio, & res debet restitui, vt per Innoc.in c.pleriq; n.5.de immunitate Ecclesiarũ, quem refert Socin.in consil.164.numer.10.volum.2. Matth.de Afflict.decis.161.numer.29.& alij per Molinam in dicto lib.4.cap.7.numer.13. vnde si constituens censum virtute licentiæ Regię in defectum bonorum liberorum super bonis maioratus eum consignauit superuenientibus liberis bonis, ad eius redemptionem compellendus erit, & eadem ratione hæres eius ad id tenebitur, cum respectu vtriusque cessauerit causa cognitionis, & inde cessare debeat effectus ex regula vulgari, cap.cũ cessante de appellatione, c.Siracusanę 28.d.gloss.in l.solet, verb. *Quam curator*. ff.de tutelis, & bene resoluit Bart.in l.1.§. nuntiatio.ff. de noui operis nũtiat.& quæ tradit Tiraq.de cessante causa ferè per totũ tractatũ, maxime in verb. *obligationis & necessitatis causa cessante*.

4 Secundò facit pro hac sententia regula. l. Lucius.ff.mandati.l.si pro ea.C. eodem titul. cap.fin.de fideiussoribus, vt sicut per eã iura fideiussor, qui diu stetit in obligatione, potest compellere debitorem, vt ab ea liberet eum. Ita eadem ratione ille, cuius occasione res mea subijcitur hypothece, poterit compelli, vt eam liberet ab hypotheca, vt resoluit Bald. in dicta l.Lucius in 2. lectura, dum legẽ illam ita summat, *Pignus, vel fideiussor debent eximi ab obligatione, postquam diu in ea steterũt*: quòd quidem summarium apertissimè deducitur ex Marcelli responso in dicta l.Lucius, dum principaliter respondit, quòd hic, qui obligauit pro alio pignus, poterit agere in casibus ibi expressis, vt ante quam soluat pignus, liberetur.

5 Tertiò facit doctrina Baldi in capit.ex rescripto.num.11.de iure iurando, quem refert & sequitur Felinus in cap.dilecta.numer.19. versic. *Octauò fallit*, de rescript. dicens, quòd alienans rem aliàs prohibitam alienari ex causa necessitatis superuenientibus diuitijs tenetur eam redimere, cuius dictum confirmatur ex text.in l.non tantum.§.eos qui.ff.de excusat.tutor.ibi, *Nisi facultates eorum adauctę fuerint*.l.si maritus.C. soluto matrimonio, ibi: *Nec potest idoneus factus integram residui probabiliter solutionem excusare*. §. fin. institut. de actionibus, ibi, *Si postea aliquid acquisierit*.

6 Quartò facit melior text.in l.si fundum.2. ff.delegat. vbi si fideicommissarius consentiat, quòd fundus ibi, *Per fideicommissum relictus vendatur pro soluendis debitis testatoris, nihilominus poterit agere ad pretium*, nec illud amitteret, aut donasse intelligetur per consensum ad alienandum præstitum, quòd in effectu resoluit Bald.in cap.1.de feudo non habẽti propriam naturam feudi, in versic. Quæro nunquid pretium, dicens, quòd si dominus concedat vassallo, vt possit vendere feudum, non per hoc videtur pretium illi donare; sequitur idem Matthæus de Affiictis in capit. 1.si controuersia fuerit inter dominum & vassallum.num.6.cui assimilatur alia doctrina eiusdem Matthæi in decis.347.vbi fatetur, q̃ si bona, quæ ex forma statuti debẽt proximiori restitui, vel in quibus proximior erat successurus pro dote defuncti soluenda debeantur, tenebitur hæres pretium eorum bonorũ proximiori pręstare.

Quintò

Quintò facit doctrinâ Gregorij Lopez in l.60.tit.11.part.6.colum.8. dicentis, quòd si possessor maioratus cum Regia licentia vendiderit rem maioriæ ob dotem constituēdam propter eius paupertatem,& postea efficiatur soluendo, tenebitur in locum eius rei aliam iure maioratus subrogare. Idem in effectu tenet ipse Gregor.in l.20.tit.20.p.3.vbi ad hoc refert Alexan.consil.18. num.11.volum.3.& denique hanc sententiam, licèt non his fundamentis,probat Molina in lib. 4. de Hispanor. primog.cap.7.num.16.versic. *Ant res maioratus*,dicens in specie,quòd hæres prædecessoris tenebitur ad huius census redemptionem, & post Molinam, atque Peregrinum resoluit Rodericus libr.2.de ann.redditibus.quæst.9. num.18.

Quæ sententia secure retenta non obstant fundamenta in contrarium adducta, ex quibus denique constat,quòd alienatio semel legitime facta non reuocatur,etiâsi superueniāt 7 libera bona,& quòd res, quæ semel exiuit à corpore maioratus,nunquam ad eum maioratum reuertitur,quia debent intelligi in alienatione rei irreuocabiliter facta in personam extranei,vt quando res ipsa maioratus ex facultate Regia venditur,seu alienatur,ita quòd in totū erit à corpore maioratus,& omnino libera efficitur,vt ex Scribētibus suprà relatis cōstat:sin verò nō irreuocabiliter res alienetur, sed vel hypothecæ subiecta sit, vel ex aliqua causa legitimè obligata,cessante causa alienationis cessabit & permissio alienandi; ex quo in censu ita dicendum est : quia cùm per eius creationem super rebus eiusdem maioratus factam nulla venditio, nec irreuocabilis alienatio earum rerum contrahatur, sed hypothecæ subijciantur;& in domino possessoris maioratus adhuc maneant, meritò non dicentur irreuocabiliter alienata ,neque quantitas sortis census à corpore maioratus in totum seclusa,sed reuocabiliter, donec constituens censum, vel eius successor eum redemerit,id est, donec bona libera superueniant. Ex quibus à constituente, vel eius hęrede fiat redemptio. Ita breuiter,& eleganter intelligit omnia supradicta, & conciliat obiectiones Ludouicus Molina in dicto libr.4. capit.7.numer.16.per totum.

8 Imò & regula,quâ constituitur, quòd alienatio semel perfecta superueniētibus diuitijs non reuocetur,absolutè vera non est, sed debet intelligi , quòd non reuocetur respectu eius in quem res alienatur, ita quòd ab ipso res ipsa auferri non possit, vt Molina explicuit in dicto cap.7.ex num.13.versic. Sed verius, & num.14.15.& 16.respectu tamen alienantis quòd teneatur eam redimere, vel tantundem hæres eius successoris maioratus restituere, non impugnat ipse Molina reuocationem alienationis,imò potius (si diligenter consideretur)eam approbat, dum exemplificat casum per gloss.in authent.res quę.C.communia de legat. verb. *obligationem*, & in l. vbi adhuc, verb. *Abatatur*.C.de iure dot.quæ glossæ respiciunt incommodum eius, in cuius fauorem alienatio facta fuit,& nihil decidūt circa obligationem redimendi rem ex bonis liberis superuenientibus. Quæ quidem obligatio præcisa videtur,cùm deficiat causa alienationis, necessitas nempe,& defectus bonorum liberorum, cuius occasione super bonis maioratus census fuit constitutus,ex his, quæ suprà retulimus.

Ea tamen resolutio Molinæ,scilicet, quòd hæres prædecessoris teneatur redimere censum cum facultate Regia super bonis maioratus constitutum, videtur restringenda ex alia resolutione eiusdem Molinæ lib.1. capite 10. num.27.per totum,& eodem libr.1.capit.26. 9 num.10.quando possessori maioratus ante redemptionem census,vel in ipsa in continenti, aut statim post factam redemptionem à creditore actiones contra hæredem cessæ fuissent, & simul redimens expressisset ea lege & intētione censum redimere , vt in creditoris locū succederet,& ab hærede prædecessoris sortē & vsuras exigeret; quia si redimat simpliciter absque vlla protestatione exigendi, vel cessione actionis existimat censeri, factam redemptionem animo liberandi bona maioratus non reperendi sortem ad hæredibus prædecessoris. Quod cōfirmat ex principio iuris deducto ex l.Modestinus.ff.de solutionibus,l.Papinianus.ff.mandati.l.11.titul.12. part.5. Sed hæc restrictio Molinæ,licèt quādo ex vi cessionis agi intēditur,verissima sit,cū ante solutionē, vel in continenti,aut statim post factā cedēdā sit actio ex dicta l.Modestinus,non tamen cessione deficiente excluderetur possessor maioratus abexactione sortis census, quem redimit: sed adhuc , licèt non ex vi cessionis poterit agere ad eius sortis restitutionem, ex toto titulo de negot. gest. vel ex alijs notissimis iuris remedijs : si enim hæredes possessoris maioratus, qui censum creauit redemptione successoris in maioratu ab obligatione soluēdi censum liberantur,ex regula l. solutionem 27. l. si pro me.40.ff.de solut.ergo ab eisdem sortem & vsuras legitimè successor repetere posset . Neque obstabit, si repliceretur,quòd cùm census ex Regia licentia super bonis maioratus nominatim sit constitutus alia bona libera præsentia, vel futura constituentis, quæ

sub

sub generali obligatione cēnsuali non continentur: neque cætera bona libera suorum hęredum ad eius census solutionem tenebūtur, sed tantùm subiecta erunt bona maioratus nominatim obligata; quia facile respondetur, quòd quamuis in censu verum sit, nihil operari bonorum generalem obligationem, sed tantùm specialem esse attendendam; hoc tamen fallit in censu super maioratus bonis Regia licentia instituto: quia cùm in eius census creatione ex natura ipsius contractus, & bonorum, super quibus fit constitutio, subsit ea peculiaris conditio, vt deficientibus liberis bonis super alijs maioratus fiat consignatio, iustissimum est, quòd si ex defectu bonorum liberorum maioratus censibus onerentur superuenientibus liberis bonis census solutioni, & redemptioni subijcientur, cùm si à principio superessent, consignatio super eisdem esset facienda, & inde constet, quòd ex propria natura contractus, & peculiari lege maioratus bona libera, vel præsentia sunt, quæ tam ex mente Principis concedentis facultatem, quā ipsius possessoris maioratus constituentis census remanent obligata, & censui subiecta, & bona maioratus accessorie, & in subsidium, quasi subsidiariè subiecta fuissent. Quę quidē satisfactio constat tam ex his, quæ scripsimus circa l. pater filiū in principio de legat. 3. quā ex ipsa rei euidentia, & contextura cuiusuis Regiæ facultatis.

Imo quod magis est, si forsam deficerent
10 hæredes constituentis censum, poterit successor in maioratu, qui censum redemit, sortem, & vsuras ab eisdem rebus maioratus recuperare, obligādo rem ipsam nouis creditoribus, vel creando super ea absque noua licentia pro sorte & vsuris redemptionis nouum censum, vt resoluit ipse Ludouicus Molina, libr. 1. de Hispan. primog. cap. 10. numer. 25. & 26. cum præcedentibus & sequentibus, quod in quibus casibus procedat, ipse Ludouicus Molina explicuit.

## DE CENSV CREANDO super bonis, vel ex bonis feudalibus. Caput LXVI.

## SVMMARIVM.

*Feudatarius an posit rem feudalem alienare, vel dare in censum. n. 1.*

*Feudatarius an posit sub infeudare sine domini consensu. n. 2.*

*Feudatarius an posit super re feudali censum cōsignare. n. 3. & 4.*

*Feudatarius an posit super re feudali constituere hypothecam, vel seruitutem, ibidem.*

*Dominus feudi an posit rem feudalem dare in censum, vel super ea censum constituere. numer. 5.*

*Intellectu ad l. quoties. C. de rei vendicat. num. 6.*

*Feudum an sit beneficium, & an habeatur pro seruitute. n. 7.*

## CAPVT LXVI.

EX traditis in capitibus præcedē-
tibus infertur ad quæstionem de census creando super bonis, vel ex bonis feudalibus, an, & quādo sustineri possit constitutio, & creatio: & in ea dubitatione duo casus principales erunt considerandi. Primus in persona feudatarij, an scilicet possit rem feudalē dare in censum, vel super ea alium consignare. Secundus in persona domini concedentis feudum, an sibi aliquando liceat ex re semel concessa in feudum censum reseruatiuum, vel consignatiuum creare. Et ad primam dubitationis partem accedendo, sub distinguendum est: quia aut feudatarius rem feudalem in censum reseruatiuum concedit, aut super ea consignatiuum constituit. In primo casu non te-
1 net census creatio, sine expresso domini consensu: quia cùm (vt sæpius dictum est) in censuarium transferatur vtrumque dominium, & possessio, vt probatur in capit. constitutus de relig. domib. & in datione fundi in censum formetur vera rei cēsualis alienatio, manifestum est, feudatarium non posse rem feudalem cōcedere in censum sine expresso domini consensu, cùm per eam concessionem deueniatur ad alienationem, quæ omni iure prohibita est, ex capite Imperialem de prohibit. feudi alienat. per Federic. & ex his, quæ circa prohibitionem alienationis feudi tradunt Iul. Clar. lib. 4. recepta sententia. §. feudum per totum, maximè num. 31. Gregor. in l. 10. tit. 26. part. 4. gloss. 1. & per Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 3. num. 3. cum alijs vsque ad finem, vbi eleganter probat, quòd in generali alienatione, seu donatione, aut concessione alienandi non comprehenditur feudum, vt quia de sui natura prohibitum sit alienari sine domini consensu.

2 Est tamen verum, quòd licèt feudatarius nō possit rem feudalē dare in censum, poterit tamen

tamen sine domini cõsensu feudum alteri subinfeudare, & secundum feudatarium efficere, ex gloss. in capit. quæ in Ecclesiarum, verb. *Alienandi feudum*, de constitut. quam dicunt communem Gozadin. consil. 62. num. 5. Curt. de feudis in 4. quæst. principali in vltima causa priuationis feudi, & post Iacob. de Velouiso, Bald. Socin. Iass. & alios in feudo seculari & Ecclesiastico eleganter resolvit Iul. Clar. in lib. 4. recept. sentent. §. feudum. q. 32. per totam, vbi plurima notabilia in materia subinfeudationis refert; cui adde Valasc. de iure emphyt. quæst. 13. num. 10. vsque ad fin. & quæst. 8. num. 29. & quæst. 35. per totam; qui quidem Valasc. quamuis loquatur in emphyteota subemphyteoticante plurimum cõducit ad speciem feudi, & Iul. Clar. suprà n. 5. aduertit post Alexand. Ruyn. & communem, quòd in subinfeudatario non durat, nisi donec vixerit vassallus, qui subinfeudauit, vel eius hæredes, & quod eo mortuo resoluitur, venitque proximior agnatus ad feudum; & statim num. 6. subdit, quòd si secundus vassallus rem subinfeudatam alienare, forsam voluerit id efficere, non poterit cum licentia subinfeudatis, sed cum expresso domini cõsensu, quasi penes dominũ verum dominium remanserit: vnde iam constat, quòd vassallus non poterit rem feudalem dare in censum, quamuis regulariter eam alteri possit subinfeudare.

3 In secundo tamen casu census consignatiui, quando scilicet possit feudatarius super feudo censum consignare, dicendum etiam videtur consignatione non sustineri. Quia si bonorum, super quibus census consignatur, emptio, & venditio contrahitur, vt aliqui voluerunt, & bona feudalia nec vendi, nec alienari absque domini consensu valeant: ergo & consignatio super eisdem bonis prohibetur, cùm per eam ad alienationem deueniatur, ex l. fin. C. de rebus alienis non alienand. sin verò non ipse res censuales venditę censeantur,

4 sed tantùm hypothecæ sint subiectæ secundum veriorem interpretum sententiam, vt vtrumque diximus in capit. an in censu formetur vera emptio & venditio, etiam videtur, quód census consignatio super eisdem bonis censualibus non consistant, cùm neque valeant hypothecari, vt probatur in dicto capit. Imperialem de alienatione prohibita per Federicum, & in l. 10. tit. 26. part. 4. ibi, *Vendiendo, ô empeñando*, maxime qui feudatarius in re censuali non potest constituere seruitutem, vt communiter recipitur à Curtio Seniore, & alijs, quos referens sequitur Iul. Clar. libr. 4. receptarum sententiarum. §. feudum. quæst. 37. ad finem, Molina lib. 1. de Hispan. primog. cap. 20. num. 7. ideo feudũ non est legitimum fundamentum census sed adhuc in ea dubitatione securiùs crederem posse feudatarium sine domini licentia censum super feudo consignare, sub conditione tamen tacita, vel expressa resolutiua contractus tempore, quo alias feudum ipsum extinguendum erat, ita quidem, vt non præiudicet ea consignatio resolutioni contractus, nec iuri cognatarum, sed duret quantum aliàs feudum duraturum erat. Quæ resolutio manifestè constat ex eo quòd (vt sæpius diximus) secundum naturam creationis census, in eius creatione vera emptio & venditio formatur, non rei; super quæ constituitur, sed iuris percipiendi pensionem annuam ex fructibus eiusdem; quod quidem ius, imò & ipsos fructus, vendere potest feudatarius ad vitam eius sine vlla domini licentia, aut caducitatis pœna. Ita resoluunt Andr. de Isernia in dicto capite Imperialem in principio, & ibi Bald. colum. 3. Aluarot. Cardin. & alij dicentes; quòd licet vassallus non possit constituere vsumfructum formalem in feudo l. arboribus. §. fin. ff. de vsufructu; potest tamen vendere fructus illius temporis, quo feudum apud ipsum mansurum erat: quia prohibitus vendere non prohibetur vendere fructus. l. codicillis. §. institut. de legat. 2. l. pater in principio de legat. 3. de quo eleganter scripsit Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. ex numer. 46. cum alijs vbi num. 49. & 50. id post plures procedere aduertit in cæteris rebus, quarum alienatio prohibita est, vt in præbendis, & decimis: quia eorum fructuum alienationem permissam esse fatentur: quæ vera sententia iterum & fortiter confirmatur ex eo, quia licet in præiudicium domini, & agnatorum nulla seruitus constitutio super fundo facta teneat, in præiudicium tamen vassalli valet, & tenet, ita tamẽ vt aperto feudo domino, vel agnatis, omnes fundi obligationes à feudatario contractæ pereant, & euanescant. Ita post Alexand. Parisiens. & alios resoluit Iul. Clar. in dicto §. feudum. q. 37. per totam, Molin. lib. 1. cap. 20. nn. 3. ideò mirum non est, si census ad vitam feudatarij, vel simpliciter super feudo constitutus pro tempore feudi sustineatur: vnde hanc sententiam in specie tenet Foller. in tractat. de contract. censuarijs, gloss. magn. n. 7. vsq; ad 16. & ad fundamenta contraria facilè respondetur, quòd in censu nulla contrahitur venditione-que alienatio rei censualis, vt supradictũ est: ideo feudatarius, qui super feudo censum cõsignauit; non incurret in pœnam alienantis feudum. Secundò respondetur, quòd quamuis ex consignationẽ census super re feudali

facta

facta quædam hypotheca legalis contrahatur vt dicendum erit in capit. de hypothecis cen suum; non ideò feudatarius incidet in pœnam alienantis feudum: & ideò licitè erit super eo consignatio. Ita resoluit in pignoratione feudi Iul. Clar. in dicto §. feudum. quæst. 35. & q. 31. vers. *Sed nunquid.* num. 1. vbi etiam aduertit, quòd ad hoc vt feudatarius propter alienationem cedat à iure, non sufficit alienatio, sed requiritur vera & actualis traditio: vnde ex hypotheca in eam pœnam non incurreret.

Minus etiam obstat dicere, quòd non potest feudatarius constituere seruitutem in re feudali; quia id in præiudicium agnatorum, & domini procedit, non tamen ipsius feudatarij, vt considerant Molin. & Iulius Clarus suprà. Ex quibus deducitur in ea dubitatione iam esse veram resolutionem, vt feudatarius liberè possit super re feudali censum consignare, pro tempore tamen feudi daturum, & dùmodo sine vilo domini, & agnatorum præiudicio constituatur.

5 Ad secundum igitur casum principalem huius capitis, accedendo ex parte scilicet domini feudi, quando possit alicui datam in feudum rem alteri in censum reseruatiuum concedere, vel super ea alium consignare videamus. Et quantum ad censum reseruatiuum regulariter dicendum est, quòd in omnibus casibus, in quibus dominus feudi concessionem potest reuocare, vel feudatarium à feudo priuare poterit à fortiori rem ipsam feudalem in censum reseruatiuum concedere. De quibus reuocationis casibus, videndæ sunt. l. 8. & 9. cum alijs, tit. 26. part. 4. & Iulius Clarus. in. §. feudum. numer. 1. & per totum in quæst. 59. cum quæstionibus præcedentibus & sequentibus: sin verò nullus casus contingat ex his, quibus feudum potest reuocari, vel feudatarius eo priuari, sed dominus post concessionē feudi vni factam alteri rem feudalem cōcedat in censum, & traditio sequatur, poterit, & meritò, dubitari, an prima feudalis, vel secunda censualis concessio teneat, & secundum censualem sustineri constat ex regula l. quoties. C. de rei vendicat. Quæ quidem si proce
6 dit, quando, quando contractus eiusdem sunt naturæ, maiori rationi procedet, si secundus fortior & efficacior sit, vt quia per eum transferatur vtrumque dominium in primo contractu vtile tantum, sicut inter primum feudatarium, & secundum censuarium contingeret, si dominus rem feudalem alteri concederet in censum, imò & inter duos feudatarios procedit dicta l. quoties, vt quando dominus per inuestituram abusiuam, nempe per traditionē annulli aliquem instituit, & posteà alterum in possessionem corporalem induxit: quia secūda feudalis concessio traditione sequuta priori nudæ præualuit, vt resoluit Iulius Clarius in §. feudum. quæst. 26. per totam, maximè in fine, & latiùs Anton. Gabr. lib. 3. communem opinionem titul. de emptio, & vendit. cōclus. 2. num. 13. 46. 49. & 50. sicut è conuerso quādo vassallus de consensu domini vendidit feudum: quia posterior venditio contradictioni præualebit, ex Gozadin. Ruyn. & alijs per Gabr. suprà. n. 11.

In censu verò consignatiuo videbatur dicendum, quòd cùm dominus feudi proprietatem rei feudalis adhuc sibi res creauerit, poterit libere super ea proprietate censum consignare, ex resolutione Follerij de cēsib. gloss. magna. num. 44. & Rodoan. de rebus Ecclesiæ rubr. 16. numer. 37. dicunt enim Foller. & Rodoan. quòd super proprietatibus rerum potest census constitui. Quorum resolutio in distinctè accepta admittenda non est: quia
7 licèt feudum sit beneficium ex benenolentia datum proprietate domino retenta, & vsufructu in accipientē translato, cap. 1. §. beneficia, in quibus casibus feudum amittatur, & post Afflict. in præludijs feudorum num. 69. tradit Iulius Clarus. §. feudum. quæst. 4. super ea tamen feudi proprietate domino reseruata census consignatio non consistit, vt quia proprietates rerum infructiferæ sint, & bona censualia debeant esse fructifera & exitientia, vn de intelligi debet facultas consignandi census super re feudali, vt dominus possit super proprietate & emolumentis simul cum constituere, sicut super quolibet alio emolumento & facultate ex resolutione eiusdem Follerij in praxi censuali, glossa magna, numer. 45. & 47. quod suadetur ex eo, quia cùm feudum regulariter ad instar seruituris ex Bald. in §. si facta si de feudo fuerit controuersum inter domini & agnat. quem refert, & sequitur Gregor. Lup. in l. 23. part. 2. titul. 13. gloss. 2. in fine, meritò super eius feudi emolumentis, sicut super qualibet alia seruitute, census consignatio consistet.

## DE CENSV CREANdo super bonis, vel ex bonis emphyteoticis. Cap. LXVII.

SVM-

## SVMMARIVM.

*Census quando creari possit ex bonis, vel super bonis emphytheoticis. num. 1.*

*Intellectus ad l. quoties. C. de rei vendicatione, & an habeat locum in emphytheosi. ibidem.*

*Dominus emphytheosis quando possit censum creare vel consignare ex re, vel super re semel concessa in emphytheosim n. 2.*

*Emphytheota quando possit rem dare in censum, vel subemphytheoticare, aut super ea censum, vel seruitutem constituere. num. 3.*

## CAPVT LXVII.

IN capite præcedenti scripsimus, quando census creari possit ex re, vel super re concessa in feudum in præsenti agendum est, quo pacto constituatur super rebus, vel reseruetur ex bonis in emphytheosim datis: & in hac dubitatione similiter distinguendum est inter dominum, & emphytheotam; & ad dominum accedendo duo casus considerantur, sicut in capite præcedenti in feudo fuerunt considerati. Primus in censu reseruatiuo, an scilicet possit dominus rem semel in emphytheosim concessam dare in censum reseruatiuum. Secundus casus, an possit aliquando super re semel concessa in emphytheosim censum consignare. In primo

1 casu dicendum est, quòd si dominus emphytheosis velit rem emphytheoticam alteri concedere in censum reseruatiuum, reuocando emphytheosim priùs legitimè constitutam id efficere non possit, nisi in casibus, quibus à iure, vel emphytheosis reuocatur, aut resolutur; vel potest emphyteota ab ea iustè priuari. Quorum meminerunt Doctores in l. 1. & 2. C. de iure emphyt. §. adeò instit. de locati. Iul. Clar. in §. emphytheosim fere per totum, Gregor. Lup. in l. 28. & 29. tit. 8. part. 5. in quibus casibus si culpa emphytheotæ ad dominũ emphytheosis semel legitimè constituta deuolutur, poterit rem ad se deuolutam dare in censum reseruatiuum. Imò & si forsam post dationem in emphytheosim ante veram rei traditionem alteri rem ipsam dederit in censum, & actualiter tradiderit eam, secunda cõcessio censualis prævalebit: quia per secũdam concessionem censualem traditione secuta prior emphytheotica omnino reuocabitur, & euanescat, tam ex eo, quòd fortior contractus sit censualis ex translatione vtriusque dominij, quam quòd etiam inter duos emphytheotas prævalet secunda concessio, cuius rei traditione interuenit, & locum habet l. quoties. C. de rei vendicatione, vt cõstat ex Calcaneo consil. 126. Anton. Gabr. libr. 3. communem opinionem titul. de empt. & vend. conclus. 2. numer. 13. de quo latè egit Aluar. Valasc. de iure emphyt. quæst. 14. numer. 6. vsque ad finem, Follet. in praxi censuali gloss. magna. num. 33. & 34. in pensione tamen emphyteosis an possit à domino dari in censum reseruatiuum, videnda sunt, quæ scripsimus in capit. de censu creando super alio, vel ex alio iam constituto, vbi non posse concedi resoluimus.

2 In secundo quidem casu census consignatiui, quando scilicet dominus possit eum consignare super re, quam semel in emphytheosim concessit, securè dicendum est, quod aut censum constituit super sola proprietate rei emphytheotæ, quæ penes ipsum remansit, & nulla esset consignatio, vt quia nullæ rerum proprietates infructiferæ sint, & census super rebus fructiferis. Vnde reprobantur Follet. de censibus gloss. magna. num. 44. Rodoan. de rebus Ecclesiæ. rubr. 16. num. 37. dicentes quòd census consistit super proprietatibus rerum; aut enim census consignatio non fit super nuda proprietate rei emphytheotæ, sed super iure percipiendi pensionẽ emphytheoticam; & super eo iure consignatio facta sustinebitur, ac si fieret super quolibet alio emolumento, vt aduertit Follet. in dicta gloss. magn. n. 46. & 47. & supra diximus in feudo in fine capitis.

Ad emphytheotam verò accedendo an
3 possit dare rem in censum, vel super ea alium constituere, videamus, & cùm ex datione rei (pensione reseruata) vtrumque dominium in censuarium transferatur (vt suprà diximus) manifestum est emphytheotam nõ posse rem emphytheoticam dare in censum, cùm neque sibi liceat eam alienare sine domini consensu, ex l. fin. C. de iure emphyt. & ex his, quæ tradit Iul. Clar. in §. emphytheosi. quæst. 13. & per totum. §. est tamen regulariter verum, quòd emphytheota regulariter absque domini licentia potest ius suum alteri donare, seu legare, vt probat gloss. in l. fin. verb. alijs vende. C. de iure emphyt. quam communiter sequuntur Doctores, vt testatur Imola in l. si domus. §. fin. versic. *Extra glossam*. ff. delegat. 1. Aretin. consil. 42. num. 1. Ruyn. consil. 160. num. 22. lib. 4. & plurimos referens Iul. Clar. in dicto §. emphytheosis. quæst. 15. per totam, vbi num. 2. post Bertrand. Guid. Pap. & alios id intelligit concurrentibus requisitis. Non tamen sicut licita est donatio iuris emphytheotici, licebit emphytheotæ rem subemphytheoticare sine domini licentia, sed potiùs

regulæ

regulariter prohibita est subemphytheoticatio domino irrequisito, vt post speculat. & Iass. resoluit Clar. in dicto. §. emphytheosis. quæst 20. Aluar. Vaez de iure emphyt. q. 3. num. 10. vsque ad fin. & quæst. 8. nume. 29. & quæst. 35. per totum: ergo licet emphytheota possit ius suum donare, seu legare absque domini consensu, cùm tamen rem ipsam emphytheoticam non poterit alienare, neq; sub emphytheoticare, non poterit eam in cēsum reservatiuum concedere: quod licèt non ita, sed vnico verbo aduertit Roderic. libr. 1. de ann. redditib. q. 3. num. 7. versic. Infertur secundò.

In censu tamen consignatiuo dicendum est, quòd possit emphytheota super re sibi in emphytheosim concessa eum consignare, ex eo quia siue in censu (vt sæpius dictum est) seruitus quædam percipiendi pensionem annuam constituatur, siue legalis hypotheca formetur, aut venditio iuris percipiendi contrahatur; vtroque casu census consignatio super ea re emphytheotica sustinetur: quia quantum ad seruitutem notissimum est, posse emphytheotam sine domini consensu eam super fundo emphytheotico constituere, quantum ad suum præiudicium, licèt non sibi liceat ex ea seruitutis constitutione domino directi dominij præiudicare. Ita resolut Cepola in tractat. de seruitutibus libr. 1. cap. 14. colum. 1. quem ad hoc refert & sequitur Iul. Clar. in dicto §. emphytheosis. quæst. 20. & statim in §. feudum. quæst. 37. num. 1. ad finem, referens Alexandr. Paris. & alios, & post alios aduertit Felician. 2. part. lib. 2. num. 3. in fine. In hypotheca tamen similiter dicendum est, quòd emphytheota & emphyteuticarius possint eam super re emphytheotica constituere, ex gloss. in dicta l. fin. verb. *Alijs vendere*, C. de iure emphyt. quam post Iass. Gratum, & Ripam, communem dicit Iul. Clar. in dicto §. emphytheosis, quæst. 18. sin verò in cēsu creatione super re emphytheotica facta vera venditio fructuum eiusdē rei contrahatur, certissimum est, quòd emphytheota potest eosdem vendere fructus pro tempore vitæ suæ, vt latissimè resoluit Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. nume. 46. cum pluribus alijs, vbi eleganter id exemplificat & probat: & in censu consignatiuo id nominatim probat Boer. decis. 181. num. 2. Rodoan. de rebus Eccles. rubr. de constit. annuit. num. 24. Roderic. lib. 1. quæst. 3. num. 7. Felician. in 2. par. de censib. lib. 2. cap. 4. nu. 1. quod tamē limitat Roderic. in dicta quæst. 3. num. 7. versic. *Quod limitandum est*, vt finita emphyteosi finiatur census consignatio; quia cùm constitutio super emphytheosi nō possit præiudicium efficere domino directi, extincta emphytheosi census extinguetur, vt post Veroium, & Pinelum aduertit, quod subintelligit, nisi dominium directi reuertatur ad dominum, non per resolutionem contractus, vt quia emphytheosis finiatur, sed per donationem, vel aliam successionem voluntariam: quia eo casu non finiretur census consignatio super emphytheosi, vt quia dominus in rem successit voluntarie. Ita Boer. suprà num. 7. Pinel. Ioan. Garc. & alij per Rodericum suprà relati.

# DE CENSV CREANDO ex bonis, vel super bonis vniuersitatis, ciuitatis, villæ, seu oppidi. Caput. LXVIII.

## SVMMARIVM.

*Bona communia vniuersitatis vsui publico destinata qualia sint. num. 1. & num. 2. eleganter discutitur, an prædicta bona publico vsui destinata sint propria vniuersitatis quoad dominium, & numer. 3. an super eis possit census constitui absq; licentia, vel sine vlla, & num. 4. explicatur quid sit in censu reseruatiuo, an ciuitas rē in eum censum possit accipere, vel sua bona sub eo censu alteri dare.*

*Bona ciuitatis, quę vocantur,* Proprios de concejo, *qualia sint, & an super eis, vel ex eis possit census formari. num. 5. & num. 6. agitur, an prædicta bona sint propria vniuersitatis quoad dominium: & num. 7. numerantur diuersæ species eorum bonorum.*

*Ciuitates quando super commoditate iurisdictionis possint censum creare. num. 8. vbi late traditur ad quem pertineant commoditates iurisdictionum, & num. 9. quod iurisdictiones cohæreant solo inseparabiliter, & quis fundet in iurisdictione, & nu. 10. agitur de iure retractus iurisdictionis, quo ciuitates hodie vtuntur.*

*Ciuitates quando possint super commoditatibus terminorum censum constituere, & an termini sint proprij vniuersitatum quoad dominium, proprietatem, vel commoditatem tantum, seu Rex fundet in terminis. numer. 11. & quid in dominis inferioribus, Ducibus nempe, Comitibus, & alijs. n. 12.*

*Res communis quando dicatur mea. numer. 13. vbi an bona communia dicantur esse in seruitute populorum & numer. 14 quod differunt vniuersitas & actus singulorum de vniuersitate, & num. 15. quod prohibita rerum alienatione prohibetur alienatio vsus fructus, & num. 16. an in bonis, quæ pertinent in communi ad commoditatem singulorum, vel in bonis singulorum possit fieri executio pro debitis vniuersitatis.*

*An administratores vniuersitatis possint incarcerari pro debito censuali vniuersitatis. num. 17.*

## CAPVT LXVIII.

IN capitibus præcedentibus egimus de censu creando ex bonis, vel super bonis feudalibus, vel emphytheoticis: vnde in præsenti agendum est de formando ex bonis, vel constituendo super bonis vniuersitatum: & in ea vulgari, licèt vtilissima dubitatione sequêtes casus ad veram eius intelligentiã nouiter examinandi, atque decidendi erunt.

1 Primus, quando agitur de census creatione super bonis communibus vniuersitatis, quæ publico vsui destinata sunt, & quibus ciues promiscuè vtuntur, veluti Platea, theatra, stadia, fontes, montes, egidos, dehesas, pascua, & alia similia, de quibus agitur in l. in tantum. §. vniuersitatis de rerum diuis. & in §. vniuersitatis institut. eodem titulo, & in l. apud Iulianum. numer. 39. §. constat delegat. 1. quæ lex aliàs incipit, cùm seruus, & in l. 15. tit. 5. part. 5. l. 19. titul. 28. part. 3. l. 13. titul. 9. part. 6. Quæ leges de bonis, quæ ad commune vniuersitatis spectant, egerunt.

2 In qua specie euidentiùs constabit nostræ dubitationis resolutio, si antea examinauerimus, an ea bona publica ad commune ciuitatum pertinentia sint earum vniuersitatum quoad dominium, vt possit concilium vniuersitatis ea dare in censum reseruatiuum, vel super eisdem alium consignare. In qua non vulgari dubitatione reperio Gregor. in l. 9. part. 3. titul. 28. in verb. *Son del comun*, vbi postquam Gregor. eam dubitationem designauit, remittit se ad Speculatorem, Azonem, & Acurs. & nihil in effectu decidit. Qui quidem Doctores à Gregorio relati diuersæ in hoc fuerunt opinionis; quia Acurs. in §. vniuersitatis, verbum, *Et si qua alia*, resoluit, quòd si theatra, stadia, palatium, nauigium, & alia similia sunt vniuersitatis, & in dominio, & in vsu, vbi additio Acursij idem, sequitur. Quorum sententiam in effectu tenuit Ioann. Faber. in dicto §. vniuersitatis, cui subscribit Iass. ibi in addition. ad Porcum addition. 5. numero. 8. dicens, quòd quædam bona sunt vniuersitatis, quoad dominium, & vsum communem, vt sunt theatra, stadia, atque similia: quædam verò, quoad dominium tantum, & quoad vsum particularia, vt prata vniuersitatum. Ex quo denique resoluunt, quòd bona publica, quorum suprà nu. 2. meminimus, sunt quoad dominium vniuersitatis. Et hæc sententia non violenter confirmatur à Iustiniano in dicto §. vniuersitatis de rerum diuis. dum dicit, *Vniuersitatis sunt, non singulorum*, & à Martiano Iurisconsulto in dicta l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. eodem, similiter subdit, *Vniuersitatis sunt, non singulorum*, ex quibus locis Iustinianus & Martianus denotant proprietatem rerum publicarum ad vniuersitatem pertinere, cùm verbum, *Sunt*, quo vsi fuerunt, importet dominium, & proprietatem. l. non solùm. §. meum. ff. de rei vendicat. & tenet Bart. in l. cùm res, colum. 2. versic. *Quid dicemus*. C. si res aliena pignori data sit, Socin. consil. 92. 1. part. & ita dicitur suum, quod vendicari potest. l. quintum. §. argentum, vbi Bart. ff. de auro, & argento legato, maximè qnia si bona publica pertinent ad commune vniuersitatis, propria eius dicenda sunt, cùm res communis mea dici possit, ex Bart. in l. serui electione. §. labeo. de legat. 3. & ita, licèt vnico verbo, id videtur sentire Auendañ. in 1. part. Prætor. cap. 4. numer. 4. versic. *Item fontes, dicens*, quòd similia bona sunt Conciliorum: ergo si pertinent ad vniuersitatem, quoad dominium potuit vniuersitas ea bona liberè in censum dare, vel super eis alium constituere.

Adhuc tamen contrariam sententiam veriorem existimamus: quia prædicta bona publica communi vsui destinata non sunt quoad dominium ciuitatis, vt securè, & verius tenet Placentinus Doctor antiquus relatus ab Acursio in dicto §. vniuersitatis, dicens, quòd ea bona vsu tantùm sunt vniuersitatis. Cuius sententiam in effectu sequitur Ioann. Andr. in addit. ad Specul. titul. de executione sententiæ. §. sequitur in versic. *Sed quid si vniuersitas*. num. 5. dicens, quòd castrum non habet proprietatẽ in fontibus & fluminibus, & vijs publicis, quia hæc sunt vniuersitatis quoad vsum, nõ quoad proprietatẽ. Pro qua sententia facit text. in d.

l. 9.

l.9.titul.28.part.3.ibi. *Apartadamente son de la comun de la ciudad ô villa*, l.15.titul.5.part.1.ibi. *Que son del Rey, ô del comun de algun concejo*. Idemque tenuit non obscurè Iustinianus & Martianus suprà, dum dicunt; *Vniuersitatis sunt, non singulorum*, sentientes non ad singulos vniuersitatis, sed ad commune totius ea bona pertinere, & inde in nullius dominio sunt nec singulorum, nec vniuersitatis, sed omnibus communia, & vsui publico destinata: quamuis enim bona, quæ pluribus & singulis competunt, regulariter dicantur propria cuiuslibet, saltem respectu partis ad eum expectantis ex Bald.in l.1. C. de communi rerum alienatione, Bald. Angel. & Alexand.in l.1.col.1. C. qui testamenta facere possunt, vbi Corn. & ex communi sententia per Molin.in Consuetud.Parisiens. §.1.gloss.1.num.71. & eo casu procedat regula communis, qua constituitur, quòd res communis dicitur mea, vt eam regulam assignantes intellexerunt Felin. Montalbus, & alij, quos referens sequitur Ioan.Gratian. in reg.91.numer.1. Bernard. Diaz in regul.108. tamen si bona nó pluribus, vt singulis, sed vt vniuersis in communi competent vt publica, quæ vsui communi & publico destinata sunt, & in nullius dominio constituta non erunt propria singulorum etiã respectu partis, qua singuli vtuntur, sed communiter quoad vsum ad commune totius vniuersitatis pertinerẽt: & hoc in effectu sensserunt Iustinian. & Martianus suprà.

Quod ex eo iterum suadetur: quia prædicta bona publica alienari nequeunt ab vniuersitatibus, vt post Bald. in rubric. C. de contrahend. emption. resoluit Auend. in 2.part. Prætor. capit.10. numer.1. prope finem, & per text. in l. continuus. ff. de verbor. oblig. tradit Alexand. consil.43. numer.11. vol.4. Auiles in capit.30. Prætor. glos. verb. *Gracias*, numer.4. ergo si alienari nequeunt ad vniuersitate, ad eam non spectant quoad dominium ex diffinitione dominij infrà referenda, numer.8. & alijs, & consequenter neque super eis census poterit consignari, aut ex eis reseruari; & ita, licèt non his fundamentis, eam sententiam comprobat Benedict. Bon. in tractat. de censib. art.16.17. & 18. & vnico verb. Auend. in 1. Prætor. c.12. nu.6. dicens, quòd super plateis census non consistit. Et eam sententiam tenet nominatim Roderic. lib.1. quæst.14. nu.67. vbi eam ampliat cum Azeuedo & Bobadilla contra Auendañ. etiam in terris dominorum cum eorum licentia.

Quæ sententia retenta non obstant fundamenta in contrarium adducta: quia l. in tãtum §. vniuersitatis, & §. vniuersitatis institut. de rerum diuis. dum dicunt, *Vniuersitatis sunt, non singulorum*, potiùs confirmat nostram, quàm contrariam sententiam, vt suprà diximus, & constat ex verbis, *Vniuersitatis sunt*; quæ intelligi debent in communi, vt quia bona publica vsui cõmuni destinata ad commune vniuersitatis pertineant, ex dicta l.9.tit.28.p.3. neque verbum, *Sunt*, importat ibi proprietatem, sed adiectum est, vt denoret non esse prædicta bona singulorum vniuersitatis, vt verbis expressis probat dicta l.19. ibi, *Apartadamente ò son del comun*; & quia verbum, *Sum, es, fui*, nunquam importat proprietatem, nisi quãdo dominum cognitum & distinctum, atque priuatim est illius, ad quem refertur, vt iura contraria probant, vt similiter res communis nunquam dicetur propria nisi quando priuatim pluribus, vt singulis, & respectu partis distinctæ cuiuslibet competeret, vt etiam suprà probauimus. Ideò nihil obstãt prædicta verba: *Vniuersitatis sunt*, quominus verius sit prædicta bona ad vniuersitatis commune quoad dominium non pertinere: & consequenter super eisdem, vel ex eisdem bonis vniuersitas censum non creauit.

3 Quæ tamen receptissima sententia restringenda est, quando ad census creationem accedit Regia licentia: quia accedente constitutio sustinebitur ex his, quæ resoluunt Gregor. Lup. in l.15. titul.5. part.5. verb. *Los egidos*, Auend. in 1.part. Prætor. capit.12. num.21.24. & 26. cum præcedent. & sequentibus. Auiles in capit.30. Prætor. verb. Gratia. num.3. dicentes, quòd ex Regia licentia, cui omnia subiacent, possunt similia bona publica alienari: ergo à fortiori poterunt dari in censum, vel super eis alium constituere: & in specie census ita resoluit Auend. dicto capit.12. num.6. Quod intelligendum est, vt commoditates, & fructus eorum bonorum publicorum dentur in censum reseruatiuum, vel super eis alius possit consignari. Et in hunc sensum intelliguntur. Bobadilla, & alij, quos referens sequitur Roderic. dicto lib.1.q.14.nu.67. dicentes, quod ex licentia Regia super his bonis potest census constitui, vt scilicet intelligãtur super cõmoditate.

Quæ quidem omnia aperte procedunt tam in censu consignatiuo, quàm reseruatiuo: quia cúm vtroq; casu sit necessariũ, quod vniuersitas habeat potestatem alienandi, seu obligandi bona, super quibus censum constituit, vel ex quibus reseruat, & ea po-

testitæ careat respectu bonorum publicorũ, vt quia omni casu eorum obligatio, seu alienatio prohibita sit, merito absque Regia licentia ea bona non poterit alienare, neque obligare.

Ex quo miror de Roderico libr. 1. de ann. reditib. quæst. 14. qui postquam numer. 67. resolut, super bonis publicis censum absque Regia facultate non posse consignari, numer. 4 68. & 69. post longam disputationem id limitat in censu reseruatiuo, resoluens, quòd ciuitas & potest accipere rem immobilem in censum reseruatiuum, & suam sub eo censu alteri dare sine Regia licentia, neque iudicis decreto, illud comprobans exemplis minorum, vt quia si procedere potest in minore, procedat etiam in vniuersitate: in quo certe Rodericus salua pace tanti viri euidenter errauit, tam ex eo quòd loquitur in bonis publicis, de quibus vniuersitas, neque alienando, neque obligando, neque reseruando, seu dando in censum quid quam disponere potest, quàm quòd ea bona æquiparat bonis minorum, quorum minores habent veram proprietatem & dominium disponendi, præcedente legitima solemnitate. Et quamuis in dicto numer. 68. ad eius resolutionis confirmationem constituat differentiam inter censum consignatiuum, & reseruatiuum, dicens, quòd in censu consignatiuo præsupponitur obligatio, & alienatio, siquidem pensio annua promittitur soluenda, & bona obligantur ad eius solutionem, & quòd in censu reseruatiuo pro prædio concesso ciuitati, reseruata pensione nulla datur alienatio, sed potiùs acquisitio, adhuc tamen ea differentia nihil efficit in eius opinionis confirmationem, vt quia respectu bonorum publicorum neque constituendo cẽsum super bonis publicis, neque dando bona publica in censum, neque obligando ea domino reseruanti pensionem, quidquam ciuitas sine licentia efficere possit, vt ex omnibus supradictis constat, nisi intelligas Rodericum in bonis, quæ abusiuè publica dicta sunt, veluti *Propios de concejo*, in quibus, licet non indistinctè, aliquando tamen procedere posset eius resolutio, vt in casu sequenti dicendum erit.

5 Secundus casus considerari potest respectu bonorum ciuitatis, quæ abusiuè publica dicta sunt, quorum meminimus in casu præcedenti, an scilicet super eis, vel ex eis possit census formari absque Regia licentia, & posse dicendum videbatur ex eo, quòd Doctores, quos suprà retulimus in casu præcedenti, quamuis dubitauerint, an bona publica pertineant quoad dominium ad vniuersitates, & non pertinere securius teneant, omnes tamen vtriusque opinionis sequaces id sentiunt non procedere in bonis, quæ vocantur, *Propios de concejo*, vt quia publica non sint, nec ad vniuersitates pertinentia incommuni. Ita denique resoluunt Placentinus Doctor antiquus, relatus, & secutus ab Acursio in dicto. §. vniuersitatis, instit. de rerum diuis. Ioann. Faber ibi, & Iass. in addit. ad Porcum super eodem. §. addit. 5. numer. 8. Ioann. Andr. in addit. ad speculat in titul. de executione sententiæ. §. sequitur, versic. sed quid si vniuersitas. num. 5. & sentit Auend. in 2. part. Præt. capit. 12. in princip. per l. sed Celsus. ff. de contrahend. empt. ergo si dominium eorum bonorum ad vniuersitates pertinet, poterunt super eis libere censum creare absque vlla Regis licentia. Quod ita credidit Felician. libr. 2. de censib. capit. 3. numer. 2. licèt posteà in additione eius loci 2. part. libr. 2. cap. 3. in principio dixerit, eam Regiam licentiam vtilissimã esse.

6 Sed adhuc eo fundamento non obstante, contrariam sententiam veriorem existimamus, & ex eo sustineri credimus: quia ab origine considerando naturam eorum bonorum, nostrique sereniſsimi Regis potestatem, ac vniuersale totius Regni, eiusque terrarum dominium, quod à principio cùm terram calcauit, in ipsum fuit translatum, non spectant ea bona quoad dominium ad vniuersitates, sed ad ipsum inuictissimum Regum. Quod suadetur ex l. 2. titul. 5. libr. 7. nouæ Recopilatio. dum Rex promittit se non daturum ampliùs similia bona, quæ sunt de bursa communis. Probatur etiam ex diffinitione dominij; est enim dominium ius de re corporali perfectè disponendi, ex Bart. siquis vi. §. differentia. numero. 4. ff. de acquirend. possession. de quâ diffinitione egerunt eleganter Bart. Socin. consil. 176. 2. part. Pinel. in l. 1. C. de bonis maternis. 2. part. ex princip. Gregor. Lup. per text. ibi in l. 1. titul. 1. part. 3. & quamuis aliquando sub verbor. *Dominium*, vtile comprehendatur, in propria tamen, & vera significatione acceptum directum comprehendit, vt post Bart. & alios Mieres in tractat. maioratus. 3. part. quæst. 9. numero. 9. ad medium: ergo notissimum est, quòd vniuersitas non habet eorum bonorum dominium, cùm nec liberam potestatem eorundem disponendi, habeat per totum titul. 5. & 7. libr. 7. nouæ Recopilation. & latè per Auiles

in

in cap. 30. Prætor. num. 31. per totum, Auēd. in 2. part. Prætor. cap. 12. Curia Pisana in cap. 24. & 26. & latè Azeued. in l. 22. titul. 3. libr. 3. nouæ Recopilat. & in l. 4. & 5. libr. 7. eiusdem Recopilat. & consequenter si quoad dominium vniuersitatis non sunt neque possunt alienari, neque censibus subijci valebunt cui resolutione accedant. C. de aquæ ducto lib. 11. l. 1. ff. de administrat. rerum ad ciuitatem pertinentium. l. splendidissimè. C. de operibus publicis. l. fin. C. de vectigalibus. l. 20. titul. fin. part. 3. dum ea iura probant, quòd vniuersitates non possunt ad libitum de redditibus eorum bonorum, quæ *Propios de concejo* nuncupantur, disponere. Iterum etiam suadetur hæc nostra sententia ex eo, quòd similia bona non solùm non pertinent ad vniuersitates quoad dominium directum, sed neque perfectum vtile habent, vt quia restrictum, & limitatum eisdem sit ad similitudinem eius vtilis dominij, quòd habent Prælati in rebus Ecclesiæ, quibus nuda bonorum administratio competit, & administratores, seu procuratores bonorum earundem Ecclesiarum vocantur, capit. 2. vbi Abbas numero. 5. de donat. Innocent. in capit. cum super de causa possessionis, & proprietatis, Felin. in capit. quæ in Ecclesiam. numer. 4. de constitut. & in specie quod similia bona, quæ vocantur Propios de concejos, non pertineant quoad dominium ad vniuersitates, nec etiam eorundem bonorum vtile perfectum vniuersitates habeant. Probat nouissimè Bartholomæus Ahumada, Mercado in addit. ad Gregor. Lupum in l. 5. titul. 26. part. 2. gloss. 6. numer. 18. per totum, vbi respondet ad l. 9. titul. 28. part. 3. quòd loquatur de dominio vtili limitato, & restricto, ad quam legem clarius respondetur, quòd verba eius ibi, *Son del comun*, non importent dominium vniuersitatis, sed nudum commoditatis eorum bonorum exercitium ad singulos de vniuersitate in communi pertinere, vt suprà diximus: ergo si prædicta bona non sunt vniuersitatis quoad dominium vtile, neque directum: & inde absque Regia licentia non possunt alienari, consequenter nec dari in cēsum, aut censibus subijci valebunt, deficiente Regia licentia; quam sententiam, licèt non his fundamentis sequitur Roderic. de annuis redditib. lib. 1. capit. 14. numer. 67. versic. *Secundo casu*, quamuis exemplum, & fundamentum, quo eam comprobat desimilitudine pupilli ad rempublicam proprium non sit, vt quia bona pupilli sint propria eiusdem quoad dominium, bona verò vniuersitatis non.

Quæ resolutio intelligitur respectu bonorum, quæ non ad commune vniuersitatis pertinent, neque publico vsui destinata sunt, sed priuatim ad proprium vniuersitatis spectant, vt sunt molendina, & alia prædia, seu hæreditamenta, iura, vel facultates, quę sermone Hispano vocantur, *Propios de concejos*, de quibus habetur in l. sed Celsus. ff. de contrahend. emption. l. inter publica, & l. bona ciuitatis. ff. de verbor. significat. l. sed si hac. §. qui manu mittitur. ff. de in ius vocando. l. inter publica. l. bona ciuitatis. ff. de verbor. signific. l. 30. tit. 28. par. 3. l. 1. & per totum tit. 5. lib. 7. nou. Recop.

Et in prædictis bonis intelligenda est, nisi forsam census constituatur pro debito, ad cuius solutionem vniuersitas per sententiam fuit condemnata. Quia eo casu (etiam non accedente Regia licentia ad census creationem, sufficiet auctoritas, & necessitas sententiæ ad iustificandam eius census creationem, ex resolutione Ludouici Molinæ de Hispanor. primogenit. libr. 4. capit. 5. numer. 2. & 5. per text. in l. 3. §. si pignori, & in l. pupillum. §. si pupillus. ff. de rebus eorum. Quo tamen modo exactio eius census ab vniuersitate fieri debeat, & an singuli de vniuersitate, vel vniuersitas sit condemnata, & soluere teneatur, alibi ad longum dicendum erit.

7 Quæ quidem omnia rectè procedunt in bonis, quæ vocantur, *Propios de Concejo*, sed non adhuc animus acquiescit, vt quia ea bona in nonnullas species diuidantur, quæ diuersæ sunt qualitatis, & in quibus vniuersitas diuersam habet potestatem, si quidem prædicta bona continent sub se iura pascendi, lignandi, piscandi, aliasque commoditates, & similiter proprietatem montium, terrarum, molendinorum, columbariorum, cæterorumque similium, quæ diuerso modo, atque iure sunt in dominio ciuitatum. Vnde vt omnia suis casibus apertissimè cognoscantur, sequentes proponendi, ac decidendi sunt.

8 Primus incommoditatibus iurisdictionis, qui quidem dicendus est ex resolutione eius ancipitis, licet vulgaris dubitationis, scilicet an vniuersitas habeat in territorio actiuam, & passiuam iurisdictionem, & fundet in ea contra Regem, seu dominum, vel è conuerso, Princeps, Dux, Comes, aut Marchio contra vniuersitatem fundet in iurisdictione. Cui dubitationi respondendum est, quod de iure communi, &

Regiæ Reges Hispaniæ fundauerunt, & fundant intentionem suam in iurisdictione ciuili & criminali totius Regni contra vniuersitates, & contra dominos vassallorum; ex text. notando in l. 4. titul. 1. libr. 2. ordinamenti. quæ habentur in l. 2. titul. 1. *De la jurisdicion Real*, libr. 4. nouæ Recopilatio. cuius verba sunt hæc: *El Rey funda su intencion de derecho comun cerca de la jurisdicion ciuil y criminal en todas las ciudades, villas y lugares de sus Reynos y señorios.* Quod quidem ius commune à legibus Regni relatum in effectu deducitur ex textu in cap. 1. quæ sint regalia, ibi: *Potestas constituendorum magistratuum ad iustitiam expediendam*, & in authent. vt iudices sine quoquo suffragio. §. illud videlicet, cap. 1. versic. *Iudices*, vbi glossa de pace iuramento firmanda, & eam resolutione de iure communi secuti fuerunt, Bald. in dicto capit. 1. quæ sint regalia; & in l. qui se patris. C. vnde liberi, & in capit. 1. de alloadijs colum. 4. & in capit. 1. quis dicatur Dux, aut Marchio, Angel. in rubric. de iurisdiction. omn. iudicum, Gregor. in l. 7. titul. 18. part. 3. verbor. *Que fuesse*, Couarr. in capit. 1. practicar. numer. 8. Ludouic. Pegueira in decisionibus criminalibus decision. 36. numer. 2. Auenda. de exequend. mandatis Reg. cap. 1. ex principio, Azeued. n l. 1. titul. 1. libr. 4. nouæ Recopilat. numer. 16. Aluar. Valasc. de iure emphyteo. quæst. 8. numer. 20. & 21. cum alijs. Quorum sententiam nouiter confirmat text. in l. 2. & in l. 12. titul. 1. part. 2. l. 7. titul. 18. part. 3. l. 2. titul. 4. ead. part. l. 3. titul. 19. part. 7. Quæ iura notabilia sunt, & à nullo, quem legerim, adducta. Cuius resolutionis ratio est; quia vniuersalis totius Regni iurisdictio apud Principem residet, tanquam apud fontem, à quo fluunt, & refluunt potestates, sicut flumina ad mare ex Bald. & Angelo suprà. Fluunt enim, quia ipse dat iurisdictiones ex l. 1. ff. ad l. Iuliam de ambitu cum suprà relatis. Ad eum etiam refluunt per appellationes, authent. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oporteat per nullitates & querellas. l. accusatoribus. l. absentem. C. de accusation. & aduertit benè Pegueira in dicta decisio. 36. ex principio.

Quæ resolutio verissima est non solum in Rege contra vniuersitates, sed contra quoscunque Duces, Comites, Marchiones, ac dominos vassallorum, contra quos fundat in iurisdictione, donec euidèter constiterit per legitimũ priuilegium, aut præscriptionem, seu consuetudinem legitimè inductam ad eos pertinere iurisdictionem, vt probatur ex iuribus, & sententijs suprà relatis, dũ generaliter probant, quòd rex fundat in iurisdictione contra omnes, & nominatim probat Gregor. in l. 2. tit. 1. p. 2. verb. *Priuilegio*: ergo si Rex fundat in iurisdictione contra dominos, & vniuersitates, & eis, nisi ex priuilegio, & consuetudine, non competit iurisdictio, manifestũ est, quòd vniuersitates non valebunt censum creare super emolumentis, vel ex emolumentis iurisdictionis.

9 Et iterum hæc sententia fortius confirmatur, ex eo quòd secundum iuris receptas sententias nulla ciuitas, villa, seu oppidum Regni habet actiuam iurisdictionem, nec fundat in ea contra Regem, seu dominum. Sed iurisdictio cohæret territorio materialiter, & passiuè, & actiuè, ac formaliter in persona magistratus, quasi in iudicibus sit in prædicamento agere, & in vassallis in prædicamento pati, & in territorio subprædicamento vrbis, vel situs, ex Paul. Castrens. in l. more colum. 1. ff. de iurisdiction. omn. iudic. Bald. in l. 1. §. initio. ff. de officio Præfecti vrbis, colum. 2. versic. *Sed hîc quæritur*, & in capit. vnico in princip. colum. 2. versic. *Considera*, de consuetudine recti feudi; non inest enim iurisdictio populo, neque actus actiui ei competunt, sed passiui, ex Innocentio in capit. cùm accessissent, numer. 6. & 7. de constitut. quem sequitur Alexand. consil. 16. numer. 13. volum. 5. & ita in effectu resoluunt Auend. in cap. 1. Prætor. num. 9. Couarr. in practic. quæst. cap. 4. num. 3. 4. & 5. quo quidem modo intelligitur illud vulgare præceptum, quòd iurisdictio cohæret territorio, vt scilicet cohæreat materialiter & passiuè, & in contingentibus intra metam territorij, quasi territorium sit subiectum præbens causam exercendæ iurisdictionis, ex l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. significat. l. fin. vbi Bart. numer. 9. Bald. 2. ff. de officio Præfecti vrbis, Bart. in l. 1. numer. 15. de iurisdict. omn. iudic. & iterum Bald. in authent. habita. numer. 32. C. ne filius pro patre, & in cap. ad hæc de pace iuram. firmand. & in l. data opera. numer. 29. C. qui accusare non possunt, Angel. in l. more. numer. 3. & in l. fin. numer. 2. ff. de iurisdictio. omn. iudic. Alexandr. consil. 35. numero. 3. libro. 4. Felinus in capit. Rodulphus numer. 15. versic. Territorium de rescriptis, Capitius decisio. 17. numer. 36. cum sequentib. ergo si vniuersitates nullam habent actiuam iurisdictionem, nisi ex consuetudine, aut priuilegio, eisdem competat, non poterunt super emolumentis, vel ex emolumentis iurisdictionis censum creare.

Quæ

Quæ sententia & resolutio non solùm procedit in ciuitatibus, villis, seu oppidis Regijs & eorum vniuersitatibus, sed in dominorum quoque locis, seu oppidis, quorum vniuersitates nó fundant in iurisdictione, sed è conuersó Duces, Comites, & Marchiones, ex eo quòd in ius principis successerint, & eius principis obtinent iura & priuilegia, ex consilio Pauli Castrens. 227. aliàs 34. super 1. dubio & 2. colum. 1. lib. 2. quem sequitur Alexandr. consil. 2. numer. 25. & 26. lib. 1. & consil. 29. 30. & 31. volum. 2. Socin. consil. 66. numer. 12. volum. 3. Marian. Socino Iunior, qui hanc dicit communem sententiam in consil. 98. numer. 1. volum. 3. Roman. consil. 59. Carol. Ruyn. consil. 130. numer. 22. libr. 5. Laurent. Syluan. consil. 63. numer. 24. Gregor. Lup. in l. 5. verb. *El Rey tan solamente*, tit. 1. part. 6. & in specie, quòd domini vassallorum fundent contra vniuersitates in iurisdictione, probant Abbas in capite si diligenti. numer. 2. de præscript. vbi referens Hostiens. resoluit, quód Comites, & domini temporales fundant intentionem suam de iure communi quoad iurisdictionem intra limites sui territorij, idem Abbas in capite nimis de iure iurand. Bald. in l. 1. quæst. 43. de rerum diuis. Alexand. consil. 76. numer. 2. volum. 2. vbi denique notat, quòd habere territorium significat, quem esse dominum iurisdictionis, Alberic. Brun. à Sole consil. 103. colum. 2. Matth. de Afflict. in constitut. Neapolitan. titul. 2. rubric. 19. numer. 40. fol. mihi 42. col. 3. Aym. Crauet. consil. 228. num. 3. Auiles in cap. 24. Prætor. gloss. 1. numer. 9. Burg. de Paz consil. 13. num. 23. & hoc quidem, quia cùm, vt suprà diximus in numeris præcedentibus, probat Bald. in l. quanquam. numer. 10. C. de sentent. quæ sine certa quantitate, Felin. in rubric. de appellat. n. 24. Bald. consil. 188. volum. 4. & aliquos referens sequitur Auendaño de exequend. mandat. Reg. 1. part. cap. 1. numer. 8. versic. *Primum est quod populi*, & referens solum Bald. summariè aduertit Molina de primogen. capit. 25. numer. 9. meritò Duces, & Comites, qui quoad iurisdictionem in loco Regis successerunt, in ea contra vniuersitates fundabunt, maximè si prædicti Duces, & Comites habeant ex priuilegio iurisdictionem, ex l. 2. titul. 15. libr. 2. ordinamenti. l. 2. l. 8. titul. 5. part. 2. l. 2. titul. 4. part. 3. l. 3. titul. 19. parte. 3. in quibus iuribus euidenter probatur, quòd solus Rex Hispaniæ, & illi, quibus iurisdictio concessa est, poterunt vti iurisdictione, & in ea fundabunt. Ergo si ex omnibus supradictis constat, quòd vniuersitates nullam habent actiuam iurisdictionem in territorio, neque in ea fundant contra Reges, seu dominos, sed è conuerso contra vniuersitates ab eisdem fundatur intentio, certum est non posse vniuersitates super emolumentis iurisdictionis censum creare, nisi forsam ex priuilegio iurisdictionem habeant.

Quæ quidem omnia non solum vera sunt respectu proprietatis iurisdictionis, sed etiam respectu emolumentorum eius, vt quia emolumenta iurisdictionis, quæ sunt, Penas de Camara, ad Regem, tanquã fructus rei suę priuatiuè pertineant, vt satis notum, atque in dubitum est.

10 Exquo pro Marchione de Auñon contra eius villam de Auñon defendi, & obtinui, non habere locum retractum iurisdictionis, qui à villa petebatur ex communitate, quam dicebat cum Marchione habere in iurisdictione: ex qua communitate competere retractum probat l. 55. titulo. 5. part. 5. debet enim lex illa., & aliæ agentes de retractu societatis intelligi in socio, qui habet partem eiusdem rei per participationem eiusdem dominij in qualitate, vt quia is dicatur verè socius, atque particeps rei, ex l. siquis duos. §. siquis partem. ff. communia prædiorum, vbi probatur, quòd non facta translatione dominij non dicitur quem habere partem rei, facit l. rectè dicimus. ff. de verb. significatione, quod eleganter tenet Bald. in l. dudum. C. de contrahend. emption. Gregor. in dicta l. 55. verbor. *Comunalmente de so vno*; & ità post Albericum aduertit Auenda. responso 12. numer. 16. & deducitur ex Socino consil. 107. volum. 3. ciuitas enim, vel vniuersitas in emolumentis, vel fructibus iurisdictionis non habet cum Rege participationem eiusdem dominij in quantitate, neque in qualitate, vt quia fructus iurisdictionis ad eam non pertineant in totum, neque pro parte, quia sunt de regalibus, vt notissimum est: ergo in iurisdictione, de qua non participat per omnimodam participationem dominij, non habet retractum societatis ex l. 55.

Exquo & in confirmationem præcedentium nascitur, quod quamuis emphyteota, vel feudatarius habent vtile tantùm dominium, cùm tamen eius dominij sint participes, per participationem eius in qualitate vnus contra alium habebit in eo dominio ius retractus, vt licèt non ea ratione resoluit Afflictis in tractatu

Prothomiſ.gloſſ.1.colum.3. & poſt Alexand. reſoluit Gregor.in dicta l.55. gloſſ.2. quos referens ſequitur Matienço in l. 13. titul. 11.libr.5. nouæ Recopilat. gloſſ. 3. numer. 2. Infertur etiam verus, licèt nouus intellectus ad text.in l. 74. Tauri, vt ibi ſuperficiarius præferatur conſanguineo in retractu; quia particeps eſt dominij in qualitate, quod etiam apertè ſentit dicta l. 55. aliæque leges Tauri, quæ de retractu meminerunt, dum dicunt, *Comunalmente de ſo vno*, quæ præſupponunt, participationem eiuſdem dominij inqualitate neceſſariam eſſe. Inde etiam infertur, vſufructuarium non habere ius retractus ex communitate rei, vt quia de re non participet per participationem eiuſdem dominij in qualitate, vt in ſpecie aduertit Gregor.in dicta l. 55. verbor. *Comunalmente*, Tiraquell. de retract. §. 1. gloſſ. 7. ex numer. 54. Ioann. Matienço in l. 13. titul. 11. libr. 5. gloſſ. 3. numer. 12. & 13. & nouiſsimè Ioann. Gutierr. libr.2. practic. quæſt. 166. per totam. Cùm enim villa de Auñon non haberet cum Rege participationem iuriſdictionis inqualitate, retractus ſibi non competebat: quibus etiam adijciebatur illud dici commune, quod ad plures pertinet pro indiuiſo, & cuius non ſunt diſcretæ, ſeu diſtinctæ partes, ſed communiter poſsidetur non diuiſione corporum, ſed iuris intellectu. l. illud. ff. de ritu nupt. & hoc in effectu ſignificat verbum, *Conſortes*, id eſt, eos, qui æqualiter participant de re in qualitate dominij, Iaſſ. conſ. 185. colum.4. libr.2. verſ. *Quinto*, & cum Gregorio & alijs reſoluit Hieronym. Portoles in tractat. de conſortibus, & fideicommiſſo legali capit. 1. numer. 3. reliquiæ enim iuriſdictionis, quas populi habent, vtendo, nullam præſupponunt, neque continent participationem eiuſdem dominij: & ita ceſſat communio.l.11. communi diuidundo. Ad rem igitur conſtat euidenter, quòd populi non ſunt domini iuriſdictionis, & quòd inde ſuper eius fructibus ſine Regia licentia cenſum non inſignabunt.

Secundus caſus verificatur in bonis ab vniuerſitatibus emptis ex propria earum vniuerſitatum pecunia, veluti ſunt molendina, domus, columbaria, & alia ſimilia, quæ priuatiuè ad vniuerſitatem, & non in communi ad ſingulos de vniuerſitate pertinent, inquibus ſecurè dicendum eſt, quòd cenſus conſignatiuus, vel reſeruatiuus conſiſtit præcedentibus his, quæ ad alienationem rerum vniuerſitatum præcedere neceſſarium eſt, & conſequenter Regia facultate, quæ ad alienanda ſimilia bona ſemper neceſſaria fuit, vt ſuprà diximus.

II Tertiùs verò caſus verificatur in bonis ad commune vniuerſitatum pertinentibus, vt ſunt termini, ſub quibus continentur, *Montes Prados dehesas, tierras baldias*, & alia bona ſimilia; & in hoc caſu diſtinguendum eſt inter proprietatem, & commoditatem eorum bonorum; & quantum ad proprietatem, an ſuper ea poſsit vniuerſitas cenſum conſignare, vel eam in cenſum reſeruatiuum clare, pendet reſolutio ab alterius ancipitis dubitationis reſolutione, nempe, an termini ſint vniuerſitatis quoad dominium, vel ſint Regum, ſeu dominorum. Inqua dubitatione, quę nunquam ab origine intellecta fuit prænotandum eſt, quod Reges Hiſpaniæ à principio vniuerſam terram expugnauerunt, & ex tunc acquiſierunt, & poſſederunt eam, tanquam rem captam in bello, & iure proprio, vt notant Felin. in capit. cum non liceat de preſcriptionib. Bellugain Speculo Principum rubr.14. & alij per Auendañ. de exequend.mandat.Reg.capit.1.n.7. & melius in c.4.in princip. vbi iura Regni refert Ioan.Matienç.in l.3.tit.10.lib.5.nou. Recop.gloſ.7.n.2.

Et ita Reges Hiſpaniæ quantum ad proprietatem terminorum totius Regni fundabunt, & fundant intentionem ſuam contra vniuerſitates, & quoſcunque Duces, ſeu Comites, vt latè reſoluit Auend. de exequend. mandat. Reg. 1. part. capit. 12. per totum fere, & capit. 1. atque 4. Ioann. Matienço in l. 5. titulo. 1. libro. 5. nouæ Recopilat. gloſſ.4.numer.2.& in l.1.titul.10.gloſſ.21.numer.2.

Ex quo vniuerſitatibus nihil fuit à iure deputatum, nec aliquid in terminis habebant niſi quod à Rege ex priuilegio datum, vel deſignatum fuit, ex doctrina Innocentij in cap. cùm ad ſedem de ſpoliat. reſtit.quem ſequitur Bald.in l.1.numer.12. C. ſubmancipatione liberorum, Ancharran.conſil.142. in principi. Roderic.Suar.in allegat. 7. in principi. & meliùs Auend.de exequend.mandat.Reg. 1 part.cap.4.fere per totum, maxime num.4. Gregor.Lup.in l.9.tit.28.p.3.verb. *Son eſtos blecidos*, vbi referunt, & ſequuntur Innocentij doctrinam.

Si tamen à principio vniuerſitatibus territorium certum ex priuilegio Regis fuit deſignatum, poſt deſignationem à Rege ligitimè factam fundabit vniuerſitas in proprietate terminorum contra Reges, ſeu dominos, & par-

& particulares, quoad hunc effectum, vt contenta in territorio designato sint ad commodum incolarum, & vicinorum in commune, & non vt sine licentia propria Regis, seu dominorum, prejudiciu iuris vniuersitatum possit de eis libere disponere. Hæc resolutio deducitur ex Paulo Castrens. in l. 1. ff. de acquirend. possess. & in l. rem quæ nobis eod. titul. vbi Iass. eleganter, Socin. consil. 86. & 127. 1. part. Cassan. in consuetud. Burgund. rubr. 9. §. 4. gloss. in verb. *Vnmeix*, & resoluunt Auend. de exequend. mandat. cap. 4. num. 3. versic. *Si verò*, & sequent. & numer. 4. versic. Constito igitur de limitatione; vbi ad id refert Ioan. Fabr. Oldrald. & alios, & melius statim numer. 5. versic. Patet ergo, vbi intelligit doctrinã Iassonis; & iterum notanter ipse Auend. in 1. p. c. 12. num. 19.

Qui omnes id securè tenent, ex eo quòd assignatio terminorum pertinet ad Regem, fontem nempe iurisdictionis, qui liberè potest super vtroque statuere, & Socin. consil. 86. in princip. 1. part. quem ad id refert Auẽd. 1. part. Prætor. cap. 4. numer. 4. versic. *Et quia assignare*, & cap. 12. num. 3. versic. *Et assignatio* facit que. l. 2. titul. 1. part. 2. ibi, *E solo es otroſi poderoſo de partir los terminos de las prouincias, ê de las villas*, & consequenter constito de assignatione terminorum à Principe facta, erũt termini propria dos vniuersitatis, vt post Innocentij doctrinam aduertit Auend. in cap. 4. num. 4. versic. *Et constito*.

Et ideò in fauorem vniuersitatis condita fuit lex Toleti, quæ habetur in l. 5. titul. 3. lib. 7. ordinamient. de qua latissimè egit Auend. in dicto cap. 4. Præt. num. 10. versic. *Facta autem diuisione*, & cap. 12. num. 2. & ferè per totũ; ex qua lege si terra, quæ pertinet ad vniuersitatem, per particularem occupetur, & ipse occupans per triginta dierum spatium de titulo non doceat, restituenda est vniuersitati terra, cuius titulum eo tempore non ostenderet: & ita est intelligenda l. 9. tit. 28. part. 3. Ex qua notanda resolutione aperte deducitur, quòd vniuersitas non potest super proprietate, vel emolumentis terminorũ censum creare absque Regia licentia, etiam quando ad eã quoad dominium ex priuilegio termini pertinerent, cùm non ad singulos vniuersitatis, sed ad eius commune quoad commoditatem pertineant; & à fortiori probatur, quòd quando vniuersitas non fundatur in priuilegio, non sustinetur census creatio super terminorum emolumentis, non accedente Regia licentia, cùm eo casu Rex fundet in terminis contra quascunque vniuersitates, vt prosequitur Roderic. libr. 1. quæstion. 14. numer. 67. versic. *Super bonis publicis*, vbi prædicta non refert.

12 Prædictá tamen omnia notanda sunt, quando agitur de census creatione super proprietate, vel emolumentis terminorum, qui ab vniuersitatibus iurisdictioni Regiæ subiectis creatur. Sin verò dubitetur de census creatione facta super emolumentis terminorum, qui subiacent iurisdictionis dominorum Regni, eius dubitationis resolutio etiam pendet ab alterius cognitione scilicet an termini sint quoad dominium vniuersitatis, vel dominorum. In qua dubitatione securè tenẽdum est, quòd si ante assignationem terminorum vniuersitatibus factam (statim nempe, cũ bello, vel aliter terra, seu prouincia à Rege parta, & acquisita fuit) Duci, Comiti, seu alij nobili donetur, talis Regia donatio vim legitimi tituli habebit, vt ex tunc donatarius fundet contrà vniuersitates in terminorum proprietate: quia cùm terra nouiter bello parta & acquisita, in dominio Regis, qui eam è faucibus inimicorum eripuit, sit, & ipse solus eius terræ terminos diuidere, & donare potuisset, donatione alicui facta, & assignatione terminorum decreta verum dominum fecit donatariũ. Quod quidem præterquam quòd verum est, & ex supradictis euidenter probatur, manifestè constat ex his, quæ post alios resoluit Auẽd. de exequend. mandat. 1. part. cap. 12. num. 19. sin verò postquam Rex vniuersitatibus fecit terræ donationes, & terminos distinctos eisdem designauit, eas Duci, Comiti, aut viro nobili donauerit, vel ex alia causa concesserit; dixerunt fere omnes, qui de hac re memirunt, quòd quamuis concessa vniuersitate, vel territorio, omnis eius vniuersæ iuridictio concessa videatur, & quoad eam donatarius fundet, vterque dominus eius fructuum, & emolumentorum sit, non tamen in præiudicium vniuersitatis, cui ex designatione terminorum dominij ius fuit quæsitum, eorum terminorum dominium concessum videtur, nec in eo contra vniuersitates fundabunt: quia iurisdictio longe distat à proprietate terminorum, & nihil eorum proprietas cum iurisdictione habeat commune. Ita resoluunt Abb. in cap. si diligenti notabili 2. de præscriptionib. Bald. in l. à procuratore. C. mandati, Paul. Castrens. consil. 56. volum. 2. Oldrald. consil. 76. in fine, Curt. Iunior consil. 312. num. 39. vol. 3. Alexand. consil. 76. colum. 2. volum. 2. Hyp. polyt. Ryminald. consil. 19. numer. 44. & sequenti vol. 1. Riminald. Iunior suprà. Burfat. consil. 41. nu. 1. & 5. volum. 1. & his non relatis alios plurimos referens Anton. Gabr. lib. 1. commun. opin. titul. de præsumpt. conclus. 9.

num.4.& per totum, Auend. de exequend. mandat.Reg.cap.12.ferè per totum,& capit. 4.& notanter Melchior Mieres in tractat maioratus 4.part.quæst.20.num.4. & 17. Greg. Luo.in l.9.titul.28.part.3.verb *Tambien a los pobres*,ad med.vbi referens Bald.id aduertit, & est receptissima sententia, quòd territorio concesso iurisdictio concessa videtur,non autem terminorum proprietas, quamuis plures notabiles viri è conuerso teneant ex sola concessione territorij non solum iurisdictionem, sed & terminorum proprietatem concessam videri, & dominos populorum in vtraque fundare intentionem, vt constat ex Gabriele suprà num.8.versic.*Contrarium*. Quorum sententiam intelligendam existimo, quando castrum,seu termini concessi sunt cum vniuersa iurisdictione,& simul cum nemoribus,montibus,pascuis,defensis,fluminibus.& alijs terminorum commoditatibus , aut fructibus: quia eo casu verior sententia est, Duces, Comites,seu alios terminorum dominos fundare contra vniuersitates intra fines termini ,nõ solum in iurisdictione,sed in proprietate terrarum,vt præter eos, quos suprà retulimus, probant Aretin.consil.164. *Magnifici*, col.1. versic.*Primò probatur*. Curtio Iunior, consil. 140.col.fin.& consil.184.colum.4. Curtius Arenini, & Curtij Iunioris sententia, quamuis aliquantulum impugnetur per Aym. Crauet. consil.54.nume.9. autoritate tecisionis Matthæi de Afflictis 267. & eiusdem Curtij Iunioris sibi parum constantis in consil.158.col. fin.denique verissima est , neque directè à Gabriele impugnatur,imò ipse fatetur,quòd enumeratio,& specificatio numorum, montium,& similium iurium, probant contra concedentem,& eius successores , licèt non contra tertios terrarum possessores , quibus ius quæsitum erat tempore concessionis, cùm ab eisdem ius quæsitum abdicari non potuisset. Quod nostræ resolutioni nõ aduersatur,cùm de probatione dominij montium, nemorum, & aliorum iurium,quæ aliàs ad commune vniuersitatis spectarent , dubitetur, & agatur. Quorum bonorum dominium in Duces, seu Comites, per specialem Regis concessionem translatum est.Et ita sunt intelligendi, quæ post Aretin. Curt. Iunior. & Aymon. tradit Melchior Mieres in tractat.maioratus.4.par. quæst.20.num.4.prope finem, & num. 17. & ita debet intelligi resolutio Auend. de exequend.mandat.cap.12.1.part.nume.6.versic. *Ista tamen præsumptio*,dicentis , quòd si agatur de præscriptione proprietatis partis alicuius montis,seu nemoris, plateæ , vel alterius rei communis , ad vniuersitatem sufficiet sola immemorialis . Sin verò de vniuersæ terræ præscriptione agatur , necessaria sit expressa totius terræ priuilegiq concessio.Et ita semel vidi iudicatum in Regia Pinciana Chancellaria. Vnde manifestè constat, quòd eo casu vniuersitates non poterunt super emolumentis terminorum censum creare sine Regis , aut dominorum licentia. Quod à fortiori procedet in locis vulgo vocatis, *Solariegos*, vt aduertit Mieres in tractat.maioratus.4.p.q.20. n.5. cum alijs.

Supradicta tamen resolutio , quâ constituitur,quòd quando ágitur de probanda proprietate vniuersæ terræ, Ducatus, seu Marchionatus,est necessarium priuilegium , aliquibus modis restringitur, scilicet quando cum immemoriali præscriptione concurrunt indicia, quæ denotant proprietatem ad aliquem pertinere, vt aduertit post alios Burgos de Paz cõsil.16.num.12.& 17.vt quando constat, vassallos terminos habere ex locatione, quâ vulgo *Encabeçamiento*, nuncupamus, vt aduertit ipse Burgos de Paz.num.8. vsque ad num. 11. vel quando vassalli de rebus suis immobilibus, quas possident,non testantur, vt ibi aduertit num.3.cum alijs, vel quando incolæ,seu vassalli vti non possunt terminis , nisi de licentia dominorum,& plures licentiæ præcesserunt, vt notat ibi n.4.& n.7.

Quantum verò ad commoditatem terminorum,an super ea census consistat,vel commoditates,veluti ius pascendi,piscandi,lignãdi,dari possint in censum reseruatiuum,videamus,& prius sciendum est , quid iuris in eis commoditatibus habeant vniuersitates, vt in de constet , quam possint habere potestatem creandi census: & quamuis vniuersitates quodammodo videantur habere dominiũ eorum bonorum hoc tamen est intelligendum in cõmuni ad vtilitatem singulorum de vniuersitate, vt suprà diximus,& probatur in l.in tantũ. §.vniuersitatis.ff.de rerum diuis.§.vniuersitatis , institut. eodem l. 9. titul. 28.part. 3.ibi; *Ca todo home,que fuere morador , puede vsar de todas estas cosas sobre dichas ê son comunales â todos tambien â los pobres , como â los ricos* , vbi Gregor.Burgos de Paz in l.3. Tauri concluſ. 3.num.388. eleganter Bertrand.consil. 293. numer.1.volum.4.vel secundum nouam impressionem vol.7.Auend.in cap.Prætor.cap. 4.num.20.Couarr.cap.37.practicarum . Ex
13 quo etiam largo modo poterant nuncupari bona vniuersitatum,quæ vocantur *Propios de concejo*,bona propria singulorum , quatenus res communis dicitur mea,ex l.serui electione.6.fin.deleg.1.Sed tamen propriè loquendo,atque percipiendo naturam eorum bonorum

rum, neque sunt propria vniuersitatis, neque singulorum, sed solum ad communes vtus, & commoditates pertinentia; non enim competunt ratione seruitutis, quia res sua nemini seruit, l. in re communi. ff. de seruitutibus vrbanorum prædiorum. l. vti frui. ff. si vsusfructus petatur, neque etiam ea cõmoditas, atq; vsus communis dici potest seruitus realis, quia non adhæret rei, neque vsusfructus, qui est ius personale, & extinguitur cum persona, sed proprius dicitur ius incolæ, vel incolatus, quod in vtendi nemoribus & pascuis communibus vnicuique ex vicinis cõmuniter cõpetit: quod non est personale, sed ad hæredes transmissibile: ergo neque ciues, neque vniuersitas habere possunt proprietatem, vel possessionem veram eorum bonorum, quæ
14 communia sunt vsui nempe communi destinata, imò & inter ipsos vniuersitatem, & singulos de vniuersitate quid diuersum considerat. l. in tantum. §. vniuersitatis de rerum diuis. Ex quo dixerunt notanter Abbas consil. 38. colum. penult. volum. 2. quòd actus singulorum de vniuersitate ignorante vniuersitate in communi præiudicium eidem non irrogabunt. Cuius sententiam dixit notandam Capitius decis. 209. num. 29. Vrsilius in additionibus ad Afflictum decis. 388. Boer. decision. 125. num. 5. Thesaurus decis. 16. nu. 7. versic. *Sufficere* sicut è cõuerso in fortiori casu actus singulorum absque scientia, & pacientia populi nihil eidem acquirunt, vt est glossa & materia in l. licut. ff. quod cuiusque vniuersitatis & pulchrè declarat Cepola in tractat. de seruitutibus rusticor. cap. 9. de iure pascendi. nu. 26. & 27. Decius consil. 221. & iudicauit Rota, vt per Puteum decis. 26. lib. 2. Vicent. Hond. consil. 79. num. 27. Aym. Crauet. consil. 317. numer. 4. volum. 2. vbi alios refert Paris. consil. 104. numer. 132. volum. 10. Et quòd singuli de vniuersitate eidẽ ignorãti nõ præiudicẽt eleganter considerat Decius consil. 58. num. 3. vbi dicit ita esse intelligendam doctrinam Bart. in l. qui Romæ. §. Flauius de verbor. sequitur Iul. Clar. lib. 4. receptar. sententi. §. donatio. quæst. 13. versic. *Secundus casus*, optima glossa in l. 7. versic. *El otro*, titul. 4. part. 5. Molina de primogen. lib. 4. cap. 2. numer. 74. cum sequentibus, & facit text. singularis, quem supradicti non referunt, in l. si post mortem. §. hi qui. ff. de bonor. ũ possess. contra tabul. ibi, *Cùm enim semel beneficio aliorum admisi beneficiũ fuerint admissi. iam non curranț, petant illi, nec bonorum possessionem*, vbi Bart. notat, quod beneficio competenti ex iure alterius possunt vti contra alium, & dicit esse text. notabilem. Traditur etiam in l. concedendo. ff. de aqua pluuiâ arcenda. Actus enim singulorũ de per se absque scientia vniuersitatis, seu populi nihil efficiunt, cùm in scientia cõsistat cõmodũ, seu præiudiciũ. l. quoties. 1. §. 1. l. quoties. 2. ff. de seruitutib. l. si à te emero, si seruitus vẽdicetur. l. 6. ibi; *Eo sciente dixisti*. C. de seruitut. vbi gloss. verb. *Sciente*, vbi Bart. Angel. & Paul. Ripa in cap. cùm Ecclesia Sutrina ex numer. 64. de causa possess. Couar. in regul. possessor. 2. part. in initio. numer. 26. Et quamuis textus dixit, *Sciente*, & non addit, *Patiente*, in scientia tamen stat suppositiuè patientia. l. labeo, vbi notat gloss. de aqua pluuia arcend. Innocent. in cap. bonæ. num. 6. ad finem de postulat. Prælat. aliter enim, deficiente nempe scientia eius, cuius interest, diceretur actus clandestinus. l. clam possidere de acquirend. possess. Couarr. suprà num. 8.

Imò & ea scientia, atque pacientia populi debet constare specificè per indiuiduam notitiam actuum, vel solemnem eorum notificationem, concilio in forma ordinaria congregato factam, iuxta glossam in rubric. C. quæ sit longa consuetudo. l. municipes intelliguntur. ff. ad municipalem, Curia Pisana lib. 2. capit. 18. num. 4. adeò, quòd intimatio facta iudicibus de populo, seu rectoribus seorsum à loco, vbi congregantur, non præiudicat, Afflict. decis. Neapolyt. 245. num. 10. vbi refert Bart. in l. fin. C. de prædijs curialib. lib. 10. dicentem, quòd si in instrumẽto dicatur, Tales canonici constituerunt talem syndicum, non valet constitutio, nisi dicatur, quòd constituẽtes faciebant maiorem partem capituli. Idem Federic. de Senis consil. 148. & consil. 126. & 288. imò non sufficeret, si tabellio dixisset, præsentibus iudicibus, & rectoribus populi, nisi nomina præsentium descripsisset, vt respondit Gratus consil. 66. lib. 1. & alios referens Cæsar Vrsilius ad Afflictum dicta decis. 245. num. 8.

15 Ad rem igitur si prædicta bona communia non sunt vniuersitatis, neque singulorum in vera, & omnimoda proprietate, atque possessione, neque etiam in vsufructu formali, aut vsu, & commoditate, sed vsui, atque necessitatibus communibus destinata sunt, & consequenter eorum alienatio prohibetur, vt suprà latè diximus, meritò & census consignatio non solum super proprietate, sed neque super vsufructu, & commoditate siue superioris licentia fieri poterit.

16 Ex quo etiam infertur, & in confirmationem præcedentium adducitur, quòd predicta bona vsui communi destinata in singulorum vtiliratem non possunt exequi pro debito ipsius vniuersitatis, nisi cum licentia Regia obli-

gata

got) Gat, & titulo. C. si propter publicam pœnitentionem, & C. de communium rerum alienatione, & C. de rebus alienis non alienandis. l. 1. l. mancipia. l. nemo. l. fin. & l. vnica. C. si communis res pignori data sit. l. si probatũ. C. communi diuidundo. ff. si res aliena pignori data sit, quæ prohibent alienationem, seu pignorationem rei communis, & quòd pro debito vniuersitatis non possit fieri executio in bonis, in quibus ciues habent vsum, tenet Alexander in l. cõmodis. ff. de re iudicata, Maranta de ordine iudicorũ 6. par. n. 51. pag. 660. Dueñas regula 275. versic. 13. quia quamuis singuli de vniuersitate habeant vsum tantùm bonorum communium, non poterit vniuersitas in eorum præiudicium eum vsum alienare, obligare, seu pro executionibus assignare, contra legem id quod nostrum, de regul. iuris l. 6. §. fin. l. fin. ff. communia prædiorum. l. vnica. C. si communis res pignori data sit. l. 2. C. communi diuidundo. l. 7. §. fin. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur. l. 3. §. fin. qui potiores in pignore. l. 6. §. si fundus communi diuidundo. l. in ãte. §. si debitor eodem titulo. Bald. in tractat. de pignoribus cap. 12. Negusant. de pignorib. 3. membro 2. par. pag. 19. sub num. 16. Gomez Arias, Antonius Gomez in l. 70. Tauri; & inde dixit Rebuffus in tract. de literis obligatorijs artic. 2. gloss. 1. numer. 96. quòd res illius, qui nihil debet, non est vendẽda pro debito alterius.

17 Ex quo etiam prouenit, quòd administrato re, seu officiales concilij & vniuersitatis non possunt incarcerari pro debito censuali vniuersitatis, de quo egerunt benè Bobadilla in Polyt. lib. 2. c. 8. Parlad. lib. 2. rerũ quotidianarum c. vlt. 4. p. §. 3. n. 6. & latiùs Felic. de cens. 2. tom. lib. 2. cap. 3. nu. 8. cum alijs.

## AN CENSVS CREARI possit á domino, vel superficiario super solo, aut superficie rei, vel ex eis reseruari, Caput LXIX.

## SVMMARIVM.

*Superficies quæst. num. 1. & quis dicatur superficiarius n. 2.*

*Superficiarius ex donatione quis sit, & quando possit censum super superficie creare n. 3.*

*Dominus soli qui in superficie non habet dominiũ non poterit super ea censum consignare. n. 4.*

*Superficiarius ex datione soli ad conficiendam superficiem an possit censum reseruatiuum, vel consignatiuum creare. n. 5.*

*Superficiarius super superficie, vel dominus super solo an censum creari possint, & quando. numero 6.*

*Census consignatiuus super superficie durabit tantum, quantum superficies, & perempta superficie extingueretur. n. 7.*

*Census creatus super superficie si perimatur, an census extinguatur. n. 8.*

## CAPVT LXIX.

ACCEDAT præcedentibus ea contingibilis dubitatio de censu creando, vel reseruando super sola, vel ex sola superficie rei, quæ non vt oportuerat, reperitur examinata; & ad eius veram cognitionem

1 prænotandum est, quòd superficies dicitur omne illud, quod supra faciem terræ est, vt in vrbanis parietes, tecta, & denique domus ipsa, vt in rusticis arbores, vites, herbæ, & alia similia, vt vtrumque constat in l. certo generi 13. ff. de seruitutibus rusticorum. l. eum qui 23. ff. de vsucapion. & per totum titulum de superficiebus; & ita declarant Corras. & Eginarius Varo in l. 3. ff. de seruitutib. Alciat. in l. fundi, & Rebuf. in l. bonorum. §. in bonis de verborũ. significat. Menoch. de retinend. remed. 4. in princip. & libr. 2. de arbitrarijs casu. 31.

2 Secundò etiam prænotatur, quòd superficiarius eadem ratione dicitur, qui superficiẽ in alieno solo ædificauit, vt eam in perpetuũ, vel ad tempus haberet, præstita domino soli certa annua pensione vniformiter soluenda. l. superficiario. 74. ff. de rei vendicat. l. damni 18. §. ei qui. ff. de damno infecto, & latè aduertit Valasc. de iure emphyt. quæst. 33. per totam, quo quidem sic præsuppositio, sequentes casus considerandi sunt.

3 Primus, quando superficiarius effectus est ex donatione, emptione legato, vel alia simili causa absque vlla pensionis annuæ promissione, seu recognitione in futurum faciẽda: quo casu verè superficiarius dicitur, qui ad essentiam, & substantiam eius contractus nihil interest quòd donetur, legetur, seu vendatur, vt explicat eleganter Bart. in l. fin. de superficiebus, fall. in l. 1. uu. 44. C. de iure emphyt. Menoch. de retinend. remed. 4. numer. 5. & 6. Valasc. de iure emphyt. quæst. 33. numer. 3. & in ea specie cùm in superficie habeat superficiarius plenum dominium ad suam vtilitatẽ ædificandi in solo alieno ex donatione, vẽditione,

tione, seu alio titulo, transferente plenum dominium, illud plenè consequatur, securè dicendum est, quòd poterit suam superficiem dare in censum emphytheoticum, vel reseruatiuum, aut super ea consignatiuum designare, tanquam verè dominus superficiei. Ita resoluit Valasc. de iure emphyt. quæst. 33. numer. 12. dicens, sic intelligendum esse text. in l. 1. §. quod autem. 2. ff. de superficiebus, constituens eo casu differentiam inter emphytheotam, & superficiarũ, vt quamuis emphytheotæ irrequisito domino non possint rem alienare sine pœna cõmissi. l. fin. C. de iure emphy. superficiarius tamen ex venditione, vel donatione id efficere libere possit, vt quia plenum in superficie dominium habeat: ergo eam in emphytheosim, vel censum reseruatiuum cõcedere poterit, aut super ea re censum consignare.

4 Dominus verò soli, qui in eo plenum habet dominium, ex l. 1. §. quod autem ait Prætor. ff. de superficiebus, Bart. in l. 1. §. 1. & in l. fin. eodem. titul. Aluarot. in proœm. feudor. col. penult. & in superficie donata seu vendita nullum, certum est, quòd superficiem dare non poterit in censum, neque vllum super ea consignare; quia cùm datio, vel consignatio præsupponat plenum dominium in dante, vel consignante, ex l. 1. §. eam rem. l. 3. l. qui filios. C. quæ res pignori obligari possint. l. qui prædium. C. si aliena res pignori data sit. l. aliena. ff. de pigneratitia actione. l. 2. & 3. tit. 13. part. 5. & latè diximus in capit. de censu creando super bonis propriis, & liberis censuarij, & dominus superficiei donatæ, vel venditæ nullum habeat in superficie dominium, in cẽsum eam dare non poterit, neque vllum super ea consignare.

5 Secundus casus consideratur, quando quis non efficitur superficiarius ex donatione, vel venditione, seu alio titulo in ipsum transferente plenum dominium, sed simpliciter ex datione soli ad conficiendam superficiem in perpetuum, vel ad tempus cum obligatione soluendi pensionem annuam in futurum, quo casu certum est, quòd dominus in solo habet plenum dominum in superficie directum, & superficiarius vtile tantùm. l. 3. §. 1. ff. de noui operis nunciat. l. superficiariæ. ff. de rei vendicat. & resoluunt Paris. consil. 50. num. 11. volum. 1. Menoch. de retinend. dicto remed. 4. numer. 5. Valasc. de iure emphyt. quæst. 33. numer. 2. & consequenter in ea specie dicendum videtur, quòd superficiarius non possit superficiem dare in censum reseruatiuum; quia cùm census reseruatiuus præsupponat translationem vtriusque dominij in censuarium capite constitutus de religiosis domibus, & diximus latè in capite de natura cẽsus reseruatiui, manifestum est, quòd superficiarius habens vtile tantùm, non poterit vtrũque directum, & vtile in censuarium transferre, neque in effectu efficere alium superficiarium, cùm eo casu se ipsum dominum præsupponeret; quod in effectu benè resoluit Valasc. de iure emphyt. quæst. 33. num. 12. quod existimat verum esse, ad similitudinem emphytheotæ, qui non potest irrequisito domino alienare, iuxta l. fin. C. de iure emphyt. per text. in l. 1. §. quod autem. 2. ff. de superficiebus, vbi Bart. hoc ita elegãter explicuit, quod maximè procedere existimauit in superficiario Ecclesiæ, ex l. 1. C. ne rei dominicæ, vel templi, & denique Valasc. in dicto. numer. 12. constituit differentiam inter eos superficiarios, qui ex donatione, seu venditione, vel locatione superficiarij effecti fuerunt, vt primus possit superficiem alienare, secundus non, & ita in censu reseruatiuum dicendum sit.

Neque similiter in hoc secundo casu principali videbatur dicendum, quòd superficiarius posset superficiem dare in emphytheosim, cùm in effectu, & substantia idem sit, ac si dedisset eam in censum quantum ad superficiarium, qui cùm in solo nullum habeat dominium, & in superficie vtile tantùm, non poterit subemphytheoticando superficiem dare in emphytheosim, vt latiùs diximus in cap. de cẽsu creando ab emphytheota super re emphyteotica.

6 Tertius casus principalis est, quando superficiarius super superficie, vel dominus super solo censum consignauerunt; in domino enim soli cùm habeatur in eo vtrumque dominium, & inde solùm possit vendere, alienare, & hypothecæ subijcere censum, etiam super eo consignauit, licèt non super superficie, in quantum habet dominium directum, quod de sui natura infructiferum est; & demum super ea parte soli, quæ fructifera fuerit, respectu ipsius domini censum consignauit, & non super ea, quæ de sui natura infructifera est, ex his quæ latè diximus in cap. de cẽsu creando super rebus de sui natura fructiferis. Exemplum dari potest in solo cuiuscunque domus, quod cùm de sui natura infructiferũ sit, dominus eius super eo censum male consignabit. Et è conuerso exemplificatur in solo alicuius montis, seu hortæ, domino ipsius concedenti superficiem reseruato; quia cùm de sui natura fructiferum sit, rectè dominus super eo censum constituere poterit.

In

In superficiario super superficie dicendum videtur, quòd censum super ea rectè possit consignare; quia certum est, seruitutem posse imponere, ex l. 3. ff. de seruitutibus. l. 10. titul. 31. part. 3. Bart. in l. 1. §. fin. ff. de superficiebus Bald. in l. 3. C. de seruitutibus & aqua, Pinel. in l. 1. C. de bonis maternis. 2. part. numer. 71. Valasc. de iure emphyt. quæst. 32. numer. 2. Menoch. dicto remed. 4. num. 31. sicut & poterit pignori, vel hypothecæ dare superficiem. l. grege. 13. §. & in superficiarijs. ff. de pignoribus. l. etiá superficies. l. qui potiores in pignore. l. tutor. § fin. ff. de pignoratitia actione, & aduerit Franc. Balduin. in tract. de pignorib. cap. 12.

7 Erit tamen summè aduertendum, quòd in omnibus casibus, in quibus superficiarius super superficie censum potest consignare, durabit is census idem tempus quod superficies & extincta superficie, vel eius tempore, census extinguendus erit, vt resoluunt Iul. Clar. recept. sentent. §. feudum. quæst. 37. Gregor. Lup. in l. 11. titul. 31. part. 3. gloss. magn. Pinel. in l. 1. C. de bonis maternis. 2. part. à num. 71. Menoch. dicto remed. 4. numer. 31. Anton. Padilla in l. 3. numer. 5. C. de seruitutibus & aqua. Pro quibus facit regula vulgaris, quòd resoluto iure dantis, resoluitur ius accipientis l. vectigali. ff. de pignorib. l. Statius Florus. §. Cornelio Felici cum vulgatis. ff. de iure fisci; quod in tantum verum est, vt si superficiarius extincta superficie, super qua censum consignauit, vt domo combusta, seu molendino destructo, velit ea reædificare, id efficere non poterit, vt per Bald. in rubric. C. de iure emphyt. Aluarot. & alios, quos referens sequitur Valasc. dicta quæst. 33. numer. 4. vbi assignat differentiam inter superficiarium, cùm emphytheota destructo ædificio rectè possit imo præcisè teneatur illud reædificare, secundum ea, quæ latè scripsit Valasc. quæstion. 27. num. 2. ex quo rectè infertur in specie super-
8 ficiarij, quòd si in census creatione super superficie promittat eam destructam reædificare, nullo modo ad id teneatur, tam ex natura ipsius contractus, quam ex propria, & peculiari census, cum ex natura superficiei non solum non teneatur, sed neq; possit eam destructam reædificare ex natura etiam census, peremptæ re censuali perimatur, vt diximus latè in capite an peremptæ re censuali extinguatur obligatio soluendi censum.

Si tamen census consignatio super superficie ita superficies perimatur, poterit superficiarius repetere meliorationes, imo liberè eas auferre, iuxta text. in l. fedadest. §. si inquilinus aream. ff. locati. Et ita resoluit Bald. in rubric. C. de iure emphyt. dicens ità consuetudine receptum esse, & latè prosequitur Iaſ. in l. 1. numer. 4. & numer. 47. C. de iure emphyt. Alciat. in l. bonorum. numer. 49. de verborum significat. vt ita dominus census eas meliorationes, quas auferre potest superficiarius, in solutum pro censu accipere possit, quocunque casu extinguatur superficies.

In quo quidem is contractus longè differt ab emphytheosi, cùm emphytheota meliorationes suas amittat, ex l. 2. C. de iure emphyt. & latè dixit Valasc. de iure emphyt. q. 25. per totum: ex quo intelligitur Bart. doctrina in l. 1. §. 1. num. 2. ff. de superficiebus, qui quidem quamuis ab aliquibus intelligatur, vt probet superficiarium non posse auferre meliorationes extincta superficie, & ita eum malè intelligendo reprobauerit Iaſſ. in dicta l. 1. num. 47. C. de iure emphyt. si recte tamen intelligatur, non loquitur in vero superficiario, sed in eo, qui superficiem habet in emphytheosim. & in effectu est emphytheota superficiei, qui regulatur, amittit meliorationes, ex l. 2. C. de iure emphyt. & quod ita Bart. sit intelligendus aduertit ex ipso Bart. Valasc. de iure emphyt. in dicta quæst. 33. numer. 11. ad med.

## AN CENSVS CREARI possit ab vsufructuario, vel proprietario super nuda proprietate rei. Caput LXX.

### SVMMARIVM.

*Proprietarius an super nuda proprietate censum reseruatiuum imponere possit num 1.*

*Proprietarius an super nuda proprietate imponere possit censum consignatiuum. numer. 2. & numer. 4.*

*Intellectus ad l. 2. C. de vsufructu, & ad l. sed & si quid. 19. in fine ff. de vsufructum num. 3.*

*Intellectus ad Extrauagantem Nicolai V. numer. 5.*

*Vsufructuarius an super nuda proprietate censum possit consignare vel ex ea reseruare, aut hypo-*

## CAPVT LXX.

PRAECEDENTI disputationi accedat alia de proprietario, & vsufructuario, an scilicet super nuda proprietate rei possint censum consignare, vel eam dare in censum reseruatiuum. Et quantum ad proprietarium cùm libere possit disponere de proprietate rei, tanquam verè dominus eius videtur dicẽdum, quòd eam possit dare in censum consignatiuum, & è cõuerso cùm proprietas nuda infructifera sit de sui natura, licet proprietarius habeat liberam potestatem de ea disponendi, non inde sequitur, quòd poterit eam dare in censum reseruatiuum, debent esse de sui natura fructifera, vt latè dictum est in capit. de censu creãdo super rebus de sui natura fructiferis: ergo licèt ex potestate dantis census non vitietur vitiabitur tamen ex qualitate rei nudæ, scilicet proprietatis, quæ infructifera est; & ideo ex ea pensio non potest reseruari, quia in ea reseruatione deficerent præcepta iustitiæ commutatiuæ, quæ consistunt in æqualitate, vt quia censuarius nihil ex nuda proprietate percipiens solueret annuam pensionem reseruatam, quod omnino iniustum est, & contra supradicta naturalia præcepta, ideo in censum reseruatiuum non dabitur à proprietario nuda proprietas, neque consequenter in censum emphytheoticum, in quo similiter res debet esse de sui natura fructifera, licet tempore dationis sterilis sit, vt quia inculta, quæ datur ad culturam, plantationem, seu meliorationem, vt suo loco diximus, & infrà dicendum erit.

2 In censu verò consignatiuo an eum proprietarius super nuda proprietate imponere possit, videamus; & dicendum videtur liberè id facere posse proprietarium, ex textu expresso in l. 2. C. de vsufructu vbi scripserunt Imperatores, dominum proprietatis libere posse obligare proprietatem, quamuis alius habeat vsumfructum, ibi, *Quæ res non impedit proprietatis dominum obligare creditori proprietatẽ, manente scilicet integro vsufructu tui iuris*: & ibi omnes cõmuniter hoc aduertunt: ergo si potest proprietatem obligare, poterit etiam super ea censum consignare; & ita in specie resoluit Foller. in tractat. de censibus, verbo, Huiusmodi num. 44. ponderans ad id Extrauagantem Nicolai V. dum dicit: *Et proprietatibus suis*, forsam existimans, verba illa, *Et proprietatibus suis*, importare nudam proprietatem, cuius sententiam libenter amplectitur Felician. in tractat. de censib. lib 2. c. 4. nu. 10. per totum.

3 Contrariam tamen sententiam, scilicet, quòd proprietarius nullo modo, neque casu super nuda proprietate possit censum consignare, videtur probare text. in l. sed si quid 15. in fine. ff. de vsufructu, dum text. dicit: *Proprietatis autem dominus ne quidem consentiẽte fructuario seruitutem imponere potest*: quem intellexerunt Scribentes, vt apertè probaret proprietarium non posse etiam consentiente vsufructuario seruitutem imponere super nuda proprietate, vt constat ex Paulo in l. fin. §. liberis. C. de bonis quæ liberis, Cepola de seruitutib. vrbanor. cap. 14. numer. 8. Alciat. in l. penult. num. 53. C. de pactis, Pinel. in l. 1. C. de bonis maternis 2. part. numer. 74. quod etiam sequitur Iacob. Cuiac. in §. religiosum, institut. de rerum diuis. vt post Alciat. suprà tradit rationem Menchaca de succes. creat. §. 7. numer. 4. ergo si proprietarius nullam super nuda proprietate seruitutem imponere potest, neque super ea censum consignabit.

Sed quamuis text. in l. sed si quid. §. fin. fortissimus Corrasio, & alijs videatur ad probandum, quod proprietarius nullam possit imponere seruitutem super nuda proprietate, eam tamen assertionem firmiter impugnauerunt Franciscus Conan. lib. 4. commentariorum iuris ciuilis. cap. 3. numer. 3. Pinel. in dicta l. 1. 2. part. numer. 74. C. de bonis maternis, Francisc. Sarmient. libr. 7. Selectar. interpretat. capit. 12. pro quorum sententia expressus est text. in dicta l. 2. C. de vsufructu, dum proprietario dedit plenam potestatem obligandi proprietatem, & consequenter consignandi censum super ea; qui text. cabilari non potest: & ad text. in dicto §. fin. l. sed si quid, respondet Conan. Pinel. & Sarmient. quòd verba illa, *Ne quidem consentiente fructuario*, intelligenda sunt, id est, non consentiente fructuario, quasi tex. probet, q̃ nõ cõsentiẽte fructuario, proprietarius in eius præiudicium nullam seruitutem possit constituere, vt anteà Vlpian. probauerat in dicta l. sed si quid §. sed neque seruitutem, dicens: *Sed neque seruitutem imponere potest fundo proprietarius*, quam verborum Vlpiani interpretationem, vt scilicet verba, *Ne quidem consentiente*, interpretentur, *id est, non consentiente*, post Conan. & Pinel. refert, & sequitur Felic. in dicto lib. 2. capit. 4. numer. 10. ad med. quæ quidem si retineatur, nihil obstabit text. in d. l. sed si quid. §. fin.

Sed eorum interpretatio sustineri non potest: quia verba, *Ne quidem consentiente*, interpretari non possunt, vt significent, id est,

Non

*Non consentiente*, cùm si rectè intelligantur, quandam ampliationem præcentium constituunt, hoc scilicet modo, quia cùm Vlpianus anteà in §. sed neque seruitutem constituat, proprietarium super fundo imponere non posse seruitutem, non poterat ipse Vlpianus nisi ampliando, vel limitando, idem in effectu, atque simpliciter constituere in dicto §. fin. quia superflua videretur eius constitutio, contra regulam proœmij digestorum, *Nihil superfluum, &c.* Vnde nouiter aduertendum est ad intellectum text. in dicto §. fin. ibi, *Ne quidem consentiente*, quòd cùm Vlpianus in dicto §. sed neque seruitutem, constituat, regulariter dominum proprietatis imponere non posse fundo seruitutem eam regulam ipse Vlpian. in vers. *Ne quidem consentiente*, ampliauit, vt neque etiam vsufructuario consentiente posit eam seruitutem proprietarius imponere: quod quidem durum, & iniustum videbatur, cùm ex consensu vsufructuarij nullus sanæ mentis negare posit, quòd super fundo constitui non possit seruitus. Sed si rectè consideretur ampliatio Vlpiani in dicto verb. *Ne quidem consentiente*, non solùm non dura, sed iuridica est: resoluit enim Vlpianus, quòd cùm ex §. præcedenti constituisset, proprietarium super fundo seruitutem non posse imponere, hoc etiam procedat consentiente vsufructuario, quia nec eo consentiente seruitus super fundo constitui potest, durante scilicet in suo statu vsufructu, pereunte tamen sic, vt sic apertè constituat Vlpianus, quòd etiam ex consensu vsufructuarij non potest super fundo seruitus imponi, absque eo quod vsusfructus pereat, vel præiudicetur, in quo Vlpianus non contradixit Imperatorum constitutioni in l. 2. C. de vsufructu, imò omnes euidenter probant, quod proprietarius super nuda proprietate, & absque præiudicio vsusfructus, rectè potest super ea censum consignare, vel seruitutem constituere, aut aliter ipsam proprietatem obligare. Ex quibus omnibus diceret quispiam, rectè sensisse Felician. in dicto cap. 4. nu. 10. per totum, cùm Foller. super nuda proprietate posse rectè à proprietario censum consignari.

4 Sed quamuis ex omnibus supradictis verius sit, proprietarium libere posse proprietatem obligare, ego verissimum existimo, nullo modo eum posse super nuda proprietate censum consignare, & hoc non ex defectu potestatis disponendi de nuda proprietate, sed ex natura ipsius nudæ proprietatis: quæ quidé nuda proprietas de sui natura infructifera est, & ideò super ea cēsus non cōsistit, ex his, quæ latè diximus in cap. de censu creādo super rebus de sui natura fructiferis, & non solùm est infructifera, sed magis quàm nuda persona, quia multoties persona fructifera est, vt quia laboriosa, & industriosa, & nihil minus, quia non est existens, perpetua, & duratura, neque habet stabile subiectum, sed potiùs est breuiter peritura, super ea sola census non consignatur, vt late diximus in cap. an super sola persona census posit consignari: ergo proprietarius super nuda proprietate nō poterit censum consignare.

5 Neque obstabunt verba Extrauagantis Nicolai V. dum dicit, *Et proprietatibus suis*, quia ea verba non significant nudam proprietatem rerum, sed proprius bona immobilia, quæ multoties vocantur, *Proprietates*, & Hispano sermone, *Propiedades*, sicut Extrauagantes Martini & Calixti, quę meminerunt de rebus immobilibus, & ea bona immobilia significauerunt per verba, *Hæreditatibus & possessionibus*, ac si meminissent de bonis immobilibus, quæ in hæreditatibus, possessionibus, & proprietatibus continentur; ideò malè Foller. & Felician. restrixerunt verba Nicolai V. *De proprietatibus suis*, ad nudam proprietatem, cùm veriùs referātur ad bona immobilia, quæ proprietates rectè nuncupantur.

6 In vsufructuario verò an super nudā proprietate posit censum consignare, vel eam dare in emphyteoticum reseruatiuum, videamus. & securè dicendum est, quòd proprietates ab eo, neque in emphyteosim neque in censum reseruatiuum dantur, cùm eius proprietatis dominus non sit, neque similiter super ea nuda proprietate cēsum cōsignabit; quia in re aliena nemo potest hypothecam cōstituere. l. aliena res. l. si rem alienam. l. rem alienam. ff. de pignoratitia actione. l. quæ prędicem. l. fin. C. si res aliena pignori data sit, neque seruitutem imponere. l. 1. ff. communia prædia. l. 2. ff. de seruitutibus. §. adeò institut. eodem, qui loquuntur in vsufructu; & ità resoluunt in vsufructuario Padilla in l. in prouinciali. numer. 5. C. de seruitutibus & aqua, Molina lib. 1. de Hispanor. primogen. cap. 20. num. 1. Ioann. Garc. de expensis. & meliorat. capit. 10. numer. 20. quos & alios refert & sequitur ad id Felician. de censibus lib. 2. cap. 4. num. 9. vbi Felician. reprobat Pinel. aliàs virū doctissimum, qui in l. 1. C. de bonis maternis. 3. part. numer. 70. dixit, vsufructuarium posse constituere seruitutem super nuda proprietate duraturam tandiu, quandiu durat vsusfructus, æquiparans ibi vsumfructuariū vasallo & emphytheotæ, quibus illud concessum est, dicens Felic. errasse Pinel. cùm inter vsufructuarium, vasallum, & emphytheotam

longa

longa sit differentia, vt quia vassallus & emphytheota domini sint, vsufructuarius non.

Ego tamen considerabam, quòd si rectè intelligatur Pinelus, non tenet absolute, vsufructuarium posse constituere super nuda proprietate seruitutem duraturam pro tempore vsusfructus, sed quòd id efficere potest, quando simul super proprietate & vsufructu similiter eam constituit. Quod patet, quia dixit Pinel. quòd licet non possit vsufructuarius in præiudicium domini id facere, manebit tamen seruitus, si constituatur durante vsufructu: ergo loquitur, quando simpliciter vsufructuarius super commoditate vsusfructus seruitutem constituit: quo casu verum dixit Pinel. quia licèt vsusfructuarius directè super nuda proprietate seruitutem non constituat, constituendo tamen eam simpliciter super vsufructu virtualiter eam super proprietate simul constituit, cùm vsusfructus sit pars fundi, & vsusfructus commoditate, & vtilitate tantùm diuiduus sit à proprietate: & inde licèt in effectu & substantia super sola nuda proprietate seruitus non sit constituta quodammodo, quando simpliciter constituitur, tangit dominum, & proprietatem, sicut contingit in emphytheota & feudatario, in quibus loquitur Pinel. qui licèt non habeat directum, sed vtile tantùm dominium, possunt super re emphytheotica, vel feudali constituere seruitutẽ duraturam pro tempore feudi, vel emphytheosis, non quòd ita efficere valeant tanquam domini, sed quòd in effectu, commoditate, & vtilitate domini existimantur, & hoc est, quòd si rectè intelligatur, dixit Pinel. idemque in effectu disputauit in dicta l. 1. 2. p. cum præcedent. & sequent.

Secundo etiam modo intelligi potest Pinel. in casu quo loquitur, scilicet in patre vsufructuario, qui pro tempore, quo durat vsusfructus, rectè constituere poterit simpliciter super vsufructu & proprietate seruitutem, maiori quidem ratione, quam emphytheota & vassallus, vt quia patri vsufructuario fortissima priuilegia iura concesserunt longe diuersa ab his, quæ cæteris vsusfructuarijs concessa sunt, vt aduertit ipse Pinel. in dicta l. 1. 2. part. per totam: vnde non benè Felician. reprobauit Pinelum, & inde resoluitur, quòd si vsufructuarius nominatim super sola & nuda proprietate censum consignabit; consignatio erit nulla: sin verò simpliciter super commoditate vsusfructus & proprietate, durabit pro tempore, quo durat vsusfructus, vt latiùs constabit ex his, quæ dicenda erunt in capite sequenti; quibus accedat, quòd quamuis vsufructuarius super nuda proprietate censum constituere non possit, non tamen existimo id procedere ex ea sola ratione, quòd proprietas sit aliena, sed quia quamuis fuisset propria, vt contingit in proprietario, cum tamen sit de sui natura infructifera, census super ea non benè sustinetur.

# AN SVPER VSVFRVctu, seu commoditate vsusfructus census creatio consistat. Caput LXXI.

## SVMMARIVM.

*Vsufructuarius ex proprietate sermonis an veniat appellatione domini. n. 1.*

*Vsufructuarius an possit tanquam dominus vti remedio restitutorio. ibidem.*

*Vsufructuarius an possit censum super vsufructu creare pignorare. seu vendere. n. 2.*

*Commoditas vsusfructus rectè venditur, seu alienatur, licèt vsus formalis non. num. 3.*

*Intellectus ad l. 24. titul. 31. part. 3. propriè assignatur. n. 4.*

*Intellectus ad l. vsusfructus 9. C. de vsufructu & ad l. si vsusfructus. 65. ff. de iure dot. & ad §. fin. instit. de vsufructu ad l. arboribus. §. vsufructuarius. ff. de vsufructu, & ad l. non vtitur. 45. ff. de vsufructu, & ad l. fructus. 75. ff. de reg. iur. n. 5.*

*Pater licèt in bonis filij pleniorem potestatem, quam cateri vsufructuarij habeat, verè tamen vsufructuarius est, & vsusfructus formalis. n. 6.*

## CAPVT LXXI.

IN capitibus præcedentibus resoluimus, proprietarium, vel vsufructuarium super nuda proprietate censum creare non posse: vnde in præsenti agẽdum est, an super vsufructu, commoditate eius, vel vsu tantum, census ab vsufructuario creatus consistat: & quantum ad vsufructuarium, dicendum videtur, quod possit dare in censum vsumfructum, vel super eo censum creare; quia

quia licèt proprietas resideat penes dominum rei, ex qua percipitur vsusfructus, vel eius hæredem saltem ciuiliter. §. vsusfructus, institut. de vsufructu, de proprietate tamen sermonis appellatione domini venit vsufructuarius tanquam dominus possessionis & fructuum, vt resoluunt Aretin. in §. alienus. numer. 1. institut. de hæred. instituend. Cepola de seruitutibus vrbanor. prædior. titul. de vsufructu capit. 4. numer. 2. Socin. in l. ait Prætor. 2. §. fin. ff. de iure iurand. Iass. in l. traditionibus. numer. 10. C. de pactis, Alexandr. consil. 129. *Puto de iure*, numer. 4. volum. 2. Molinæus in Consuetudin. Parisiens. titul. 1. §. 1. gloss. 1. numer. 88. & latè id comprobat Borgnin. Caualc. in tract. de vsufructu n. 3. cum pluribus alijs, vbi resoluit, quòd vsufructuarius habet ius in re, & possidet naturaliter, & quòd si fuerit spoliatus, poterit vti remedio restitutorio, capit. reintegrandæ, & alia ad propositum conducibilia copiosè adducit: ergo cùm vsufructuarius sit dominus vsusfructus, videtur, quòd eum possit dare in censum, vel super eo censum consignare.

2 Secundò vsumfructum vendi, alienari, & pignori subijci posse certum est. l. arboribus. 13. §. vsufructuarius. l. non vtitur. 45. l. cui vsusfructus. 37. ff. de vsufructu. l. vsufructu. 58. versic. *Si verò* solut. matrimon. l. necessario. §. fin. ff. de periculo & commodo rei venditæ. l. in venditione. ff. de bon. authorit. iudic. possidend. l. fructus. 72. de regul. iur. l. fin. de vsuris. l. si is qui 11. §. vsusfructus. ff. de pignoribus, ex quibus interpretes deduxerunt vsumfructum posse vendi, alienari, seu pignori subijci, vt resoluunt Aretin. in l. qui Romæ. §. duos fratres. numer. 18. ff. de verbor. Theophilus, Otomanus, & Misingerius in §. finitur institut. de vsufructu, Pinel. in l. 1. C. de bonis maternis. 3. part. numer. 88. Iacob. Cuiac. lib. 5. obseruationum cap. 6. ergo à fortiori vsusfructuarius poterit vsumfructum dare in censum, vel super eo censum consignare.

E conuersò tamen contrarium omninò videtur dicendum ex regula iuris, qua constituitur, quòd vsufructuarius non potest vendere, neque alienare vsumfructum; & quòd si forsam vendatur, seu alienetur, extinguitur, & consolidatur cum proprietate. l. si vsusfructus. 65. ff. de iure dotium. l. si vsusfructus. C. de vsufructu. §. finitur, institut. eod. & latè resoluunt glossa, & ferè omnes in dicto. §. finitur, & plures per Negusant. de pignorib. 3. membro. 2. part. numer. 9. per Couarr. libr. 1. variar. capit. 8. numero. 7. per Pinel. in l. 1. C. de bonis maternis. 3. part. numer. 38. per Ioann. Garsi. de expens. & meliorat. cap. 10. nume. 28. ergo neque vsusfructus datur in censum, neque super eo census consignatur.

3 In hac enim contrarietate plures conciliationes referunt Scribentes, maximè Pinel. & Ioann. Garsi. suprà, ea tamen propriùs ad nostram speciem adaptatu, qua resoluitur; quod quamuis vsusfructus formaliter non vendatur, neque alienetur, neque pignori subijciatur, commoditas tamen ipsius vsusfructus, quæ ab eo rectè distinguitur, vendi, alienari, atque pignori rectè subijcitur. Quam conciliationem tradit Acursi. in locis suprà citatis, & latiùs Pinel. & Couarr. suprà, Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. numer. 46. & latè prosequitur Ioann. Garsi. in dicto cap. 10. numer. 28. cum alijs, & ad eam distinctionem inter vsumfructum formalem, & commoditatem vsusfructus amplectitur Felicianus post Couarr. Gomez, Pinel. & alios Hispanos dicto libr. 2. de censib. cap. 4. numer. 2. ex quorum conciliatione apertè deducitur, quòd cùm commoditas vsusfructus possit vendi, & alienari, rectè dabitur in censum, vel super ea consignatur. Quæ resolutio præterquàm quòd verissima est, apertè suadetur ex eo, quòd commoditas vsusfructus, atque ius fructus percipiendi, cùm à solo pendeat, & solo cohæreat, pro rè verè immobili habetur, ex his, quæ latè diximus de iure piscandi, pascendi, decimandi, & alijs similibus cohærentibus solo, quæ vere pro immobilibus habentur; & inde super commoditate vsusfructus sicut super dictis iuribus censum posse constituì, certum est. Si enim commoditas vsusfructus fructifera est de suì natura, vt quia fructus ipsos contineat: qua ratione cum reseruatione certæ pensionis non detur in censum, vel super ea census consignetur, ignoro.

4 Ex quo datur intellectus ad text. in l. 24. titul. 31. part. 3. dum probat, quòd si vsusfructus alienetur, extinguitur, & consolidatur cum proprietate, vt lex illa intelligatur in vero vsufructu formali, non verò in commoditate vsusfructus, vt constat ex verbis eius ibi, *Otorgasse despues à otro alguno el derecho que auia en ella*, & statim ibi; *Con todo esso el derecho que en ella auia non le puede enagenar.* Quæ verba certum est, quòd referuntur ad ius formale vsusfructus, & non ad eius commoditatem, quia commoditas potest

alienari

alienare. Ad quod iterum pondero dictam legem Partitæ, dum faciens expressè differentiam inter vsumfructum formalem, & eius commoditatem subdit eleganter, *Ca como quiera que este â tal, que haya el vsufruto en la cosa, la podria arrendar â otro, si quisiesse, con todo esso el derecho que en ella auia, no le puede enagenar:* si enim commoditas locari potest, & vsusfructus nullo modo in alium transferri: ergo inter vsumfructum formalem, & commoditatem differentia datur, vt vsusfructus non alienetur, commoditas sic.

Venit etiam ex supradictis intelligenda resolutio Feliciani in dicto libr. 2. de censibus, capit. 4. numero. 4. versic. *Qua propter*, dicentis, circa conciliationem eius dubitationis, an vsusfructus formalis possit alienari, quòd si alienetur per venditionem, locationem, seu pignorationem, rectè fiat: sin verò per cessionem in extraneum transferatur, fieri non possit reddens inter cessionem, & alias alienationes rationem differentiæ. Cuius resolutio, quam ad longum prosequitur, mihi verà nunquam fuit; quid enim interest, alienetur vsusfructus formalis per venditionem, aut cessionem, ignoro; non enim leges prohibent modum alienandi, sed ipsam vsusfructus formalis alienationem: ergo quocunque modo alienetur, vel in alium transferatur, iura procedunt. Demum admittens Felicianus alienationem factam absque cessione, solam cessionem impugnat; sed sic est, quòd à legibus omnis alienatio impugnatur: ergo non ea tantùm, quæ fit per cessionem, quia cessio non prohibetur, quatenus est cessio, sed quatenus importat translationem vsusfructus formalis, quæ prohibita est; & inde in l. vsufructu. 9. C. de vsufructu, vbi prohibetur alienatio vsusfructus, dicitur, *Tam alienatio, quàm manumissio prohibita est*, quasi non prohibeatur modus alienandi, sed alienatio, & translatio, & in l. si vsusfructus. 65. ff. de iure dot. non prohibetur cessio vsusfructus, quia per cessionem fiat, sed quia cessio habetur pro alienatione, & translatione, vt constat ex text. ibi: *Ad eum transire*, & ideò Pomponius prohibens cessionem, quatenus est translatio vsusfructus formalis, admisit statim translationem commoditatis per cessionem, vel venditionem ad similitudinem l. partitæ, dicens, *Vt ipsum quidem ius remaneat penes maritum; perceptio verò fructuum ad mulierem pertineat*, sentiens apertè, quòd vsusfructus formalis nullo modo alienatur, commoditas verò sic. Ita etiam intelligitur text. in dicto. §. finitur, versic. *Nam cedendo extraneo nihil agitur*, vbi gloss. verb. *cedendo*, dicit, *Hic dicit de iure vtendi, quod cedi non potest, imò tunc ad proprietatem redit, vt hic, & ff. de iure dot. si vsusfructus ibi de ipsa fructuum perceptione, argum. de periculo & commodo rei venditæ. l. necessariò. §. fin.* Ecce Accurs. intelligentem, quòd si alienatio vsusfructus formalis fiat per cessionem, nulla erit sin verò commoditas cedatur, cessio valet: ergo solùm consideratur, an alienetur vsusfructus, vel commoditas; & non alienatio fiat per cessionem, vel venditionem. Ita etiam intelligitur text. in l. si domina. 10. C. de vsufructu, vbi non ideo permittitur translatio vsusfructus; quia facta fuit per locationem, sed quia commoditas fuit locata. Ita etiam intelligitur text. in l. laboribus. 13. §. vsufructuarius, vbi Vlpianus non solum permittit translationem vsusfructus ex modo transferendi, sed ex eo, quia commoditas sola transfertur manente vsufructu formali penes concedentem. Quod apertè suadetur, dum Vlpianus loquitur per verbum, locare, vendere, concedere, & donare, quæ sunt verba importantia cessionem, & translationem, & nihilominus alienationem valere probat, ex eo nempe, quod solum conceditur ius fruendi, ideſt, commoditas vsusfructus, non tamen ipse vsusfructus formalis; dicit enim Vlpianus, *Vel ipse frui ea re*, & statim, *Vel alij fruendam concedere potest*; & ideò elegantissimè resoluit translationem valere, & ius vsusfructus formalis penes transferentem commoditatem manere, & reddens rationem dicit; *Nam & qui locat, vtitur, vt & qui vendit, vtitur*; & statim, *Puto tum vti, atque ideo retinere vsumfructum*, quasi decidat, quòd quamuis transferatur commoditas, & vsus, ius tamen vtendi non alienetur. Idem etiam in effectu resoluit Martian. in l. non vtitur. 45. ff. de vsufructu, dicens eleganter: *Planè illud interest, quòd si vendidero vsumfructum, etiamsi emptor non teneatur, videor vsumfructum retinere*; decidens Martianus, vsufructu vendito, ideſt, commoditate in alium translata ita manere penes transferentem vsumfructum, vt etiam si emptor eo non vtatur, vsusfructus non amittitur, quia transferens videtur vsumfructum retinere: ergo commoditas venditur, vsusfructus non, & consequenter non ex eo quòd venditur, vel ceditur, valet, vel non valet alienatio; sed quia vsusfructus formalis, vel commoditas tantùm alienatur. Ita etiam intelligitur text. in l. cui vsusfructus,

ctus, ibi, *Vendere potest.* 73. ff. eod. titul. de vsufructu, vt intelligatur de venditione commoditatis vsusfructus, non de venditione ipsius vsusfructus formalis. Sic etiam intelligitur text. in l. vsusfructus. 72. ff. de regul. iur. dum dicit Iabolenus, *Fructus rei est, vel pignori dare licere,* quasi dicat, quod commoditas, & vtilitas vsusfructus sit pignorare, sicut & vendere, & alienare, vt aduertit glossa ibidem. Cuius Iaboleni responsum eisdem verbis continet in l. fin. ff. de vsuris, quæ quidem iura, & conciliationem suprà relatam comprobant, & distinctionem Feliciani inter modum tranferendi vsumfructum per venditionem, seu cessionem, reprobat, vt illud tantùm genericè distinguatur, an vsusfructus formalis, vel commoditas alienetur, vt primo casu alienatio nulla sit, secundo teneat.

Et denique fauore actus, vt potiùs scilicet valeat, quàm pereat alienatio vsusfructus, semper intelligendum est alienantem voluisse non vsumfructum formalem, sed commoditatem alienare; vt resoluunt Bald. Socin. Curt. Senior, Aym. Crau. & Aretin. quos refert Pinel. in loco suprà citato, & post Couar. aduertit Gars. de expens. & meliorat. c. 10. n. 28. ad fin. vt ita quotiescunque vsusfructus in censum detur, vel super eo census consignatio fiat, intelligitur data in censum, vel obligata commoditas, & non vsusfructus formalis.

6 Quod non solùm verum est regulariter in vsufructuarijs, sed in patre vsufructuario etiã procedit; quia quamuis in plurimis differat ab alijs vsufructuarijs, vt quia plures fortiores prærogatiuas in vsufructu habeat, vt ad longum prosequitur Pinel. in l. 1. C. de bonis maternis. 2. part. per totam, & notauimus in cap. præcedentib. alienando tamen vsumfructum, vel in censum dando, aut super eo censum constituendo, non videretur alienatus vsusfructus formalis, sed commoditas eius, ex omnibus supradictis; quia quamuis pater habeat plenissimam potestatem, & similis dominus sit, tamen vsufructuarius formalis est, vt vsumfructum habeat distinctum & separatum à proprietate, quæ residet penes filium. Ita resoluit benè Palac. Rub. in repetit. rubricæ. §. 42. numer. 13. Castel. in l. 48. Tauri, Pinel. in l. 1. 3. part. numer. 25. C. de bon. matern.

Quæ quidem omnia procedere posse non videntur in censu consignatiuo simpliciter redimibili, neque in censu perpetuo, quia cùm vsusfructus morte vsufructuarij finiatur, & consolidetur cum proprietate in effectu, & substantia census ad vitam venditoris, & non simpliciter redimibilis constitutus censeretur, nisi forsam super alijs bonis immobilibus simul cum vsusfructus commoditate consignaretur; quia eo casu licèt vsusfructus morte vsufructuarij extinctus sit, manebit tamen super alijs rebus, super quibus semel constitutus erat.

## AN SVPER VSV, ET habitatione census consistat circa intellectum. l. 24. titul. 31. part. 3. Caput LXXII.

### SVMMARIVM.

*Census an possit creari, vel reseruari super, vel ex vsu, & habitatione, & in quo differat vsus ab vsufructu, & an possit vsus alienari. nu. 1. & n. 2. datur nouus intellectus ad l. 24. titul. 31. part. 3.*

*Vsus an contineat subse commoditatem, sicut vsusfructus, ita quod rectè detur cõmoditas vtriusque, super qua census consistit, & in quo differat commoditas ab vtroque, rectè traditur. ibidem.*

*Commoditas vsus quemodò possit considerari, & an detur in vsu, sicut in vsufructu, & an vsus sit personalissimum ius vtendi, & intellectus ad plurima iura. n. 3.*

*Vsuarius siluæ, seu montis, an æquipareatur vsufructuario, & intellectus ad l. Diuus Adrianus. ff. de vsu & habitatione. & ad l. fundi. ff. eod. tit. n. 4. vsq; ad fin.*

*Habitatio, sicut vsus an detur in censum reseruatiuum, vel super ea census consignatiuus sustineatur, & intellectus ad l. cùm antiquitas. C. de vsufructu, & ad l. 27. tit. 31. part. 3. num. 5.*

### CAPVT LXXII.

VM in capite præcedenti dictũ sit de vsufructuario censum creãte super vsufructu, vel eius commoditate, in præsenti agendum est de census creatione super vsu & habitatione. Et quantum ad vsum di-
1 cendum videtur, quòd neque possit dari in censum reseruatiuũ, nec consignatiuus super eo consistit. Quod ex eo constat, quia natura vsus

vsus longè distat à naturâ vsusfructus; quamuis enim vsusfructus, vt suprà diximus in capite præcedenti, vendi, aut alienari possit, saltem quoad commoditatem, licèt non formaliter, vsus tamen, neque formaliter, neque quoad commoditatem alienabilis est. Ita probat text. expressus in §. 1. institution. de vsu & habitatione in versic. fin. dum dicit; *Neque vlli alij ius, quod habet, aut locare, aut concedere, aut gratis concedere potest, cùm is, qui vsumfructum habet, posset hæc omnia facere.* Vbi Iustinianus constituens differentiam inter vsum, & vsumfructum, apertè decidit, quòd quamuis vsufructuarius habeat potestatem alienandi vsumfructum, commoditatem scilicet eius, cùm vsusfructus formalis alienari non possit, vt diximus in capit. præcedenti, vsuarius tamen nullam habet facultatem alienandi vsum. Quod etiam probat text. in l. 20. titul. 31. part. 3. ibi: *Mas non para dar ende à otri, nin para vender*, & iterum in l. 21. eiusdem tituli ibi, *Mas non puede logar, nin empreſtar à otro*, & statim in fine ibi, *Nin para vender à otri ninguna cosa*; & rationem assignauit Iustinianus in dicto §. 1. institut. de vsu & habitatione, dicens, *Minus autem iuris est in vsu, quam in vsufructu*, & vnam ex differentijs constituit ipse in dicto §. *Neque vlli alij*, prohibens, quòd miles alij vsus vendi, alienari, locari, seu gratis concedi possit, quasi apertè sentiat, quòd est quoddam ius merè personale concessum personæ vsuarij, quod denotant dictæ leges Partitæ, maximè l. 20. ibi, *Porque esle que ha el vso tan solamente*, & statim ibi, *Lo que huuiere menester para comer el y su compañia*, & in l. 21. ibi, *Que aquel, à quien es otorgado*, & ibi, *Para despensa de si, y de su compañia*, & statim, *Nin para vender à otri*; quæ verba summè personalia sunt, & omnem alienationem, seu translationem præter vsum personæ vsuarij excludant; & ita, licèt non his considerationibus, existimat Felician. de censib. libr. 2. capit. 4. numer. 6. post Hugonem de Neldo, & Cuiacium, negandum esse vsuario, quod antèà dixerat in vsufructuario, resoluens, quòd nec vsus potest dari in censum, neque super eo consignari.

Ex quibus ego nouiter ad id pondero text. elegantem in l. 24. titul. 31. part. 3. versic. *Otrosi dezimos, que si aquel, à quien fue otorgado el vsufruto, ô el vso en la cosa, otorgasse despues à otro alguno el derecho que auia en ella, que se desata por ende el vsufruto, ô el vso, è tornasse por ende al señor de la propriedad, è de alli adelante ro lo deue auer, nin el otro, à quien lo otorgô*; qui quidem text. quamuis in resolutione vsusfructus, vel vsus formalis per alienationem æquiparet vsum, & vsumfructum; sicut anteà fecerat Iustinianus in §. 1. institut. de vsu & habitatione ibi, *Iisdemque illis modis finitur, quibus & vsusfructus desinit*, Limitans prohibitionem alienandi in commoditate vsusfructus formalis, ibi, *Comoquier que esle à tal, que ha el vsufruto en la cosa, la podria arrendar à otri si quisiesse*, sicut etiam anteà limitauerat Iustinianus in dicto §. 1. institut. de vsu & habitatione in fine ibi, *Cum is, qui vsumfructum habet, possit hæc omnia facere*, quæ necessario referenda sunt ad alienationem commoditatis, neque dictæ leges Partitæ, nec Iustinianus prohibitionem alienationis vsus in commoditate vsus limitauerunt, sed regulariter constituerunt ex stricta natura vsus, quod neque ipse vsus formalis, nec eius commoditas alienari possit: ergo si vsus inalienabilis est, neque transfertur in aliam personam præter vsuarium certum erit cum Feliciano, quod neque potest dari in censum, nec super eo, aut eius commoditate census consignare. Ego quidem considerabam in huius resolutionis confirmationem, quòd in vsufructu formali commoditas à iure vsusfructus separabilis est, in vsu verò nullo modo separari potest, cùm in effectu & substantia commoditas & vsus idem sint, cùm vsuarij personaliter vti debeant: ergo mirum non est, si diuersum in vsufructu, quod in vsu constituatur.

Considerabam etiam contrà Felicianum, quòd cum ipse libro. 1. cap. 8. numero. 3. cum alijs latè probauerit, ac fundauerit censum posse creari super sola persona censuarij, malè posteà dixerat libro. 2. capit. 4. numero. 6. quòd vsuarius super vsu census consignare non valeat, nisi dicas, diuersum esse fundari super persona, & super vsu: vsus enim ex sui natura resoluitur per alienationem, aut pignorationem, persona verò non: & hoc modo saluari potest Felicianus, quamuis eius sententia, vt suo loco diximus, tenenda non sit.

Considero etiam, qua ratione rubrica de vsu & habitatione æquiparauit vsum habitationi, & è contra, & nihilominus Iustinianus in §. sed si cui institut. de vsu & habitatione in fine ibi, *Sed etiam alijs locare*, & l. Partitæ. 27. titulo. 31. part. 3. *E aun si la quisiere arrendar, ê ha logar, puedelo fazer*, permisserunt locationem habitationis, & prohibuerunt vsus locationem,

seu alienitionem ; & præterquam quòd habitatio longè distat ab vsu, & vsufructu, quia continet ius quasi proprium, vt probat Iustinian. in dicto §. sed si cui, ibi, *sed quasi proprium aliquod ius*, est habitatio commoditas considerabiles, quæ vendi, aut alienari potest, vt infrà dicendum erat; ideò mirum non est, si diuersum in ea cõstituatur, quod in vsu constitutũ est, cùm sit vsus mera facultas personalis.

3 Ex quo datur intellectus ad text. in §. item is qui ædium, institut. de vsu & habitatione, dum dicit, *Ipse tantum inhabitet, neque hoc ius ad alium transferre potest*, & ad text. in §. item is ad quem institut. eodem, ibi, *Ipse tantùm operâ atque ministerio eius vti potest, ad alium verò nullo modo ius suum transferre ei concessum est.* Et ad text. in l. sed neque locabunt. 8. ff. de vsu & habitatione dum dicit: *Sed neque locabunt seorsum, neque concedent habitationem sine se, neque vendent vsum*, & ad text. in l. 11. ff. eod. vbi Caius trassumptuauit verba Iustiniani in princip. institut. eod. dicens: *Sed nulli alij ius, quod habet, aut vendere, aut locare, aut gratis concedere potest.* Et ad text. in l. per seruum. 14. ibi: *Quia neque locare eius operas possumus*, eod. titul. & ad text. in l. vsus aquæ. 22. eod. titul. quæ quidem iura ideò procedunt, quia cùm vsus sit quædam facultas personalis, non distinctus à commoditate, sicut vsusfructus neque formalis, neque quantum ad commoditatem vendi, cedi, locari, seu quolibet alio modo alienari non potest, sicut commoditas vsusfructus alienatur, vt suprà diximus; dixit enim eleganter Vlpianus in dicta l. per seruum, postquàm in principio dixerat, *Quia nec locare eius operas possumus*, in §. si vsusfructus sequenti, hæc notandissima verba: *Nam fructui & vsus inest. vsusfructus deest, & fructus quidem sine vsu esse non potest, vsus sine fructu potest*, explicans breuiter naturam, imò & differentiam vsusfructus, & vsus, vt minus iuris in vsu, quam in vsufructu, quia vsusfructus continet vsum, vsus verò non vsumfructum, sed illam personalem facultatem vtendi ad commoditatem personæ: ergo mirum non est, si quamuis super commoditate vsusfructus census consistat, super vsu, qui personalissimus est, consistere non possit.

4 Quæ quidem omnia eleganter limitantur in vsuario alicuius syluæ, vel montis, qui quidem vsum & dare potest in censum, & super eo censum consignare; quia is vsuarius verè vsufructuarius est. Text. est notandus in l. Diuus Adrian. 24. ff. de vsu & habitatione, vbi Pomponius subdit hæc notandissima verba: *Diuus Adrianus, cùm quibusdam vsus syluæ legatus esset, statuit vsumfructum quoque eis legatum videri*; text. etiam notandus in l. fundi. 16. ff. eodem text. etiam in l. hoc senatus. 5. §. fin. ff. de vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur, iuncto text. in l. quoniam. 10. eodem titul. & ita post Alberic. & Iacob. de Rabena aduertit Gregor. in l. 20. verbor. *Para vender*, titul. 31. part. 3. cuius verissimæ resolutionis ratio ea est, quia nisi vsuario syluæ, montis, prati, vel alterius similis rei non concederetur facultas alienandi, seu obligandi vsum, quem admodum vsufructuario, nihil in effectu haberet, cùm vsus prædictarum rerum sint fructus earum, vt elegantissimè pro ratione designauit Pomponius in dicta l. Diuus 24. ff. de vsu & habitatione, ibi, *Quia nisi liceret legatarijs cedere syluam, & vendere, quemadmodum vsufructuarijs, licèt nihil habituri essent ex eo legato*: & idem in effectu pro ratione dedit Vlpianus in dicta l. hoc senatus, & in dicta l. quoniam, dum agens delegato eius rei, quæ vsu consumitur, vt pecunia, & alia similis in effectu & substantia fecit vsuarium vsufructuarium, quia aliter vti non poterat pecunia consumptibili, nec alia simili re, quæ vsu consumeretur: ergo in vsuario syluæ montis, vel alterius similis rei, qui in effectu, & substantia est vsufructuarius, dicendum erit, sicut in vero vsufructuario, quòd vsum dare poterit in censum reseruatiuum, vel super eo censum consignare.

5 Quantum verò ad habitationem idem quod in vsu dicendum videbatur: quia ex Vlpiani sententia in l. si habitatio. 10. ff. de vsu & habitatione, ex alijsque iuris consultorum responsis constitutum erat, habitationem, sicut vsum alienari non posse: ergo nec dari in censum, nec super ea consignari, sed quamuis antiquitus de natura habitationis dubitaretur, & consulti aliquando vsui habitationem æquiparent, considerantes tamen tempore Iustiniani differentiam constituerunt, habitationem, & locari, & alienari posse, vt constat ex text. in l. cùm antiquitas. 13. de vsufructu, ibi, *Cui habitatio legata esset, eandem locare, vel dominium sibi vendicare*, & ex text. in §. sed cui habitatio, institut. de vsu & habitatione, & de iure Regio, ex text. in l. 27. titul. 31. part. 3. *E aun si la aquisiere arrendar, ó alogar, puedelo hazer*, Cuius resolutionis ea fuit ratio, quia licèt dubitaretur de natura habitationis, & an esset vsus, vel vsusfructus, denique consulti propriam habi-

habitationis naturam inuenerunt; ac decidunt non esse vsum, nec vsumfructum, sed quasi proprium aliquod ius continere, vt Iustinianus verbis expressis probat in dicta l. cùm antiquitas ibi, *sed ius proprium, & specialem naturam sortita esset habitatio,* & in dicto §. sed cui habitatio, *sed quasi proprium aliquod ius;* Cùm igitur habitatio considerabilem commoditatem, & vtilitatem contineat, sicut vsusfructus, & longè ab vsu dissimilis sit, super ea censum rectè posse consignari constat, sicut super alijs commoditatibus, atque facultatibus consistere posse censum, in capitibus præcedentibus latè dictum est.

Quod quidem dupliciter temperatur. Primò, vt super sola habitatione census simpliciter redimibilis ad rationem quatuordecim pro vno constitutus non consistat, sed ad vitam eius tantum, qui haberet habitationem; quia cùm habitatio morte habentis eam extinguatur, sicut vsus, vel vsusfructus, super ea sola habitatione non rectè alius census, quàm constitutus ad vitam sustineretur. Secundò temperatur hæc nostra sententia, vt census etiam simpliciter redimibilis super habitatione consignetur, quando simul constituitur super alijs rebus immobilibus, quia licèt morte extinguatur habitatio, remanent tamen reliqua bona immobilia, super quibus consignatio sustinetur: & hoc modo intelligitur, quod de vsu & habitatione circa census creationē dubitari potest.

## AN IN SERVITVTIBVS vrbanis, vel rusticis census consistat. Caput LXXIII.

### SVMMARIVM.

*Census an consistat in seruitutibus vrbanis, vel rusticis. n. 1.*

*Seruitus vrbana, vel rustica, an detur in censum, vel super ea consignetur. n. 2.*

*Intellectus ad text. in l. si is qui. §. fin ff. de pignorib. n. 3.*

*Traditur verus intellectus ad l. sed anvię. 12. ff. de pignoribus, cum alijs. numer. 4. vsque ad finem.*

### CAPVT LXXIII.

DIXIMVS in capite præcedenti, quando census consistat super vsufructu, vel vsu, & habitatione: vnde in præsenti agendum est de censu creando ex alijs, vel super alijs seruitutibus rusticis, vel vrbanis. Et in hac dubitatione videbatur dicendum, quòd super his seruitutibus nullo modo census consistat, ex text. in l. si is, qui. §. fin. ff. de pignorib. vbi seruitutes vrbanas neque pignori, neque hypothecæ dari posse constat, his verbis, *Iura prædiorum vrbanorum pignori dari non possunt, igitur neque conuenire possint, vt hypothecæ sint*; qui quidem text. quamuis dicat. *Iura vrbanorum prædiorum*, non reperiri verbum, *Vrbanorum*, in quibusdam codicibus Marceli, sed simpliciter dici iura prædiorum, aduertit Francisc. Balduin in tractat. de pignor. cap. 12. & inde ipse Balduin. resoluit, quòd cùm text. deberet dicere iura prædiorum, intelligatur de rusticis & vrbanis, vt omnes seruitutes tam vrbanæ, quàm rusticæ, pignori, vel hypothecæ, subijci nequeant, ex eo quod generale sit in omnibus seruitutibus vt neque ex tempore, neque ad tempus constituantur. l. 4. ff. de seruitutibus, sed perpetuám semper habeant causam. l. foramen. ff. de seruitut. vrban. & inde inferatur, quod cùm pignoratio omnis ad tempus fiat, donec pecunia soluatur, nulla seruitus hypothecæ, vel pignori dari possit. Cuius Francisci Balduini sententiam in effectu resoluunt Gabr. Mude. de pignorib. capit. quæres pignori obligari possunt, numer. 12. Ludouic. Carondas libr. 1. verisimilium. capit. 5. Francisc. Duar. lib. 2. animaduers. quæst. capit. 13. Francisc. Ripa in l. obligatione generali. numero. 6. ff. de pignoribus.

E conuerso tamen contrariam sententiam, scilicet, seruitutes saltem rusticas posse pignori, vel hypothecæ dari, resoluit gloss. verb. vtatur, in l. sed anviæ. ff. eod. tit. de pignorib. Cuius glossæ sententiam sequuntur Odofred. Bart. & Angel. & alij in dicta l. si is qui. §. fin. ff. eod. titul. Bart. in l. 1. ff. de vsufructu legato, Negusant. de pignorib. 3. membr. 2. partis numer. 17. de seruitutib. vrban. cap. 12. numer. 4. Iaff. in §. item seruiana. numer. 117. vbi Gomez. numer. 51. instit. de actionib. & eam esse rationem differentiæ inter rusticas & vrbanas seruitutes crediderunt, quia vrbanæ seruitutes debent constitui perpetuæ, ne ruinis vrbi deformetur, ex §. cùm in suo, instit. de rerum diuis.

Quorum sententiâ, atque distinctio inter eas seruitutes probatur, dum Marcelus in dicta l. si is, qui bona §. fin. ff. de pignorib. nominatim dixit, *iura prædiorum vrbanorum*, quæ sol s vrbanas seruitutes comprehendit, atque ipsorum pignorationem prohibet; & dum Paulus in l. sed an viæ. 12. statim sequenti post responsum Marceli in dicta l. si is. 11. subdit eleganter, rusticas seruitutes subijci posse. Ex quibus duabus legibus simul iunctis aperte deducitur rusticas posse obligari, vrbanas verò non, & consequenter distinctionem rectè procedere. Rursus, cùm Marcelus in dicta l. 11. §. fin. expressè prohibeat seruitutes vrbanas neque pignori dari posse, nec conuentionem valere, quòd hypothecæ subijciantur; & statim Paul. in l. 12. sequenti dicat; *sed an vię stineris*, loquens per aduersatiuam illam, *sed*, & nominatim in seruitute rustica quis poterit negare distinctionem inter eas rusticas, & vrbanas seruitutes, veram esse: ideò post Cuiac. virum doctissimum eam distinctionem libenter amplectitur Felicianus in dicto libr. 2. cap. 4. numer. 8. per totum, vbi in fine dicti numer. 8. eam distinctionem ad nostrum contractum censualem propriè adaptari credit, existimans in seruitutibus vrbanis nullo casu censum consistere posse, in rusticis verò sic.

2 Ego tamen considerans ab origine naturam eius contractus censualis, atque peculiarem, & propriam seruitutum, rusticæ & vrbanæ, existimo distinctionem inter eas rusticam, & vrbanam seruitutes, veram non esse, nec ad nostram census speciem posse adaptari, & tam rusticæ quàm vrbanæ seruitutis alienationem valere, censumque ex eisdem reseruari, & super eisdem consignari posse, & hoc ex sequentibus considerationibus. Primò pondero Pauli responsum in dicta l. sed an viæ, quæ licèt loquatur in seruitutibus rusticis, non tamen ex natura eius seruitutis magis quàm vrbanæ permittit alienationem, sed nominatim propter vtilitatem contrahentium, vt constat ibi: *Quæ sententia propter vtilitatem contrahentium admittenda est*: ergo si eadem contrahentium vtilitas versaretur in vrbanis, defectuosa fuisset Pauli sententia, nisi vrbanas comprehenderet; & ita Bart. sentiens, licèt non ita clare, hanc ponderationem ad text. in dicta l. sed an viæ, dixit ibi eleganter, quòd si forsan eadem ratio versaretur in vrbanis, quæ in rusticis, vrbanæ licut rusticæ rectè obligarentur. Cuius verissimam sententiam sequitur Cepola de seruitutib. vrban. prædior. capit. 12. numer. 4. ad finem, & prædictam ponderationem iterum confirmo ex proximitate prædictarum legum. 11. & 12. vt Marcelus in dicta l. 11. §. iura prædiorum, dum prohibet obligationem seruitutis, intelligatur, non tam ex vi pacti propter vtilitatem contrahentium, quàm ipso mero iure in casu, quo loquitur, de quo infrà dicendum erit; quia ex vi pacti propter vtilitatem conuentionis obligatio valida erat ex æquitate, l. 4. §. fin. de verbor. obligat. §. rectè, instit. mandati, quia licet iuris sub vtilitate seruitutes ad tempus constitui non possent, per pacti tamen, vel doli exceptionem succurreretur vindicanti. l. 4. ff. de seruitutibus. vt sic text. in dicto. §. iura prædiorum, de iuris rigore nulla considerata virtute pacti, neque vtilitate contrahentium procederet, lex verò 12. ex æquitate, atque vtilitate contrahentium virtute pacti procedat: igitur cùm Bart. & Cepola si eadem æquitatis, atque pacti ratio in vrbanis, quæ in rusticis daretur, eadem etiam obligatio vrbanarum seruitutum, sicut rusticarum permitteretur.

Secundò & fortissime contrà distinctionem supradictam pro hac nostra sententia pondero regulam vniuersalem, qua constituitur, quòd omnes res pignori & hypothecæ subijci potest, vt nominatim probat text. in l. 2. tit. 13. part. 5. dum dicit, *Empeñarse puede toda la cosa*, quæ ortum habuit à doctrina Azonis, vt aduertit ibi Gregor. gloss. 1. quam regulam ipsa lex dupliciter ampliat. Primò, dum dicit, *Quier sea nacida, ô por nacer.* Secundò dum dicit, *Tambien las que son corporales, como las que lo non son*, & denique designat vniuersalem propositionẽ, dicens, *Que los homes han de qualquier natura que sean*, ergo si iura incorporalia generice, & absolute pignori, & hypothecæ dari possunt, seruitutes omnes rusticæ, & vrbanæ comprehenduntur.

3 Neque aduersus hanc veritatem obstabit text. in dicto. §. iura prædior. quia reiecto intellectu Balduini in tractat. de pignorib. capit. 12. & Carond. verisimil. libr. 1. existimantium, quòd licet in hodiernis codicibus habeatur verbum, *Vrbanorum*, in vetustissimis exemplaribus manu scriptis, & alijs, ante Oloandri editionem, nusquam repertum fuit, vel intelligendus est, vt suprà diximus, ex mero ipso iuris rigore, & non ex vi pacti. Vel etiam potest hæc dubitatio intelligi, & conciliari, vt is, cui debetur seruitus, non possit illam pignori, aut hypothecæ dare; nam sicut seruitutem,

tutem, quàm habeo fundo alieno, non licet mihi alij concedere, ita neque obligare. Et quòd ita intelligatur text. in dicto §. iura prædiorum l. ex meo. ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum: at si ego velim vicino meo constituere seruitutem super prædio meo, vt eam pignori habeat, donec illi pecuniam soluam, atque si intra diem non redimam, possit illam vicino alteri vendere, conuentio rectè valeat. Et quòd ita intelligatur text. in dicta l. sed an viæ. 12. ita aduertit in specie Alberic. in dicta l. sed an viæ in fine, & nouum intellectum sibi attribuit Parlad. libr. 2. rerum quotid. capit. fin. 3. part. §. 3. numer. 48. qui intellectus dum circa dicto §. iura prædiorum præsupponit, quòd seruitutem, quam ego habeo in fundo alieno, non possum alienare, neque obligare, licèt possim in eo constitutam alienare, omninò falsum est, cùm reincidat in priorem resolutionem, scilicet quod seruitus vrbana pignori dari non possit, vel vt liberetur à falsitate, interpretandus erit secundum ea, quæ infrà circa verum intellectum dicenda erunt.

Vnde tenendo verám resolutionem à lege
4 Partitæ deductam, quòd omnes seruitutes rusticæ, vel vrbanæ alienari possint. Hac vtilissima distinctione & ad nostram speciem census conducibili vtendum est, & ex ea intelligendæ sunt dicta l. 11. & 12. vt si seruitutes vrbanæ, vel rusticæ, quę, vt notissimũ est, incorporales sunt, corporibus adhæreant de sui natura fructiferis, & obligari, & in censum dari possint, & super eis consignari; sin verò, licèt cohæreant corporibus, sterriles, atque infructiferæ sint, nullo modo, neque casu obligentur, neque hypothecæ subijciantur. Exemplo dari potest in seruitutibus piscandi, pascendi, lignandi, colendi terras, deducendi aquas, vectigalia, decimas, seu alia iura similia percipiendi, vel in alijs seruitutibus rusticis fructiferis, quæ, licèt rusticæ sint, cùm tamen corporibus adhæreant, & inde pro immobilibus habeantur, atque de sui natura sint fructiferæ, perpetuamque habeant, ex cohærentia inseparabili cum solo, rectè vendantur, alienantur, atque hypothecæ subijciuntur, & consequenter super eis census consisteret, sicut super alijs rebus de sui natura fructiferis, vt latè dictum fuit in cap. de censu creando super rebus solo cohærentibus; aliæ verò rusticæ seruitutes infructiferæ, licèt solo cohæreant, & à solo pendeant, vel immobilibus rebus adhæreant, perpetuamque habeant existentiam, quamuis ex eo quòd rusticæ sint, possint obligari, & hypothecæ subijci, secundum distinctionem communem suprà dictam, cùm tamen sint infructiferæ, nullo modo, neque casu census super eis consisteret, vt latè diximus in capite de censu creando super rebus de sui natura fructiferis, & perpetuam existentiam habentibus. In vrbanis etiam seruitutibus eadem distinctio rectè adaptatur, quia si fructiferas sint seruitutes vrbanæ, veluti vsusfructus domus, habitatio, seu alia similis, in censum dabitur, & super ea consisteret: sin verò infructifera, non, ex omnibus supradictis.

Quæ resolutio, quamuis ad nostram materiam census propria sit, etiam est propria ad reconciliationem text. dicta l. 11. & 12. vt seruitutes vrbanæ, vel rusticæ, fructiferæ sint, & ex eis commodum percipiatur, rectè obligentur. Sin verò infructiferæ, nullo modo. Ita intelligit prædictas leges elegantissimè Bart. in l. si is qui 11. §. iura prædiorum, cuius verba, quia singularia sunt, sic se habent: *Quædam sunt iura in re, non in homine, & si quidem talia, ex quibus non percipitur commodum aliquod pecuniarium, non possunt obligari, vt extra de re iudicata, cap. cum Bertoldus. & ibi notatur: si verò ex his commodum aliquod percipiatur, possunt obligari, vt hac. l. § vsusfructus infrà eodem titul. l. sed an viæ, & infrà eodem titul. l. grege. §. & insuperficialis.* Notatu quidem dignissima sunt Bartoli verba, & ad nostram speciem census satis conducibilia. Cuius Bart. doctrinam magis ego declarando, firmiter credo ipsum sensisse, quòd iura prædiorum vrbanorum formalia, seruitutes nempe vrbanæ formalis pignori dari nullo modo possint, neque conueniri, vt hypothecæ subijciantur; commoditas verò earum seruitutum alienabilis tamen sit, & vendibilis, & quòd in primo casu intelligatur text. in §. iura prædiorum in 2. text. in l. 12. sequenti, vt ex ea resolutione deducatur, quòd omnes seruitutes rusticæ, vel vrbanæ, formaliter alienari non possint, commoditas verò earum rectè possit. Quod in effectu circa intellectum prædictarum legum 11. & 12. aduertit Franc. Ripa in l. obligationes generaliter. ff. de pignorib. & ipsum sequitur Gregor. Lup. in dicta l. 2. titul. 13. part. 5. verb. *Natura* ad med. dicens, quòd Franciscus Ripa fuit in hoc in noua opinione, licèt ipsum sequatur, debens aduertere, quòd Bart. in loco suprà citato in effectu anteà id ipsum resoluerat; & hæc verissima resolutio apertè confirmatur ex his, quæ diximus in capitibus præcedentibus de vsufructu, & habitatione, & vsuf-

fructus formalis nullo modo possit obligari, commoditas verò sic. Et si rectè intelligamus Marcellum in §. iura prædiorum, hoc in effectu & substantia decidit; dubitauerat anteà in §. vsusfructus, an posset pignori, vel hypothecæ dari vt constat ex verbis dicto §. vsusfructus dum dicit, *Vsusfructus an possit pignori hypothecæve dari quæsitum est*, & cùm decideret vsumfructum pignori posse dari, vt non intelligeretur locutum fuisse de vsufructu formali, neque de alio iure formali prædiorũ vrbanorum, ingeniosè in continentiin §. iura prædiorum, loquens de iure formali seruitutis, subdit: *Iura prædiorum vrbanorum pignori dari non possunt, igitur nec conuenire possunt, vt hypothecæ sint*, decidens, quòd iura formalia seruitutum non pignorantur, licèt commoditates pignorentur, ex §. vsusfructus: vt inde ad nostram speciem census inferatur, quòd licèt super iure seruitutis formalis census nõ consistat, consisteret tamen super commidita te cuiuscũque seruitutis rusticæ, vel vrbanæ.

# DE CENSV CREANdo super rebus communibus duorum, vel plurimorum, circa intellectum l. 2. de seruitutibus, & l. 10. tit. 31. p. 3. atque aliarum legum Regni. Cap. LXXIIII.

## SVMMARIVM.

*Census an, & quando, super re communi consistat. num. 1. & ibi. quod res communis recte alienatur quoad partem dantis, & num. 3.*

*Seruitutes an super re communi consistere possint. num. 2.*

*Intellectus ad l. 10. tit. 31. part. 3. circa constitutionem seruitutis super re communi & ad l. 2. ff. de seruitutib. n. 3.*

*Impugnatur Ant. Gom. qui malè intellexit l. per feudum de seruitutib. n. 4.*

*Differentia inter seruitutem constitutam & constituendam assignatur. n. 5.*

*Intellectus ad text. in l. 2. §. ex his l. viarum. ff. de seruitutib. cum aliis. n. 6.*

*Mortuo promissore seruitutis quilibet ex hęredibus tenetur in solidum, & intellectus ad plurima iura ibidem.*

*Seruitutem esse individuum quomodo intelligatur, n. 7.*

## CAPVT LXXIIII.

TRAECEDENTIBVS accedat ea contingibilis dubitatio, an super re communibus census consistat; & quantum ad censum emphytheoticum, seu reseruatiuum respectu partis dantis rem in censum, vel in emphytheosim, dicendum est, quòd res communis rectè datur, & cum reseruatione pensionis annuæ conceditur, sicut & venditur, & donatur, vel alio quocunque titulo transfertur, text. est in l. falso. C. de communium rerum alienat. l. vnicá. C. si communis res pignori data sit. l. dudum. l. de contrahẽd. empt. l. an diuisionem. C. de iure dotium. l. 55. titul. 5. part. 5. cuius verba sunt hæc. *Dos homes ô mas, aviendo alguna cosa comunalmente de so vno dezimos que qualquiera dellos puede vender la su parte maguer la cosa non sea partida, ê puede la vender á qualquiera de los que han en ella parte, ô á qualquier otro estraño*: ergo si venditio rei communis valet, datio in emphytheosim, vel in censum valebit, vt ex ea datione pars illius, quoad dominium & possessionem in cẽ suarium transferatur cum reseruatione certæ pensionis annuæ in futurum soluendæ, secundum naturam contractus, qui creatur: & quantum ad censum reseruatiuum non est cur de verâ propositionis resolutione dubitetur.

2 Quantum verò ad censum consignatiuum, in quo tota difficultas consistit, videtur dicendum, quòd nullo modo, neque casu super re communi census consignetur, ex ea potissimum ratione, quòd in huius census creatione ferè omnes, qui de eius creationis natura meminerunt, intrepidè resoluunt, seruitutem quandam realem formari, & inde plures effectus peculiares & proprij ipsius seruitutis deduci, vt aduertunt Sarmiento, Padilla, Ioann. Gutierr. Petrus Salaçar, Anton. Gam. Lusitan. & Parlador. quos refert Felician. libr. 2. de censib. capit. 4. numer. 11. in princip. & à nobis latiùs dicendum erit in cap. de hypothecis cẽ suum; sed sic est, quòd in re communi vnus ex dominis seruitutem imponere potest, text. expressus in l. 2. ff. de seruitutibus, vbi dicit Vlpianus, *Vnus ex dominis communium ædium seruitutem imponere non potest*: text. etiam in l. per feudum, & in l. vnus. ff. de seruitutibus rusticor. prædior. l. fin. ff. communia prædiorum, & text. expressus in l. 10. titul. 31. part. 3. ergo similiter neque vnus ex dominis super re communi censum consignabit; & ita in specie, quòd census super re communi non consig-

consignetur, probat Salaçar de vsu & consuetudine capit. 11.

Contrariam tamen sentẽtiam post longam disputationem resoluit Felician. in tractatu de censibus lib. 2. capit. 4. num. 21. versic. *E contrà verò facit*, vsque ad numer. 22. per totum, dicit enim Felicianus, quòd huius nostræ dubitationis vera resolutio ab alterius ancipitis dubitationis resolutione pendet, an scilicet in census creatione formetur vera seruitus, vel tantùm hypotheca, seu alius contractus; quia si seruitus formaretur, existimat eam seruitutem super re communi imponi non posse, ex dicta l. secunda de seruitutibus, cum vulgatis, quibus non posse respõsum dari credidit, & inde resoluit, in cẽsus creatione nõ formari seruitutem, atque consequenter rectè super communi posse censum consignari.

Ego tamen considerans census naturam, resolutionem Feliciani libenter approbo, quã uis differentiam inter seruitutem & censum absolutè veram non esse credo; & confirmando resolutionem, scilicet quòd census consistere possit super re communi quoad partem creantis, eum põdero text. in dicta l. falsò cùm suprà relatis. C. de communium rerum alienat. si enim res communis potest vendi, cur nõ & obligari, vel hypothecæ subijci poterit? cùm id apertè & expressè decidatur in l. sed & quod eas. §. 1. ff. de pignoribus, ibi, *Venditionem, quæ recipit etiam pignorationem potest accipere.* Bonus tex. in l. vnica. C. si communis res pignori data sit, & inde Bald. Salicet. & alij ibidem posse rem communem obligare probant, & melius Negusant. de pignorib. 3. membro secundæ partis. numer. 36. Rursus ex census consignatione super re communi propriè formatur emptio & venditio iuris percipiendi pensionem annuam ex fructibus rei censualis, ex ea nempe parte rei, quæ pertinet ad cõsignationem: ergo sicut ipsa pars rei communis vendi potest, poterit etiam vendi, imò, & à fortiori ius percipiendi pensionem ex fructibus eius, quasi fructus ipsi vendantur, vel cõmoditas eos percipiendi, vt latè diximus in capit. an in census creatione formetur emptio & venditio. Demum quamuis vera, & formalis seruitus constitui non possit super re communi, (quod tamen intelligendum est ex infra dicendis) super commoditate ipsius rei, sicut vendi potest, quis vnquam prohibuit obligationem, pignorationem, aut seruitutem; nonne videmus, quòd super vsufructu formali hypotheca, vel seruitutus non consistit, & tamen super eius commoditate consistere potest: ergo quamuis non consisteret super re communi, super commoditate eiusdem rectè consisteret, & à fortiori census consignatio.

3 Qua sententia firmiter retenta, non obstat fundamentum dictæ legis. 2. cum vulgatis. ff. de seruitutibus, dum in re communi videntur prohibere seruitutis constitutionem; quia præterquam quòd census non sit verè seruitus, licet plurima peculiaria seruitutis habeat, non tamen absolutè verum est, seruitutem super re communi imponi non posse. Sed ita demum, vt si parti sociorum præiudicetur, possint ij, qui eam non constituerunt, contradicere constitutioni, vt respectu partis eorum nulla sit constitutio, non tamen respectu partis eius, qui eam constituit. Quod nominatim probat text. in l. 10. titul. 31. part. 3. ibi, *Es si por ventura la otorgassen algunos, ê non todos que la pusiessen, non la puedẽ despues cõtrastar q̃ la non aya, aquien la otorgaron*: ergo constitutio seruitutis respectu partis constituentis eam nulla non est, quia si esset nulla, ipse constituens posset eam impugnare. Rursus clarius id probat dicta l. partitæ, dum dicit, *Mas los otros, que la non quisieron otorgar, bien la pueden contradezir cada vno dellos tambien por la su parte, como por la de los otros, que non la otorgaron*: ergo si pro parte impugnantis, quia eam non constituit, atque simul pro parte cæterorum, qui eam non constituerunt, impugnari potest cõstitutio, certum est, quòd pro parte illius, qui eam constituit, à nullo impugnari potest, & consequenter respectu eius partis constitutio valet. Demum dicta lex Partitæ reddens rationem supradictorum, nostram hanc sententiam confirmat, dum dicit, *Ca ninguno de los otros non es obligado a la seruidumbre por el otorgamiento de los otros, ni les empece*, verba enim, *Non es obligado*, & statim sequentia, *Ni les empece*, certum est, quod intelliguntur respectu partium eorum, qui seruitutem non cõstituerunt: vnde tam in diuisione, quàm in ratione probat dicta l. Partitæ, quòd respectu partis constituentis valet seruitutis constitutio: ergo non bene ponderatur in contrarium. l. 2. ff. de seruitutibus, imò si rectè considerentur breuissima verba illius legis, id apertè probãt dum dicit Vlpianus, *Vnus ex dominis communi ædium seruitutem imponere non potest*, verbum enim, *Non potest*, interpretatur in præiudicium partis eius domini, qui seruitutem non constituit, & non in parte cõstituentis. Quod etiam clariùs decidit Celsus in l. per fundum. 11. ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum, dum dicit, *Per fundum, qui plurium est, ius mihi esse eundi, agendi potest separatim cedi*: ergo promiscuè loquitur Celsus dicens, *Potest separatim cedi, quasi dicat pro parte cedentis valet cessio,*

& iterum

& iterum id sentit dum dicit in fine, *Et anteâ quàm nouissimus cesserit, eos, qui anteâ cedere, vetari, vti cesso iure non posse*, quasi dicat Celsus, quòd qui semel cesserit, nullo tempore poterit impugnare cessionem etiam ante confirmationem non cedentium. Idem decidit Paul. Iurisconsultus in l. fin. ff. communia prædiorum, dicens *Receptum est vt plures domini, & non pariter cedentes, seruitutem imponant vel adquirant*, verbũ enim *Et non pariter cedentes*, ad cessionem vnius referuntur, vt ex ea seruitus imponatur, saltem respectu imponentis. Quæ quidem iura, quamuis aliquantulum obscura fuissent, per legem Partitæ declarantur, & in dubium reuocari non possunt: ergo si seruitus constitutio valet respectu partis constituentis, à fortiori & census consignatio valebit. Ita etiam intelligitur text. notandus in l. si quis per fundum. 10. ff. de euictionibus, vbi Celsus probat, quòd si quis communem seruitem vendiderit, aut cesserit, tenebitur de euictione, cæteris socijs non consentiẽtibus: ergo & pro parte vendentis, vel cedentis valet cessio, & pro cæteris partibus cõsociorum tenebitur de euictione.

4 Ex quo iustè miror de Antonio Gomezio, 1. tom. variar. cap. 10. de individuis. numer. 18. versic. Tertia conclusio, dicente in distinctè, quòd si dominus rei communis seruitutem super eius parte constituat, erit in suspenso constitutio, donec alij socij consentiant, ad cuius resolutionis probationem refert tex. in dicta l. per fundum. ff. de seruitutibus rusticor. prædior. cum vulgata refert etiam text. in dicta. l. 10. titul. 31. part. 3. quos non vt oportuerat intellexit, cùm expressè probent contrarium, quòd etiam anteà senserat in dicto num. 18. versic. *sextò & finaliter*, debuerat enim aduertere, quòd prædicta iura absque vlla cabillatione procedunt respectu partis eorum, qui non consenserunt, non tamen constituentis seruitutem, vt suprà dictum est.

5 Secundò & principaliter respondetur ad regulam text. in l. 2. ff. de seruitutibus, & in confirmationem nostræ resolutionis ponderatur, quod quamuis regulariter seruitus realis sit indiuidua. l. pro parte. ff. de seruitutibus l. si quis duas. §. si quis partem. ff. communia prædiorum. l. & per ius iurandum. §. 1. & §. illud. ff. de acceptilationibus. l. 1. ff. de seruitute legata. l. vt pomum. ff. de seruitutibus. l. is qui quadraginta. §. quædam. ff. ad l. Falcidiam, & latè prosequuntur omnes in l. stipulationes non diuiduntur de verbor. Anton. Gom. in dicto tom. 2. capit. 10. de indiuiduis per totum, hoc tamen regulariter intelligitur in seruitute iam constituta diuidenda, vel conseruanda quia ipsa seruitus formalis indiuidua est, vt quia sit tota in toto, & tota in qualibet parte fundi non diuisi, vt in l. certo genere. §. si totus ager. ff. de seruitutibus rusticor. prædior. & in l. si mihi concesseris eodem titul. & in l. si via constituti. §. fin. eodem titul. & in l. si cui simplicia via. ff. de seruitutibus: at verò seruitus constituenda, & nouiter formanda nondũ in esse producta, cùm ante productionem, & creationem indiuidua dici non possit, cùm nõ entis nullæ sint qualitates, & ex conuentione creari possit super toto, vel parte alicuius fundi, mirum non est, si in parti diuidua; saltem commoditate à domino eius partis constituatur; & consequenter neque mirum erit, si super ea parte census creatur; quòd in effectu in seruitute restricta ad certam partem fundi resoluit Bart. in l. stipulationes non diuiduntur in fine. ff. de verborum, vbi Angel. col. 2. Imola 3. Paul. 4. & post Iaff. & Vicent. aduertit Gomezius in dicto cap. 10. num. 5. prope finem.

6 Ex quo veniunt intelligendi text. in l. 2. §. ex his, & in l. viæ iteneris. ff. de seruitutibus, & in l. fideicommissa. §. fin. de legat. 3. & in l. fin. ff. de seruitute legata, & in l. ea quæ in partes. ff. de regul. iuris, & in l. si vnus versic. fin. ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum, & in l. 9. titul. 31. part. 3. dicentes, quòd mortuo promissore seruitutes quilibet ex hæredibus poterit insolidum, vel è contra, mortuo creditore quilibet ex hæredibus tenebitur in solidum agere, vt quia seruitus sit indiuidua, vt intelligantur ex eo, quòd agunt de seruitute constituta præstanda, vel conseruandâ; quæ quidem seruitus cùm sit quoddam ius formale indiuiduum, diuidi posse non videbatur, quod in seruitute creanda super quacunque re etiam communi dicendum non est, quia cum res communis non sit indiuidua commoditate, vel vtilitate, rectè super qualibet eius parte poterit seruitus creari, non in præiudicium consociorum, sed constituentis eam tãtùm, vt probat dicta l. 10. Partitæ, & alia iura suprà relata; ergo à fortiori in censu idem dicendum erit.

Tertio pro hac resolutione pondero, & cõsidero, quòd res communis, neque ius communitatis eius, non est ita indiuiduũ, vt super qualibet eius parte respectu commoditatis, & census, & seruitus creari non possit, sed potius ita commoditate diuiduum est, vt & seruitus, & census consignatio super eo consistat, sicut à fortiori & ipsa seruitus commoditate diuidi potest, quia in eo casu non diuiditur seruitus in substantia, sed commoditas, vsus, & exercitium eius, quæ longè distant ab

ipsâ

ipsa seruitute formali. Ità in seruitute resoluit elegans glossa in l.si partem.ff.de seruitutibus rusticorum prædiorum, vbi Bart. Paul. Castrens.& communis Scribentium Schola. Idem resoluit & tenet magistraliter Bart. in l. stipulationes non diuiduntur.ff.de verborũ, estque tam communis, quàm recepta sententia: ergo in seruitute constituenda super parte rei communis, quæ non ita indiuidua est, licèt sit communis, sicut seruitus ipsa formalis, rectè poterit & seruitus constitui, & cẽsus consignari.

Ex qua verisimâ resolutione âpertè infertur, & verum dixisse Felician. dum resoluit cẽsum super re communi consignare posse, & malè tenuisse, seruitutem super eadem communi re non posse constitui. Infertur etiam intellectus & interpretatio ad resolutionem Angeli & Pauli in l.2.ff.de seruitutibus dicentium, ea ratione super re communi posse constitui hypothecam, & non seruitutem, quia cùm in seruitutis consecratione obligationis nullum hominis factum præter obligationem requiratur, meritò obligatio & hypotheca sustinetur, & seruitus non consistit, quam rationem sequitur Iass. in l. stipulationes non diuiduntur num.10.de verbor. Corras. in l.2. num.11.& 12.ff. de seruitutibus, vt eorum distinctio, atque resolutio, quantum ad seruitutem intelligatur respectu partis eorum, qui seruitutem non constituerunt, vt nulla sit cõstitutio, & quantum ad partem constituentis respectu seruitutis formalis, quæ indiuidua est, & non in eius commoditate, quæ diuidi potest, vt sic in effectu & substantia in parte constituentis seruitus constituatur. Iterum
7 etiam infertur ad vulgarem, licèt subtilem, & elegantem resolutionem dicentium seruitutẽ esse indiuiduam, ex dicta l. stipulationes non diuiduntur.l.viæ itineris. ff. de seruitutibus, & omnes fundi glebas contineri. l.certo genere.§.1.ff.de seruitutibus rusticorum prædior. & ideò in fundo communi non posse pro parte etiam imponentis sustineri sine consensu consociorum.l.Sabinus.ff.communis diuidũdo.l.in re communium.ff.de seruitutibus vrbanorum prædiorum.l.fin.communi diuidundo. Quam resolutionem præter ordinarios tenuerunt Duaren.in dicta l. stipulatus non diuid. Conan.lib.comment.capit.9.numer.5.vt ea resolutio apertè intelligatur respectu seruitutis formalis, & simul respectu partis non imponentis seruitutem, vt neque formalis seruitus sustineatur, neque etiam quantum ad cõmoditatem cæteris consocijs præiudicetur, licèt quoad partem imponentis constitutio teneat.

Demum infertur ad resolutionem Cuiacij in tractat.6.ad Africanum in l.32. ff.de seruitutibus rusticorum prædiorum dicẽtis, quòd quia seruitus est ius incorporeum, quod non est, sed intelligatur, quasi dicat, quòd sit in intellectu, ideò constitui non potest in parte rei communis, vt absque consensu consociorum sustineatur, vt intelligatur de seruitute formali, quæ indiuidua est, non de commoditate ipsius, quæ respectu partis imponentis absque consensu consociorum sustinetur. Quæ quidem illationes directè tendunt ad confirmationem nostræ verisimæ resolutionis, vt scilicet quamuis fateamur veram seruitutem formari in census creatione, posse rectè consignari super re communi, vt in parte consignantis eum sustineatur.

Eam tamen resolutionem, quam Felician. tenuit, scilicet super re communi posse censum consignari, à fortiori procedere in rebus constante matrimonio quæsitis, existimat ipse Felician.lib.2.cap.4.num.22.ad finem, breuiter ad id referens l.5.titul.9. *De las ganancias*, lib.5. nouæ Recopilat. circa cuius dubitationis veritatem, atque legis intellectum, agendum erit in capite sequenti.

## AN CENSVS CREARI possit à merito, vel vxore, vel ab eisdem simul super bonis, vel ex bonis constante matrimonio quæsitis, circa intellectum l.5.tit.9. lib.5. nouæ Recopilat. Caput LXXV.

### SVMMARIVM.

*Census quando consignari possit super bonis constante matrimonio quæsitis circa intellectum.l. 5.tit.9.lib.5.nouæ Recop.n.1.*

*Maritus & vxor simul censum rectè super re constante matrimonio quæsita creare possunt. numer.2.*

*Maritus vel vxor, altero mortuo, an super bonis constante matrimonio quæsitis censum possint constituere.n.3.*

*Medietas bonorum constante matrimonio quæsitorum, mortuo vno ex coniugibus ad hæredes rectè transit. ibidem.*

*Mulier constante matrimonio sine licẽtia mariti*

*an possit super medietatem lucrorum censum creare num. 4. & quod licentia requiratur, ibi remissiue traditur.*

*Mulier constante matrimonio an sit vera domina medietatis lucrorum constante matrimonio quæsitorum vt possit super eis censum creare. n. 5. & sequenti.*

*Dominium an possit esse penes aliquem, qui non habeat administrationem. n. 6.*

*Mulier an propter delictum perdat bona sua, & maximè medietatem lucrorum constante matrimonio quæsitorũ, & intellectus ad l. 77. & 78. Tauri num. 7.*

*Maritus an constante matrimonio possit alienare medietatem bonorum quæsitorum ad vxorem pertinentem n. 8.*

*An & quando fructus qui dantur marito in dotẽ dicantur bona constante matrimonio quæsita remissiue. n. 9.*

## CAPVT LXXV.

1 FELICIANVS de censibus lib. 2. cap. 4. numer. 21. & 22. post longam disputationem denique resoluit censum posse consignari super re communi, ex eo quòd non est propriè seruitus, sed quædam quasi irregularis hypotheca, quod est intelligendũ, vt diximus in capite præcedenti, & denique in dicto num. 22. in fine subdit Felicianus hęc verba. *Quam tamen resolutionem censeo limitandam esse in bonis quæsitis constante matrimonio, in quibus poterit maritus censum cõstituere, quia marito liberum est alienare lucra comparata, & acquisita matrimonio constante. l. 5. titul. 9. de las gananciasl lib. 5. nouæ Recopilat.* Et cum hoc rebus Felicianus in ea tam longa disputationis via, ad cuius quæstionis, atque Feliciani resolutionis veram cognitionem sequentia prænotanda, & discutienda sunt.

Primò notatur, quòd cùm ipse Felicianus in dicto num. 21. & 22. resoluisset, censum posse consignari super re communi, non propriè in prædictis verbis dixit, *Quam tamen resolutionem censeo limitandam*, quia potiùs facultas consignandi censum super rebus constante matrimonio quæsitis ampliatio est, quàm limitatio; quia si limitatio fuisset, regulariter super re communi census non consignaretur, vt ipse Felicianus resoluit. Secundò notatur, quòd in hac dubitatione ita breuiter, & in vno tantùm casu à Feliciano decisa, sequẽtes considerandi, ac decidendi sunt.

2 Primus, quando maritus & vxor simul dederunt rem communem in censum, vel super ea alium cõsignauerunt, & in hac specie cùm ambo sint veri domini eorum bonorum, habeantque ipsarum liberam administrationem census constitutio & creatio ex omni parte valida erit, cùm omnes socij simul non solum vendere, & alienare, aut hypothecæ subijceræ, sed super re communi seruitutem constituere possint, ex l. 10. titul. 31. part. 3. & ex his, quæ latè diximus in capitibus præcedentibus.

3 Secundus casus est, quando maritus, vel vxor altero mortuo, censum ex re constante matrimonio quæsita creauerũt, & cùm soluto matrimonio ad superstitẽ irreuocabiliter medietas pertineat, & altera medietas ad hæredes præmortui transmittatur, non ex vllo facto adquirentis, sed ex ministerio, & prouidẽtia, à qua prædicta lucra proueniunt, vt resoluunt Segura in tractatu de bonis lucratis constante matrimonio col. 23. & in l. vnum ex familia. §. sed si fundum col. 46. Palac. Rub. in repetit. rubricæ. §. 62. numer. 31. & post Cassan. & alios Burgos de Paz iunior. quæst. 9. num. 21. & 22. & latè Ioann. Garsi. de coniug. acquæstu, ferè per totum, certissimum est, quòd superstes coniux matrimonio soluto de sua medietate liberè disponere poterit, & nullo modo, neque casu de pertinente ad hæredes.

4 Tertius casus contingere potest, quando mulier constante matrimonio sine licentia mariti censum ex bonis eodem matrimonio durante quæsitis creauit, & in hoc casu certũ est, quòd creatio nulla erit ex defectu formalis licentiæ mariti, ex l. 54. & 55. Tauri, & quæ ibi tradunt Gomez, & alij; ad quarum legum declarationem, & an licentia expressa requiratur, vel tacita sufficiat, videndi sunt Tiraq. de legibus connubialib. glos. 7. verb. *Ex prexi* ex princip. vsque ad num. 47. & latiùs Ioann. Stephan. Lambertengus in tractatu de contractibus, qui sine solemnitate celebrari non possunt, glos. 7. per totam in verb. *Census.*

Quartus casus, & in quo totà difficultãs cõsistit, verificari potest in omnibus casus, in quibus de iure, vel ex statuto, aut consuetudine mulier contrahit sine licentia mariti, in quibus non immeritò dubitaretur, an constãte matrimonio possit vxor super aliqua re suę medietatis censum creare, dando scilicet rem in censum, vel super ea alium cobsignando, & in hac dubitatione videbatur dicendum, id mulierem facere posse ex sequentibus fundamentis.

5 Primo ex eo, quia medietas bonorum constante matrimonio quæsitorum etiam eo matrimonio durante pertinet ad vxorem, ita quòd

quòd ministerio legis vera domina eius est. Ita resoluunt Benedict. in capit. Raynuntius verb. *Et vxorem nomine Adalasiam.* numer. 788. Cassan. in Consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 2. in verb. Et participant. numer. 6. in fine, & in eadem rubrica §. 6. verbor. *Per donacion.* numer. 4. Molin. in Consuetud. Parisien. §. 25. numer. 1. & 2. & ex nostratibus Palacius Rub. in l. 16. Tauri. numer. 6. & in rubric. de donat. inter vir. §. 66. numer. 18. *Presertim*, & numer. 24. versic. *Bona omnia*, & in §. 74. num. 20. in fine, Gregor. Lup. in l. 55. titul. 5. part. 5. verb. *Comunalmente*, & in l. 5. verb. *Ostra manera*, titul. 11. part. 4. Couarr. libr. 3. variar. capit. 19. numer. 2. Anton. Gom. in l. 55. Tauri. numer. 56. & in l. 77. numer. 6. Baeça de melioran. cap. 11. numer. 106. & 120. Segura in l. 3. §. fin. colum. 11. de liber. & posthu. & in tractat. de bonis lucratis fol. 17. numero. 22. Ioann. Garsi. de fructibus & expens. capit. 13. numer. 12. & 13. & nouiter in tractat. de coniugali aquestu. numer. 188. & anteà numero. 12. & 13. vbi refert Pinel. & alios Ioann. Matienço in l. 2. titul. 9. libr. 5. nouæ Recopilat. gloss. 3. Ioan. Gutierr. in practicis quæst. ad nouam Recopilat. libr. 2. quæst. 118. per totam: ergo si vxor constante etiam matrimonio vera domina est medietatis lucrorum, poterit de eis ad libitum disponere censum creã do.

Quod fortificatur ex l. 77. Tauri, vbi mulier ex delicto & culpa propria perdit medietatem lucrorum constante matrimonio quæsitorum; quod efficere non posset, si vera domina eorum non esset, cùm non possit rem perdere, quia verè dominus eius non est. l. non videtur de regul. iuris. l. 1. §. 1. versic. *Sed* ita demum, vbi gloss. verb. Non amitti. ff. quibus modis vsusfructus non amittatur, & ex alia regula, qua constituitur, quòd non desijt quis habere quod nunquam habuit. l. non potest videri. ff. de regul. iur. quia priuatio præsupponit habitum. l. 10. de verbor. l. manumissiones cum vulgatis de iustit. & iur.

Fortificatur etiam ex l. 78. Tauri, vbi propter delictum mariti vxor non amittit medietatem bonorum constante matrimonio quæsitorum, cuius decisio originem sumpsit à text. notando in l. 2. C. ne vxor pro marito ibi, *Ob maritorum culpam vxores inquietari leges vetant*, & melius statim ibi, *Proinde rationalis noster fires, quæ à fisco occupatę sunt, domini tui esse probaueris ius publicum sequetur.* l. 1. C. ad l. Iuliam de vi publica ibi, *Ob debitum viri, vel ciuile munus res vxoris, qui pignori capiunt, vim contrahere videntur.* l. 15 § vxoris. C. de donat. inter virum & vxorem ibi, *Neque alieni criminis infortunio astringi vxorem*, text. notandus in l. si quis post hac. 9. C. de bon. præscriptorum ibi, *Vxor eius res proprias ex quocunque titulo sibi quæsitas veluti manu iniectla mox vindicet, aut certo quoquo modo aucupatas recipiat*; & denique eam resolutionem scilicet, quòd propter delictum mariti vxor non perdat medietatem lucrorum cõstante matrimonio quæsitorum resoluunt omnes supra relatis tenentes veram dominam esse, & Ioann. Lup. in rubric. §. 66. numer. 18. versic. *Prędicta*, Cassan. in Consuetud. Burgund. rubric. 2. §. 2. verb. *Patrachen*, in princip. & iterum rubric. 4. §. 3. in princip. Cifontan. in l. 16. Tauri numer. 13. in fine, Gregor. in l. 2. titul. 2. part. 5. verbor. *Dote*, in princip. Couarr. libr. 2. variar. cap. 8. numer. 7. versic. *Eodem pacto*: ergo si ita verè domina est, vxor constante matrimonio, vt propter suum delictum perdat medietatem bonorum quæsitorum, quam propter delictum mariti perdere non potest, tanquàm vera dominæ suæ medietatis, super ea rectè censum consignabit.

Sed his non obstantibus contrariam sententiam veriorem existimo, scilicet vxorem constante matrimonio nullo modo posse super medietate sua lucrorum censum consignare etiam in his casibus, in quibus se sine licentia mariti possit obligare, & hoc ex ea potissimum ratione, quia quamuis in his casibus necessaria non sit licentia mariti expressa, vt quia leges ipsæ, vel consuetudines loci vxori eam contrahendi dederunt, & inde videatur deficere prohibitio legis, adhuc tamen in eo casu durat alia fortior prohibitio, scilicet quòd vxor etiam domina caret administratione bonorum, quæ penes maritum priuatiuè residet, & inde alienando, seu contrahendo directè disponit de re aliena, & consequenter nulla erit dispositio, neque bonorum obligatio, aut census creatio, quæ præsupponit in creante veram administrationem, & dispositionem bonorum censualium, vt latè diximus in cap. de cẽsu creando super bonis proprijs, ac liberis censuarij: neque quamuis fateremur dominam esse vxorem, quidquam pugnaret sibi prohibitam fuisse bonorum administrationem, cùm passim videamus dominis impediri alienationem, absque eo quòd veri domini esse decidant. l. non ideò minus. ff. de rei vendicat. l. ex asse. ff. ad Trebelian. l. 1. §. serui ad sfaniam. l. si fur. ff. de vsufructu, & resoluunt Oldrald. consil. 203. colum. 1. Decius consil. 419. Tiraquel. de retractu conuent. §. 2. gloss. 1. numer. 36. & in specie Ioann. Garsi. de

de fructibus & expensis cap.13.numer.10. & magis in specie Palac.Rub.in l.14.Tauri.numer.21.& in rubric.§.68 per totum, sentientes, vxorem verè dominam esse, & maritum verum administratorem sine fraude: ergo licet verè vxor domina sit, cùm tamen omnimoda administratio ad maritum pertineat, super medietate lucrorum sine licentia mariti censum non consignabit. Qua sententia retenta non obstabunt fundamenta incontrariũ adducta, quia facilè eisdem respõdetur, quòd quamuis plures notabiles viri vxorem constante matrimonio veram dominam medietatis lucrorum esse existiment, contrarium tenuerunt etiam plures, vt consta tex. Ancharran.consil.102. colum. 1. Boer. in consuetud. Viturcensib.tit. *De coustumes concernans lex in ges.*§.10.col.1.versic. *Et non solùm*, Castel.in l.16.Tauri, verb. *Ha de auer*, colum. 1. versic. *Et hoc dicit*, & latè Tellus Ferdinand.in dicta l.16. Tauri.numer.14. vbi hoc latè prosequitur. Et quamuis sine præiudicio veritatis faceremur, contrariam sententiam veriorem esse, præcisse intelligenda est, vt sit vxor verè domina absque vlla administratione, vt passim contingit in dominis rerum, quasi dominium vxoris sit respectu administrationis anihilatum, & sub nebula detentum, vt considerauit Cassan.in dicta rubr.4.§.2. in text. ibi, *Est participans*, numer.6. versic. *Sed ad hodie*, quem referens ita intelligit Burg. de Paz iunior in quæst.9. numero.26. vbi per totam quæstionem latè examinauit, an vxor constante matrimonio sit vera domina medietatis lucrorum, & denique resoluit dominam esse, licet non administraticem, cùm ad maritum administratio priuatiue pertineat.

7 Neque etiam obstabit l.78. Tauri; quia cùm vxor vera domina medietatis lucrorum sit ex omnibus supradictis, mirum non erit, si propter eius delictum & culpam perdere possit prædicta bona in parte, vel in totum, vt dicta l.78.probat. Quoad proprietatem & administrationem, simul videndus est Anton. Gom.ibidem, qui triplici modo eam legem intelligit, & interpretatur. Vnde etiam Burg. de Paz in q.9.n.19. Ioann.Garsi de coniugali acquæstu.n.175.

Tertiò etiam minus obstat l. 77. Tauri, quia cùm vulgare præceptum sit, quòd delicta suos debent habere autores. l. sancimus. C.de pœnis, cum vulgatis, atque vxor pro marito, & è conuersò puniri non possint, vt C. *Ne vxor pro marito*, mirum non est, si vxor ex delicto mariti non perdat medietatem lucrorum, neque in hoc existimo considerasse l.77. vxorem dominam esse, sed solũ non deliquisse, vt ex eo à pœna liberetur, & dotem, atque lucrata liberè consequeretur; quia si lex consideraret solum dominium, cùm in marito interueniret dominium & administratio, & in vxore tantùm administratio, non rectè equipararet delictum mariti & vxoris vno, cùm maritus dominus & administrator magis perderet quam vxor; sed quia dicta lex non principaliter considerauit dominium vxoris, vel mariti, sed quòd delictum suos deberet habere autores, ideò propter delictum vnius alterum inquietari vetat. Quæ noua consideratio suadetur ex eo, quia lex non solùm agit de perditione medietatis lucrorum, sed quoruncunq; bonorum vxoris, vel mariti, ideó non principaliter considerauit dominium, sed personam delinquentis: ergo licet vxor domina sit, & propter delictum mariti medietatem lucrorum non perdat, non tamen inde infertur posse disponere libere de bonis, cúm eidem deficiat omnimoda eorum bonorum administratio, quæ penes maritum priuatiue residet, & ex ea dominium eius anihilatum, & quasi sub nebula detentum est.

8 Vltimus casus figuratur, quando maritus constante matrimonio censum consignauit super bonis eo matrimonio durante quæsitis, tam respectu eius partis, quàm alterius medietatis vxoris, & in hac specie bene, licet breuiter, & neminem referens resoluit Felician. in dicto lib.2.cap.4.numer.22. in fine posse maritum, id libere facere, cùm sibi liceat, quæsita durante matrimonio alienare, cuius resolutionem, quantum ad liberam mariti potestatem alienandi post Bald. Ancharran. & alios, tenet Burgos de Paz iunior.quæst.9. numer. 3. Ant.Gom.in l.51.Tauri.numer.13. vbi dicit hanc esse puram veritatem, & late Molina libr.2.de Hispan.primog.cap.10. numer. 65. Ioan.Garsi.de fructibus & meliorat.cap.13.numer.19.& 20.& latiùs in tractat. de coniugali acquæstu numer.5.& 6 & numer. 65. & 66. Ioan.Gutierr. in pract.quæst.quæst.121. & an possit ea lucra donare, Molina dicto cap. 10.Ioan. Garsi. in dicto tractat. de coniugali acquæstu.numer.66. & an possit ea bona perdere ludendo, late post Molinam Nauarr. & alios ipse Ioan.Garsi.dicto numer.66. per totum, qui tamen omnes, imò & leges ipsæ Regiæ permittentes alienationem feudalem in marito alienante omninò excluserunt, quæ multoties probari poterit, vt ex eisdem deducitur, & latiús ex Mascard.de probat.in verb. *Fraus*, & verb. *Dolus*.

9 An verò fructus, qui dantur marito in dotem, dicantur, & quando, bona constante matrimo-

trimonio quæsitâ, ità quòd tanquàm sors dotalis restituantur, traditur post alios à Roderico de annuis redditibus lib. 1. q. 4. numer. 14. vbi distinguit, an dentur marito in dotem pensiones pro tempore matrimonij, an verò pro certo tempore, vt primo casu in sortem principalem non computentur, secundo verò sic.

# DE CENSV CREANDO super rebus, vel ex rebus sacris, vel prophanis ecclesiarum, ac prę-prælatorum. Cap. LXXVI.

## SVMMARIVM.

*Sacræres an sint in commercio hominum, & an possint alienari, & an ex necessitate vrgentissima n. 1.*

*Alienatione prohibita an prohibeatur trãslatio dominj, latè traditur. n. 2.*

*Hypotheca an censeatur prohibita, si prohibeatur alienatio, & an bona ecclesiarum possint hypothecæ subijci. n. 3.*

*Bona ecclesiarum an possint alienari, cẽsibus, vel hypothecis subijci, concurrentibus iuribus, & solemnitatibus, & causis iustissimis. nu. 4. & quid in bonis ecclesiæ collegialis, cathedralis, & hospitalis, vel alterius loci pij, an requiratur solemnitas formaliter. n. 5.*

*Alienatio seu census creatio de re, vel super re ad dignitatem pertinente an requirat consensum capituli, vel sufficiat licentia Episcopi, vel Archiepiscopi. n. 6.*

*Pontifices an debeant obseruare solemnitatem alienationis rerum Ecclesiarum. n. 7.*

*Ecclesia an sit restituenda contra alienationem nullam, vel alienatio nulla sit absque restitutione. n. 8.*

*Alienatio rerum Ecclesiæ facta contra formam iuris, etiamsi vtilis ecclesiæ sit, an existere possit n. 9.*

*Solemnitas, quæ requiritur interuenire in alienatione rerum Ecclesiæ, an sufficiat, si sequatur. n. 10.*

*Solemnitatem alienationis an sufficiat interuenire, vel sit necessarium, quòd constet interuenisse. n. 11.*

## CAPVT LXXVI.

DASSIM videmus Ecclesias huius Regni, aliorumque Regnorum mundi habere plurimos census, tam reseruatiuos, & emphyteoticos, quàm consignatiuos perpetuos & redimibiles, vnde cùm earum bona prohibita sint alienari, atque hypothecæ subijci, de iustitia creationis similium censuum videamus. Et primò aduertendum est, quòd duplici modo considerantur bona Ecclesiarum, quædam sunt sacra, diuino cultui, atque ministerio dedicata, veluti calices, ornamenta, & similia, quædam prophana, veluti domus, prata, hæreditates, possessionis, aliaque huius generis. Prima enim bona præterquàm quòd sunt Ecclesiarum, (ex quo nascitur regularis prohibitio alienationis eorum, de qua infrà dicendum erit) habent simul de sui natura aliam peculiarem, atque fortiorem prohibitionem, quæ omnem translationem, obligationem, seu pignorationem comprehendit, scilicet quia cùm res sacræ sint, in nullius bonis sunt, ex Iustiniano in §. nullius, institut. de rerum diuis. & Caio Iurisconsulto in l. 1. ff. eod. & consequenter nulla in eisdem bonis cadit obligatio. l. quod nullius. 142. de regul. iuris. l. inter stipulantem. §. sacram de verb. l. 1. §. si id quod. ff. de actio. & obligat. §. 1. institut. de inutilibus stipulationibus. l. 4. & 6. ff. de contrahend. empt. §. loca sacra instit. de emptione & vendit. quæ iura expressè prohibent commercium similium bonorum sacrorum, ita quòd vendi, alienari, obligari, seu hypothecæ subijci non possint, & de hypotheca est text. in l. 1. §. eam rem. ff. quæ res pignori obligari possint. Ex qua ratione apertè deducitur, quòd in omnibus casibus, in quibus cætera bona prophana ecclesiarum alienari nequeunt, à fortiori prædicta sacra distrahi non poterunt, neque ex eis, vel super eis census cõsisteret, & similiter deducitur, quòd nõ nisi vrgẽtissima necessitate alienatio sustinetur, vt ad subueniendum pauperibus, ne fame perirent, ad redemptionem captiuorum, vel alia simili fortissima & iustissima causa. l. sancimus. C. de sacrosanct. eccles. text. in l. 3. tit. 13. part. 5. & latiùs per totum titul. 14. part. 1. capit. sicut omninò. capit. aurum. capit. gloriæ Episcop. 12. quæst. 2. ex quo resolutum non sufficere quamlibet necessitatis causam, nisi sit à iure expressa, capit. 1. de pignorib. d. l. sancimus, & leges Partitæ aduertunt, Ripa in l. obligatione. ff. de pignorib.

Couar.libr.2.variar.cap.16. numer.8. ergo si prædicta bona sacra alienari, neque distrahi possunt, nisi ex vrgentissima necessitatis causa, neque etiam in censum dari valebunt, aut super eis census consignari. Quod videtur resoluere Felician.libr.2.de censib. capit.3. numer. 7. dum confirmat omni casu prohibitionem alienationis eorum bonorum, licèt Bottin in versic. *Ex quo*, vt ad propositum accedat, ex vrgentissima necessitate posse censum super his rebus constitui credit, dicens, se passim dixisse, super rebus mobilibus censum constitui posse. Cuius posterior resolutio, salua tanti viri autoritate, vera mihi non est; quia præterquàm quòd dicta bona sacra fortem habent alienationis prohibitionem, sunt immobilia, & de sui natura in fructifera, non stabilia, neque existentia, & consequenter nullo modo, neque casu etiam ex vrgentissima necessitate in censum dari possunt, neque super eis consignari poterit, licèt ex eadem necessitate vrgentissima alienari aliquando valeant, vt latissimè resoluimus in capitibus de censu creando super certis rebus immobilibus de sui natura fructiferis, & perpetuam existentiam habentibus.

In secunda verò specie bonorum, quæ non sacra, sed prophana sunt, veluti domus, montes, prata, & similia, videbatur dicendum, in omni census specie constitutionem non valere, ex communi, atque receptissimâ regula diuino, & positiuo iure munita, quâ constitutum est, bona ecclesiarum alienari non posse, capit. *Caselas*, capit. huiusmodi. §. quòd si necessitas. 10. quæst. 2. capit. sine exceptione. 12. quæst. 2. l. iubemus. 14. C. de sacrosanct. eccles. authent. de non alienand. authent. de ecclesiastic. rer. alienat. authent. de alienat. & emphytheosi. cap. non licet Papæ. 20. cap. indignè. 21. 12. quæst. 2. cap. possessiones. 16. q. 4. c. 1. 17. q. 4. c. si quis Presbyterorum, cap. nulli de reb. eccles. cap. 1. & 2. eod. tit. libr. 6. Clement. 1. & 2. eod. tit. Extrauagans, Ambiciosè, eod. tit. libr. 6. Concil. Trident. sess. 22. cap. 11. & sess. 25. cap. 11. l. 11. & per totum titul. 4. part. 3. d. l. 3. titul. 13. part. 5. l. 6. tit. 2. lib. 1. Recopilat. in quibus prohibitio alienationis rerum Ecclesiarum designatur.

4 Et nominatim in censu reseruatiuo dicendum videtur ex eo, quia cùm datio in censum præsupponat translationem dominij cap. constitutus de relig. domib. certum erit, quòd is census prohibetur; quia prohibita alienatione, verè & propriè censetur prohibita dominij translatio. l. 4. §. 1. ff. de alienat. iudicij. l. alienatũ. 67. de verb. signific. l. nõ alienat ibi de reg. iur. l. 1. C. de fundo dotali, & resoluunt Ancharr. consil. 102. Paris. consil. 83. num. 8. volum. 1. Cephal. consil. 53. volum. 1. Francisc. Burset. consil. 181. numer. 29. volum. 2. Alciat. Rebuf. & Forner. in dicta l. alienatum, dicentes ex propria, stricta, atque vera significatione verbi, *Alienationis*, comprehenditur dominij translatio: ergo census reseruatiuus, qui præsupponit translationem dominij, sub prohibitione alienationis rerũ Ecclesiarum continetur.

In censu etiam emphytheotico idem dicendum videbatur, quia licèt in emphytheotam nõ transferatur vtrumque dominium, vtile scilicet & directum, transfertur tamen vtile. l. 1. §. fin. ff. si ager vectigalis, & inde quamuis translatio vtilis dominij non comprehendatur sub stricta & propria significatione alienationis, vt quia præsupponat alienatio veram dominij translationem, comprehenditur tamen subgenerica & propria alienationis prohibitione, vt ita alienatione prohibita, prohibeatur emphytheosis, feudum, & alia similia, quæ dominium saltem vtile transferunt, ex dicta l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager. capit. ad audientiam de rebus Ecclesiæ. Est enim recepta sententia, quòd prohibita alienatione prohibetur omnis actus translationis dominij vtilis, vel directi, seu alterius cuiuscunque iuris. l. fin. C. de rebus alienis, authent. de non alienand. §. si verò, authent. de non alienar. paterni feudi, cap. Imperialem de prohibita feudi alienat. per Federicũ, text. ad id notandus in cap. nulli de reb. eccles. & communiter resoluit Iass. in §. item si quis in fraudem. num. 24. instit. de actionib. & relati à Pinelo in l. 1. 3. p. à n. 8. C. de bonis maternis.

In censu etiam consignatiuo eadem resolutio procedere videtur, siue in eo censu contrahatur hypotheca regularis, siue ius seruitutis, aut emptio & venditio iuris percipiendi
3 pensionem annuam; quia sic hypotheca prohibita censetur, sicut alienatio, cùm alienationi proxima sit. l. 1. l. obligatione. 6. l. & quæ. 15. §. & quod dicitur de pignorib. l. est differentia in quibus causis pignus. l. ab eo. C. de seruo pignori dato. l. 1. cum sequentibus tit. 13. p. 5. & in pignore. l. si rem. 9. §. propria. l. cùm & sortis. 35. §. pignus de pigneratitia actione. cap. quamuis, cap. prohibemus, cap. fin. de decimis, & inde in speciali hypotheca & pignore intelligunt text. in capit. nulli de rebus eccles. gloss. ibi, verb. hypothecæ communis, ex Hostien. Ioan. Andr. & Henr. ibid. Abb. n. 3. Veroi. 9. Pinel. in l. 1. 3. p. nu. 8.

C. de

C. de bonis mäternis, Couarr. lib. 2. variar. c. 16. & 17. num 7. & in seruitute cap. non liceat Papæ. 12. q. 2. l. iubemus. 14. §. fin. de sacrosanct. eccles. Bursat. cons. 377. num. 2. volum. 4. de emptione & vendit. notissimum est ergo vtroque casu, cùm prohibeatur alienatio, translatio dominij, emphytheosis, hypotheca, & seruitus, prohibita videatur cēsus creatio.

4 His tamen omnibus pro regula fortiter obstantibus contra census creationem ex bonis, vel super bonis ecclesiasticis prophanis, securè dicendum est, prædictam census creationem iustissimam esse, dummodò in ea seruentur solemnitates, quæ ab eisdem iuribus regulariter prohibentibus alienationem ad earum iustitiam requiruntur, vt apertè ex eisdem iuribus constat, vt resoluunt Cassan. in consuetud. Burgund. titul. *Desmains mortes*, rubric. 9. §. 9. numer. 17. Guillelm. Rodoan. de rebus ecclesiæ. quæst. 17. per totam, Couarr. libr. 2. variar. cap. 17. decis. Pedemont. 171. Bornin. Caualcan. decis. 45. numer. 18. Roderic. Suar. allegat. 21. Roland. à Valle cons. 15. libr. 1. Auendañ. de exequend. mandat. cap. 4. numer. 34. Ioseph. Mascard. de probat. conclus. 75. numer. 12. 1. part. dicentes, quòd in ea rerum ecclesiarum alienatione debent vtilitas euidens ecclesiæ, & vrgens necessitas eius causæ, cognitio, & tractatus, atq; cōsensus capituli.

De causis est aduertendum, quod variæ referuntur in iure, quæ iustificant alienationem, cap. Apostolicos, cap. si quis qualibet cum sequentibus. 12. quæst. 2. quas omnes ad quatuor tantum referri, atque reduci docuit gloss. in summa. 12. q. 2. communiter recepta, imò & omnes posse ad vnam tantùm reduci obseruat gloss. 1. in cap. nulli de rebus ecclesiæ, probaturque in cap. sine exceptione. 12. q. 2. ibi, *Vt meliora prospiciat*, & istud constat ratione, quia si redimere captiuos, relaxare carceratos, alere pauperes, ædes ruinam minātes, agros infructiferos, & seruos fugitiuos distrahere, vel eremitas manumittere, ecclesiá ære alieno liberare, ędificia reficere, ratio postulat, tunc alienare vtilissimum erit ecclesiæ. & non alienare damnosum, ergo ad vnam vtilitatis causam omnes reduci posse constat. Ita debet intelligi text. in d. cap. sine exceptione. 12. q. 2. l. 1. & 2. titul. 14. part. 1. gloss. in summa 12. q. 2. & ita communiter aduertunt Innocent. Hostiens. Ioan. Andr. Henric. Ancharran. Cardin. Ant. & Immola Abbas, Barbacia, & Veroi. in d. c. nulli de reb. eccles. Couarr. d. libr. 2. cap. 16. Rodoan. de reb. eccles. rubr. de causis, Surdus cons. 115. Bursat. cons. 377. num. 6. vol. 4. & ferè omnes, quos suprà retulimus: ergo accedente iusta alienatione iustificatur.

Dummodò, (vt suprà dictum est) solemnitas formalis interueniat, quam induxit Agatense Concilium. cap. 7. relatum in cap. *Caselas*, cap. huiusmodi, cap. quòd si necessitas. 10. q. 2. Quę quidem solemnitas ad meliorem formam reducitur per Leonem Pontificem in cap. sine exceptione. 12. q. 2. dicentem, alienationem sine causa & solemnitate factam nullam esse; quo quidem Leonis tempore Augustus condidit dictam l. iubemus. 14. C. de sacrosanct. eccles. quòd Cathedram Constantinopolitanam ecclesiam; & denique ne semel dicta repetamus, solemnitates de scriptæ reperiuntur in decretis & constitutionibus suprà relatis prohibitionem alienantis nomi-
5 natim designantibus; quæ quidem diuersō modo respectu ecclesiæ cathedralis, seu collegialis, monasterij, hospitalis, capellæ, confraternitatis, seu alterius loci pij considerantur; quia in alienatione ecclesiæ collegialis, vel cathedralis solemnitas est, quòd capitulo legitimè congregato causa à Præsidente proponatur, iuxta illud Vlpiani consilium in l. 1. & in l. magis puto. §. non passim de rebus eorum. l. 63. tit. 18. part. 3. & quòd ibi de causa, de quantitate, de necessitate, de reque demum alienanda tractetur, vt ita ex conferentia tractatus formetur, & maiori parte conferentium alienatio approbetur, ex dicto capit. sine exceptione. 12. q. 2. & alijs suprà relatis: si enim à monasterio, vel communitate regulari alienatio fiat, solemnitas est, vt idem tractatus cum Episcopi autoritate interueniat, cap. Abbatibus. 12. q. 2. cap. in venditionibus, cap. nullus. 17. q. 4. nisi forsam monasteria sint exempta, quia non indigent Episcopi autoritate, cùm sui prouinciales & superiores dederint autoritatem alienationibus, gloss. verb. proprij in Clement. 1. de rebus eccles. Innocent. in cap. statuimus in fine de transact. Bened. Capra repetitione eiusdem Clementinæ. numer. 26. Rodoan. de rebus ecclesiæ in §. monasteriorum autem. numer. 9. & ita intelligenda est dicta Clement. 1. Ludouic. in quæstione Perusina. 30. num. 7. Ioan. Gutier. in prącticis quæstionibus canonicis. q. 35. in hospitali, & confraternitate autoritate Episcopi constituta, in ecclesijs verò priuatis parrochialibus hospitali, cōfraternitate, seu alijs pijs locis, quæ nullum habent capitulum, sufficit cum causa & tractatu consensus Episcopi, vt omnes suprà aduertūt, & tradit Couar. d. lib. 2. n. 1. Caualcan. decis. 45. numer. 28. in princip.

6 Quæ quidem alienatio, in censum datio, vel alia quæcunque census creatio, si fiat ab Episcopo, vel Archiepiscopo, de re, vel super re ad dignitatem pertinente, an requiratur cõ sensus capituli, cum ipsius capituli inter sit dignitatem conseruari, dubitatum fuit, & alij dixerunt non esse necessarium capituli consensum, ex ea nemperatione; quia Episcopos in loco Apostolorum successisse constat, cap. in nouo. 21. dist. Concil. Trident. sess. 23. de sacram. ordinis cap. 4. & inde plenam habent in sua diœcesi potestatem cap. 1. cap. decretum, cap. nouerint. 10. quæst. 1. cap. conquerente de offic. ordinarij cap. præcipimus. 12. quæst. 1. ergo in dispositione bonorum ad dignitatẽ spectantium, non indigent Episcopi superioris autoritate, neque consequenter capituli. Rursus iura, quæ requirunt autoritatem superioris in alienationibus rerum ecclesiæ, intelligenda sunt de Episcoporum autoritate & consensu, quæ cæteris omnibus superior est, text. in cap. Abbatibus dicto cap. placuit, dicto cap. in venditionibus cum similibus suprà relatis: ergo si Episcopus alienat, nulla alia requiritur autoritas, neque alterius consensus. Ita aduertit gloss. 1. in cap. *Casselas*, 10. quæst. 2. gloss. 2. in cap. nullus. 17. quæst. 4. & dicit Veriorem sententiam Veroi. in cap. 1. numer. 40. de reb. eccles. Rodoan. in eod. tractat. tit. de autoritate prælati. numer. 48. E conuersõ tamen dixerunt alij in ea Episcopi alienatione de re pertinenti ad dignitatem Archiepiscopi licentiam, & consensum requiri, existimantes eodem gradu considerari respectu Episcopi, quo Episcopum respectu inferiorum, cap. cleros. 21. dist. cap. benè quidem in fine. 96. dist. cap. filijs, vel nepotibus. 16. q. 7. sed in alienationibus inferiorum necessaria est Episcopi autoritas & consensus, dicto cap. Abbatibus, cum vulgat. ergo in alienationibus Episcoporum autoritatem, & consensum Archiepiscoporum necessarium esse constat; facit etiam text. in cap. placuit, cap. si Episcopus. 12. quæst. 2. cap. nullus. 17. quæst. 4. & ita aduertunt gloss. verb. defendere in cap. 1. de rebus eccles. lib. 6. quam sequitur Francus, & Philipp. Prob. ad Monachum ibi, & est communis secundum Imolam in cap. 1. numer. 3. de his, quæ fiunt à Prælato, Alexand. straticus in repetit. Extrauagantis. Ambitiosè. numer. 74. de rebus eccles. Gregor. Lupus in l. 63. titul. 18. part. 3. verb. *Fulano.* Vnde hæc videtur fortis dubitatio, quam curatur componere Panormit. in cap. Apostolicæ de his, quæ fiunt à Prælato, dicens, priorem sententiam procedere, quando Episcopus non iurauit conseruare bona Ecclesiæ, posteriorem verò quãdo iurãuit eorum bonorum conseruationem. Sed certè fallitur Panormit. quia omnes iurant in consecratione conseruationem rerum ecclesiarum, cap. 4. de iure iurand. Vnde Veroius & Rodoan. suprà eam partem elegerunt, vt si Episcopi iurent in forma communi, de qua in dicto cap. 4. de iure iurand. prior sententia procedat; sin verò in forma speciali secunda verior sit, sed etiam errauerunt in satisfactione huius difficultatis, quia omnes iurant specialiter non alienare bona in consulto Pontifice, cap. vt super de rebus ecclesiæ, cap. fin. de eccles. ædificand.

Vnde in ea difficultate obseruandum est priorem opinionem procedere in alienationibus ordinarijs parui præiudicij, in quibus solus Episcopus gerit vices superioris, in consultoque capitulo eas facere potest. Secundam verò quando agitur de magno præiudicio ecclesiæ, vt quia res magni valoris alienatur, vel census maximæ quantitatis super rebus dignitatis creatur; quia eo casu iustissimum esse precedere consensum capituli, atq; licentiã superioris dicendũ est, cùm enim ad capitulũ pertineat cõseruare dignitatem, ipsiusque bona indies augeri, mirum non est, si eius consensus, superiorisque autoritas requiratur. sit ad hunc sensum, atque conciliationẽ reducenda sunt iura suprà relata, diuersæ; opiniones, de quibus per Auendaniam. 1. p. cap. 4. Couarr. libr. 2. variar. c. 17. Pinel. in l. 1. 3. p. ex n. 1. C. de bonis maternis, Roland. cõs. 54. vol. 2. Menoch. cons. 90. vol. 1. qui de solemnitate alienationis rerum ecclesiarum eleganter egerunt.

Ex quibus omnibus circà alienationem rerum Ecclesiarum, vel census creationem vtiliter adductis sequentia notatu digna inferun-
7 tur. Primo, malè dixisse gloss. 1. in cap. nulli de reb. eccles. solemnitatem authenticæ, hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccles. quæ refertur in cap. ea enim. §. hoc ius porrectum. 10. q. 2. à Pontificibus obseruari; errauit enim glossa, cùm ex omnibus superioribus constet, ecclesiam habere propriam solemnitatem, eamque præstantiorem, & vtilissimam, de qua in d. cap. sine exceptione. 12. q. 2. cum suprà relatis.

8 Deducitur etiam errasse glossam verb. *Futurorum*, in fine in dicto cap. sine exceptione, existimantem, alienationem sine causa solemniter factam validam esse, quamuis ecclesia restitui possit, ex cap. ad nostram de rebus eccles. cap. 1. de in integrum restit. cuius glossæ sententiam dicunt veram Socinus consil. 15. vol. 1. Ant. de Burg. in c. cùm dilecti in princ.

de

de empt. & vendit. qui quidem cum gloſſa errauerunt; quia cùm certum ſit, prædictam ſolemnitatem formaliter eſſe neceſſariam, interueniſſeque debere in omni rerum eccleſiæ alienatione, dicto cap. ſine exceptione, cap. tua nuper, & alia iura ſuprà dicta, certum eſt, quòd ſi non interueniat, nulla in totum erit alienatio, & conſequenter quòd eccleſia non indiget reſtitutione. Ita reſoluit communis ſecundum Vercl. in cap. cùm dilecti. num. 3. de empt. & vendit. Gregor. Lup. in dicta l. 63. verb. *Agrauado*, Couar. dicto cap. 17. Tiber. Deciam. conſ. 121. n. 54. vol. 3. Surd. conſ. 115. Burſat. 377. volum. 4. numer. 8. Ancharran. q. 52.

9 Inferturetiam alienationem rerum eccleſiarum iuſtam, & vtilem eccleſiæ ex defectu ſolemnitatis formalis nullam omnino eſſe, vt reſoluit gloſſ. in dicto capit. ſine exceptione. 12. quæſt. 2. verb. *Profuturum*, communiter recepta ſecundum plures relatos à Pinelo in dicta l. 1. 3. part. numer. 36. Roland. in dicto conſil. 54. Anton. Gabr. lib. 3. commun. opin. titul. de rerum alienat. concluſ. 1. numer 23. Lanoſ. in repetit. dictæ Extrauag. Ambitioſè de rebus eccleſ. numer. 35. Neque aduerſus hanc veritatem obſtabit dicere, quòd cùm eccleſia fungatur iure minoris, cap. auditis de in integrum reſtit. alienatio bonorum eius minus ſolemnis debet ſuſtineri, ſi eidem eccleſiæ vtilis ſit, vt in minore receptum eſt. l. cum ij. §. eam de tranſact. l. non eò minus. 14. C. de procurat. & in princip. in ſi iuſt. de authorit. tutor. iuncta gloſſ. verb. *Alimentarius*, in dicto §. eam, communis per plures relatos à Gabriele dicta concluſ. 1. in principio. à Deciano dicto conſil. 121. numer. 55. quia prædicta æquiparatio de minore ad eccleſiam non rectè procedit, minor enim regulariter conſtituitur aduerſus quemcunque contractum; eccleſia tamen cùm formalia habeat requiſita, quæ inuiolabiliter ſeruari debent, deficientibus defecit ſolemnitas, imò & ſubſtantia contractus, & conſequenter ad annullationem nulla indiget reſtitutione; cùm ſine ſolemnitate ipſo iure nullus ſit contractus, & ita fruſtrà defendit prædictam gloſſ. Auend. de exequend. 1. part. cap. 4. numer. 31.

10 Quartò infertur ad intellectum opinionis dicentium, quòd ſi ſolemnitas non interueniat in alienatione rerum eccleſiæ, ſed tantùm ſequatur, conſeruat alienationem, ex text. difficili in capit. ſi quia. 12. quæſt. 2. & ex gloſſ. verb. *Sede vacante*, in capit. 1. ne Sede vacante, communis ex Gregor. d. l. 63. verb. *En eſta miſma manera*, Orozco in d. §. eam. numer. 4. Emmanuel Suar. in communibus opin. 1. tom. titul. de ſacroſanct. Eccleſ. numer. 59. Quæ reſolutio vel non eſt vera, vt quia ea, quę debent formaliter interuenire, non ſufficit, ſi ſequantur, vt alibi latiùs dictum eſt circa interuentionem qualitatis formalis, vel eam benignius interpretando intelligere debemus, vt valeat alienatio à die, quo ſolemnitas interuenit, non à die alienationis, vt inde ſequatur, quòd ſi ante ſolemnitatem diceretur de nullitate contractus, nullus eſſet declarandus; ſin verò poſt interuentum ſolemnitatis, ex quadam benignitate ſuſtineatur, cùm tempore impugnationis ſolemnitatis ſit.

11 Quintò, & vltimò aduertendum eſt, ità fore neceſſariam ſolemnitatem formalem ſuprà relatam, vt non ſufficiat, ſi verè, & integrè concurrat, ſed neceſſe ſit, quòd euidenter conſtet in alienationibus interueniſſe, quia cùm alienationi ius reſiſtat, ſeclusa ſolemnitate, qui prætendit eam interueniſſe, euidenter id probare debet per ſcripturam, ſeu aliter concludenter, vt in cap. de interuentione pretij dictum fuit, & in cap. de probatione ſolemnitatis formalis infrà dicendum erit, & adeò verum eſt, quòd quamuis regulariter ſolemnitas ex temporis antiquitate præſumatur, etiamſi formalis ſit, tamen ſi ex ſcriptura alienationis euidenter conſtet, præſumptio in contrarium ceſſet, ſecundum ea, quæ latè dicenda erunt de probatione ſolemnitatis formaliter neceſſariæ in cenſus creatione.

## DE CENSV CREANDO ſuper fructibus, vel ex fructibus beneficiorum, ſeu præbendarum à clerico, ſeu prælato. Cap. LXXVII.

### SVMMARIVM.

*Cenſus an, & quando conſiſtat in fructibus beneficiorum. n. 1.*

*Fructus prebendarum, & beneficiorum an poſſint vendi, locari, & hypotheca ſubiici. ibidem.*

*Fructus beneficiorum & prębendarum an poſſint locari ad modicum, vel longum tempus. numer. 2.*

*Census consignatiuus an consistere possit super fructibus beneficiorum, vel præbendarum. numer. 3.*

*Emphyteotæ, & omnes, qui ad vitam rem habent, an possint ad vitam fructus rei locare. num 4.*

*Fructus rerum ecclesiarum an possint locari ad vitam, vel ad longum tempus. n. 5.*

*Patrimonium clericorum, ad cuius titulum ordinantur, an possit dari in censum, vel super eo census constitui. n. 6.*

## CAPVT LXXVII.

QVM in capite præcedenti actum sit de censu creando super rebus, vel ex rebus sacris ecclesiarum, atque dixerimus, quòd seruata iuris solemnitate formali cē sus in eisdem bonis consistit, in præsenti agēdum est de census creatione super fructibus, vel ex fructibus præbendarum, seu beneficiorum à clerico, vel prælato facta. Ad cuius dubitationis veram resolutionem distinguendum est inter censum reseruatiuum, emphytheoticum, vel consignatiuum. In reseruatiuo, qui præsupponit translationem vtriusque dominij, tam vtilis, quàm directi; & in emphytheotico, qui tantùm transfert vtile dominium, vt suis locis dictum est, videtur dicendum, quòd fructus beneficiorum, seu præbendarum, dari possint in eum censum, vel emphytheosim, cum reseruatione certæ pensionis annuæ in futurum soluendæ; quia licèt ex omnibus supràdictis in capit. præcedenti, ecclesiarum bona sacra, vel prophana, sint prohibita alienari, fructus tamen vendi, alienari, seu alio quocunque titulo transferri rectè possunt, vt eleganter resoluit Rodoan. de rebus eccles. quæst. 5. de fructibus ecclesiasticis alienandis, & quæst. 6. de alienatione illarum rerum, quæ seruando seruari non possunt, & quæst. 17. de constitut. annui census ferè per totam, maximè ex numer. 7. cum alijs, & statim quæst. 51. de casibus, in quibus fit alienatio, cap. 12. & cap. 3. & post Zabarel. & Bald. aduertit Felician. libr. 2. de censib. capit. 3. numer. 10. dicunt enim Rodoan. & Felician. quòd fructus beneficiorum, seu præbendarum possunt alienari, & in causam iudicati accipi, absque eo, quòd res ecclesiasticæ venditæ censeantur: ergo mirum non esse videtur, quòd in emphytheosim, vel censum dari possint. Qua quidem resolutione nihil obstante, existimo longè verius, beneficiorum, vel præbendarum fructus non posse rectè dari in emphytheosim, vel censum reseruatiuum, non tam ex eo, quòd fructus prohibeantur alienari, quàm ex ea potissimum ratione, quia licèt solo cohæreant, & à solo pendeant, atque dum solo cohærent, pro immobilibus habeantur separati, tamen à solo res mobiles existimantur, nullamque habent perpetuam existentiam, neque stabile subiectum, & consequenter super eis emphytheosis non consistit, vt latissimè dictum fuit in capit. de censu creando super rebus immobilibus soli, & probat text. in §. adeò, instituit. locati, ibi, *De prædijs, quæ perpetuò fruenda traduntur*, authent. si quas ruinas, authent. perpetua. C. de sacrosanct. eccles. cum vulgatis, & in censu reseruatiuo probat text. in capit. constitutus de religios. domib. cum his etiam, quæ diximus in dicto cap. de censu creando super certis rebus immobilibus: ergo super fructibus beneficiorum, seu præbendarum, quæ nullam habent perpetuam existentiam, neque stabile subiectum emphytheosis, vel census reseruatiuus non consistit, non ne ad sensum videmus, quòd ex fructibus pensio perpetua reseruari non potest, cùm & ipsi perpetui non sint, neq; stabiles, & existentes, forsam breuiter perituræ.

2 Rursus fructus præbendarum, seu beneficiorum, non solùm in perpetuum non locantur, sed neque ad modicum tempus locari possunt, cap. 2. de locato, cap. fin. ne prælati vices suas, Clement. 1. de rebus eccleſiæ. l. 9. titul. 19. part. 1. cum adductis per Alexand. consil. 16. volum. 6. Couarr. libr. 2. variar. cap. 16. imò & hodie per Extrauag. Ambitioſe. de rebus eccles. vltra triennium locari non possunt sub excommunicationis pœna; quam Extrauagantem esse in viridi obseruantia testatur Rodoan. de rebus ecclesiæ quæst. 6. num. 11. Couarr. dicto libr. 2. variar. capit. 16. numer. 4. Nauarr. in Manuali capit. 27. numer. 149. Auend. de exequend. mandat. 1. part. capit. 4. à numer. 31. Sarmiento de redditibus ecclesiasticis. 1. part. cap. 2. ergo à fortiori neque census super eisdem fructibus cōsisteret; & in hoc de emphytheosi, vel censu reseruatiuo certissimum credo veram esse hanc resolutionem, & quòd si forsam dentur, vel concedantur cum reseruatione alicuius pensionis, non erit census, neq; emphytheosis, sed locatio pro tempore permissio in Extrauag. Ambitioſe.

Neque obstabit, quòd prædicti fructus vendantur, seu alienentur, quia cùm venditio, seu alienatio non requirat præcisè bona immobilia, neque stabilia, & perpetua, sed quæli-

quælibet etiam per mōmentum duratura, vēdi possint, vt quia ex natura emptionis & venditionis vnico actu tantùm contractus perficiatur, mirum non est, si venditio iusta sit, creatio verò census diuersi generis, atque naturæ est; quia præsupponit tractum successiuum exigendi, & soluendi pensionem annuam, atque vnico actu, & contractu emptum & venditum fuisse ius illud in futurum percipiendi pensionem, donec census finiatur, perpetuum, & stabile: ergo non est mirandum, si huiusmodi census super fructibus non consistat; & inde quamuis Rodoan. Felician. & alij suprà relati in censu consignatiuo teneant contrarium, in reseruatiuo tamen, vel emphytheotico id non renuerunt, neque vllum verbum de his censibus, quæ præsupponunt perpetuitatem ex fructibus beneficiorum, seu præbendarum reseruandis tradiderunt.

3 In censu tamen consignatiuo an super fructibus beneficiorum, seu præbendarum possit consignari, reperio Follerium in praxi censuali in verb. *Huiusmodi census*, num. 18. credētem, prælatum, seu beneficiarium posse vendere censum annuum super fructibus, atque redditibus eius beneficij, seu præbendæ, vt ad eius solutionem in futurum obligetur, cuius sententiam referens sequitur Rodoan. de rebus Eccles. titul. de constitut. annui reddit. num. 17. & 18. & referens Foller. & Rodoan. id ipsum credens verum esse Felician. de censibus dicto lib. 2. cap. 3. num. 10. prope finem. Eandem etiam sententiam post Foller. & Rodoan. aduertit Marc. Anton. de Marsil. Bononiensis in tractatu de Ecclesiarum reddituum origine & iure. 3. part. cap. 27. numer. 45. Quam resolutionem ipsi comprobant, ex eo, quòd prædicti fructus, sicut possunt liberè vendi, atque hypothecæ subijci, & pignorari. cap. vestra de locati, ita & super eis rectè census consisteret.

Sed etiam in censu consignatiuo cōtrariam sententiam omnino veriorem existimo, non tantùm ex eo, quòd prædicti fructus, sicut venduntur, & alienantur, pignori, & hypothecæ non subijciantur, quàm quòd etiam si alienari, vendi, aut pignori dari possint, non tamen in perpetuum venduntur, seu pignorantur, sed pro primo, secundō, vel tertio anno, pro quibus sicut & locari per Extrauagantem, Ambitiosè, ita & vendi, aut alienari possunt, ideó super eis census consignatio, quæ præsupponit bona stabilia, atque perpetuam eorum existentiam, successiuamque, & pro tempore, quo durat census, perpetuam facultatem exigendi, & obligationem soluendi præsupponunt, cōsistere non potest.

Ideò aliquantulum sentiens hanc difficultatem, atque fortem repugnantiam Rodoan. de rebus Ecclesiæ quæst. 17. de constitut. redditus num. 12. existimauit censum super his redditibus, aut fructibus Ecclesiasticis in perpetuum, neque in distinctè posse consignari, sed demum pro vita consignantis. Cuius conciliatio, atque resolutio per eundem Rodoanum latè confirmatur credentem beneficiarum, seu prælatum pro tempore eius vitæ obligare posse fructus, seu reditus beneficij & præbendæ, & super eisdem censum liberè pro tempore vitæ suæ consignare. Ex quo aperte excludit censum perpetuum, qui redimi non potest, vel simpliciter redimibilem, qui donec redimitur, perpetuus dicitur, vt diximus in capit. de natura census perpetui; & ideò nihil obstant tenentes contrariam sententiam, quia Follericis intelligitur secundum Rodoanum, à quo refertur, & similiter Felicianus intelligitur secundum Rodoanum, quem ipse Felicianus refert, & cuius opinionem sequitur, & Marc. Anton. Marsil. qui loquitur in distinctè, etiam est intelligendus secundum resolutionem Rodoani, & Follerij, quos ipse refert. Vnde constat verius esse, quòd nisi ad vitam constituētis super fructibus, aut redditibus beneficij, seu præbendæ census consignari non potest.

4 Neque mirum, quòd prælatus, seu beneficiarius pro tempore vitæ suæ super fructibus, & iure percipiendi eos censum constituat, cùm & omnes, qui ad vitam rem possidēt, id facere liberè possint, vt in emphyteota aduertit Rodoan. de rebus Eccles. rubr. de constit. annui census. quæst. 17. num. 15. & 24. & ante ipsum Guillelm. de Lugno, Bald. Paul. & Salicet. in l. 3. C. de seruitutibus & aqua, & resoluunt Pinel. in l. 1. C. de bonis maternis. 3. part. numer. 70. Padilla in dicta l. 3. C. de seruitutibus. nu. 6. Iul. Clar. in §. emphyteosis quæst. 21. & nos diximus in capit. de censu creando ab emphyteota super emphyteosi.

Et in vassallo quòd in re feudali, & ipsius tantùm præiudicium non verè domini possit constituere seruitutem, vel quamlibet aliam obligationem, probat text. in cap. 1. §. quid ergo de inuestitura de re aliena facta, Alexand. qui hanc dixit communem opinionem consil. 18. num. 5. lib. 5. Curtius in tractat. de feudis. 4. part. in vltima amissionis feudo causa. q. 14. Iul. Clar. in §. feudum. quæstion. 73. Rodoan. in dicta quæst. 17. nu. 15. vbi ex vassallo

argumentatur ad beneficiarium, & prælatum, quòd possit pro tempore vitæ suæ censum super fructibus constituere, & ibi numer. 20. aduertit exemplum de marito, qui licèt regulariter non possit imponere censum super fundo dotali, ex l. lege Iulia cum vulgatis. ff. de fundo dotali, poterit tamen super fructibus dotis eum consignare, vt inde inferatur ad beneficiarium, seu Prælatum, & similiter statim Rodoan. numero. 21. cum sequentibus id latè affirmat ex similitudine rerum fideicommisso, aut restitutioni subiectarum, quæ licèt prohibita sint alienari, fructus tamen pro tempore vitæ possessoris alienabiles sunt; & ideò rectè obligantur, pignorantur, atque censui subijciuntur; quod ad longum explicuit doctus Molina libro. 1. de Hispaniar. primogen. capit. 20. per totum, idque magis in specie comprobat eleganter Marc. Anton. Marsil. in tract. de Ecclesiasticorum reddituũ origine & iure. 3. part. cap. 27. per totum, resoluens, maximè ex num. 36. vsque ad finem, clericos veros esse dominos Ecclesiasticorum reddituum, & ponderans ad id n. 41. Concil. Trident. sess. 24. cap. 12. de reformatione, & sess. 23. cap. 1. & sess. 25. cap. 1. & denique nu. 45. ponderans omnia præcedentia ad constitutionem census super eisdem redditibus, vt non solùm possit fieri, sed quòd sine vlla fiat solemnitate, cùm agatur de redditũum alienatione.

In eo tamen, quod Marsil. resoluit, scilicet necessariam nõ esse iuris solemnitatem in fructuum alienatione, vel super eis census creatione, reperio, quòd id ipsum resoluit Rodoan. in d. c. 17. n. 19. & 25. constituens differẽtiam inter census consignationem super ipsis rebus ecclesiarum, vel super fructibus beneficiorum, vt primo casu solemnitas, & causa iusta, atque cætera omnia requisita sint necessaria, secundo verò non, quasi fructus non sint veræ res ecclesiasticæ, sed prophanæ, & quorum liberam disponendi potestatem clerici habent.

Cuius Marsilij & Rodoani sententiam confirmat alia Couarrubiæ in dicto libr. 2. variar. cap. 16. nu ner. 6. in fine dicentis, Pauli prohibitionem in Extrauag. Ambitiose de reb. eccles. procedere tantùm in locatione rerum ecclesiarum vltra triennium, vt ipsas res prohibeat locari, non tamen in redditibus ecclesiasti. is, quos locari posse sine vlla solemnitate, atque extra prohibitionem illius Extranagantis existimat; quod ante ipsum tenuit Federic. de Senis consil. 123. & idem sequitur Auend. de e. . quend. mand. Reg. 1. part. cap. 4. numer. 32. pro quibus ego pondero text. notandum in l. 9. titul. 17. part. 1. ibi. *Mas bien pueden ellos y los otros cleriges arrendar los frutos que huuieren de las yglesias, ê de sus beneficios, ca maguer estas rentas vengan de cosas espirituales, non lo son ellas, ê por ende non faria simonia el que las vendiesse, ni el que las comprasse; pero tal arrendamiento como este non valdria por toda la vida, mas por vida de aquel, cuyo fuesse el beneficio, ê non mas:* & hanc existimo veritatem, quamuis vrgenter contrarium defendat Veroi. decis. 224. num. 2. Quæ resolutio fortificatur ex eo, quia licet ius decimandi sit quid spirituale, & spiritualibus annexum, cap. constitutus, cap. super eo de transactionib. cum vulgatis; & inde videretur, decimas locari non posse etiam intra triennium, arg. capit. 1. de iure patronat. cap. quamuis de decimis, & per totum titul. de simonia, atque. 1. quæst. 1. per totam, fructus tamen decimarum ita separatim considerantur à iure ipso decimandi, vt locari, seu vendi, ad libitum rectè possint, gloss. Cardin. & Imola, & communis in dicto cap. 2. de locato, in dicto cap. quamuis, gloss. fin. Diuus Thom. 2. 2. q. 37. art. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. num. 51. ergo mirum non est, quòd & census super fructibus consistat, & secundum Rodoan. & Marsil. nulla solemnitas iuris in eius consignatione requiratur, neque quòd in his fructibus non procedat prohibitio Extrauag. Ambicioſe.

Ex quo quidem iustissime miror de Gregorio in l. 9. titul. 17. part. 1. verb. *Arrendar*, dum explicans legem illam, subdit, *Intelligeita, quòd locatio non sit ad longum tempus, vt in Clem. 1. §. fin. de rebus ecclesiç*, existimans per text. illum, locationem ad longum tempus fieri non posse, nisi cùm intelligas non de locatione fructuum beneficiorum, de qua loquitur lex Partitæ, sed de locatione rerum ecclesiarum, quæ quidem ad longum tempus fieri non potest, per dictam Clem. 1. & per Extrauag. Ambitioſe, & ita intelligẽdus est Couar. in dicto cap. 16. n. 3. dum resoluit, rem ecclesiæ non posse locari ad vitam, cùm ea locatio sit quasi perpetua, & ad longum tempus facta, quæ de iure prohibetur, non tamen de locatione fructuum beneficiorum ad vitam, cùm eam permiserit ipse Couar. in dicto cap. 16. num. 6. ad finem, per text. in dicta. l. 9. tit. 17. part. 1. & ita per illam legem Partitæ sunt intelligenda quæ tradit Barbosa in l. si filio familias. 26. §. fin. numer. 21. ff. solut. matrim.

6 Ex quibus infertur ad census constitutionem super bonis, ad quorum titulum clericus ordi-

ordinatur, an valida sit, seclusa solemnitate, quæ ad alienanda cætera bona Ecclesiarum necessaria est, & reperio Felicianum 2-part. de censib. 2. tom. lib. 2. cap. 3. numer. 12. qui post Innocent. Gofred. Vicent. Hostiens. & alios, resoluit seruandam esse formam sancti Cõcil. Tridentin. sess. 21. de reformat. cap. 2. vbi cõstituit, quòd sine licentia Episcoporum bonorum alienatio non valeat.

# AN MONASTERIA, seu loca pia, confraternitates, hospitalia, vel alia similia religiosa, sine licentia ordinarij possint cẽsum creari. Cap. LXXVIII.

## SVMMARIVM.

*Confraternitates an sint loca pia, vel religiosa, aut secularia, & quomodò valeat eorum bonorũ alienatio sine ordinarij licentia, vel cum ea. num. 1.*

*Monasteria de iure communi subiacebant ordinarijs licèt succedente tempore eximantur. num. 2. ibique quòd solus Pontifex concedit eorum exemptiones.*

*Exemptiones Romani Pontificis debent inuiolabiliter obseruari, & ideo alienationibus bonorũ exẽptorum, nõ est necessaria licentia ordinarij, sed sufficeret generalis, vel prouincialis ordinis, aut saltem Nuncij generalis Hispaniæ. num. 3.*

*Exemptiã iurisdictione ordinaria Ecclesiastica an, & quando contrahendo possint renunciare exemptioni, & iterum se contrahendo summittere iurisdictioni ordinarij. num. 4.*

*Conuentio, per quãuis consentit in iudicem, aliãs proprium, cuius iurisdictio poterat declinari, an & quando valeat. num. 5. & num. 18. resoluitur propositio.*

*Abbas, vel Prælatus monasterij exempti, quando possit consentire, atque prorrogare iurisdictionẽ Episcopi, vel facere deteriorem monasterij conditionem n. 6. & n. 19. vbi respondetur ad text. in cap. cum dilectus de religiosis domibus.*

*Priuilegio suo quando quis possit renunciare prorrogando, & extendendo iurisdictionem alterius, modò sit priuilegium spirituale, modò temporale personis, communitati, seu collegio, vel ordini concessum, traditur latè numer. 7. & num. 20.*

*Pactum, quo res in suam pristinam, atque primordialem reducitur naturam, & statum, sustinetur. n. 8. & 21.*

*Episcopus rogatus, aat inuitatus iurisdictionem exempti exercere potest. nu. 9. & quomodò hoc intelligatur, traditur num. 22.*

*Exemptus sine licentia superioris an possit sibi eligere confessorem, illique se subijcere num. 10 & num. 23. traditur sensus ad cap. fin. de pœnitent. & remiss.*

*Exemptionis priuilegium an respiciat priuatam vtilitatem exempti, & an eidem vtilitati possit renunciari. n. 11. & 24.*

*In bonis monasterij exempti an possit fieri executio per iudicem laicum. n. 12. & quomodò hoc intelligatur, declaratur. n. 25.*

*Clericus in realibus an possit conueniri coram iudice laico. traditur. num. 13. & nu. 26. resoluitur ea dubitatio.*

*Exemptus an possit renunciare exemptioni, & quando hoc procedat. num. 14. & num. 15. quòd exemptus vi exemptionis efficitur non subditus Episcopi, & immediatè subijcitur Papæ, & num. 16. quòd Archiepiscopus habet maiorem iurisdictionem in subditos sui suffraganei quam Episcopus in exemptos, & num. 17. quòd Episcopus non potest interponere autoritatem in facto exempti etiam volentis.*

## CAPVT LXXVIII.

DIXIMVS in capitibus præcedentibus de censu ex bonis, vel super bonis Ecclesiarum, seu clericorum sacris, vel temporalibus, cum licentia ordinarij creando; vnde in præsenti agendum est de eiusdem creatione, à monasterijs, locis pijs, seu religiosis, confraternitatibus, aut hospitalibus faciendo cum licentia ordinarij, vel sine vlla. Et primò, quantum ad confraternitates & hospitalia certissimum est, quòd in omnibus casibus, in quibus subiacent iurisdictionis, ac potestati ordinariorum Ecclesiasticorum, de quibus per Rodoan. de reb. Eccles. quæst. 28. & q. 41. à num. 12. vsque ad 21. & quæst. 47. per totam, & quæst. 49. & 51. cap. 12. per totum, & cap. 15. per Anton. Gabr. in communib. opin. titul. de pia causa conclus. 1. & 2. Menoch. de recuperanda remed. 15. nume. 2. vsque ad 38. Ioseph. Ludouic. decis. 30. ex nume. 6. vsque ad finem, & decis. 93. numer. 35. cum alijs, Padilla in l. si aquam. num. 48. C. de seruitutibus. Mascard. de probat. conclus. 869. Gutier. canonica quæst. cap. 35. Felician. libr. 2. de cens. cap. 3. num. 11. Gironda de gabellis 7. p. n. 41.

Azeued. in l. 6. titul. 2. libr. 1. numer. 9. & latè Flores à Mena lib. 2. variar. quæst. quæst. 21. numer. 182. cum sequentibus, non poterunt super eorum bonis censum creare sine licentia Episcopi, atque simul præcedente solemnitate ad constituendum censum super bonis Ecclesiasticis necessaria; sin verò non reputetur pro locis Ecclesiasticis, & pijs, sed verè secularibus, de quo non agimus, quia egerunt supradicti, erit necessaria ea solemnitas ad cēsum super earum bonis instituendum, quæ in bonis vniuersitatis alienandis, vel censibus subijciendis exigitur, scilicet quod alienatio, seu census constitutio fiat congregatis hominibus confraternitatis, seu hospitalis in loco solito, atque ordine consueto vocatis, vt notant Ruyn. consil. 175. *Visa donatione*, lib. 1. Ioseph. Ludouic. decis. 93. num. 37.

2 In monasterijs autem aliter sum est dicendum, quia licèt de iure, ordinarijs Ecclesiastici subiacebant, capit. obitum 61. dist. capite omnes Basilicæ cum alijs. 16. quæst. 3. capite monasteria, vel monachorum, capit. Abbatibus. 18. quæst. 2. capit. 1. cap. cùm Episcopus de officio ordinarij, gloss. in capite nulla 93. dist. text. in authent. vt clerici apud proprios Episcopos in princip. verum succedente tempore compertum est, regulares ab Episcopis, cæterisque ordinarijs plerumque opprimi, odiososque effici, vt in capite nimis iniqua, & in capit. nimis praua de excessibus prelatorū, Clement. vnica, eodem titul. vbi referuntur 30. grauamina, quibus regulares efficiebantur, visum fuit Pontificibus summè conueniens eximere eos ab ordinaria iurisdictione, vt considerat Mandos. in titul. de exemptione colum. 2. in fine. Ex quo cùm ad Pontifices pertineret erigere nouas religiones, cap. cùm plantare, vbi Anton. & Decius de priuileg. similiter & eos eximere ab ordinarijs, alijsque priuilegijs nobilitare, vt quia ipse solus id efficere possit exemptiones, & priuilegia cōcedendo tam fori, vt in capit. frater. 16. quæst. 1. & in capit. 1. vbi gloss. 2. de priuilegijs in 6. Ancharran. consil. 132. num. 5. quam decimarum, vt in cap. ex parte. 1. de decimis, capit. 2. §. diœcesani de decimis in 6. gloss. in capite à nobis eodem titul. Franc. in dicto §. diœcesani capit. cùm olim, vbi Decius numer. 1. & 2. de rescriptis, Menoch. consil. 276. numer. 1. libr. 3.

3 Quæ quidem exemptiones fori debent inuiolabiliter obseruari, cap. recepimus, cap. porrò, de priuileg. capite cum capella, ibi. *In quantum exempti sunt, Apostolicis priuilegijs deferas reuerenter*, capit. priuilegia in princip. eodem titul. & latè resoluit Hyppolyt. Rinald. consil. 32. num. 16. lib. 1. & eas exemptiones potest dare Summus Pontifex, cap. frater. 16. quæst. 1. capit. priuilegium de verbor. signific. in 6. capit. 1. in princip. vbi gloss. verb. *Exemptionis*, capit. cùm personæ, capit. cùm exemptionem, capit. si Papa. §. 1. & per totum de priuilig. in 6. cap. ad abolendam versic. vlt. de hæreticis, Concil. Trident. sess. 14. de reformat. cap. 5. in fine, & sess. 25. de regularib. cap. 3. & 9. cum alijs, & latè dicendum erit in tractatu de exemptione à iurisdictione ordinaria, qui annuente Deo breuiter edendus est, vnde in eorum alienationibus, seu obligationibus, vel censibus constituendis non erit necessaria licentia ordinarij, sed sufficeret auctoritas, atque consensus generalis, aut prouincialis sui ordinis, cùm habeant in religiosos omnimodam potestatem, vt post Bald. scripsit Ioan. Baptista in repetit. legis, omnes populi. num. 24. de iustitia & iure, & post Bald. aduertit Felician. de censibus 2. tom. lib. 2. capit. 3. num. 17. in fine. vbi num. 18. post Abbatem, Ioan. Andr. Roman. & Mandos. aduertit melius esse, si Nuncius Apostolicus dederit eam licentiam, vt quia exemptorum iudex vniuersalis sit.

4 Vidi tamen semel dubitatum, an monasterium exemptum possit nominatim in similiū cēsuum cōstitutionibus ad faciliorem eorum exactionem subijcere se ordinario Ecclesiastico, cui secluſa exemptione subiectus erat; quæ dubitatio explicatur, atque resoluitur à Felician. de censib. 2. tom. libr. 2. capit. 3. ex numer. 13. cum alijs, vbi denique id fieri non posse resoluit. Pro qua opinione obtinui, & disputationem pro vtraque parte sequenti modo composui. Videbatur enim dicendum, quòd exemptus poterat cōsentire in iudicem ordinarium, & illi se subijcere, priuilegio exemptionis renūciando, vt resoluit Federic. de Senis consil. 95. quod sequitur Ioan. de Lignano in Clement. ne in agro de statu regulariū, & in cap. significasti de foro competenti, Alueric. num. 8. Salicet. 1. Paul. 2. in l. si quis in cōscribend. C. de Episcop. & cleric. Bart. in l. si quis in conscribendo. C. de pactis, vbi Curt. Senior. num. 12. Barbac. latè dicens hanc opinionem veriorem, atque æquiorem in capite significasti. numer. 44. de foro competenti. Contrariam tamen sententiam tenent Imola, & Panormit. in Clement. penult. de sentent. excommunicat. Ioan. Andr. Anton. Panorm. Felin. Socin. Alexand. de Neuo, & alij plures, quos refert Felician. d. num. 13. vers. contrariū verò. Quæ quidem difficultas, vt facilè vinci possit, fundamenta Federici, atque Feliciani vtriusque partis talia sunt.

Pro

5 Pro parte Federici de Senis consideratur, quòd valet conuentio, per quam quis consentit in iudicem aliàs ordinarium, & proprium, cuius virtute priuilegij, vel exemptionis poterat iurisdictio declinari, ex capit. 1. de iudicijs quod ex eo textu deduxerunt Panormit. numer. 17. Decius, & Ripa, quorum opinionem sequuntur plures, quos ipse Felicianus cumulat dicto num. 13. versic. *Pro qua sententia*, igitur exemptus poterit suo priuilegio renunciare, atque se ordinarij iurisdictioni submittere.

6 Secundò ponderatur pro eâ sententia tex. in capit. cùm dilectus de religios. domib. vbi Abbas, & prælatus monasterij exempti, licèt non possint renunciando exemptioni in Episcopum consentire, deteriorem efficiendo monasterij conditionem, Abbas tamen. & conuentus simul poterunt Episcopi iurisdictionem prorrogare, vt aduertunt Anton. num. 6. Cardin. 5. Panormitan. dicens communem num. 7. in dicto capite cùm dilectus, Oldrald. consil. 97. ergo monasterium exemptum exemptioni renunciando, poterit se iurisdictioni ordinarij subiecere, atque eam prorrogare.

7 Tertiò cònsideratur pro sententia Federici generalis propositio, qua cóstituitur, quòd quilibet potest renunciare suo priuilegio, siue temporale, siue spirituale sit, siue personis, communitati, collegio, vel ordini concedatur ex dicta l. in conscribendo. C. de pactis, capit. ad Apostolicam de regularib. cap. ex transmissa, capit. in præsentia de renunciat. capit. cùm pridem de pactis. l. 3. C. de fide instrument. c. si de tertia, cap. accedentibus de priuileg. cap. quòd sicut de elect. ergo similiter exemptus exemptionis priuilegio priuatam vtilitatem eius respicienti poterit renunciare.

8 Quartò fortificantur præcedentia ex eo, quòd per eam renunciationem, seu conuentionem de accedendo ad iudicem ordinarium deuoluitur iurisdictio ad suum primordialem statum, vt notissimum est: ergo pactum, quo ad eum statum reducitur, iustum est, & seruãdum, capit. ab exordio 35. dist. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis.

9 Quintò ponderatur text. in capit. luminoso. 18. quæst. 2. vbi Pontifex decidit, Episcopum rogatum, aut inuitatum posse iurisdictionem suam in exemptum exercere.

10 Sextò conducit text. in capit. fin. de penit. & remiss. vbi Gregorius IX. decidit, quod exemptus sine licentia superioris potest eligere sibi confessorem.

11 Septimò facit, quia priuilegium exemptionis respicit priuatam exempti vtilitatem, cui facile renunciari potest, cap. ad Apostolicam de regularib.

12 Octauò iubatur eâ sententia ex alia communi dicentium, quòd in bonis monasterij exempti potest fieri executio per iudicem secularem, quorum traditio confirmatur ex Innocentio in capit. non minùs de immunit. Eccles iar. Salic. Boer. Tiraquel. & alijs, quos refert Felician. suprà num. 16. versic. *Quapropter sunt qui affirment.*

13 Demum ponderant, clericos in realibus esse conueniendos coram iudice seculari; ex Federico de Senis consil. 94. Barbac. Benedicto, Boer. Tiraquel. & alijs, quos refert Felician. dicto numer. 16. versic. *Præterea conducit.* Ex quibus sic breuiter adductis, quàtum est possibile, fortificatur sententia Federici.

14 Sed his non obstantibus contraria Ioannis Andreæ, Imolæ, & Panormitani, quos suprà retulimus, omninò verior est, & tenenda, pro qua facit text. expressus in capit. cum tempore de arbitris ibi. *Cùm & si sponte volueris de iure, nequiueris sine licentia Romani Pontificis renunciare priuilegijs, vel indulgentijs libertatis, quæ monasterium illud iudicant ad ius & proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertinere,* vbi renunciatio exemptionis nominatim prohibetur, non solum respectu monasterij, sed & renuncians, vt constat ex Henrico n. 11. & 12. Panorm. 7. ibidem.

15 Secundò fortificatur eâ sententia, quia certissimum est, quòd exemptus ab Episcopo subijcitur immediatè Pontifici, & eius iurisdictioni, vt per text. in capit. penult. de officio ordinarij capit. si Papa de priuileg. in 6. & post alios plures Scribentes aduertit Felici. dicto num. 13. versic. *Secundò facit*; ergo sine Pontificis licentia non poterit exemptos Episcopi, iurisdictionem prorrogare, capite 1. & 2. & capite significasti de foro competenti.

16 Tertiò à maioritate rationis sic argumentatur Felician. in dicto numer. 13. versic. *Tertiò*, Archiepiscopus habet maiorem iurisdictionẽ in subditos sui suffraganei, quàm Episcopus in exemptos; sed subditi suffraganei sine licẽtia Episcopi non possunt cõsentire in Archiepiscopum, capit. Romana de foro competenti in 6. cap. pastoralis de offic. ordinarij: ergo à fortiori exemptus non poterit sine Pontificis licentia in Episcopum consentire.

17 Quartò & vltimò suam probat sententiam ex capit. autoritate de priuileg. in 6. vbi constituitur, quòd Episcopus non potest interponere suam autoritatem in facto exempti etiam volentis, ex quibus hanc sequitur sententiam & ego in puncto iuris existimo veriorem, ex qua infero, quòd à monasterium exemptum

in

in census constitutione exemptioni renuncia uerit, neque ordinariæ iurisdictioni subiecerit, nullius momenti erit renunciatio, aut submissio.

18 Quæ sententia retenta ad fundamenta in contrarium adducta respondetur ex sequentibus. Et primò ad text. in cap. 1. de iudicijs, quod non procedit in exemptis, vt notant ibi Decius nu. 86. Beroi. 117. & alij per Felician. num. 13. in fine, versic. *Quæ verissima opinione retenta.*

19 Secundo ad text. in capit. cùm dilectus, respondet Felician. dicto num. 3. versic. *Ad textum autem*, quòd argumentum deducitur à contrario sensu, & quòd ideò nihil vrget contra id, quòd de iure expressum est, ex l. conuẽticulam. C. de Episcop. & cleric. sed ego credo, quod neque per argumentum à contrario sensu id à textu deducitur, neque deduci poterat contra iuris præcepta suprà relata.

20 Tertiò ad regulam l. si quis in conscribendo respondet Felician. dicto cap. 3. numer. 14. per quatuos columnas ad quem vos mitto, vbi existimat in fine, vel correctam esse per ius canonicum dictam l. si quis in conscribendo, vel mutato rerum statu cessasse illius legis decisionem, vt quia clerici multis ab hinc annis exempti sint à iurisdictione seculari; sed ego vnico verbo respondeo, quòd lex illa male ad nostrum casum adaptatur, si quidem loquitur in renunciatione proprij priuilegij, & exemptionis priuilegium non sit proprium renunciantis, sed totius ordinis, cui renuncians facere non potest præiudicium, sicut neque clericus renunciando, vel seculari potestati subijciẽdo, totius Ecclesiæ clericali priuilegio præiudicium potest irrogare.

21 Quartò ad argumentum de capite ab exordio 25. distin. respondet Felician. numer. 14. versic. *Neque etiam præiudicat*, non procedere quando tertio irrogatur præiudicium, quia eo casu non reducitur ad pristinum; & naturalem statum, sed melius respondetur, quòd licèt pactum, quo res reducitur ad suam primordialẽ causam, iustum sit, hoc tamen intelligitur, quando partes libere possunt rem, vel causam ad originem reducere; quia facilè ex natura originis reducitur; sed in hac specie cùm non sit in partium potestate, sed in sola Pontificis, cui per exemptionem subijciuntur exempti, non poterunt præiudicare per renũciationem toti ordini: ideò non obstat dictum capite ab exordio.

22 Quintò ad text. in capit. luminoso respondet Ioann. Andr. in reg. scienti de regul. iur. in 6. Panormitan. & Socin. in dicto capit. significasti, quòd non loquitur in exẽptis, sed tantũ in priuilegiatis; quorum intellectum reprobat Felician. suprà num. 15. versic. Ad textum verò in capit. luminoso, dicens, quòd textus ille loquitur in exemptis, sed per argumentum à contrario sensu, & quòd ideò nihil operatur. Sed ego considerans verba textus, nullum verbum reperio, in quo fundetur exemptio; ideò intellectum Ioannis Andreæ libenter admitto.

23 Minus obstat text. in capit. fin. de pœnitẽt. & remiss. quia præterquàm quòd eius constitutio exorbitans videtur, potiùs confirmat, quàm impugnat nostram sententiam, vt aduertit Felician. suprà, versic. *Denique non obstat.*

24 Septimò, non obstat, quod exemptio priuilegij respiciat priuatam vtilitatem exempti, vt inde possit eidem renunciari, ex capit. ad Apostolicam de regularib. quia etiam exemptio continet eximentis fauorem, tertij nempe in cuius præiudicium renunciatio non valet, vt bene considerat Felic. post alios suprà n. 15. versic. *Deinde non obstat.*

25 Octauò, licèt aliqui teneant, quòd in bonis monasterij exempti executio fieri potest per iudicem laicum, præter quàm quòd ea obiectio propria non est ad nostrum casum, respõdetur, contrariam sententiam esse veriorem; vt post plures comprobat Felicianus suprà numer. 17. versic. *Qua propter*, & statim versic. *Ego verò.*

26 Demum non etiam obstat, clericos in realibus esse conueniendos coram iudice seculari vt plures tenent per Felician. suprà versic. *Præterea conducit*; quia ipse respondet statim in versic. *Tum quia verius*, veriorem esse contrariam sententiam. Ex quibus euidenter constat, quòd si forsam exempti monasteriorum censum creauerint, & in eius constitutione exemptioni renunciando ordinario iudici se subiecerint, non valebit renunciatio, neque summissio sine Pontificis, vel Nuncij generalis licentia.

## DE CENSV CREANDO à marito constante matrimonio super rebus, vel ex rebus dotalibus. Caput LXXIX.

### SVMMARIVM.

*Maritus quando super rebus dotalibus censum possit creare, eximatis, vel non eximatis. n.* 1.

*Extimatio fundi dotalis marito dati, quando faciat emptionem verè, latè n. 2.*
*Maritus an sit verè dominus dotis, constante matrimonio, vel vxor tantùm, ibidem.*
*Vxor quando habeat rei vendicationem directam, vel vtilem, & intellectus ad l. in rebus. C. de iur. dotium. n. 3. vsq; ad n. 7.*
*Possessor rei dotalis, à quo res vendicatur, an liberetur offerendo extimationem dotis. numero 4.*
*Dominium rerum dotalium constante matrimonio an sit penes maritum, vel vxorem, latè discutitur, & intelligitur. n. 5. & 6.*
*Vbi diuersos intellectus ad l. in rebus. C. de iure dotium traduntur.*
*Maritus an super re extimata in dotem sibi data censum constituat. n. 7.*
*Maritus an rem dotalem extimatam in censum reseruatiuum concedat. n. 8.*
*Maritus super re extimata in dotem data an possit censum consignare. n. 9.*

## CAPVT LXXIX.

VILLELM. Rodoan. in tract. de rebus Eccles. tit. de constitut. annui census quæst. 17. nume. 20. in distinctè resoluit, quòd maritus super fundo dotali constante matrimonio, & prohibitione legis Iuliæ non poterit in perpetuum censum cõsignare, licèt possit pro tempore vitæ eiusdem, pro quo fundus dotalis apud eum manere debet. Idem resoluit Foller. in praxi censuali, verb. *Huiusmodi*, num. 22. existimantes, quod cùm maritus constante matrimonio dicatur dominus dotis. l. ancillam. C. de rei vendicat. l. in rebus. C. de iure dot. l. Lucius. §. 4. ff. eod. & in princip. institut. quibus alienari licet, vel non, rectè poterit constante matrimonio super rebus dotalibus censum consignare; sed quia non distinctè vt oportuerat eam dubitationem explicuerunt Felician. de censib. libr. 2. capit. 3. numer. 13. & 14. eam aliter explicandam esse existimauit, & denique distinguens resoluit, quòd si res dotalis sit marito extimata, poterit in ea liberè censum constituere, cũ certum sit, quòd extimatio faciat emptionem l. si inter. C. de iure dot. & eo casu res dotalis ad maritum pleno iure pertineat, eamque possit ad libitum alienare. l. quoties. C. de iure dot. l. plerumque. ff. eod. titul. l. extimatis, & l. extimatæ. ff. solut. matrim. & l. 7. tit. 11. p. 4. l. 16. & 18. dicto titul. 11. eadem part. quæ notandissimè leges sunt: sin verò res dotalis in extimata detur marito, non possit super ea censum consignare; quia cum maritus eo casu neque vere dominus sit, neque rem dotalem alienare possit. l. 1. l. dotale prædium. ff. de fundo dotali. l. 1. C. eod. tit. authent. siue à me. C. ad Vellcian. l. vnic. §. & cùm lex. C. de rei vxoriæ act. dicta l. 7. tit. 11. part. 4. certum est, quòd etiam censum super rebus dotalibus nõ constituit. Quam distinctionem latiùs prosequitur Felicianus. Sed ab origine considerando naturam nostri census, neque eam distinctionem & resolutionem Feliciani sic sumptã sustineri posse credo, vt ex infra dicendis cõstabit. Vnde ad huius dubitationis veram resolutionem sequentes casus considerandi sunt.

2 Primus, quando fundus dotalis marito datus est extimatus tali extimatione, quæ faciat emptionem, & ipse matrimonio constante illum dedit in censum reseruatiuum cum reseruatione scilicet certæ pensionis annuæ in futurum vniformiter soluendæ; quo casu regulariter verum est, dationem in censum valere; quia cùm maritus per fundi extimationẽ dominus eius fiat, & ideò liberè possit fundũ alienare, vt probant prædicta iura, eodem modo poterit eum dare in censum reseruatiuum qui præsupponit translationem vtriusque dominij, capit. constitutus de religiosis domib. l. fin. C. de rerũ permutat. & à fortiori in censum emphyteoticum, qui similiter præsupponit translationem vtilis dominij. l. 1. §. quæ in perpetuum. ff. si ager vectigalis, & in hoc casu intelligi non possunt Rodoan. neque Foller. dum resoluunt, pro tempore vitæ mariti cẽsum sustineri, cùm si maritus possit fundum liberè alienare, liberè etiam, & in perpetuum possit eum in censum dare; intelligendus tamen est in ea casus specie Felicianus in dicto lib. 2. cap. 3. numer. 13. dum referens iura vulgaria, post Campezium, Couarr. Anton. Gom. & Ioann. Gutier. resoluit, maritum posse fundum dotalem libere alienare, & inde super eo fundo censum consistere, licèt ipse Felicianus non distinguat inter censum reseruatiuum, & consignatiuum, sed in distinctè loquatur; quando tamen dici possit, datum esse fundum extimatum, vel in extimatum, resoluit ad longum Couar. in practicis quæstionibus, capit. 28. per totum.

3 Aduersus tamẽ supradictam resolutionem obstat fortiter tex. in l. in rebus. C. de iure dotium, cuius verba sunt hęc: *In rebus dotalibus, siue mobilibus, seu semouentibus si tamen extant, siue extimatæ, siue inextimatæ sint mulieri eam in his vendicãdis omnem habere possit dissolutionem matrimonij prærrogatiuam, & neminem creditorũ mariti, qui anteriores sunt, posse sibi potiorem cau-*

*causam in his perhypothecæ vendicare*, per quē text. clarè probatur, quòd mulier soluto matrimonio potest reiuendicare res dotales per maritum constāte matrimonio alienatas, siue inextimatæ, vel extimatæ fuissent datæ: ergo maritus dare non poterit irreuocabiliter in cēsum res dotales extimatas, cùm mulier eas soluto matrimonio liberè reuocare possit.

Vnde Acurs. triplici modo respondet ad hanc difficultatem in dicta l. in rebus, verb. *Extimata*; & in tertia satisfactione, quæ communior est, dicit hæc verba; *Vel hic tertiò, & verius, quòd pro non extimatis habet directam pro his quæ sunt extimata habet vtilem, scilicet tunc, quando vir aliàs non est soluendo. vt ff. de donat. inter vir. & vxor l. vxor marito in fine.* Cuius glossæ sententiam & conciliationem post Iaff. Bald. Palac. Rub. & Decium dicens communem sequitur Ant. Gom. in l. 50. Tauri. nu. 44. versic. *Quod tamen intellige*, Couarr. in practicis quæst. capit. 28. numer. 8. versic. *Quod notat glossa celebris*, Gregor. Lup. in l. 17. tit. 11. part. 4. gloss. verb. *Apreciada*, ad med. Pinelus in l. 1. C. de bonis maternis. 3. part. numer. 15. Mascard. de probat. 2. part. concl. 619. ad finem, Petr. Barbosa in l. extimatis 51. num. 26. cum alijs. ff. soluto matrimonio, quòd intelligunt, & ampliant, vt soluto matrimonio propter inopiam mariti mulier non solùm aduersus hæredes mariti, sed ad tertios possessores hoc priuilegio vti possit, vt extimatas res vtili rei vendicatione inextimatas directa recuperet. Ita probant Gregor. Couar. & Gom. suprà, imò & etiam si vxor consenserit alienationi, aut dationi in censum habere contra res inextimatas directam, & contra extimatas vtilem rei vendicationem probant Salicet. in l. interest. C. de vsufructu, Bald. Nouelus de dote. 8. part. priuilegio. 7. Couarr. dicto num. 8. Ioann. Gutier. post Ioann. Baptist. de iuramēt. confirmat. 1. part. capit. 1. numer. 9. in fine.

4 Qui quidem rigorem hunc contrà tertios possessores rerum dotalium temperauerunt, si forsam tertius rei possessor offerat extimationem rei dotalis, quia liberabitur à vera restitutione ipsius; quia cùm tertius possessor successerit in ius mariti, marituſque haberet electionem restituendi rem, vel offerendi pretium, iustum etiam esset, quòd eandem & tertius possessor haberet. Ita post Marian. Socin. consil. 224. lib. 2. & Iaff. in l. traditionibus. nu. 20. C. de pactis, resoluit Couarr. dicto capit. 28. num. 8. versic. sed si vxor, Bald. Nouel. de dote. 7. part. priuileg. 47. Matthæus de Afflict. decis. Neapolitan. 100. Gregor. Lup. in l. 18 gloss. verb. *Non le finca*, & in l. 34. gloss. 2. tit. 13 part. 5. quod non procederet, quāndo constante matrimonio propter inopiam viri vxor repetit à tertio dotem, post Roland. à Valle, Bald. Nouel. & Matth. de Afflict. resoluit Ioann. Gutierr. in dicto capit. 1. numer. 10. ad finem, dicens eo casu rem dotalem præcisse esse restituendam, & non sufficere, si tertius præstare velit extimationem. Si igitur hæc omnia vera sunt, & ea fortissima priuilegia vendicandi rem dotalem extimatam, vel inextimatam, mulieri competūt; qua ratione sustineri, aut dici potest, quòd maritus rem extimatam sibi in dotem datam possit in censum reseruatiuum dare, ignoro? cùm sit datio reuocabilis est, nullius erit momenti. Ex quo iustissimè miror de Feliciano, qui in dicto lib. 2. capit. 3. numer. 13. resoluens, mulierem etiam consentientem alienationi posse pro dote recuperanda soluto matrimonio agere contrà hæredes, vel tertios possessores, etiamsi res extimata, vel inextimata daretur in dotem, ex l. in rebus de iure dot. Denique verum existimat adhuc posse maritum super re dotali extimata censum consignare: si enim ex dicta l. in rebus inextimatis, vel non extimatis, vxor habet rei vendicationem vtilem, vel directam: ergo census creatio non sustinebitur, sed breuiter resoluenda esset, & non in perpetuum duraret, neque donec census redimatur.

Ego tamen ad maiorem intelligentiam supradictorum nouiter considerabam, quòd ea, 5 quæ dicta sunt de lege, in rebus. C. de iure dotium, nihil obstare videntur, quominus maritus cōstante matrimonio, possit rem dotalem etiam extimatam in censum irreuocabiliter dare, ita vt mulier soluto matrimonio eam repetere non possit, & hoc ex ea consideratione, quòd cùm mulier dando dotem extimatā, ita eam dedisset marito, vt in eum dominium eius transiret, atque ipsum verum dominum efficeret, adeò vt liberè maritus possit dotem alienare, tanquàm si mulier extimādo dotem verè eam vendidisset, & è conuerso maritus ex pretio extimationis eam emisset, vt prædicta iura probant, & nullus negauit, videtur dicendum, quod facta per maritum alienatione rei dotalis per dationem eius in censum à se dominium eius abdicauit, & in tertium emptorem illud transtulit, ita quod mulier dationem reuocare non possit, cùm aliàs mariti alienatio frustratoria fuisset, & nullius momenti. ergo habita distinctione an soluto matrimonio maritus inops, vel dives sit, mulier dationem in censum non poterit reuocare, sed aduersus hæredes mariti pro extimatione dotis agere, & si non extarent hæredes, neque bona

eam

eam perdere, ſicut regulariter in omnibus vẽditoribus decisum extat, qui vendendo rem extimatam deſignato pretio ad tempus, mortuo emptore eam vendicare, ſeu repetere nõ poterunt, ſed tantùm pretium. Quæ quidem omnia ita iuris principijs conſtãt, vt non indigeant probatione.

Neque aduerſus hanc conſiderationem quidquam obſtabit, tex. in dicta l. in rebus. C. de iure dotium; quia ſubtiliter eam conſiderãdo, poterit intelligi, quando res dotalis data fuit inextimata, ea tamen extimatione, quæ non faceret emptionem; quo caſu cùm in maritum dominium eius non tranſiret; vt iura ſuprà relata probant, mirum non eſt, ſi abſque vlla diſtinctione, an maritus diues, vel pauper moriatur, habeat mulier rei vendicationem, ſicut quando datur dos inextimata, ſunt enim plurimi caſus, in quibus quia extimatio non facit emptionem, etiam ſi res dotales daretur extimata, emptionem non faceret extimatio; quos eleganter, & melius, quàm in toto corpore iuris retulit, atque explicuit Couarrub. in practicis quæſtionib. capit. 28. per totum. vbi duodecim exemplis explicuit, in quibus caſibus extimatio faciat emptionem, & nonnullos conſiderauit, in quibus etiamſi dos daretur extimata, extimatio emptionem non faceret, neque maritum dominum efficeret; ideò in his caſibus nihil intereſſet extimatio. Qui intellectus ad text. in dicta l. in rebus non violenter, ſed propriè reducitur ex eo text. ibi, *Siue extimata, ſiue inextimata ſint*, dum etiam Imperator æquiparat dotem extimatam & inextimatam dicens. *Siue extimata, ſiue inextimata non ſint*, certum eſt, quòd debet intelligi de extimatione, quæ non faceret emptionem, & quæ idem operatur, ac ſi bona extimata nõ fuiſſent, cũ aliter eſſet lex illa correctoria iuris communis, quo decisum eſt, maritum effici dominum rerum extimatarum, & in caſu non extimatarum ſuperflua fuiſſet: ergo neque probat diſtinctionem communem, neque quidquam contra noſtram conſiderationem facit, ſed præciſſe loquitur in dote inextimata, vel extimata ea extimatione, quæ non faceret emptionem.

Rurſus ſi daretur dos extimata eã extimatione, quæ faceret emptionem in dicta l. in rebus, & maritus rem dotalem in cenſum daret, quo iure res data in cenſum vendicari poſsit à tertiò, ignoro? ergo ſi à tertio res vẽdicatur, & vxor à priocipio, & ex poſt facto verè domina ſit, vt pro ratione tradit Imperator in dicta l. in rebus ibi, *Cùm eædem res & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius præmanſerint dominio*; ergo d. l. in rebus præciſſe eſt intelligenda de dote inextimata, vel extimata ea extimatione, quæ non faceret emptionẽ, quo caſu & vxor à principio & ex poſt facto domina fuit, & ideo habet vendicationem.

Sed hac noſtra noua, & fortiſsima conſideratione, quæ mulieri ſoluto matrimonio omni caſu, & abſque vlla diſtinctione, an maritus pauper, vel diues moriatur, rei vẽdicationem dotis, vtilem, vel directã negat, non obſtante, veriſsimam credo communem reſolutionem ſuprà relatam, ſcilicet mulierem ſoluto matrimonio habere rei vẽdicationem dotis etiam extimatæ, quãdo maritus pauper mortuus eſt, & eius bona non ſunt ſoluenda, & gloſſ. communiter ab omnibus recepta in dicta l. in rebus, verb. *Extimata*, in fine, & ex generalitate ipſius l. in rebus, & ita non ſemel iudicatum fuiſſe.

6 Imò & ego ampliando prædictam communem reſolutionem, nouiter, & vltra omnes, quos legerim exiſtimo, mulierem ſoluto matrimonio habere rei vendicationem rerum dotalium exiſtentium etiam extimatarum, nõ ſolum marito mortuo inope, ſed & dicite decedente contra communem diſtinctionem, & reſolutionem ſuprà relatam, & hoc ex ſequentibus nouiter penitatis fundamentis. Primò ad eius nouæ ſententiæ reſolutionem prænotandum eſt, quòd in ea dubitatione, an maritus ſit dominus dotis, vel dominium eius penes vxorem remaneat, duę penitus diuerſę, ac contrariæ fuerunt communes & receptæ ſententiæ. Prima fuit opinio dicentium, vxorem eſſe etiam conſtante matrimonio verè, & perfectè dominam dotis, naturaleque rerum dotalium dominium penes ipſam manere, & maritũ tãtùm habere ciuile, & fictitium dominiũ adminiſtrationis. Cuius opinioni, quæ aliquibus noua videretur, fuerunt autores Martinus gloſſator antiquus relatus à gloſſa in dicta l. in rebus verb. *Naturali*, C. de iure dotiũ & eam opinionem probauit gloſſ. in l. Lucius Titius. 21. §. idem reſpondet. 2. verb. *In lanis*, ff. ad municipalem, & reſoluit Paul. Caſtrenſ. in l. *Dõce ancillam*, num. 2. C. de rei vendicat. defendit eleganter Zaſius lib. 1. ſingulariũ intellectuum cap. 5. & in l. diuortio in principio numer. 6. ff. ſoluto matrimonio Corraſ. lib. 1. Miſcellanearum capit. 14. Conan. lib. 8. commentar. capit. 9. num. 5. Duaren. in tractat. de dotibus capit. 1. ad finem, & notat Ludouicus Molina lib. 1. de Hiſpan. primog. capit. 23. numer. 6. Garſ. in tractat. de expenſ. capit. 13. à numer. 6. & poſt Ioann. Igneum, Rogerium, Auſtrerium, Simancas, & plures alios, eam ſententiam eleganter defendit, ac comprobat

doctus

doctus Petrus Barbosa in l. dotalium. 62. ff. soluto matrimonio ex num. 2. versic. *Contrarium tamen*, ponderans ad id plurima notatu, dignissima iura, & ego nouiter pro hac sententia pondero text. in dicta l. in rebus. C. de iure dot. ibi, *Cùm eædem res & abinitio vxoris fuerint, & naturaliter in eius præmanserint dominio*; quæ verba cauilari non possunt, quin probent, vxorem etiam constante matrimonio habere naturale dominium, & maritum solum fictitium, & ciuile, nudamque administrationem; & clariùs id probat statim, dum dicit, *Non enim quòd legum subtilitate transitus earum in patrimonium mariti videatur fieri; ideò rei veritas delera, vel confusa est.* Quasi sentiat Imperator, quòd quamuis iuris subtilitate maritus dominus existimetur in rei veritate, vxor vera domina est: ergo secundum hanc opinionẽ si vxor vera domina existit, & constante, & à fortiori soluto matrimonio, & dominium eius sub administratione mariti, quasi sub nebula detentum est, mirandum non erit, si soluto matrimonio habeat mulier rei vendicationem aduersus hæredes mariti, vel extraneos absq; vlla distinctione, an pauper, vel diues maritus moriatur.

Secunda opinio communis fuit maritum constante matrimonio esse verum dominum dotis, ita tamen quòd soluto resoluatur eius dominium, & ad vxorem ipso iure reuertatur. Quam sententiam probauit Acurs. in dicta l. in rebus verb. *Naturali*, & in l. quamuis. 78. glos. 1. ff. de iure dot. & in l. in rem 24. ff. de rei vendicat. in princip. & in l. in suis, verb. *Quodammodò*. ff. de liber. & posthum. & eam opinionem dicentes communem sequuntur plures notabiles viri, quos refert, licèt non sequatur, Petr. Barbos. in l. dotalem. 62. num. 2. ff. soluto matrimonio, vbi ex principio legis eam sententiam fundat, & videtur probari in l. 7. & in l. 17. titul. 11. part. 4. ergo etiam secundum hanc opinionem, quamuis verior fuisset mirum non est, si in specie dictæ l. in rebus mulier habeat rei vendicationem pro dote eius extimata aduersus hæredes, vel tertios possessores, marito decedente diuite, vel paupere; quia cùm dominium secundum hanc opinionem constante matrimonio reuocabiliter fuisset penes maritum, solutoque soluatur, & ad vxorem reuertatur, ac si semper apud ipsam mansisset, iustum erat in specie illius text. quòd vxor tanquàm vera domina dotem etiam extimatam rei vendicaret, & si recte intelligantur verba dictæ l. in rebus, nihil aliud probant, dum dicunt, *Cùm eædem res & abinitio vxoris fuerint, & naturaliter in eius præmanserint dominio*, sentiens Imperator, quòd vxor, quæ âbinitio dominâ dotis extimatæ fuit, & cuius dominium penes ipsam semper quasi naturaliter remansit, habere debet rei vendicationem; & clariùs id sentit statim, dum ipse Imperator vocat fictionem habere maritum dominium, & veritatem residere penes vxorem. Ergo certum est, quòd nulla habita distinctione paupertatis, seu diuitiarum mariti, vxor, quæ vel constante matrimonio verè domina est, vel soluto efficitur verè domina, per resolutionẽ dominij habebit rei vendicationem.

Tertiò pondero pro hac sententia text. in dicta l. in rebus, dum concedens vxori rei vendicationem, in distinctè loquitur, nulla facta mentione paupertatis, vel diuitiarum mariti, nec distinctionem inter hæredes mariti, & extraneos, aut extensionem de vno casu ad alium faciens, sed eam rei vendicationem concedens ex sola consideratione dominij manẽtis penes vxorem, vt pro ratione tradit Imperator ibi, *Cùm eædem res & abinitio vxoris fuerint, & naturaliter in eius præmanserint dominio*: ergo nulla est habenda consideratio, seu distinctio ad diuitias, vel paupertatem mariti, sed tantùm ad dominium vxoris, vel semper apud ipsam manens, vel soluto matrimonio, resolutum, & ad ipsam reuersum.

Quartò iterum, & eleganter pondero text. in dicta l. in rebus, dum dicit, *Et neminem creditorum mariti, qui anteriores sunt posse sibi potiorem causam in his per hypothecam vendicare*, vbi aperte probat Imperator, quòd cùm vxor soluto matrimonio vera domina dotis sit, aut per existentiam dominij penes ipsam, aut per resolutionem, quæ fit soluto matrimonio nullus creditor mariti, etiam anterior, poterit eidem per hypothecam præferri, cùm eo casu non agat mulier de bonis mariti, sed de rei vendicandis proprijs eius, tanquam vera domina: distat enim longè agere vxorem tanquã creditricem mariti, & ad dotem recuperãdam iure prælationis, & tanquàm vere dominam dotis rei vendicatione; quia primo casu licet præferatur omnibus creditoribus priorem etiam hypothecam habentibus l. assiduis. C. qui potiores in pignore habeantur: omnes tamen communiter intelligunt legem illam, vt præferatur anterioribus hypothecam tacitã habentibus non expressam. Secundo enim casu cùm non agat de prælatione, sed de rei vendicatione, tanquàm verè domina omnibus etiam expressam anteriorem habentibus præfertur, vt probant verba dictæ l. in rebus, ibi, *Et neminem creditorem mariti, qui anteriores sunt*; quæ verba omnem creditorem comprehẽdunt, & est ratio originaria, quia mulier vendicans

vendicans propriam rem, non indiget vllo prælationis priuilegio, sed omnem creditorum concursum excludit, cùm suum repetat, per text. notandum in authent. vt exactione initantis dotis. §. is igitur. collat. 7. Dum dicit, *Purè vnumquemque quod suum est, habere, nullo priuilegio indiget*, text. in l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. credit. per quem text. dicit Bald. in dicta. l. in rebus. C. de iure dotium, quòd qui prætendit dominium actu permanens, est potior quolibet alio creditore; quod etiam ponderauit, & dixit notatu dignissimum Anton. Gom. in l. 50. Tauri. numer. 41. versic. *Si verò dos consistit*; ergo idem dicendum est in specie dictæ legis in rebus; cum enim mulier ibi haberet dominium, semper in actu permanens, vt constat in eius ratione, dum dicit, *Cùm eadem res & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permanserint dominio*, mirum non est, imò iuri summè consonans, quòd vxor verè domina non agens de prælatione, sed de rei vendicat. cæteris omnibus præferatur.

Quintò, si fateamur veriorem sententiam esse dicentium maritum constante matrimonio esse dominum dotis, & soluto resolui, atque in vxorem reuerti, non erit mirum, quòd in terminis dicta l. in rebus ipso iure ad mulierem reuertatur absque vlla ipsius dotis traditione, quia præterquàm quòd illud est de natura resolutionis, quamuis regulariter ad translationem dominij requiratur traditio. l, traditionibus. C. de pactis, etiam si interueniat titulus dotis. l. 1. iuncta gloss. singulari. ff. de vsucapione, pro dote tamen in causa resolutionis dominij, maximè dotis, nulla requiritur traditio, cùm ipso iure soluto matrimonio dominium, casu quo constante foret penes maritum, ad vxorem reuertatur, vt benè in specie dictæ l. in rebus considerat Anton. Gom. in dicta l. 50. Tauri. numer. 41. versic. si verò dos consistit in fine, vbi id exemplificat quinque exemplis, & aliquibus iuris decisionibus comprobat.

Sextò, dum scribentes suprà relati cum glossa in dicta l. in rebus, verb. Extimatæ, resoluunt, quòd si maritus inops moriatur, poterit vxor etiam à tertio rei vendicare rem dotalem, ea ratione videntur id tenuisse, quia eo casu venditio, quæ propter extimationem rei dotalis facta videtur, habetur, ac si nunquam facta fuisset, & res inextimatæ datæ essent, ita quòd quamuis maritus dotem extimatam alienet, vxor ex eo quòd pro non extimata habetur, possit eam rei vendicare. Ita post Campe. de dote, Purpurat. Riminald. Roland. Pinel. & alios tradit pro ratione Petr. Barbos. in l. extimatis. 51. numer. 25. ad fin. & numer. 26. ff. solut. matrimon. & ego nulla habita distinctione diuitiarum, seu paupertatis, existimo rei vendicationem vxoris contra tertios ideo procedere extimata; vel non extimata dote, quia licèt maritus possit rem dotalem extimatam alienare. §. 1. institut. quibus modis alienari liceat, vel non, cum vulgatis infrà referendis, cùm tamen soluto matimonio resoluatur dominium, & consequenter ius mariti alienantis, resolueretur etiam ius tertij accipientis, vt etiam non obstante alienatione in tertium vxor habeat rei vendicationem, ex regula, quòd resoluto iure dantis, resoluitur ius accipientis. l. lex vectigali. ff. de pignor. l. Statius Florus. §. Cornelio Felici de iure fisci, l. quòd si pendente. §. fin. de periculo & commodo rei venditæ. l. pæto. §. prædium. delegat. 2. l. 1. & 2. C. si pignus pignori datum sit, capit. nuper de donation. inter virum cum vulgatis, & ideò mirum non est, si in dicta. l. in rebus etiam contra tertios, & dote extimata, habeat mulier rei vendicationem. Neque aduersus hanc considerationem obstabit text. in l. quoties. 5. C. de iure dot. dum possessor rei dotalis extimatæ offerendo extimationem liberatur, & probauerunt communiter omnes, quos suprà retulimus, quia text. ille propriè loquitur, quando soluto matrimonio per mortem vxoris maritus vult retinere dotem extimatam, offerendo extimationem; quo casu cùm deficiat vxor, cui competit rei vendicatio, & maritus in vita quasi dominus sit, mirum non est, si virtute dominij ciuilis, cum quo per mortem vxoris consolidatur naturale, retinere possit rem dotalem extimatam, offerendo hæredibus extimationem. Qui intellectus ad text. in dicta l. quoties, licèt nouus, verisimus est. Et si replicetur, quòd ea extimationis oblatio, quæ impedit rei vendicationem, non solùm permittitur in marito retinente rem dotalem extimatam, ex dicta l. quoties, sed cuilibet alio tertio, ex l. interest. 6. C. de vsufructu in fine, dum dicit, *Qui autem proprietatem extimatam in dotem accepit, non ideò minus obligare eam potuit, quoniam soluto matrimonio restituenda tibi extimatio eius fuit*, quia text. ille non exprimit, an matrimonium solutum fuerit per mortem vxoris, vel mariti, neque an vxor, vel eius hæredes repetant dotem, ideò intelli-

gendus est ex decis. 1. quoties, vt soluto matrimonio per mortem vxoris, & alienatio in tertium à marito viua vxore facta non reuocetur, & extimatio tantum hæredibus soluatur. Et si forsam aliquis text. expressus reperiatur, qui decidat, quòd mulier aduersus tertios possessores non habeat rei vendicationem, nisi ex causa paupertatis mariti, vt communis existimat, sed quòd eo casu satisfaciat tertius possessor offerendo extimationem, vt aliqui, licèt male deduxerunt ex dicta l. in rebus, & ex l. quoties, & ex l. interest, suprà relatis, non iniustè illud decideretur, cùm tertius possessor cum titulo mariti, & bonâ fide rei vendicationem multoties impediat, vt traditur in l. officium. ff. de rei vendicat. maximè offerendo extimationem, ex qua mulier satisfacta remanet, cessantque rationes, quibus leges rei vendicationem induxerunt, scilicet ne vxor remaneret indotata, & absque alimentis, neque à creditoribus excluderetur. Quæ omnia cùm cessent, offerendo tertius extimationem, mirum non est, si non habeat locum rei vendicatio, neque lex in rebus, si rectè consideretur, concedit vxori rei vendicationem aduersus tertium, sed prærrogatiuam vendicandi dotem etiam extimatam: ergo iustè temperatur ex dicta l. interest, & ex dicta l. quoties, vt offerendo tertius extimationem, vendicatio cesset, & cum hoc temperamento sine vlla distinctione, an maritus pauper, vel diues moriatur, existimo verissimum, vxorem habere rei vendicationem aduersus hæredes, vel tertios possessores pro re dotali inextimata.

Septimò, & vltimò pro hac noua resolutione pondero, & considero, quòd quamuis plurima iura efficiant maritum verum dominum, & eidem concesserint potestatem alienandi rem dotalem extimatam, vt seclusa prohibitione l. Iuliæ, probat text. in princip. institut. quibus alienari licet, vel non, text. in dicta l. interest, ibi, *Non ideò minus obligare eam potuit.* C. de vsufructu, text. in dicta l. quoties ibi, *Maritus dominium constituitus*, & in l. vnica. §. & cùm lex Iulia, ibi, *Vel dotis quidem extimatis, in quibus dominium, & periculum mariti est.* l. plerumque. ff. de iure dot. l. extimatis, & l. extimatæ. ff. soluto matrimonio. l. 7. & l. 17. titul. 11. part. 4. Et hanc sententiam veriorem esse existimamus, eam tamen omnes intelligunt, vt constante matrimonio maritus dominus dotis sit, soluto tamen resoluatur dominium, & ad vxorem ita reuertatur, vt tanquam verâ dominâ nullâ habita distinctione diuitiarum, vel paupertatis, habeat rei vendicationem, nisi (vt suprà dictum est) temperetur per oblationem extimationis. Ad rem igitur accedamus, si enim ex omnibus suprà dictis apertissimum est, quòd maritus nisi pro tempore vitæ suæ alienare non potest rem dotalem, etiam vxore consentiente, & quòd soluto matrimonio vxor habet rei vendicationem; ergo non poterit maritus dare rem dotalem etiam extimatam in censum reseruatiuum, nisi pro tempore eius vitæ.

Quam tamen regulam limitamus, nisi in datione rei dotalis extimatæ in censum accedat consensus vxoris, & simul contractus iuramento firmetur, quo casu in perpetuum validus erit, capit. cùm non contingat de iure iurand. capit. licèt mulieres eod. libr. & resoluit latè Roland. à Valle & alij per Ioann. Gutierr. de iurament. confirmat. capit. 1. per totum, & Felician. dicto libr. 2. capit. 3. numer. 13.

7 Secundus casus principalis consideratur, quando maritus super re dotali extimata censum consignauit; & quamuis consignatio valida videatur per iura suprà relata, quæ dominum efficiunt maritum constante matrimonio, & eidem potestatem concesserunt alienandi, & maximè per text. in dicta l. interest. 6. C. de vsufructu, ibi, *Non ideò minus obligare eam potuit*, & in seruitute aduertit Cepola de seruitutib. vrbanor. præd. capit. 14. numer. 10. quem sequitur Padilla in l. in prouinciali. numer. 28. C. de seruitutibus & aqua, illud tamen intelligo constante matrimonio, quia soluto potiùs, & facilius resolueretur obligario, & hypotheca, atque quasi seruitus illa formata ex consignatione census super re dotali extimata vxoris, quàm ipsa rei alienatio, & cùm vxor anterior creditrix in bonis mariti existat, & habebit prælationem, si noluerit vti rei vendicatione, & denique nullum præiudicium eidem per consignationem census irrogabitur, ex dicta l. in rebus, & ex l. assiduis. C. qui potiores, atque ex omnibus suprà dictis, & ita intelligendi sunt Foller. & Rodoan. quos refert Felician. suprà, dicentes, pro tempore vitæ mariti tantum valere consignationem. Quod ego etiam intelligo, nisi mulier censum cum marito & censum vendiderit, & consignauerit, & iuramento contra & cum firmauerit, vt suprà in præcedenti casu dictum est.

8 Tertius casus consideratur, quando maritus

ritus constante matrimonio dedit in censum reseruatiuum rem extimatam sibi in dotem datam, in quo casu videtur resoluere Felician. in dicto libr. 2. cap. 3. numer. 13. *Sin verò res dotalis, dationem in censum non valere*, dum prohibet omninò alienationem per l. 1. C. dotale prædium. ff. de fundo dotali. l. 1. C. eod. in princip. instit. quibus modis alienare licet, vel non. l. vnica. §. & cùm lex. C. de rei vxor. act. authent. sine à me. C. ad Velleian. l. 7. & 17. titul. 11. part. 4. cum alijs suprà relatis, nisi fortè mulier contractui consentiat, & contractum iuramento firmauerit; quia licet regulariter alienatio mariti nulla sit, & mulier repetere possit fundum alienatam, ex iuribus supra dictis, & ex Anton. Gom. in l. 50. Tauri numer. 63. Pinel. in l. 1. C. de bonis mat. cn. 3. part. numer. 72. iuramento tamen confirmata valida omninò erit, cap. cùm contingat de iure iurand. cap. licet mulieres, eod. tit. lib. 6. cum suprà relatis; sed quamuis de iuris rigore non consentiente, & iurante muliere nulla sit alienatio, ad instantiamq; vxoris sit reuocari, vxore non expressè, & in iudicio pugnante, pro tempore vitæ mariti sustinebitur, vt in effectu voluerũt Foller. & Rodoan. suprã.

9 Quartus, & vltimus casus est, quando maritus super re in extimata sibi data in dotem censum consignauit, in quo clariùs loquitur, & resoluit Felician. suprà non valere consignationem, vt maritus illius rei nullo modo dominus sit; quia cùm alienatio eius rei prohibita sit, prohibita etiam censeretur vsusfructus datio, hypotheca, seu pignoratio, aut alterius seruitutis constitutio, per Molin. libr. 4. de Hispan. primog. cap. 1. numer. 7. & deducitur à Baldo in l. in prouinciali. C. de seruitut. & aqua. Cepola de seruit. vrban. præd. cap. 14. num. 10. Sed quamuis de iuris rigore hæc sententia verior sit, ex l. Iulianus. ff. de fundo dotali, quæ seruitutem prohibet constitui super fundo dotali, Salicet. tamen in dicta l. in prouinciali, vbi Padilla numer. 18. intelligunt responsum Vlpiani in dicta l. Iulianus, vt non valeat seruitutis constitutio in perpetuum, secus quam dici, maritus fruitur dote, constante nempe matrimonio. Quæ resolutio in praxi recipitur, & ita semel vidi iudicatum, nisi, vt prædictum est, mulier consentiat, & iuret, quia in perpetuum valebit consignatio.

(?)

# DE CENSV CREANDO à patre, vel filio ex profectitijs, aduentitijs, seu castrensibus bonis. Cap. LXXX.

## SVMMARIVM.

*Bona profectitia quando possint dari in censum, seu alienare à patre. numer. 1. & quando à filio num. 2.*

*Bona profectitia quando à patre, vel à filio possint subijci hypothecæ, vel censui consignatiuo. num. 3.*

*Bona aduentitia quando possint dari in censum reseruatiuum, vel hypothecæ subijci, aut alienari. n. 4.*

*Bona aduentitia quando possint à patre, vel à filio subijci hypothecæ, vel censui consignatiuo à patre. numer. 5. & quando à filio. numer. 6.*

*Bona castrensia quando possint subijci hypothecæ, vel censui consignatiuo, à patre, vel à filio, numer. 7. & quid in bonis quasi castrensibus. n. 8.*

## CAPVT LXXX.

CONTINGERE potest, quòd census reseruetur, vel consignetur ex bonis, vel super bonis profectitijs, aduentitijs, seu castrensibus à patre, vel à filio dominis eorum; ideo quando sustineatur datio in censum reseruatiuum ex his bonis, vel consignatio super eisdem, videamus. Ad cuius dubitationis veram resolutionem sequentes casus considerandi, ac decidendi sunt.

1 Primus, quando pater dedit, censum reseruatiuum bona profectitia, quæsita scilicet per filium ex bonis ipsius patris, quæ verè profectitia sunt, ex l. 50. titul. 17. part. 4. ibi, *De aquello que ganan los hijos con los bienes de los padres, è tal ganancia como esta llaman en latin profectitium peculium*, & anteà fuit opinio Azonis, & Acursij, gloss. 1. in l. cùm oportet. C. de bonis quæ liberis, & aduertit Gregor. in dicta l. 5. gloss. 1. probaturque in l. 3. tit. 15. part. 6. ibi, *Conel aquer de su padre*, Ex quibus legibus Partitæ

sum mouentur diuersæ opiniones iuris communis, quas refert Castro de bonis, quæ liberis, cap. de bonis profectitijs. numer. 19. cum alijs. Vel etiam potest verificari hæc nostra dubitatio secundum veriorem opinionem in bonis, quæ licèt immediatè ex substantia patris non proueniant, contemplatione tamen patris ad filium prouenerunt, quæ verè profectitia sunt, vt latè dixi in l. 29. Tauri, gloss. 4. numer. 2. cum alijs; & etiam prosequitur Castro in dicto cap. de bonis profectitijs. numer. 1. cum sequentibus, licèt ibi aliter sentiat. In his enim, & alijs rebus, quæ verè fuerint profectitia, poterit contingere hæc nostra dubitatio, an scilicet ea bona possint dari à patre in censum reseruatiuum, & videtur dicendum posse, cùm verè sint propria patris, & non filij, vt omnes, qui de natura profectitij peculij egerunt, præsupponunt, & probat dicta l. 3. Partitæ, ibi, *Todos los deue adozir à particion, con los otros bienes, que fueron de su padre, é partirlos con los otros hermanos*; ergo benè sunt bona patris, & non filij conferentis, atque consequenter poterit ea alienare, & à fortiori dare in censum reseruatiuum, cùm ea dispositio sit minus præiudicialis. Idem etiam probatur in l. 5. titul. 17. part. 4. ibi, *Ca quanto quier que ganan destamanera, o por razon de sus padres, todo es de los padres, que los tienen en su poder*, quæ dum dicit, *o por razon de sus padres*, confirmat opinionem dicentium illud esse profectitium, quæ non solùm prouenit ex substantia patris, sed quod filius acquirit contemplatione ipsius, de quo diximus in dicta l. 29. Tauri gloss. 4. num. 2.

Quam resolutionem limitandam esse in dote, seu donatione profectitia, facta ex causa matrimonij, vel alio, quo fiat irreuocabilis, ex l. 17. 22. & 24. Tauri quia cùm prædictæ dotes, & donationes profectitiæ irreuocabiliter fiant, & etiam soluto matrimonio ad patrem non reuertantur, vt quia per matrimonium filia, vel filius liberetur à patria potestate. l. 47. Tauri, meritò earum donationum bona, quæ per irreuocabilitatem exierunt à patrimonio patris, in censum reseruatiuum ipse non dabit.

2 Secundus casus consideratur, quando filius aliqua bona ex profectitijs dat in censum reseruatiuum, & si res data in censum fuerit, ex his, quæ plenoiure pertinent ad patrem, certum est, quòd nullus erit census, nisi pater dederit consensum dationi rei in censum, quo casu sicut filius alienare, & à fortiori in censum eam dare potest; si verò res, quæ datur in censum, sit ex his, quæ quamuis à patre proficiscerentur, irreuocabiliter pertinent ad filium, certum est, quòd sicut de alijs bonis proprijs eius poterit de his ad libitum disponere.

3 Tertius casus contingere potest, quando pater, vel filius super bonis profectitijs censum consignauerunt, & si in census consignatione fateamur formari veram emptionem, & venditionem iuris percipiendi pensionem annuam ex fructibus rei censualis, vt verissimum est, & diximus in capit. an in censu formetur vera emptio & venditio, cum sequenti, certum erit, quòd in exemplis adductis in casibus præcedentibus, & pater & filius poterunt, & non valebunt super eisdem censum consignare, secundum distinctionem supradictam. Sin verò hypotheca regularis, vel seruitus realis, seu mixta ex census consignatione formetur, certum etiam erit, quòd pater & filius in his profectitijs, quorum veri domini sunt, poterunt censum consignare, sicut & hypothecam, & seruitutem constituere, & quòd pater in profectitijs, quæ irreuocabiliter filij sunt, nec filius è conuerso super his, quæ ad patrem iure dominij expectant, censum non cõsignabunt, quod præterquàm quòd certum est, apertè constat ex his, quę diximus in cap. de censu creando super rebus proprijs & liberis censuarij.

4 Quartus casus consideratur, quando pater aliqua bona aduentitia filij in censum reseruatiuum dedit, & dicendum est, quòd cùm census reseruatiuus præsupponat alienationem rei censualis, capit. constitutus de relig. domib. non poterit pater sine iudicis decreto, licentia, & autoritate rem in censum dare, vt tener Salicet. in l. Præses. numer. 5. C. de transact. & latè Caldas Pereyra in l. si curatorem habens, verbor. *Contractum fecisti*, numer. 5. C. si aduersus venditionem defendit Iaff. in dicta l. Præses numer. 5. arguendo de legibus, quæ loquuntur in patre, tutores vel curatore filij emancipati, qui non potest alienare sine decreto. l. 3. C. de præd. minor. l. si pupillorum. §. si pater. ff. de rebus eorum.

Sed contrariam sententiam, scilicet non esse necessarium iudicis decretum post Azonem sequuntur Bald. Paul. & Alexand. in d. l. præses. C. de transact. & plures per Tiraquel. in l. si vnquam in princip. num. 28. C. de reuocand. donat. & in tract. de legib. connubialib. glos. 5. n. 4. latè Ant. Gom. in l. 48. Tauri n. 14.

& 15. & 21. tom. variar. cap. 14. numer. 13. Couarr. libr. 1. variar. cap. 8. numer. 5. & benè Arias Pinel. in l. 1. C. de bonis maternis. 1. part. numer. 21. ad med. dicunt enim, longè distare patrem curatorem filij emancipati à patre legitimo administratore, cùm primo casu nullum habeat pater vsumfructum, secundo verò sic, & inde in alienatione patris administratoris præsumatur maior rectitudo & iustitia, quàm in tutore. Neque quidquam obstabit, quòd pater teneatur facere inuentarium sicut tutor; quia præterquam quòd illud procedit ad petitionem filiorum, ne fortè postea contingat, quòd patre mortuo sine inuentario ab aliquibus extraneis bona occultentur, & subripiantur, vt deducitur ex Molina lib. 1. de Hispan. primog. cap. 15. numer. 34. & libr. 3. cap. 24. numer. 4. id enim longè differt à onere satisdationis, & cautionis, aut rationis reddendæ, seu ab alijs oneribus, quæ extraneis imponi solent; & consequenter à prohibitione alienandi sine decreto, vt benè aduertit Pinel. in l. 1. C. de bonis maternis. 2. part. numer. 23. & comprobat Castro de bonis, quæ liberis. 2. part. tit. de alienatione aduentitiorum à patre facta. numer. 121. per totum.

Quod intelligendum est, vt quamuis alienatio à patre facta sine decreto iusta sit, intelligatur, si fiat in casibus sibi à lege permissis, vt propter iustissimam, vel necessariam causam æris alieni, quod filius soluere tenetur, vt resoluit Pinel. post alios in dicta l. 1. 3. part. numer. 21. Gregor. Lup. in dicta l. 24. titul. 13. part. 5. gloss. verb. *En ninguna manera*, intelligens, atque temperans rigorem illius legis, dum dicit, *En ninguna manera*; vt non genericè & absolutè impediat patri legitimo administratori alienationem, sed quando alienat in casu à lege non permisso sine causa & necessitate; & quamuis verba prædictæ legis partitæ ibi, *En ninguna manera*, videantur importare decretum iudicis, vt absque decreto ritè non fiat alienatio, vt ex verb. *Rite*, ponderauit Iass. in specie in dicta l. *Præses* numer. 5. Curt. iun. numer. 5. Cassan. & Crot. quos refert Pinel. in dicta l. 1. 3. part. numer. 21. non tamen verba, *En ninguna manera*, important iudicis decretum, sed omni casu prohibent alienationem, nisi à iure expressum sit. Et consequenter in casibus à iure expressis eam admittit absque vllo decreto, vt rectè sentiunt Gregor. suprà, & clariùs Pinel. ergo accedente iusta causa rectè pater alienabit aduentitia, & à fortiori ea dabit in censum reseruatiuum, cum minus præiudicialis sit datio in censum, quàm alienatio.

Quæ quidem resolutio maiori quidem ratione procederet, si pater daret in censum reseruatiuum, emphyteoticum, vel etiam feudum, bona aduentitia: filij solita in censum concedi, quia absque vlla solemnitate, aut decreto iudicis, id facere poterit, ex doctrina Præpositi in cap. 1. §. sed vtrum, per quos fiat inuestitura. Ita resoluit Caldas Pereyra in tractat. de renouat. quæst. 1. num. 4. & ita in filio minore in potestate videtur sentire Anton. Gama decis. 36. numer. 4. vbi in maiore, qui forsam exiuit à patria potestate, aduertit esse faciendam similem dationem cum iuris solemnitate, & causa, & in patre idem resoluit noua additio ad eam decisionē. num. 4.

5 Quintus casus consideratur, quando pater legitimus filij in potestate administrator super bonis aduentitijs censum consignauit. In qua specie videtur dicendum, quòd cùm tantùm habeat vsumfructum eorum, sicut non potest ea bona alienare, neque poterit hypothecam, seruitutem, vel censum super eis constituere, ex l. fin. C. de rebus alienis non alienandis, quæ sub appellatione alienationis non solum comprehendit eam, ex quâ dominium transfertur, sed etiam hypothecam & seruitutem, quem text. extollit Iass. in §. item si quis in fraudem. numer. 23. instit. de action. & ita resoluit latè Pinel. de bonis matern. in l. 1. 3. part. numer. 18. vsque ad numer. 20. Caldas Pereyra in l. si curatorem habens, verb. Dedisti. C. si aduersus venditionem. Quæ resolutio intelligitur, vt consignatio census tanquàm hypotheca & seruitus non possit à patre fieri super rebus aduentitijs, nisi ex iusta causa, quemadmodum & alienatio; vt diximus in capit. præcedenti, licet decretum iudicis non sit necessarium, vt ibi explicauimus. Quod probat text. expressus in l. fin. §. ipsum autem filium, versic. *Sed pater*, ibi, *Rectè pignori supponere*, & ibi, *Easdem venditiones, vel hypothecas*. C. de bonis, quæ liberis, & aduertit Pinel. in dicto numer. 18. interueniente tamen iusta causa alienandi, vel censum consignandi iustè id pater facere poterit, neque filius consignationem retractare valebit, vt probat text. in dicto §. sed pater, ibi, *Nullomodo licentia concedenda filijs eadem venditiones, vel hypothecas retractare.*

6 Sextus casus verificatur, quando filius familias dedit bona aduentitia in censum, vel super eis censum consignauit, quo casu

videtur dicendum, quòd nullo modo datio in censum, seu consignatio sustineatur; quia licèt filius sit capax acquisitionis eorum bonorum, & veriùs dominus quàm pater eius, non tamen potest sine licentia patris, consensu, & autoritate, prædicta bona aduentitia alienare. l. fin. §. filijs autem. C. de bonis quæ liberis, & eleganter explicat Minsinger. centuria legali. 3. obseruat. 10. Quæ alienationis prohibitio ex iusta causa inducta fuit, scilicet ne filij, qui iuuenili calore multoties prodigi efficiuntur, tristem exitum sentiant, vt Imperator sentit in dicto §. filijs, ibi, *Melius est coarctare iuuenilem calorem, ne cupidini dediti tristem exitum sentiant*. Quam resolutionem confirmat latè Castro de bonis, quæ liberis. 2. part. capit. de alienat. filij in bonis aduentitijs numer. 122. vbi numer. 123. illud adeò verum existimat, vt procedat etiam accedente iuramento, post Bald. Paul. Castrens. & alios. Quam ampliationem pro nunc non sequor, quia non est nostræ materiæ, & altiorem requirit explicationem. Si ergo filius aduentitia sine consensu patris non potest alienare, nec verè dispensator earum rerum est, non poterit ea in censum dare, neque super eis consignatiuum imponere sine eiusdem patris consensu. Ego tamen alia fortiori ratione existimo filium id facere non posse, scilicet quia cùm filius in his aduentitijs nudam habeat perpetuitatem, quæ de sui natura infructifera est, certum erit, neque ipsam nudam proprietatem dare posse in censum, neque super ea censum consignare, vt diximus in capit. de censu creando super nuda proprietate, vel vsufructurei.

7 Septimus casus exemplificari potest, in bonis castrensibus filij, quæ quidem qualia sint, diximus in l. 29. Tauri gloss. 4. numer. 22. cum alijs, & tradit Castro in dicto tractat. titul. de bonis quæ liberis, capit. de bonis castrensibus ex princip. & in his castrensibus bonis certum est, quòd cùm filius ad libitum de eis disponere possit, & in censum ea dabit, & super eis censum consignauit. Hanc resolutionem probat expresse. l. 2. ff. ad Macedonian. l. fin. C. de inofficioso testament. ibi, *In bonis castrensibus censetur pater familias*. l. pater. §. fin. ibi, *Plenam proprietatem*. ff. de castrensi peculio. l. 3. §. 1. ibi, *Id filio queritur*. ff. de donat. inter vir. l. 5. pater, ibi, *Patri non quæritur*. ff. ad l. Corneliam de falsis l. 1. §. neque castrense cum vulgatis. ff. de collat. bonor. sin verò secundum aliam subtiliorem opinionem Cuiacij, Valduini, & Othom. in §. igitur liberi instituat. per quas personas nobis acquiritur, & per Emmanuelem Costam in l. qui duos. §. cùm in bello, verbor. *Patris*, de reb. dubijs, & per Castr. supra numer. 146. cum aliis, dicamus dominium expectare ad patrem ex generalitate l. placet. ff. de acquirend. hæred. & omnimodam administrationem ad filium, ita tamen vt filius vtatur iure sibi concesso disponendo, vel alienando, credatur retrò dominium fuisse: sin verò non alienet, existimetur semper, patrem dominium retinere, vt ex aliquibus locis Acursij ponderat Castro suprà numer. 146. & ex aliquibus iuribus numer. 149. adhuc securè dicendum est, quòd vtroque casu & filius rem in censum dabit, & super ea censum consignabit.

8 Quo & postremo casu verificatur hæc nostra dubitatio in pecu io quasi castrensi filiorum clericorum, seu cæterorum, qui quasi militando, & publicis muneribus fungendo illud acquisierunt, dequo egerunt gloss. in §. igitur liberi, vbi Aretin. numer. 23. Riminald. 57. instituat. perquas personas nobis acquiratur, Alexand. consil. 2. numer. 3. Decius in l. fin. numer. 5. C. qui testament. facere possunt, Palac. Rub. in rubr. de donat. §. 62. numer. 18. Conan. libr. 9. commentar. cap. 4. numer. 4. Caldas Pereyra in dicta l. si curatorem verb. *Læsis*, ex numer. 98. & alibi passim. In quo quidem quasi castrensi peculio certum est, quòd filius habet plenam disponendi potestatem, vt quia verè dominus sit, neque vsusfructus patri quæratur, text. est in l. sacrosanctæ. C. de Episcop. & cler. ibi, *Si quando eis libitum fuerit testandi, vel donandi, vel quolibet alio titulo alienandi libera facultate concessa, vt ea bona quoque tempore nunquam ad diuisionem veniant*, text. in l. 3. titul. 21. part. 1. per totam, & ita resoluunt Andr. Barbac. Hostiens. & antiquiores in capit. quia nos de testament. Couarr. numer. 2. & 3. & ita refert iudicatum fuisse Roderic. Suarez in quæst. maioratus. numer. 31. & 39. cum alijs, Rojas de successionibus ab intestato cap. 17. numer. 9. Didac. Per. in l. 1. titul. 3. lib. 1. ordinam. gloss. 1. vers. *est & aliud*: ergo similiter videtur dicendum, quòd possit filius peculium quasi castrense dare in censum reseruatiuum, vel super eo censum consignare.

Quam sententiam ampliandam esse videtur, vt procedat nó solùm respectu bonorum quasi castrensium, quæ ad filium prouenerũt, aliunde

aliunde quàm â patre, ex industria nempe eius, postquam miles, vel clericus, aduocatus, seu Doctor, factus est, seu aliam dignitatem consecutus, ex quo bona efficiantur quasi castrensia, in quo casu procedit sine dubio ea resolutio, sed etiam in his bonis, quæ ad filium à patre immediatè, vel ipsius principali contemplatione obuenerunt ante dignitatem consecutam, quia ita prædicta bona profectitia efficerentur quasi castrensia, ac si verè ex causa militiæ, vel dignitatis, à filio quæsita fuissent, & in eis procederet dicta l. sacrosanctæ, atque de his ad libitum filius disponere poterit, vt intelligendo legem illam sacrosanctæ aduertit Iass. in l. filiæ licet. numer. 4. de collat. Crot. in l. frater à fratre. numer. 107. ff. de condict. in deb. Segura in l. Imperator. numer. 54. ff. ad Trebell. Rebuf. de priuileg. scholar. priuileg. 54. Anton. Gom. in l. 29. Tauri numer. 17. & nominatim probat hanc sententiam text. expres. in l. 3. titul 21. part. 1. ibi, *E otrosi pueden los clerigos hazer testamento de las cosas que les dieren sus padres, è de lo que ganaren de otra parte, seyendo en poder dellos*: ergo de quasi castrensibus profectitijs, sicut de verè quasi castrensibus filius ad libitum disponere poterit, dando ea bona in censum, vel super eis consignando.

Quæ tamen sententia, licet communis videatur, crudelis tamen mihi videtur, & contra plurima iuris præcepta. Et primò nouiter contra eam considero text. in dicta l. sacrosanctæ ibi, *Et quæcunque in eodem clericatus gradu, loco que viuentes acquirere, & habere potuerunt, & si in patris, auique, aut pro aut potestate constituti sunt*: quæ apertè præsupponunt ea bona propriè nuncupari quasi castrensia, quæ à filio clerico intuitu clericatus acquisita sunt, & non quæ à patre ante clericatum profecta fuerunt. Considero etiam, quòd si benè à patre ante clericatum, seu militiam ad filium profecta, adueniente militia, dignitate, seu clericatu, efficerentur quasi castrensia, pater, qui earundem habebat vsum fructum, illum perderet: ergo ne eidem præiudicium in vsufructu irrogetur, non poterit filius de eis liberè disponere, sicut de acquisitis tempore militiæ, dignitatis, seu clericatus. Ita post Roderic. Suar. aduertit Palac. Rub. in repetit. rubricæ. §. 48. numer. 12. Couarr. in capit. quia nos. numer. 2. de testam. Pinel. in l. 1. 1. part. numer. 43. C. de bon. matern. Tellus Ferdinand. in l. 5. Taur. numer. 4. & post alios Ludouic. Molina de Hispan. primogen. libr. 1. capit. 19. numer. 28. & nouissimè Castro de bonis, quæ liberis. §. part. titul. de filio familias clerico, & eius bonis, ex principio, & ferè per totum. Neque quidquam obstat in contrarium text. in dicta l. 3. titul. 21. part. 1. in fine, quia verba, ibi, *E otrosi pueden los clerigos fazer testamento de las cosas, que les dieron sus padres, ô de lo que ganaren de otra parte, seyendo en su poder dellos*, vt de bonis aduentitijs, vel quasi castrensibus liberi disponant, intelligantur & de quasi castrensibus profectitijs sine præiudicio vsusfructus patris. Ex quibus omnibus iam constat, quando & quomodò census possit creari super peculio, vel ex peculio.

## DE CENSV CREANDO super bonis, vel ex bonis infantis, pupili, proximi pubertati, seu minoris, cum tutoris auctoritate, vel sine vlla. Caput LXXXI.

### SVMMARIVM.

*Infans quis dicatur, & an, & quãdo possit se obligare, vel censum constituere. n. 1.*

*Tutor infantis quando poterit nomine pupili rem alienare, vel censum constituere. numer. 2.*

*Consensus consanguineorum quando sit necessarius in alienatione rei infantis. numero. 3.*

*Pupillus proximus pubertati quando possit se obligare solus, vel sine tutore, atq; censum constituere. n. 4.*

*Minor vigintiquinque annorum quando possit se obligare, vel censum constituere. numero. 5.*

*Alienatio rerum minoris, seu census constitutio, quibus solemnitatibus iuris præcedentibus sit facienda, & an vtilitas requiratur. n. 6. vsq; ad finem.*

### CAPVT LXXXI.

PLVRIMA de infante, pupillo proximo pubertati, seu minore dici poterant, quæ ex proposito omittuntur, vt ad propria, & peculiaria nostræ materiæ accedamus, scilicet quando super bonis, vel ex bonis

infantis, pupili, seu minoris census consistat, de quo latè egit Roderic. de ann. redditib. cap. 14. & lib. 3. cap. 10. per totum, vltra quem breuiter, & vt ab origine resolutio agnoscatur, sequentes casus proponuntur, ac decidendi erunt.

Primus, quando infans dedit rem in censum, aut emphyteosim, vel super ea censum consignauit; & in hac specie prænotandum
1 est, infantem dici minorem septennio. l. si infanti. C. de iure deliber. & tradunt plures in Clementin. si furiosus de homicidio, vbi gloss. l. 4. & 5. titulo. 15. part. 5. & ponderat Cuiac. libr. 6. obseruat. capit. 3. Menoch. de arbitrar. libr. 2. casu 57. numer. 9. & similiter infantes dicuntur masculi vsque ad decennium, & dimidium, fœminæ vsque ad nouenium cum dimidio, vt explicat gloss. verb. infantiæ in §. pupilus instit. de inutilibus stipulationib. & in l. pupilum de reg. iur. vbi Decius, & Cagnolus, Angel. & alij in dicto §. pupilus, & in §. is quoque instit. quibus modis recontrahitur obligatio, vbi Nicol. Belon. numer. 25. In quibus enim infantibus, aut proximis infantiæ, certum est, quòd neque rem dare poterunt in censum, neque super ea censum consignare, cùm neque ciuiliter, nec naturaliter se obligare possint, quoniam ætas infantiæ quod videt, vt vulgariter dicitur, ignorat. l. fin. C. de falsa moneta, non enim à furioso multum distant infantes, vt quia eius ætatis nullum habeant intellectum, vt inquit text. in dicto. §. pupilus, instit. de inutilibus stipulat.

2 Imò non solùm infans, sed nec solus tutor infantis nomine poterit rem in censum dare, vel super ea censum constituere; quia licet possit adire hæreditatem, & agnoscere bonorum possessionem, aliaque similia facere, ex quibus aliquid commoditatis pupilo sequatur, non tamen in his casibus, solus contrahere potest nomine pupili, in quibus nihil commodi, sed tantùm obligatio passiua contra pupilum sequatur, vt deducitur ex his, quæ notant Scribentes in l. bonorum. 2. C. qui admitti. Ita aduertit Felician. libro. 2. de censib. capit. 2. numer. 3. Quod ego intelligo, nisi cum autoritate iudicis, atque iuris solemnitatibus, constitutio census fiat, ex his, quæ infrà dicenda erunt. Exquo sustineri non potest resolutio Feliciani libr. 2. de censib. capit. 2. numer.
3 4. in princip. dicentis, quòd si tutor ex consanguineorum voto absque iudicis decreto, rem pupili in censum dederit, vel super ea censum consignauerit, & consignatio in præiudicium pupili resultet, non imputabitur tutori, qui cum voto, & consensu consanguineorum id fecit, referens ad id glossam, quam dicit notandam. l. polla, C. de his, quibus vt indignis. Cuius resolutio quantum ad nostri casus speciem conuincitur ex eo, quia cùm iudicis autoritas, ac licentia, & necessitatis causa in his censuum creationibus necessariæ sint, vt suprà dictum est, & infrà dicendum erit, non sufficeret votum, aut consensus consanguineorum. Neque quidquam obstabit gloss. in dicta l. polla, quia licèt ratione consilij consunctorum præsumatur abesse à tutore dolus, & culpa, vt notant ibi Salicet. numer. 6. & melius Bald. numero. 3. & Latius Iass. numer. 7. & 9. Cepola cautela 24. Iass. in l. bonorum. numero. 4. C. qui admitti, & in l. 1. numer. 18. C. de transa. & Dec. in l. singularia. numer. 26. ff. si cert. petat. & dicunt singulare Petr. Gerard. singul. 57. Hippolyt. singul. 417. numer. 14. cum tamen non sufficiat ad validitatem contractus dolum abesse, nisi accedant iuris solemnitates, nihil interesset, quòd dolus & culpa ex presentia consanguineorum ab fuisset, cùm solemnitas & causa non interuenerint, maximè quia resolutio glossæ, & communis in dicta l. polla, fundatus in præsumptione, ex Alciato de præsumptionibus præsumpt. 22. numer. 2. & 3. vt quia quilibet actus factus coram consanguineis præsumatur sine metu, fraude, atque dolo, nisi contrarium probetur, quia tunc præsumptio cederet veritati, ex Decio consil. 400. numer. 8. Cravet. consil. 35. numer. 6. Roland. à Valle consilio. 99. numer. 10. volum. 1. & ita intelligitur resolutio glossæ in dicta l. polla: ergo non benè ad nostrum casum adaptatur, in quo non solum requiritur, quod dolus absit, sed quòd solemnitas ex causa iusta interueniat.

4 Secundus casus est, quando pupilus proximus pubertati rem aliquam dedit in censum, vel super ea censum consignauit: qui casus verificatur in masculis, qui excesserunt, decem annos cum dimidio, & in fœminis, quæ nouem cum dimidio excesserunt, qui quidem proximi pubertati dicuntur, gloss. verb. *Promisit*, in l. 1. ff. de annouar. & tradunt omnes in l. pupillus, & in l. pupilum. ff. de reg. iur. & dicit communem Aretin. in §. si pupilus instituat. de inutilib. stipulat. Menoch. de arbitrar. libr. 6. casu 56.

num

num.20. Caldas Pereyra in l. si curatore verb. *Minoribus*. num.7. & probat. l.6. titul. 5. part. 6. qui quidem impuberes non sine tutoris autoritate efficaciter obligari non possunt. dicto §. pupilus, instituit. de inutilib. stipulat. l. pupilus. ff. de acquirend. hæred. l. obligari. ff. de autorit. tutor. in principio institut. eodem. l. 4. titul. 11. part. 5. certum erit, quòd neque sine tutoris autoritate dabunt rem in censum, nec super ea censum consignabunt, imò etiam tutore autore sine iudicis autoritate, & causæ legitimæ interuentione, nullius erit momenti census creatio, ex supradictis, & infrà dicendis, & dabitur in integrum restitutio ex æquitate tituli de minoribus.

Quòd adeò verum est, vt pupillus sine tutore non solùm immobilia, sed neque mobilia possit alienare, seu hypothecæ subijcere, licèt respectu mobilium in tutore seruetur ea distinctio, vt mobilia, quæ seruando seruari non possunt, ad impuberis vtilitatem alienet, mobilia verò quæ seruando seruari valent, & immobilia sine decreto nullo modo possit alienare, vulgata. l. lex, quam tutores. C. de administrat. tutor. licèt de iure Regio aliter videatur statutum in l. 8. titul. 13. part. 5. vbi constituitur, quòd tutor in distinctè alienat bona mobilia præter seruos antiquos, ex l. 18. titul. 16. p. 6. de quo videndus est Gregor. Lup. in d. l. 8. gloss. verb. *De las cosas muebles*, Villalobos in Anthinom. verb. *Tutor*, Olan. in eod tractat. Anthinom. litera T. num. 39. Ex quibus constat apertè, qnòd pupilus proximus pubertati sine tutore, & iuris solemnitatibus rem non dabit in censum, nec super ea censum consignabit.

5 Tertius casus principalis figurari potest, quando minor vigintiquinque annorum rem dedit in censum, vel super ea censum consignauit. In quo quidem casu aduertendum est, quòd puberes dicuntur, si masculi sunt, post decimùquartum annum, si fœmina, post duodecimum completum. l. fin. C. quando tutor, vel curator in principio institut. quibus modis tutela finitur. l. 1. titul. 5. part. 6. l. 12. & l. fin. titul. 6. part. 6. l. 60. titul. 18. part. 3. vbi describitur scriptura minoris, allegans text. in l. 5. titul. 11. part. 5. in fine, de quo videndi sunt Gutierr. in authent. si sacramẽta puberum. numer. 1. & Pereyra in l. si curatorẽ in princip. numer. 2. quæ quidem pubertas ex eo tempore proficiscitur, & vltimo die 25. quinque annorum perficitur, atque finitur, & perfecta, atque finita vocatur status, ex l. cùm pater. §. curatoris delegat. 2. & aduertit Cuiac. in lib. ff. de minor. b. & in lib. 6. obseruation. capit. 3.

Hi enim puberes minores 25. annorum curatorem habentes, si contraxerint sine eius autoritate, dando in censum, vel censum consignando, contractum ipso iure nullum efficerent. l. si curatorem habens. C. de in integrum restit. minorum, nisi forsam iurauerint contractum, authent. sacramenta puberum. C. si aduersus venditionem. l. 16. titul. 11. part. 3. l. 6. titul. 19. part. 6. & si curatore carentes dederint in censum, vel censum consignauerint, ipso iure valebit contractus; sed poterunt aduersus illum, restitutionis in integrum beneficium implorare, vt probant prædicti iura, & l. 4. titul. 11. part. 5. nisi forsam prædicti puberes curatore carentes cum iudicis licentia, atq; decreto alienationem fecerint, ex Bald. numer. 4. Salic. 6. Alexand. 3. Iacobin. 2. in dicta l. si curatorem: aliter enim deficiente decreto, & iudicis licentia nulla erit alienatio, etiamsi veniam ætatis à principio consequatur, text. vbi gloss. in l. eos. C. de his, qui veniã ætatis, imò & in specie consignationis census si eam consignationem ad similitudinem hypothecæ iudicemus, facta cum decreto iudicis à minore curatorem non habente, habebit minor restitutionem, ad similitudinem hypothecæ, vt docuit gloss. in dicta l. eos, verb. *Similis*, quam dicit communem, & plures per Gomez. 2. tom. variar. c. 14. n. 13.

6 Et denique in ea datione fundi minoris in censum, vel consignatiui creatione interuenire debent solemnitates à iure requisitæ, veluti vrgens causa, necessitas alienationis, decretum iudicis, tutoris autoritas, subhastationes ordinariæ, & aliæ, de quibus traditur per omnes in l. obæs. alienum. C. de prædijs minorũ. l. magis puto. §. ne passim. ff. de rebus eorum. l. lex quæ tutores. C. de administrat. tutor. l. 8. titul. 13. part. 5. l. 18. titul. 6. part. 6. & eleganter cõsiderãt Bald. in l. nulli. C. de sacrosanct. Eccles. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 6. num. 6. Matth. de Afflict. decis. 249. Capicius decis. 113. Paris. consil. 98. lib. 1. & consil. 99. & consil. 10. & 85. eod. lib. Benedict. Bon. de censib. articul. 1. Rodoan. de rebus Eccles. titul. de constitut. annui redditus quæst. 17. numer. 31. cum alijs, Bornin. Caualcan. de tutore & curatore. num. 122. cum pluribus alijs, Couarr. in practicis quæst. capit. 28. num. 10. qui tradunt aliquas iuris solemnitates necessarias in alienatione rerum minoris, & in census creatione.

Ex quo non iniustè miror de Feliciano de censibus lib. 2. cap. 2. numer. 11. qui postquam per text. in l. lex quæ tutores, cum alijs resoluit, sine iudicis decreto bona minoris non posse alienari, statim in versic. *Sed iure nostro*

*Regio*, firmiter credit, ob vtilitatem minoris euidentem, valere census creationem, dicens esse ad id text. expressum de iure Regio in l. 4. titul. 5. part. 5. ibi, *O por gran pro dellos*, vbi existimat idem tenuisse Gregor. gloss. verb. *Pro dellos*, debuerat enim aduertere Felician. decretum iudicis ita esse necessarium in alienatione ob euidentem vtilitatem facienda, sicut in alia, quæ ob necessitatis, causam, vel aliam similem iustam fiat. Quod quidem aperte probat dicta l. 4. Partitæ, in qua Felicianus fundatur; dum enim lex illa designauit causam necessitatis, aut vtilitatis euidentis, subdit elegauter; *Fflonce se ha de fazer con muy grande sabiduria, è con otorgamiento del juez del logar.* Quæ verba in vtroque casu necessitatis, & vtilitatis decretum iudicis requirunt, & sic sustineri non potest resolutio Feliciani dicentis, sine iudicis decreto valere census creationem, dummodò in minoris cesserit vtilitatem & commodum.

Reijcitur etiam ex prædicta resolutione resolutio dicentium, quòd tutor, vel curator potest alienare sine iudicis decreto molendina, seu alia bona similia iuxta citra flumen, obnoxiaque inundationi, vt constat ex Angelo in l. non solum. ff. de petit. hæredit. Ripa in l. quominus. numer. 126. ff. de fluminib. Palac. Rub. consil. 138. col. 1. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. numer. 91. quorum sententiam veram non existimo, vt ex l. Arist. ibi, *Adito prætore*, & ex l. ait prætor. §. fin. ibi, *Prætor aditus*, & ex alijs notandissimis iuribus resoluit Pinel. in l. 1. C. de bonis maternis. 3. part. numer. 28. referens ad id Bald. Paul. & Afflict. & considerans, quòd licet prædicta bona sint periculo subiecta, non inde sequitur posse liberè alienari sine iudicis decreto, sed quòd illud periculum considerabitur à iudice, vt sufficiat pro causa decreti, cùm iudicis decretum necessarium sit in alienatione immobilium, etiamsi immobilia bona talia sint, vt illis carere expediat, ex l. magis puto. ff. si æs alienum, & in l. si fundus sterilis. ff. de rebus eor. nisi fortè Angel. & alios excusare velimus, ex eo quòd molendina multoties nõ habentur pro rebus immobilibus, vt quia verisimili periculo sint obnoxia, vt Tiraquel. & alij suprà aduertunt, & inde inferatur, quòd si non sunt verè immobilia, sed mobilibus æquiparentur, mirum non est, si alienentur sine iudicis decreto, tanquàm mobilia, vel semouentia. Sed hæc etiam consideratio eos non potuit ab errore liberare, quia licèt in alijs quibus casibus molendina habeantur pro rebus mobilibus, vt quia sint ruinosa, vel sita in loco euidenter periculoso, tamen regulariter pro verè immobilibus habentur, & alienari non possunt sine decreto, vt diximus latè in capit. de censu creando super rebus, quæ pro immobilibus habẽtur, ideo cum Pinelo suprà excusari nullo modo possunt.

Quæ quidem omnia de solemnitate decreti iudicis, & aliarum, quæ formaliter necessaria sunt, intelligenda erunt, quando res nouiter datur in censum, vel super ea consignatur: sin verò actum sit de concedendo rem in censum, quæ anteà censualis erat, vel de subrogando censu consignatiuo super re, ex qua antiquitus debebatur, dicendum est, quod tutor, vel curator non tenetur seruare in datione rei in censum, vel creatione consignatiui iuris solẽnitates in prima datione, seu creatione formaliter necessarias; quia res semel effecta alienabilis, sine vlla solemnitate alienari potest, de quo per Ruyn. consil. 61. volum. 3. Paul. Castrens. consil. 183. numer. 6. 1. part. Dec. & alij in l. si tibi. numer. 5. ff. si cert. petat. Tiraquel. de legib. connubialib. gloss. 6. sub num. 181. cum sequentibus. Et hæc pro nunc sufficiunt.

## DE CENSV CREANDO super bonis, vel ex bonis furiosi, mentecapti, prodigi, muti, surdi, atque cæterorum, quibus non est intellectus. Cap. LXXXII.

### SVMMARIVM.

*Furiosus quando possit contrahere, & censum creare. num. 1.*

*Mentecaptus quando possit contrahere, & censum creare. n. 2.*

*Stultus, qui verè mentecaptus non est, quando possit contrahere, & censum creare. numero 3.*

*Prodigus quando possit contrahere, & censum reseruatiuum, vel consignatiuum creare. num. 4. & an restituatur. n. 5.*

*Et intellectus ad l. & mulierem 15. ff. de curatore furiosi. n. 6.*

*Curator an detur mulieri luxuriosè viuenti. numer. 7.*

## CAPVT LXXXII.

PRAECEDENTIBVS accedat resolutio furiosi, cæterorumque, quibus non est intellectus, an super eorum, vel ex eorum bonis census consistat. Et primò in furioso dicendum est, quòd
1 cum nullum negotium, quod ad sui validitatẽ consensum requirat, facere possit. l. in negot. de regul. iur. l. 2. C. de contrahend. empt. neque ex vllo contractu teneatur. §. furiosus, instit. de inutilibus stipulat. certũerit, quòd nec rem dabit in censum, nec super ea cẽsum consignabit, nisi forsam id efficiat cum autoritate curatoris, qui sicut minoribus furiosis dãtur. l. 1. & per totum. C. de iure furiosi. l. 13. tit. 16. part. 6. l. 60. titul. 18. part. 3. & consequenter cum iudicis decreto, alijsque solemnitatibus iuris, quibus cætera bona minorum, seu pupilorum alienantur, quia ad curatores furiosi extendi orationem Diui Seueri, quę habetur in l. 1. ff. de rebus eorum, vt scilicet decretum iudicis in alienationibus rerum furiosi requiratur, probat l. 2. C. de curatore furiosi, text. elegans in l. 60. titul. 18. part. 3. & hoc longè maiori ratione quàm in minoribus, vt quia minores habent intellectum, furiosi verò nullum, ex quo neque testamentum faciũt sicut minores. §. furiosus, instit. quibus non est permissum facere testamẽtum. l. furiosum. C. qui testamenta facere possunt, capit. fin. de successionib. abintestato. l. 13. titul. 1. part. 6. nec ex voto simplici, aut solemni obligantur, sicut minores 25. annorum, capit. Goncaldus 17. quæst. 1. cap. sicut tenor de regularib. nec matrimonium cõtrahere possunt sicut minores, capit. dilectus de sponsalib. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, nec occidendo efficiuntur irregulare, sicut minores. Clement. si furiosus dẽ homicidio: ergo fortioribus rationibus orationẽ Diui Seueri in furiosis procedere constat, vt sine tutoris autoritate, atque sine iudicis decreto neque rem in censum dare, neque quid quam facere possint.

Quod quidem intelligendum est, dummodò aperte constet, tempore creationis census quem esse furiosum. Quod quidem constabit ex his, quæ latè, ac eleganter tradunt Iacob. Menoch. lib. 6. de præsumptionib. præsumpt. 45. per totam, & anteà lib. 1. præsumpt. 24. numer. 15. cum alijs, & lib. 2. præsumpt. 75. numer. 57. latè etiam Ioseph. Mascard. de probat. conclus. 824. per totam. 1. part. aliter enim præsumeretur quis sanæ mentis, vt ipse regulariter præsupponunt; & si forsam non expressè constiterit, an furiosus, vel sanæ mentis creauerit censum, sed de furore dubitetur, coniecturæ percipi poterunt ex his, quæ latè resoluunt Menoch. & Mascard. suprà, quæ furoris dubitatio cessaret, si Prętor curatorem ei dedisset, vt respondit Alexand. consil. 85. lib. 2. Corn. cons. 69. n. 30. lib. 1. Anton. Gabr. lib. 2. conclusionum, tit. de sententijs concl. 5. num. 3.

2 In mentecapto quidem idem quod in furioso suprà dictum est, regulariter dicendũ erit, cùm in iure æquiparentur. l. furiosi, C. de nuptijs. l. humanitates. C. de impuber. §. qua ratione instit. de pupilari. l. fin. §. 1. C. de curatore furiosi. dicta l. 60. titul. 18. part. 3. cum vulgatis; qui quidem mentecaptus probabitur ex his, quæ ad longum prosequitur Mascard. de probat. conclus. 1049. per totã verb. *Mentecaptus*, & denique dicitur, qui omnino mente captus est, ex Cicerone, quem ponderat eleganter Menoch. dicto libr. 6. de præsumptionib. præsump. 45. numer. 6. vsque ad numer. 9.

3 Ex quo in stulto, qui verè mentecaptus non est, vt quia aliquid sapit, & intelligit, licèt integrum, & plenum intellectum non habet. Idem dicendum non videtur, quia cùm stultus aliquid sapiat, & mentecaptus demens & fatuus, omnino mente careant, dissimiles esse constat; ideò stultus, qui sermone Hispano vocatur, *simple, ô bobo*, cùm non ita stultus sit, vt mente careat, sed non ita sciat, & intelligat, vt alter prudens poterit, & in cẽsum rem dare, & super ea censum consignare: sicut aliter ad libitum disponere, imò & multoties stulti, qui omnino non carent mente, diligentissimi sunt in acquirendo. Ita intelligit Menoch. de præsumpt. dicta præsumpt. 45. num. 9. lib. 6. referens verba Ciceronis, dicentis, *Ego stultum ne existimo, fatuum esse non opinor*, & ita sunt intelligendi Angel. Aretin. Ioann. Fab. Biglius, Castr. Dec. & Corneus, quos referens sequitur Felician. lib. 2. de censib. cap. 2. num. 14. existimantes, testamentum factui validum esse, qui quidem debent intelligi in fatuo, qui tantum stultus est, non tamen in mentecapto, & ita post D. Thom. & Isidor. advertit Greg. in l. 13. verb. *salido de memoria*, tit. 1. p. 6. constituens differentiã inter stultũ, & mentecaptum; si enim verè mentecaptus est, vt suprà diximus, furioso in totum æquiparatur, ex l. 13. titul. 16. part. 6. ibi, *Locos, ô desmemoriados*; quæ verba nominatim probant, eam mentecapti & furiosi æquiparationem, & inde quamuis cura furiosi legitima sit, mentecapti verò datiua, debet tamen iudex dare mentecapto, sicut furioso, curatorem legitimum,

mum, vt resoluit Gregor. in dicta l. 13. tit. 16. part. 6. gloss. 1. referens se ad ea, quæ dixerat in l. 4. præcedenti: ergo aperte constat, quòd in verè mentecapto, dicendum est quod in furioso.

4 In prodigo etiam videndum est, quo iure possit dari in censum rem, vel creare consignarium, & præsupposito quòd prodigus dicitur dissipator patrimonij, atque substantiæ eiusdem. l. is qui bonis. ff. de verb. l. 5. titul. 11. part. 5. ibi, *En latin prodigo tanto quiere dezir en romance como desgastador*, vbi Gregor. verb. Prodigus, aduertit, quòd is proprie dicitur, qui in sermonibus sapiens, & in factis insipiens est, l. is qui. §. diuus. ff. de tutor. & curat. datis ab his, & post Iass. Caldas Pereyra, & alios aduertit Felician. libr. 2. de censib. capit. 2. numer. 17. resoluendum erit, quòd si dicto prodigo nominatim interdicta non sit bonorum administratio, etiamsi notoriè prodigus sit, valebit datio, seu creatio census, ex sententia Bart. & communi omnium in d. l. is qui bonis. ff. de verbor. Aretin. Ferretus, & Roger. in l. is qui lege. ff. de testamẽtis, & post alios nominatim tenet Felician. dicto lib. 2. capit. 2. numer. 18. sin verò iudicialiter interdicta prodigo sit bonorum administratio, nullius erit momenti datio in censum, vel consignatio; quia neque naturaliter, neque ciuiliter prodigus teneretur, dicta l. is qui bonis. ff. de verb. notand. text. in dicta l. 5. tit. 11. part. 5. ibi; *Y por esta razon le fuesse dado guardador alguno su pariente propinquo ô à otro ê le fuesse defendido del juez del lugar, que no vsasse de sus bienes, sin otorgamiento de aquel su guardador ningun prometimiento, que despues desto fiziesse, non valdria, ni fincaria por ello obligado*: ergo nominatim requiritur iudicis interdictio, & accedente, nullius erit momenti contractus, etiamsi iuramento firmaretur, vt post Bart. & Bald. resoluit Gregor. in dicta l. 5. verb. *Non valdria*, per totum, Caldas Pereyra in l. si curatorẽ habens. C. de in integrum restit. verb. *Cùm non ab similis*, num. 4. Ioann. Gutierr. de iurament. confirmat. 1. part. capit. 32. numer. 6.

Et est summè notandum, quòd si prodigo curator datus sit, virtualiter cẽseretur eidem interdicta administratio, argument. l. penult. ff. de curatore furiosi, & tenet nominatim Bart. in dicta l. is, cui bonis. ff. de verbor. Ioan. de Imola, Ludouic. Roman. sequentes eam sententiã Paul. Castrens. & Alexand. in dicta l. is, cui bonis. Quam sententiam de iure communi veriorem esse resoluit Gregor. in dicta l. 5. titul. 11. part. 5. gloss. verb. Defendido, sentiens ibi, dum dicit esse de iure communi veriorem, de iure Regio per l. illam cõtrarium esse verius, dum dicit lex, *E le fuesse defendido del juez, del lugar*, quæ verba videntur formaliter requirere interdictionem administrationis, quamuis ipse Gregor. in fine eiusdem glossæ videatur resoluere, quòd etiam non interueniente expressa iudicis interdictione, si prodigo curator datus sit, poterit prodigus, & curator nomine ipsius petere restitutionem contractus. Ex quo deducitur, Gregor. nihil resoluisse in ea dubitatione, an sufficiat sola datio curatoris ad annullandum contractum, postea factũ, vel sit necessaria expressa interdictio, imò & magis inclinasse in Bart. doctrinã dicentis, datione curatoris esse virtualem interdictionem. Cuius Bart. sententia mihi etiam verior videtur ex l. 4. in fine titul. 15. part. 5. ibi. *O al desgastador de sus bienes à quien fuesse dado el guardador*: ergo ad hoc vt prodigus in totum vtatur iure minoris annullando contractum, petendo restitutionem, vel alia similia faciendo, sufficit datio curatoris, ubique vlla expressa interdictione. Et ita clarius id resoluit Gregor. in dicta l. 4. gloss. fin. Pro qua sententia ego pondero text. notandum in l. 60. tit. 18. part. 3. ibi, *E de los desgastadores de lo suyo, quãdo vendierẽ alguna cosa de qualquier dellos que sea raiz*, vbi postquam lex describsit formam contractus alienationis minorum, quorum iuris, seu tutelis, nulla expressa describitur à iudice interdictio, vt quia virtualiter ex datione tutoris, vel curatoris eisdem interdicetur administratio, æquiparat lex illa curatorem prodigi curatoribus cæterorum minorum, vt scilicet nulla sit necessaria expressa interdictio prodigo facienda. Neque retenta hac Bart. sententia obstabit dicta l. 5. dum dicit, *E le fuesse defendido del juez, del lugar que no vsasse de sus bienes, sin otorgamiento de aquel su guardador*: quia licet negari non possit, nisi quod verba illa formalia sint, & quòd interdictio expressa prodigo est facienda expressa dicitur virtualis, quæ formatur, quando iudex dedit prodigo curatorem, debet enim iudex dicere, q̃ dat prodigo curatorẽ, vt eius bona legitimè administret: si enim priuatiuè curatori dat administrationem: ergo prodigo expressè interdicitur, sicut dicitur expressum illud, quòd virtualiter sub decisione continetur, vt vulgaria iura probant; vt tamen euitetur scrupulus, dicat iudex in datione curatoris, quòd prodigo dat illum, & eidem interdicit administrationem bonorum.

5 Ex quibus intelligitur communis, atque recepta sententia, concedens prodigo restitutionem ad similitudinem minoris, de qua per gloss.

g'oss. verb. *Interdici* in l. patre pro filio. ff. de minorib. & per Greg. in dicta l. 5. verb. *Defendido*, prope finem, & post Anton. Gom. Pereyram, & alios, Felician. dicto lib. 2. cap. 2. num. 18. vt intelligatur, quando prodigo curator datur fuit, quo casu æquiparabitur minori, vt in dicta l. 5. titul. 11. part. 5. & in dicta l. 60. tit. 18. part. 3. anteà tamen cùm iure minoris non vtatur, & quia licet prodigus sit, possit libere bona sua administrare ante dationem curatoris, & interdictionem iudicis, restitutionem petere non poterit, licèt contractum iure ordinario læsionis rescindere valeat.

6 Ex qua infertur intellectus ad text. in l. & mulieri ff. de curatore furiosi, dum Paulus Iurisconsultus dicit, *Et mulieri, quæ luxuriosè vivit, bonis interdici potest*, vt lex illa intelligēda sit, quando mulier luxuriosè viuens simul prodiga est. Et ita euidenter probatur, quòd iudici visum sit necessarium esse eidem dare curatorem, non tamen vt solùm sufficiat viuere luxuriosè ad iustificandam interdictionem; quòd ita intellixerunt Speculat. in titul. de actore. §. 1. numer. 12. Alberic. & Cuman. in l. is cui bonis. ff. de verbor. Felin. & Dec. in capit. pastoralis de iudicijs, Palac. Rub. in capit. per vestras. §. 70. numer. 23. Anton. Gom. in l. 14. Tauri numer. 14. Caldas Pereyra in l. si curatorem habens verb. *Cùm non absimili*. num. 16. vbi eleganter id explicat, atque intelligit, & ego pro eo intellectu ad dictam L. & mulieri pondero versic. *Prodigus*, eiusdem l. dum dicit, *Prodigus, & omnes*, quasi sentiat Paul. Iurisconsult. quòd mulier luxuriosè viuens, cuius anteà meminerat debet esse prodiga, vt eidem bonorum administratio interdicatur. Nec mirum, quòd fœmina impudica prodiga non sit, id enim possibile est, non necessarium, & consequēter non benè sequitur, est impudica, ergo prodiga. l. neque natales. C. de probat. imò verius sequeretur, Est impudica, ergo auara, iuxta illud Ezech. capit. 16. *Meritricibus dantur mercedes*, Quæ sententia, si rectè conūderetur, probatur ab Acursio in dicta l. & mulieri. gloss. 1. quem alij in aduertenter pro contraria sententia referunt, dicit enim Acurs. *Nota interdici bonis meretrici, quia prodiga est suæ personæ, per quod præsumitur & rerum*; ergo fundat Acurs. præsumptionem prodigalitatis bonorum in prodigalitate personæ; sed impudica prodiga non est, cùm vendatur, ergo cessat præsumptio. Rursus si Acurs. fundatur in præsumptione, & ea non est iuris, & de iure, sed facti, vt quia prodiga est personæ, non infertur necessariò, quòd prodiga sit rerum. Et consequenter loquitur Acurs. quando impudica est prodiga personę & rerum, quo casu iustā erit interdictio bonorum: ergo rectè lex illa intelligitur in muliere simul luxuriosa & prodiga.

7 Ex qua resolutione reijcitur, & meritò cautela dicentium, quòd legitimi hæredes meritricis faciant, vt eidem curator detur, vt inde post interdictionem testari non possit, iuxta regulam l. is, cui lege. ff. de testament. quam cautelam describit Bald. in capit. cùm decorem de æqualitate, Iaſſ. in l. 4. §. sed quod meritrici. ff. de condict. ob turpem causam, num. 2. & ita eam cautelam eleganter impugnat Pinelus in l. 4. C. de bonis maternis. numer. 20. & 21.

De muto, & surdo (ne in his, quæ vtilissima non sunt, moram faciamus) scripsit Felician. lib. 2. de censib. capit. 2. numer. 10. resoluens, mutum, & surdum posse censum creare, dummodò intellectu non careant, quòd ego verissimum existimo.

## QVOMODO PROBETur, solemnitatem interuenisse in censibus minorum, Ecclesiarum, vel earum personarum, quæ sine solemnitate contrahere non possunt. Cap. LXXXIII.

### SVMMARIVM.

*Solemnitatem interuenisse in creatione census minorum, Ecclesiarum, vel similium, probare tenetur, qui se fundat in censu. n. 1.*

*Solemnitatē interuenisse in census creatione, an sit præsumēdum ex aliquo tēporis cursu n. 2. & quando, & quemodò solemnitas extrinseca, vel intrinseca probetur, vel præsumatur. numero 3.*

*Solemnitas extrinseca, vel intrinseca, an præsumatur ex immemoriali tempore, vel centum annorum. n. 4. & 5.*

### CAPVT LXXXIII.

IN capitibus præcedentibus egimus de censibus minorum, Ecclesiarum, prælatorum, seu cæterarum personarū, quæ sine solemnitate contrahere non possunt: vnde in præsenti agendum est de solemnitate in similium censuum creatione necessaria, forma lite-

liter probãda; & in hãc vtilissima dubitatione, quomodò scilicet probetur, eam solemnitatem interuenisse, aduertendum est, quòd omnis solemnitas creationis census extrinseca dicitur, vt quia constare debet per scripturam, quæ in censu formaliter est necessaria, vt dicendum est in capit. de scriptura conficienda in constitutione census; quæ quidem solemnitas extrinseca dupliciter potest considerari in censu, vel in pretio ipsius census, vel ordine scripturæ; in pretio, quia debet regulariter interuenire in creatione, atque in actu celebrationis contractus, vt in capitibus de pretio diximus; in ordine scripturæ, quia minores, vniuersitatis, possessores maioratuum, Ecclesiæ, monasteria, aliæque personæ, quæ sine solemnitate iuris contrahere nõ possunt, censum constituere volunt. De primo casu diximus in capitibus de pretio cẽsus, de secundo in præsenti agendum est.

Et primò regulariter est aduertendũ, quòd cùm censuum constitutiones minorum, Ecclesiarum, cæterorumque similium, duplici, ex causa contineant iuris resistentiam, ex parte nempè contractuum, vt quia non interuenientibus iuris requisitis illiciti sunt; & ex parte contrahentium, vt quia prædictæ personæ sine iuris solemnitatibus contrahere nõ possunt, qui dixerit in eorum contractuum creatione interuenisse solemnitates necessarias, debet illud euidenter probare, vt eleganter resoluunt AEgid. Belamera consil. 33. in fine, versic. Quoad secundam difficultatem Philipp. Dec. consil. 142. *Pro tenui*. numer. 4. Rebuf. in tractat. de alienat. rerum Eccles. sub membr. 10. ad fin. & facit gloss. magna in capit. sicut de re iudicata, & eam resolutionem post Iacob. Butricar. Bart. Alberic. & Fulgos. & Paul. tenet Iass. in l. cùm ij. §. eam transactionem. numer. 2. ff. de transact. & in l. contra iuris. numer. 9. vbi hanc dicit communem sententiam. ff. de pactis, testator communem Panorm. in capit. 1. numer. 17. de in integrum restitut. & id prosequitur Ripa in l. is cui bonis. numer. 47. de verbor. Fabian. de Monte in tractat. de empt. & vendit. in 5. q. principali. num. 112. Philipp. Dec. consil. 142. num. 4. Roland. à Valle consil. 16. numer. 16. lib. 1. Capicius decis. Neapolitan. 113. Frãcis. Curt. vbi etiam dicit communem in tractatu feudorum. 2. part. principali. quæst. 3. in fine dicentes in Ecclesia, minore, seu alio, qui sine certa solemnitate contrahere non potest, debere constare euidenter de interuentu solemnitatis, vt quia ex scriptura creationis census solemnitates requisitas interuenisse constat, & hoc regulariter verum est. 2

Sed vidi multoties agere ad rescindendos, seu annullandos cõtractus emphyteoticos, vel censuales Ecclesiarum, minorum, cæterarumque personarum, quibus non est permissum libere contrahere, sed interuenientibus certis formalibus requisitis solemnitatibus, ex eo quòd ipsorum contractuum scripturis, vel non apparet, vel saltem enunciatiuè, constat præcisse requisita formalia, quæ tamen in eis descripta non sunt, & ẽ conuerso dici, ac fundari, quòd ex antiquitate temporis decem, viginti, triginta, vel quadraginta annorum, aut tempore immemoriali in eisdem cõtractibus interuenisse præsumitur, ex ea vulgari regula dicentium, quòd ex temporis diuturnitate non solum intrinsecam, sed & extrinsecam solemnitatem præsumi certum sit. Sed licèt in hac probatione interuentus solẽnitatis extrinsecæ ex temporis diuturnitate plurima dici poterant, quæ de probando interuentu solemnitatis per longissimi temporis cursum tradiderunt, eleganter post plures Menoch. libr. 3. præsumpt. præsumpt. 132. & 133. per totam, & Mascard. de probat. concl. 1320. & 1321. atque 1322. tamẽ quia ad nostrã census speciem, non omnia ab eisdem rectè adaptantur, quæ propria, & vtilissima tantùm sint dicenda erunt.

Et primò securè tenendum videtur, quòd ex nullo temporis censu præsumatur interuenisse solemnitates formales in creatione horũ contractuum, minorum Ecclesiarum, & similium, nisi quatenus constiterit de interuentu per creationis scripturam, ex sequentibus cõsiderationibus. Primò, quia regula vulgaris, 3
quòd solemnitas etiam extrinseca præsumitur ex temporis diuturnitate, de qua per text. & omnes in l. sciendum. ff. de verbor. & per Anton. Gabr. in titul. de præsumpt. conclus. 1. per totam, maximè numer. 61. Couarr. libr. 2. variar. capit. 17. Tiraquel. de præscript. gloss. 4. versic. 36. cum alijs. Menoch. & Mascard. suprà, limitatur, ac restringitur, quotiescunq; ius resistit actus creationi, sicut resistere videmus constitutionis census, cùm nullo modo, neq; casu creari possit, nisi interuenientibus solẽnitatibus. Extrauagãtiũ atq; Proprij motus, maximè quando creantur à suprà dictis personis: quo casu cõcurrunt simul duæ fortissimæ prohibitiones, ex quibus resistẽtia maior est, vna ex natura contractus, altera ex parte personarũ, cùm regulariter contrahere non possint, ex cuius resistentia excluditur omnis temporis præsumptio, & qui se fundat in interuentu solemnitatum, debet eas interuenisse probare, ex traditis per omnes in cap. 1. de præscription. lib. 6. Beroius cons. 114. n. 28.

lib. 1.

libr.1.Marian.Anguisolà consil.97.num.4.& consil.17.& 32.volum.1.Belamera consil.10. colum.2.versic. *Et si dicas*, quòd concessio Gabr.de antiquitat.3.part.principali in princ. num.10.

Secundò ponderatur, quòd cùm iustitia creationis census, atque solemnitas eius contractus à iure canonico pendeant, ac deriuentur, vt quia per cõstitutiones Extrauagantiũ, & proprij motus, cum certis solemnitatibus formalibus iustos esse decidatur, de veritate poticis, quàm de præsumptione, cùm in veritate, & non in præsumptione ius canonicum fundetur, agendum est, vt ita solemnitates formales, tam ex parte ipsius cõtractus, quàm contrahentium necessariæ, quæ extrinsicæ sunt, non ex temporis longissimo cursu præcessisse præsumantur, sed verè interuenisse, ex ipsa cõtractus scriptura cõstare debere certum sit. Ita limitant de iure canonico regulam dictæ l.sciendum, Aretin.ibi.num.12.Anton. Gabr.in commun.opinion. tit. de præsumpt. conclus.1.in fine, Bornin.Caualcan.decis.46. numer.16.Iacob Menoch.lib.3.præsumptionum præsumpt.133.n.91.

Tertio & fortiter considero pro hac nostra sententia, quòd solemnitates formaliter necessariæ ad iustitiam creationis census minorum, Ecclesiarum, cæterorumque, qui regulariter contrahere non possunt, omnino sunt extrinsecæ ab actu creandi censum, vt quia tractus licentiæ, præconia, informationes, actus iudiciales, & denique iudicium decreta procedere debent, & in scriptis formanda sunt, cùm formaliter requirant scripturam: ergo præcisse debet constare de ipsarum solemnitatum interuentione ex contextura instrumenti creationis census, & non per solam iuris præsumptionem deductã ex longissimo temporis cursu. Ita deducitur apertè ex resolutione Ruyni consil. 68.num. 18.volum.1.dicentis, quòd licentia Summi Pontificis necessaria, vt commissarius iudicialiter aliquid facere possit, seu alij actus, qui formaliter precedere debent per scripturam, & nõ per solam iuris præsumptionem. Quam etiam resolutionem sequitur Beroius consil. 19.numer.14.& consil.90.num.4.volum.3. Rota Lucana decis.52.1.part.num.25.& post Beroius idem resoluit Borninus Caualcan. dicens hanc communem sententiam decis. 46.num.28.& anteà numer.23. post Cephal. cons.44.n.88.vol.3. idem resoluit, atque iterum tanquàm receptum refert ipse Bornin.in decis.8.num.23.2.p.& anteà iterum dixerat referens Dec.Paris.Bart.& Rodoan. in decis. 45.num.81.

Quartò accedat, quòd prædictæ solemnitates extrinsecæ in creatione census minorum Ecclesiarum, cæterorumque similium necessariæ, scilicet consensus, licentiæ, actus iudiciales, præconia, decretum iudicis, & aliæ huiusmodi, non solùm sunt extrinsecæ omnino ab actu principali creandi censum, sed sunt principales de per se, vt quia de ipsis conficienda sit scriptura solemnis, quo casu non video, cur actus ipsi principales de perse præsumant, quia actus principales nunquam præsumuntur etiam ex longissimo temporis cursu. Ita resoluunt Grammat.decis.74.num.4. Anton.Natta consil.162.numer.24.Aymon. Crauet.de antiquit.3.part.principali in princ. num.22.& ita eam regulã intellexit Menoch. de præsumpt.lib.3.præsumpt.133.nume.77. vbi refert quandam decisionem Ofati, & dicit verissimam sententiam, quam nonnulli exemplificauerunt, quando fieret mentio in scriptura principali de alio instrumento, seu scripturæ solemnitate, quo casu ex nulla temporis antiquitate præsumi posse instrumentum illud relatum, nec substantialia illius instrumenti resoluit Alexand. in consil. 50.colum.2.volum.5.& consil.179.volum.6. Philipp.Dec.consil.442.col.4.in fine, dicens, quòd propter temporis antiquitatem, non præsumuntur substantialia additionis hæreditatis, quamuis probata additione præsumatur eam fuisse solemniter factam, quòd etiam resoluit Alexand.in l.qui in aliena.§.1. de acquirend.hæred.& idem in effectu resoluit Grammaticus decis.70.num.14.Crauet.de antiquitate.3.part.art.2.num.21.& in actu nõ solùm formali, sed reducibili tantùm ad scripturam idem probauerunt eleganter Cephal. consil. 171.num.5.cum sequentib.volum.2. maximè si scriptura prædictorum actuum à lege requiritur,& in nostri casus specie contingit, cùm tractatus, & aliæ solemnitates contractuum minorum, seu Ecclesiarũm,& similium in scriptis reducendæ sint, quo casu eum actum reducendi solemnitates ad scripturam, ita extrinsecum, formalem, atque principalem de perse Scribentes existimauerunt, vt nullo tẽporis cursu, neque vlla scripturæ creationis census relatione probari posse crediderũt, sed quòd euidenter per scripturam is contractus probandus sit, tenuerint præsumenda nõ est. Ita eleganter aduertunt Abb.in capit.sicut ce re iudicata, Roman.in l.sciendum, vbi Alexand.numer.12.ff.de verbor.Ruyn.cons.96. num.9.lib.1.& consil.49.num.9.libr.4.Ant. Gab.lib.1.conclus.tit. de præsumpt. concl.1. numer.60.Beroi.consil.48.num.20.libr.3.& alios referens in fortiori casu, nempe in probatio-

batione solemnitatis intrinsecæ quæ requirit scripturam. Idem resoluit Iacob. Menoch. in dicto lib. 3. præsumpt. 132. numer. 27. ergo apertè constat, quòd solemnitates formales, quæ præcedere debent in contractibus census minorum, Ecclesiarum, & similiũ, nullo temporis cursu præsumuntur.

Quintò, si hæc nostra dubitatio adaptetur ad census creationem quæ multoties fit à possessoribus maiorum, à fortiori quidem procederet; quia cùm in alienationibus rerum maioratus, seu censuũ creationibus, super eisdem rebus licentia Regia formaliter sit necessaria, & ea Regia facultas sit actus principalis de per se omnino extrinsecus, & qui requirit scripturam, nullo temporis cursu præsumeretur, ita respondendo tenet in licentia Regia seu Pontificis, Alexand. consil. 9. col. fin. volum. 2. & consil. 17. col. 2. vol. 4. Bald. in l. 2. C. de legitim. hæredib. Aym. Crauet. de antiquitat. tẽpor. 3. part. principali in principio, nume. 18. Matth. de Afflict. decis. 107. decidens, quod vbicunque requiritur licentia Pontificis, Regis, vel superioris, nullo temporis cursu probari potest eam in actu interueniſſe, nisi forsam probetur, ipsius Pontificis, vel principis licentia illius actus, ad cuius perfectionem licentia erat necessaria, quod etiam tenet Philip. Dec. consil. 409. nume. 13. Roland. à Valle post plures consil. 2. numer. 127. & referens Tiraquell. & alios Ioseph. Mascard. de probat. conclus. 1327. numer. 30. & 31. eleganter Iacob. Menoch. in dicta præfact. 132. nu. 70. & 71. vbi post Crauet. & alios id resoluit.

4 Sextò, & vltimò hæc nostra resolutio suadetur ex eo, quòd cùm ex contextura scripturæ censualis euidenter constet, prædictas solemnitates formales extrinsecas, atque de per se principales, quæ scripturam requirunt in actus confectionis eius, atque creationis contractus interueniſſe, non solum quis iurabi non potest præsumptione, quantumcunq; longissimi temporis sit ad probandum, quod interuenerunt, sed potius præsumptio illa, quæ regulariter deducitur ex temporis diuturnitate, & per inspectionem scripturæ censualis, in qua solemnitates deficiunt, elliditur, & ex ea scripturæ inspectione probatio fortis, & euidens, quæ in cõtrarium retorquetur, nascitur. Ita elegantissimè limitando regulam in contrarium adductam de præsumendo intrinseca solemnitate per longissimi temporis cursum, resoluunt Paul. Castrens. quia ad hoc solet allegari in consil. 81. *In causa, qua vertitur interrenerendum*, col. 3. versic. *Et si dicatur.* li. b2. Alexand. consil. 1. *Ponderatis his*, colum. penult vol. 4. Aym. Crauet. qui plures refert in dicta 3. part. de antiquitat. artic. 1. num. 27. Afflict. decis. 109. numer. 5. Roland. à Valle consil. 2. num. 130. & consil. 90. num. 44. vol. 1. & post Cephal. Ruyn. Riminald. & Brun. Tiraquel. Ant. Gabr. & alios, resoluit Ioseph. Mascard. de probat. dicta conclus. 1322. num. 33. & 34. vbi numer. 35. existimat, non solùm per inspectionem instrumenti excludi præsumptionem, sed etiam aliam fortissimam in contrarium formari, ex qua inconuincibiliter præsumatur, solemnitates formales non interueniſſe, referens Sstephanum Lambertẽgum in tractatu de statutis, quod etiam eleganter prosequitur Iacob. Menoch. in dicta præsumpt. 132. numer. 38. 84. & 85. vbi eam dici esse rationem; quia sicut præsumptio cedit veritati, ita & efficaciori præsumptioni, ex l. Diuus. ff. de in integrum restitut. & ex his, quæ ipse Menoch. scripserat lib. 1. de præsumpt. præsum pt. 30.

Quæ quidem omnia verissima existimo, etiamsi in instrumento enunciatiuè proferatur, quòd prædictæ solemnitates formales interuenerunt, etiamsi instrumẽta antiqua sint, quia licèt aliqui teneant, quòd in antiquis verba enunciatiua efficiunt probationem, ex glossa 1. & Doctoribus in capite cùm olim de censib. & respondit Alexand. consil. 12. *Viso processu*, num. 8. & consil. 74. viso puncto, & latè probat Mascard. de probat. concl. 106. per totam, tamen in solemnitate omnino formali hoc verum non est, vt fere in specie resoluunt Doctores in capit. 1. de reb. Eccles. Guid. Papa quæst. 151. Rebuf. in tractat. de alienat. rerum Eccles. verb. *Prospiciat.* nume. 75. Rodoan. in eodem tractatu rubr. de causæ cognit. numer. 46. Ferrara in praxi in forma libelli in actione reali in gloss. veris & legitimis numer. 72. & hoc quidem mirum non est, quia licet in his, quæ non habent iuris resistentiam, si antiquissima sint, sufficiat probatio per verba enunciatiua; in his tamen, quibus ius resistit, & à fortiori, quibus natura ipsa contractus pugnans est, nihil efficere poterit enunciatio eorum, quæ formaliter debent interuenire, quominus contrarium narrationi ex non interuentione probetur, imò & in his, quæ nullam habent iuris resistentiam, antiquitatem, ex qua præsumatur, solemnitate in interuenisse debere, esse centum annorum resoluunt dicentes communem Philipp. Dec. Andr. Gail. & alij, quos referens sequitur Ioseph. Mascard. de probat. conclus. 622. numer. 16. vbi postquã id numero præcedenti dixit, in antiquis sufficere verba enunciatiua, hoc regulariter intelligit,

intelligit, quando antiquitas est centum annorum: ergo aperte constat, quòd solemnitates formales non solum debent interuenire in actu creationis census minorum, ecclesiarum, cæterarumque personarum, quæ regulariter sine certis solemnitatibus contrahere nó possunt, sed quòd debent euidenter probari per inspectionẽ scripturæ creationis, & quòd non sufficiunt ad earum probationem verba enunciatiua, quantumcunq; scripturæ censuales antiquissimæ sint.

5 Quæ resolutio vtiliter restringitur, quando scriptura creationis census ita antiqua est, vt excedat centum annorum tempus; quia cùm solemnitates formales creationis census extrinsecè, & de perse principaliter fieri potuissent, licèt in scriptura, à qua narrantur, neque sint, nec ex ea interuenisse constet, imò potiùs contrarium, tamen cùm ex interuallo fieri potuissent, ex tanti temporis cursu, qui memorialem perficiat, rectè solemnitates illæ præsumerentur; ex doctrina celebri Innocentij ex capit. veniens numer. 2. de verbor. significat. quam sequuntur plures, quos referens sequitur Molina libr. 2. de Hispan. primog. cap. 6. numer. 61. & ego dixi in l. 41. Tauri gloss. 1. numer. 13. cum alijs, quia licèt eo casu videatur, quòd immemorialis induci non potest, vt quia præsupponant principium deficere, & memoriam hominum excedit, vt ibi ego dixi, numer. 11. eà tamen scriptura creationis census non diceretur initium, quod excludere posit immemorialem, sed actus contrarius, cum in ea scriptura non reperiantur solemnitates; quæ quidem cùm ex interuallo, vt prædiximus, interuenire potuissent, & præscriptioni immemoriali non datur initium, sed actus contrarius, & immemorialis, rectè formabitur, vt cum Innocentio, Molina, & alijs diximus in l. 41. Tauri gloss. 1. per totam.

# DE SCRIPTVRA CONficienda in constitutione census. Caput LXXXIIII.

## SVMMARIVM.

*Scriptura an sit necessaria in cõtractu emphyt. n. 1 & 9. vbi traditur intellectus ad l. 28. tit. 8. p. 5*

*Verbum, Contractus, quando vsurpetur pro scriptura ipsa contractus. n. 2. & 10.*

*Intellectus ad Extrauagates primam, & secundã de emptione & venditione dicto. n. 2. & 10.*

*Intellectus ad proprium motum Philippi V. super formã creandi census. n. 3. & 11.*

*Conditio formam inducit & quomodò intelligatur. ibidem.*

*Forma omnino adimplenda est, & actus contra formam annullatur. ibidem. n. 3. ad finem.*

*Intellectus ad leges 4. & 6. tit. 15. lib. 5. nou. Recopil. n. 4.*

*Scriptura regulariter non est necessaria ad perfectionem & substantiam contractus. n. 5.*

*Regula omninò seruanda est, & ab ea non recedendum n. 6.*

*Probatio quando requiritur, fieri per scripturam, an sufficiat, si fiat per testes. ibidem.*

*Contrahentes possunt compelli ad reducendum contractum in scriptis. n. 7.*

*Scriptura contractus, & ipse cõtractus, in quibus differant. n. 8.*

*Soluens pensionem censualem virtute illegitimæ scripturæ, an in futurum compellatur ad soluendum. n. 12.*

*Scriptura an sit de substantia contractus, quando partes de contrahendo in scriptis egerunt. numer. 13.*

*Intellectus ad l. contractus. C. de fide instrument. ibidem.*

*Scripturam qui tenetur conficere, an teneatur ad conficiendam publicam, vel priuatam. numer. 14.*

## CAPVT LXXXIIII.

IN capitibus præcedentibus ad longum scripsimus, super quibus bonis census constituendus sit; in præsenti agendum est, an ad substantiam eius creationis sit necessaria scriptura coram tabellione legitimè confectà, & in vtraque census specie necessariam esse, ex sequentibus suadetur. Primò, quia in emphytheosi, cui census non parum assimilatur scriptura, necessaria est. l. 1. C. de iure emphyteot. ibi; *Pactionibus scriptura interueniente*, & in l. 2. C. eod. titul. ibi, *Emphytheosis instrumentis*; & in l. fin. ibi, *Emphytheoticum instrumentum*, & in authent. de non alienand. §. fin. ibi, *Instrumentum emphytheoticalium*; & in §. si verò genones ibi, *Inscribi instrumentum*, & in §. ad hæc, versic. *Tabellionem quidem*, & in §. hæc igitur omnia, & in §. quia verò, versic. *Tabelliones*, & in specie emphytheosis tenet hanc sententiam Acurs. in §. adeò in verbor. *Neque ad locationem*

*in fine*, instit. locati, & in l. contrahitur. ff. de pignoribus, & plurimi per Aluar. Vaez de iure emphyt. quæst. 7. numer. 2. Iul. Clar. §. emphytheosis. quæst. 4. & bene probatur in l. 28. titul. 8. part. 5. ibi, *E por escrito, ca de otra guisa non valdria*: ergo idem videtur dicendum in creatione census consignatiui, vel reseruatiui, vt necessaria sit scriptura.

2 Secundò, & magis in specie probatur in Extraug. 1. Martini V. de emptione & vendit. ibi, *Bonis in ipso contractu tunc expressis*, & statim ibi, *In ipsis contractibus expresse ipsis venditoribus data fuit facultas*, & in Extraug. 2. Calixti III. de emptione & vendit. ibi, *In contractibus superbis*, & statim ibi, *Qui in huiusmodi contractibus expressi fuerunt.* Quæ quidem Extrauagans, dum sæpissimè repetit verbum, *Contractus*, euidenter probat, esse in census creatione necessariam scripturam? quia verbum illud, *Contractus*, multoties, & propriè vsurpatur pro instrumento, seu scriptura ipsius contractus, vt latissimè probat Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. vnic. 4. cum alijs.

3 Tertiò, pro eadem sententia facit constitutio proprij motus Pij Quinti super forma creandi census, ibi, *Præsentibus testibus, ad hoc rogatis, & in actu celebrationis instrumenti.* Quæ verba præsupponunt scripturam esse necessariam, cùm ex ablatiuo illo absoluto, præsentibus testibus, ac notario, conditio formetur, ex l. à testatore. ff. de hæred. instituend. & ex Bart. in l. 1. numer. 34. ff. de condit. & demonstrat. de cuius textus intellectu in dicta l. à testatore. 108. egerunt And. Siculus in cap. dilecti. numer. 15. de iudicijs, Iaſ. in l. cum mota. numer. 20. vbi Menes. numer. 8. C. de transact. Ant. August. libr. 1. emendationum. cap. 4. ad finem, Alciat. libr. 4. Parergon. capit. 1. & 3. Duaren. in l. qui Romæ. §. Augerius. numer. 11. de verb. Si enim verba proprij motus inducunt conditionem: ergo inducent formam, ex Bald. in authent. matri & aviæ. C. 1. C. quando mulier tutelæ officio. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 21. numer. 13. cum alijs, & melius de retract. conuent. §. 2. glos. vnica ex numer. 3. cum sequentibus, & consequenter interuentus tabellionis formalis erit, & scriptura formaliter necessaria, aliàs contractu claudicaret, ex regula vulgari de forma adimplenda, de qua in l. cum ij. §. si prætor. ff. de transact. cap. cùm dilecta de rescriptis, cap. Pisanis de restitutione spoliat. & ad longum scripsit Ioan. Gracian. reg. 212. *Formæ defectus.*

4 Quartò faciunt quam plurima iura Regni, nempe l. 4. tit. 15. libr. 5. nouæ Recopilat. ibi, *Que se testiguen todos los conuenidos*, accipiendo verbum, *Contractos*, pro instrumento, vt supra dictum est, & statim l. 6. eod. tit. 15. libr. 5. ibi, *Y que ninguna escriuano destos nuestros Reynos de fe, ni haga escritura*; quæ verba præsupponunt contractum censualem in scriptis esse reducendum, & fortius ex pragmatica Christianissimi Regis Philippi condita 13. die Iulij anno 1583. circa formam creandi, & reducendi census ad veritatem, ibi, *Y que el escriuano ante quien passare el contrato.* Cùm igitur coram tabellione tenditio fortis faciendæ fit, vtram ex proprio motu, quam ex legibus Regni constat, & antea non iustificetur pecuniæ perceptio: ergo scriptura creationis census conficienda est. Et ita hanc sententiam in specie probat gloss. in cap. 1. §. postquam census. 6. & vnicè verb. eam tenet Molin. dib. 2. de Hisp. primog. c. 8. n. 11. in fine.

5 Sed his considerationibus, & fundamentis non obstantibus, contrariam sententiam in vtraque census specie verior em existimo, ex regula vulgari, qua constituitur, scripturam non esse de necessitate contractus. l. contrahitur. ff. de pignoratitia actione. l. pactum quod bona fide. C. de pactis. l. cùm res. C. de probat. l. 6. titul. 9. part. 5. quæ regula generaliter protenditur, nisi in casibus à iure expressis, in quibus nominatim scriptura est necessaria. Quorum meminit gloss. in dicto §. postquam, & 57. casus designauit Franciscus Francus ibi, Plures etiam tradit Portius in reg. fin. Aluar. Vaez de iure emphytheot. quæst. 7. per totam, Ludouic. Molina in dicto libro cap. 8. per totum. Vnde præter eos regula l. contrahitur seruabitur, & ab ea non erit recedendum, ex glossa ordinaria in rubric. de reg. iur. in 6. quam sequitur Decius in l. 1. numer. 3. de regul. iur. Tiraquel. de vtroque retract. 1. part. §. 1. glos. 9. numer. 209. Aym. Crau. consil. 268. numer. 8. ex quo infertur ad plurima, de quibus meminimus in l. 4. Tauri, glos. 4. ex numer. 43. cum alijs; & si ex aduerso replicetur, quòd vnus ex casibus à glossa in dicto §. postquam enumeratis est, quando census formatur, vt eo casu scriptura sit necessaria, respondetur, quòd in censu, & in omnibus alijs casibus, in quibus requiritur scriptura, debet intelligi, vt sit necessaria ad effectum probationis, non tamen pro forma substantiali contractus, nisi lex ipsa, vel contrahentes nominatim, & formaliter scripturam requirerent. Ita fuit de

mente

mant; Baldi in authent. sed nouo iure, quam & Riminald. referens sequitur Aluar. Vaez de iure emphyteot. quæst. 7. numer. 5. Cuius sententia fortissimè suadetur ex eo, quòd quantum ad probationem censualis contractus idem operatur probatio legitima, quod scriptura solemnis; quia quamuis specificè leges scripturam requirant, non ideo legitimas testium probationes excludant, ex August. Veroio in quæst. familiari 37. quem referens sequitur Valasc. in dicta quæst. 7. numer. 18. dicens, quod nulla probationis species excluditur, nisi à lege nuncupatim sit exclusa, & idem in effectu resoluit Balbacius in cap. sicut consuetudo in princip. de probat. Anton. Natta consil. 198. numer. 19. libr. 1. Molina libr. 2. de Hispan. primog. cap. 8. ex numer. 2. cum alijs, vbi numer. 5. aduertit in fideicommisso, & feudo non esse necessariam scripturam ad eorum substantiam. Iterum etiam & fortius hæc veritas suadetur ex eo, quòd substantia creationis census in eo principaliter consistit, quod pro sorte vera recepta annua pensio promittatur, siue solo verbo contractus formetur, aut in scriptis conuentio reducatur, maximè attenta lege Regni, qua constituitur, quòd qualitercunque velit quisq; se obligare, maneat obligatus. Ex quo probata substantia obligationis, id est, partium conuentione, facilè posset venditor cõpelli ad confectionem scripturæ præcedentis conuentionis, & contractus, ex l. 2. C. de discussoribus lib. 10. Bald. in l. instrumenta n. 4. C. de fideicommiss. Cepola cautela. 250. incipit, *Statuta*, de quo elegãter Tiraq. de retract. lignag. §. 29. gloss. 5. per totam, & sic sunt intelligenda, quę tradit Valasc. de iure emphyt. q. 7. nu. 36. vt scilicet constito de contractu, & conuentione præcedenti, in quâ requirebãtur scriptura, posset contrahens condemnari ad conficiendam solemnem. Et in hac specie obtinui in Regia Pinciana Chancellaria contra quendam, qui post venditionem census, & conuentionem legitimè factam, atq; receptionem integræ sortis in scripturam redigere contractum recusabat, & ex eo quòd à Principio confecta non fuit, censum non posse sustineri, sed præteritas pensionis solutiones esse computandas in sortem principalem, & tantũdem residuũ præstare debere conabatur: qui quidem fuit condemnatus ad conficiendam præcedentis contractus censualis scripturam. Dicebant enim auditores; quòd cùm præcedens conuentio creandi censum, & consignãdi cum super certis rebus immobilibus, atque vera sortis numeratio, & receptio interueniret, atq; euidẽter constaret, nihil substantiale deficit ad perfectionem contractus censualis; & ego huic considerationi obijciebam, quòd cùm ex annuis præstationibus causatis legitima temporis diuturnitate præstitis census in futurum soluendus formetur, & obligationis substantia contrahatur, manifestum est, non esse necessariam scripturam ad perfectionem, & substantiam contractus. Est anima cõtractus, conuẽtio & scriptura corpus visibile sicut & differunt continens & contentum. l. rerum mixtura. l. eum qui. ff. de vsucapionib. Et hinc scriptura dicitur instrumentum notarij ex partium conuentione confectum, cõtractus tamen ipsa cõuentio. Ita Bart. in l. si quis legatum, colum. 2. ad l. Corneliam de falsis, Bald. in l. fin. C. de falsa causa adiecta legato, & consil. 444. lib. 1. Anton. & Panormitan. in rubric. de fide instrument. Ancharran. Alex. Socin. & alij, de quibus per Tiraquel. de retract. lignag. §. 2. gloss. 1. ex princip. vbi num. 2. post plures aduertit, quòd vitiato instrumẽto conuentio sustinetur, vt quia longè sint diuersa & separabilia. Quod eleganter explicuit Melchior Mier. in tractat. maioratus. 1. pãrt. quæst. 62. ex numer. 19. vsque ad fin. ex quibus omnibus tandem constat scripturam non esse de substantia contractus censualis, quamuis conuentione perfecta possit venditor compelli ad conficiendã, vt ex ea faciliùs, & cõtractus constet, & ad census exactionem deueniatur.

8

9 Quæ sententia retenta non obstant fundamenta in contrarium adducta, & ad primum fortissimũ quidem de emphyteosi respõdetur, quòd quãuis cõmunis opinio sit necessariam esse scripturam ad creationem emphyteosis, vt ex suprà relatis constat, cõtraria etiã sententia cõmunis est, & plurimorũ auctoritate munita, quia Acurs. sibi contrarius in l. 1. C. de iure emphyt. oppositum tenuit, & post Bart. Speculat. Anton. Panormitan. Decium, Riminald. Corneum, & alios, eam sententiam sequitur Valasc. de iur. emphyt. quæst. 7. num. 2. versic. *Sed quamuis ex tot auctoritatibus*, dicens consuetudine id receptum esse, & respondet in vers. *Porrò iurd.* ad l. 1. C. de iur. emphyt. & ad alia in contrariũ adducta dum scripturæ meminerunt, quòd loquuntur enũciatiuè, nõ decidẽdo formaliter, quòd pro substantia eius contractus sit necessaria scriptura, nec aliter contractũ annullando, & quòd adeò nihil obstat. Cuius Aluari Valascí satisfactio fortis, & iuridica est.

Sed adhuc restat respondere ad vrgentissimum fundamentum contrarium de l. 28. titul. 8. part. 5. dum lex illa expressis verbis subdit, *E por escripto, ta de otra guisa nõ valdrá*, vbi

Greg. in verb. *E por escrito*, refert adid text. in l. 3. tit. 14. part. 1. ibi, *E deuese fazer por carta de escriuano publico*; & constanter tenet esse necessariam scripturam in emphyteusi, non solùm ad necessitatem probationis, sed etiam ad substantiam contractus. Cui quidem arg. nitissimo fundamento respondetur, quòd lex illa 28. Partitæ debet intelligi, & interpretari ex verbis dictæ l. 3. tituli 14. part. 1. cum lex ipsa postquam dixit, *E deue se fazer carta de escriuano publico*, subdit, *o del señor que la da*; & inde probet alterum sufficere, vel scripturam publicam tabellionis, vel privatam domini dantis rem in emphyteosim, vel secundo, quòd lex illa 28. ibi, *E por escrito, o de otra manera non valdria*, intelligatur, vt emphyteosis non valeat absque scriptura quantum ad pactiones, ac partium conventiones, veluti conditiones, commissoria, prohibitiones alienandi, vel alia similia, quæ quotidie in scriptura eius contractui adjici soleunt, & si non exprimantur à partibus, adiectæ non intelliguntur, non tamen quòd verba illa, *O de otra manera non valdria*, ad substantiam contractus emphyteosis referantur, & cum in totum annullent, si in scripturis non formetur, cùm eius substantia consistat in sola concessione, vt supra dictum est. Qui intellectus ad legem Partitæ deducitur ex l. 1. C. de iur. emphyteot. ibi, *Pactionibus scriptura interueniente*, vbi lex sentit, quòd scriptura ad pactiones sit necessaria, & ita cum text. in cit. lex. ibi post Acurs. Iacob. de Arenis ibi. numer. 4. Syluester & Valasc. vt constat ex eodem Valasco in dicta quæst. 7. numer. 2. versic. *Porultimo*, quod ego confirmo ex eadem lege 18. tum ex illam post verba illa, *E de otra manera non valdria*, subdit sequentia, *O trossadouen ser guardadas todas las condiciones, que fueran escritas y puestas en el*; quasi verba illa, *Escritas y puestas en el*, præsupponant, quòd scriptura, quam lex requirit in verbis, *Por escrito*, necessaria sit ad implementum, & obseruantiam conditionum, non tamen ad substantiam emphyteosis. Iterum etiam, & clarius, supra dictus intellectus confirmatur ex verbis eiusdem legis ibi, *O de otra manera non valdria*, dum correspondent præcedentibus in principio l. de scriptis ibi, *Fuera quiere dezir en romance como pleyto ó postura, que es fecho sobre cosa rayz*; quasi verba illa, *O de otra manera non valdria*, non substantiam emphyteosis, quæ in sola concessione consistit, sed effectum, conditiones nempe inspiciant, vt ad earum implementum & executionem necessitatem sit, quòd in scriptis formentur. Vel iterum ad eam legem Partitæ 28. respondetur, quòd verba illa, *O de otra manera non valdria*, intelligantur, quòd solemnitatem probationis contractus, ex his, quæ late resolut Valasc. de iure emphyteot. quæst. 7. per totam, vel finaliter responderi poterit, quòd consuetudo emphyteoticandi non requirat hodie pro substantia contractus scripturam, quamuis vtilissima ad probationis solemnitatem, ex Ioanne Rimmald. consil. 421. *visa facti*, numer. 28. volum. 3. Decius consil. 142. 402. 420. & 540. Cornelius consil. 187. col. fin. lib. 1. & post Socin. & Parm. Valasc. in dicta quæst. 7. numer. 2. versic. *Quamuis ad medium*.

9

10 Ad secundum etenim fundamentum contrarium ab Extrauagantibus Martini & Calixti deductum facile respondetur, quòd quamuis verbum, *Contractus*, genericè sumptum multoties vsurpetur pro instrumento, vel ex communi vsu loquendi, (maximè apud Gallos) instrumentum vocari soleat nomine contractus, quòd Tiraquel. supra comprobat. si tamen, propriè accipiatur, non significat instrumentum, sed contractum ipsum, conuentionem nempe, quæ longè distat à scriptura, vt ex Bart. Alexandr. & alijs supra tradidimus, vt resoluit Tiraquell. de retract. lignag. §. 2. glos. 1. ex princip. Vnde nihil obstat verbum, *Contractus*, de quo Extrauagantes lepissimè meminerunt.

11 Respondetur etiam ad tertium fundamentum, quòd ibi Proprius motus non agit de necessitate conficiendi scripturam, sed numerandi pretium coram tabellione & testibus, quotiescunque census in scriptis formetur, & ne enunciantibus meminit de scriptura, nec forma eius dirigitur circa confectionem scripturæ, sed circa numerationis actum, & non omne sequitur, coram tabellione & testibus debet fieri numeratio: ergo necessaria est scriptura. Quia antecedens procedit, quoties in scriptura contrahitur, non quando contractus ex sola conuentione proficiscitur, hic enim non est necessaria scriptura, vt supra diximus.

12 Ex qua resolutione verissima deducitur, iustificatio alterius opinionis dicentium, quòd si virtute alicuius instrumenti minus solemnis plures vel formes præstationes requirentur ex obseruantia eius subsecuta, tale census aut contractus instrumentum redderetur validum & solemne, ex traditis per Ayn. consil. 138. nu. 1. & consil. 244. n. 7. & consil. 101. n. 4. Quæ sententia in eo fundatur, quòd cum legiti-

legitima conuentio præcesserit, & scriptura non sit ipse contractus, sed quid longè distans ab eo qualitas illa accidentalis, ad contractum scilicet scripturæ, solemnitas, quæ in eius confectione deficit, substantiam eius contractus non destruit, sed potius supplebitur ex continua obseruantia, sicut & contractum defectuosum in qualitate accidentali approbat, quia libenter & publice eo vtitur, ex resolutione Baldi consil. 184. ad intelligentiam libr. 2. quem refert & sequitur Dec. in l. semper, qui non prohibet. numer. 9. de reg. iur. Alexandr. consil. 117. numer. 2. libr. 2. & consil. 127. numer. 1. & 2. libr. 5. Decius in l. fundus. §. seruum tuum, numer. 12. ff. si cert. petat. & consil. 232. numer. 5. & 316. numer. 6. & his non relatis Burg. de Paz consil. 14. numer. 15. cum alijs. Secundò similiter deducitur, quòd si forsam scriptura legitime sit confecta, contractus tamen claudicaret, vt quia prauitatem vsurarum contineret, nullius momenti foret, nec census constitutio subsistebitur tanquam corpus sine anima, imò talis contractus diceretur coloratus & depictus, extrinsecus apparens, & intrinsecus nihil habens, ex Bald. l. ab Anastasio notab. 4. C. mandati, & in l. si non virum. C. de donat. inter vir. & vxorem, quod eleganter exornat Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 2. nu. 14. vbi numer. 15. plures refert, & probat, quòd in eo casu poterit quis aduersus eum contractum suam turpitudinem allegare.

Infertur etiam recte dixisse Felician. in 2. tom. de censib. lib. 3. cap. 4. n. 2. ad constituendam hypothecam censualem non esse necessariam in scriptura, quamuis fundetur in sola lege, contrahitur. ff. de pignorib.

13 Hæc tamen omnia, quæ suprà dicta sunt, veniunt restringenda, quando contrahentes nominatim promiserunt conficere scripturam contractus censualis; quia eo casu ex hominum pactione & lege in scriptis census reducendas est, & ante confectionem scripturæ nullus erit contractus, ab eoque poterunt partes resilire, vt quia scriptura, quæ fuit de substantia contractus, deficeret, textus est notandus in l. contractus. C. de fid. instrument. l. 6. titul. 5. part. 5. de quo Socin. consil. 120. numer. 17. volum. 4. Aluar. Vaez de iure emphyt. quæst. 7. numer. 9. & alijs, quorum iurium, & interpretum sententiam plures intelligebant, vt eo casu non sufficiat, si contrahentes de scriptura conficienda meminissent, nisi nominatim dixissent, quòd censualis contractus aliter non valeret, quàm si conficeretur de eo solemnis scriptura, credentes necessariam esse eam specificam partis conuentionem de conficienda scriptura; ad hoc vt ante confectionem contractus sit nullus. Ita resoluunt & intelligunt Bart. in dicta l. contractus, dicens, quòd ea sententia apertissimè ex illo textu & glossa deducitur, & ante Bart. idem tenuit Acurs. in l. testium, verbor. *In scriptis*. C. de testibus, & iterum Bartol. in authentic. sed nouò iure. C. si cert. petat. & post Angel. Salicet. & Fabian. dicit communem Decius consil. 340. *Diuino implorato*, numer. 3. Sed quamuis hæc sit communis sententia, longè communior & receptior est contraria, scilicet quòd scriptura est necessaria ad substantiam censualis contractus, quando partes de scriptura conficienda meminerunt, licèt nominatim non dicerent, quòd aliter nullus esset contractus, sed tantùm scripturam conficere permisissent, vel de conficienda meminissent. Hæc est Azonis sententia in rubric. C. de fide instrument. colum. fin. & Placentini Doctoris antiqui, & speculatoris in titul. de emptione & vendit. §. 1. versic. *sed & si dictum*; quorum opinionem sequitur Acurs. in l. contractus, verbor. *In scriptis*, & Clarius in §. 1. institut. de empt. & vendit. verb. Conficiuntur, quem sequitur Francisc. Aretin. consil. 160. *Longa est ista consultatio*, colum. 3. versic. *Venia*, cuius dictum dicens notabile sequitur Hippolyt. singulari 666. & melius in rubric. de probat. numer. 79. Iass. consil. 151. volum. 2. & in §. item si quis institut. de action. Ripa in l. fin. C. de reuocand. donat. Ruin. consil. 1. volum. 3. & hanc opinionem sequitur Socin. consil. 102. numer. 17. libr. 4. Boer. decis. 48. numer. 18. & est magis communis secundum Burs. consil. 100. numer. 18. libr. 1. Decius sibi contrarius in consil. 159. numer. 4. & in consil. 11. part. 1. numer. 1. qui referens Fulgos. fatetur, quòd ipse cum Fulgosio in simili casu obtinuerunt, & quòd ita sepiùs vidit iudicatum in puncto iuris hanc esse veriorem sententiam probat Gregor. in l. 6. titul. 5. part. 5. gloss. 1. pro quo facit text. in dicta l. contractus. C. de fide instrument. ibi, *Transactio videtur facta in scriptis, de qua conuenit, quòd instrumentum conficeretur, vel illa causa, quas in scriptis fieri placuit*. Vbi nihil aliud Imperator requirit ad hoc, vt scriptura sit de substantia contractus, quàm quòd nominatim contrahentes de ea conficienda meminissent; & id clariùs probatur ex dicta l. 6. Partitæ ibi, *La que se haze por escrito es, quando el comprador dize al vendedor: Quiera que desta vendida sea carta hecha,*

post quàm legem dubitandum tenet, & nouissime Olan. in Anthinom. verb. *Contractus* nu. 168. & hęc communis sententia in censu à fortiori procedet.

14 Adeoque vera est, vt quamuis aliqui tenuerint, quòd is, qui compelli potest ad conficiendam scripturam contractus, non teneatur conficere publicam cum clausula guarentigia, quoniam ex eo efficeretur eius conditio multo deterior propter paratam executionem ex ea publica scriptura competentem, vt in simili probat Angelus in l. si finita. §. eleganter. ff. de damno infecto, vbi Alexand. in fine, & alij, quos refert Tiraquel. de retract. lignag. §. 29. gloss. 5. numer. 2. longè tamen verius est, scripturam publicam esse conficiendam cum clausula guarentigia, seu alijs in similium censuum creationibus apponi consuetis, secundum consuetudinem loci & contractus. Ita ex Alexand. Felino, & alijs resoluit Albar Vaez de iur. emphyt. quæst. 7. numer. 37. & elegantius Tiraquel. in dicto §. 29. numer. 3. & 4. vbi post Decium consil. 483. probat scripturam esse conficiendam cum hypotheca bonorum, atque solemni stipulatione, & conditione euictionis, alijsque consuetis pactionibus. Quorum resolutio confirmatur ex ea, quia quamuis appellatione instrumenti contineatur scriptura priuata ex l. notionem. §. instrumentorum de verbor. significat. ex communi tamen vsu loquendi non continetur, ex latissimè traditis per eundem Tiraquel. de retract. lignag. §. 2. gloss. 1. numer. 29. & 30. sed publica & solemnis conficienda est secundum formam pragmaticæ de Alcala, quæ habetur in l. 13. titul. 25. libr. 4. nouæ Recopilat. & benè probauimus in l. 22. Tauri gloss. 1. numer. 18. & 19.

Et ad hæc reducuntur omnia, quæ latè cõgerit Felician. 2. tom. de censib. libr. 3. cap. 4. numer. 3. & 4. vbi explicat, quando ex sola mentione scriptura necessarium sit, quòd conficiatur, vbi refert, & conciliat contrarias opiniones.

## DE CONDITIONE non alienandi rem censui subiectã in scripturacensuali adijcienda. Cap. LXXXV.

### SVMMARIVM.

*Conditio non alienandi rem censualem, an, & quãdo sustineatur in censu. n. 5.*

*Conditio non alienandi rem emphytheoticã quid operetur remissiuè. n. 1.*

*Conditio an sit pars pretij. n. 3.*

*Intellectus ad l. fundi partẽ. ff. de contrab. empt. ibidem & n. 9.*

*Promissio non alienandi rẽ quando impediat trãslationem dominij. n. 2. & 7.*

*Intellectus ad l. si creditor. §. fin. ff. de distract. pignor. n. 8.*

*Venditio secunda cum hypotheca an præferatur priori, vel ê contrà. n. 6.*

*Emptor an teneatur stare locationi, quãdo res fuit hypothecata. ibidem.*

*Intellectus singularis ad proprium motum Pij V. super forma creandi census. numer. 4. & nume. 10.*

*Hypotheca sola non impedit translationem dominij n. 11. Licet rem sequatur. ibid.*

*Hypotheca specialis an sit necessaria cum pacto de non alienando, vel sufficiat generalis ad impediendam translationem dominij. numer. 12.*

*Hypotheca specialis an fortior sit, quãm generalis, & in quibus differant. n. 13.*

*Specialis prouisio multoties magis operatur, & influit, quãm generalis, remissimè. numer. 14.*

### CAPVT LXXXV.

SOLET in his censuum contractibus tempore creationis ipsorum adijci conditio non alienandi rem censui subiectam, & inde contingit multoties dubitari de vigore & iustitia eius conditionis, credentibus alijs iniustam esse, alijs verò è cõuerso existimantibus legitimè posse sustineri. Ad cuius dubitationis veram cognitionem sequentes casus considerandi, & examinandi sunt. Primus, quando pactum illud non alienandi rem in contractu verè & propriè emphyteutico adijcitur; quo casu certissimum est, & omninò sustineri, & iustissimum esse, tam ex natura contractus emphytheosis, quàm ex vi conuentionis expresse ex l. fin. C. de iure emphyt. l. fin. tit. 8. part. 5. de quo late per Iul. Clar. in §. emphytheosis. q. 13. per totam, cum alijs, & est tam vulgare, quàm receptum. Secũdus casus est, quãdo ea conditio non alienãdi rẽ, adijcitur in censu reseruatiuo perpetuo redimibili, seu ad vitã, & in hac specie si pretiũ con-

concessionis rei in censum non infimum, sed medium, aut supremum sit, secundum ea, quę scripsimus in cap. de pretio census reseruatiui dicendum est, eam conditionem sustineri; cùm in rei suæ traditione quascunque possit traddens conditiones adijcere, & per eius cõditionis adiectionem, neque censuarius grauatur, magis quàm si non adijceretur, neq; pretium diminutum censetur, cùm habeat latitudinem iustitiæ vsq; ad infimam eiusdem pretij speciem. Quæ resolutio ex his, quæ in censu consignatiuo dicenda sunt, à fortiori confirmatur.

Tertius igitur casus, qui considerari potest circa prohibitionem alienationis est, quando super aliqua re immobili consignatur census perpetuus irredimibilis, in quâ specie regulariter valet ea conditio non alienandi; quia cùm pretium creationis eius census perpetui naturale habens latitudinem iustitiæ sit, & non indiuiduum, & legale, vt quia tres species supremi, medij, & infimi contineat, & inde conditio pretium non minuat, poterit in eo censu adijci ea non alienandi, ex his, quæ in sortiori casu infrà dicenda sunt.

Sin verò in vtriusque census creatione reseruatiui, & consignatiui infimum tantùm pretium accedat, vt quando domus datur in censum pro infimo pretio eiusdem, vel quando census perpetuus consignatur, similiter pro infima eiusdem pretij specie si ea conditio non alienandi adijciatur, vel aliâ censuario aliquantulum onerosa, & quæ indirectè minueret pretium, iniusta & rigurosa videretur, cùm diminuto infimo constitutionis pretio proinde habeatur contractus, ac si pretium indiuiduum, & legale in fraudem censuarij fuisset diminutum. Quia infima species pretij naturalis legale pretium est, vt quia lege vetitum sit illam excedere, & inde cùm conditio pretium minuat, ex l. fundi partem. ff. de contrahend. emption. videatur indirectè conditione diminutum, & consequenter conditio iusta. Quæ tamen elegans, & ingeniosa consideratio intelligenda est secundum ea, quæ in sequenti casu proponenda, examinanda, atq; decidenda sunt.

2 Quartus igitur casus, in quo tota difficultas consistit, est, quando super aliqua re immobili census redimibilis consignatur, vel ad securiorem pensionis exactionem res ipsa hypothecæ subijcitur, & in ea census creatione conditio non alienandi adiecta est; quia in hac specie non immerito dubitatur, an similis conditio non alienandi sustineatur, & non sustineri, ex sequentibus constat. Primò, quia promissio de non alienando in contractu adiecta non impedit alienationem, nec translationem dominij, sed tantùm alienans contra conditionalem prohibitionem; ad id, quod interest, tenetur, text. est in l. ea lege. C. de condict. ob causam l. si quis ità. §. ea lege. ff. de verbor. obligat. & hoc est, quod ab omnibus traditur in l. penult. ff. de pactis, scilicet non valere pactum, ne rem suam cuipiam alicui liceat alienare; quoniam tale pactum substantiæ, ac naturæ dominij repugnat. est enim dominium ius de re perfectè, ac liberè disponendi. l. in re mandata. C. mandati. l. nemo exterus. C. de iudicijs, & ita in simili pacto de non alienando, quòd non impediat alienationem, neque dominium rei alienatæ translationem securè probant Bart. in l. filius familias. §. diui. 2. numer. 14. delegat. 1. Paul. in dicta l. penult. ff. de pactis, Iaff. in dicta l. si ità quis. §. ea lege. numer. 19. de verb. & consil. 211. libr. 2. Alexand. consil. 10. volum. 1. numer. 3. Roderic. Suar. allegat. 19. numer. 12. ad finem, Anton. Gom. in l. 40. Tauri. numer. 13. in fine, Ioann. Gutierr. in l. nemo potest. numer. 26. delegat. 1. ergo si per eam conditionem non alienandi rem censualem in creatione census adiectam, non impeditur rei alienatio, neque dominij eius translatio, nihil obstabit prohibitio alienandi venditori census, quominus possit rem alienare, & consequenter respectu censuarij non sustinebitur ea conditio.

3 Secundò suadetur ea sententia ex eo, quia cùm pretium huius census consignatiui redimibilis sit indiuiduum & legale, nullam habens latitudinem iustitiæ, sicut pretium naturale, sed in puncto indiuisibili consistens, minui non potest directè, neque indirectè per conditionis adiectionem. Sed ea conditio nõ alienandi indirectè minueret pretium legale, cùm quælibet conditio sit pars pretij, ex l. fundi partem. ff. de contrah. empt. ergo ea traditio in censu non sustinetur.

4 Tertiò, & vrgenter facit pro hac sententia constitutio proprij motus Pij V. super forma creandi censum, ibi, *Quemadmodum neque pactum auferens, aut restringens facultatem alienandi rem censui suppositam*, vbi Pius V. concessit venditoribus similium censuum liberam facultatem alienandi bona censualia, & inde conditionem non alienandi impugnauit, & illicitam effecit. Et ita secundum hanc opinionem vidi semel obtentum in Regia Pinciana Chancellaria, & eam tenet Felician. libr. 1. cap. 1. numer. 1. vbi consulit, quòd in loco eius clausulæ non alienandi adijciatur

pactum de ingrediendo possessionem rei censuali suppositæ propria creditoris autoritate, eius virtute dari executionem contra tertium credit.

5 Sed adhuc his fundamentis fortissimis nõ obstantibus securè credimus in puncto iuris longè verius esse, eam pactionem non alienandi in scriptura conditionis similium censuum sustineri, & per eam impediri rei censualis alienationem, & eiusdem rei dominij translationem. Quod ex eo manifestissimè constat, quia cùm in census creatione hypotheca legalis, & quidem fortissima contrahatur, & ius reale in separabiliter fundo cohærens formetur, necessario faciendum est, quòd per reseruationem eius iuris realis, & legalis hypothecariæ à lege ipsa, & simul ex hominum pactione inductæ, impediatur rei censualis alienatio, & eius rei dominium in tertium translatio, & mirum non est, si ea conditio non alienandi rem sustineatur; quia regula l. ea lege. C. de conditione ob causam cum similibus, restringitur abijs, qui eam deduxerunt, quando cum pacto de non alienando cõcurrit hypothecaria; quoniam restrictio probatur in l. si creditor. §. fin. ff. de distractione, pignor. dum iurisconsultus Martianus secundum literam Pisanam, quam omnes sequuntur, & probant, subdit, *Nullam esse venditionem*, quem text. ad hoc notant Bart. in l. si ita quis. §. ea lege. numer. 3. de verb. & in l. ea lege. num. 5. C. de condit. ob causam in l. filius familias. §. diui. num. 14. delegat. 1. vbi Imola num. 13. Iaf. 69. Crot. 34. Ripa 87. Loazes 165 & ponderat, atque intelligit Roderic. Suar. in l. postrem limitat. 1. num. 18. de re iudicata, Ant. Gama in l. 40. Tauri. nu. 18. Tiraq. de retract. cõuent. §. 3 glos. 1. n. 2. Fan. de pignorib. 2. part. 1. membro num. 5. Couar. lib. 3. variar. cap. 15. num. 3. & hîc habeamus. l. fin. tit. 5. p. 5. ad finem, quæ ad literam transumptuauit Martiani responsum in d. §. fin. ex quo ad nostram speciem creationis cẽsus propriè infertur, vt simile pactum non alienandi rem censualem sustineatur.

6 Quæ sententia iterum confirmatur ex eo, quòd si in terminis l. quoties. C. de rei vendicat. primo emptori fiat vẽditio cum pacto de non alienando, & hypotheca, quamuis secundo fiat traditio, nihil operabitur secundus cõtractus, emptionis, & venditionis, etiam traditione vestitus, sed prior emptio præualebit, vt intelligentes l. quoties resoluunt Iaf. ibi n. 28. Ferrara cautela 48. n. 3. ad fin. Tiraq. de retract. conuent. §. 3. glos. vnica n. 4. Couar. libr. 3. variar. c. 19. n. 7. Ant. Gom. in 2. tom. var. c. 2. num. 20.

Et similiter in specie l. emptorem. C. locati, si accedat in locatione pactum de non alienando cum hypotheca, efficiet venditionem sequentem nullam, vt probant ibi fere omnes & Bart. in l. qui fundum. ff. eodem, Paul. in l. si merces. §. 1. ff. locati, Guid. Papa decis. & singulari 719. Bertrand. consil. 143. colum. fin. libr. 4. Confer. in singulari verbor. *Pactum si propter obseruationem*, Hippolyt. singulari. 321. *Credo te ferre*. Tiraquel. de retractar. conuent. §. 2. glos. vnica. numer. 32. Roder. Suar. in l. postrem limitat. 1. ad l. Regni. numer. 8. Anton. Gom. 2. tom. variar. cap. 3. numer. 5. Gregor. Lup. in l. 19. titul. 8. part. 3. ergo ita in specie creationis census videndum est, quòd cùm hypotheca legalis fortior, quidem contrahatur, si pactum de non alienando rem censualem adiectum sit, impediat eius alienationem, imò & dominij rei alienatæ translationem. Vnde quòd ea conditio iustè adijciatur, tenet Felician. sibi contrarius lib. 3. cap. 4. num. 6. Gomez de Leon in centurijs cons. 59. & latè Roder. lib. 2. q. 9. n. 58. vbi cum præcedentibus & sequentibus numeris eam explicat, ac decidit.

7 Qua quidem sententia securè retentâ, non obstant fundamenta in contrarium adducta; quia ad primum respondetur, quòd diligenter considerando naturam & effectum huius prohibitionis non alienandi rem censualem, non solùm non aufert à venditore census eam adijciente liberam alienandi facultatem de re propria cuilibet concessam, sed potiùs ex ea potestate ad libitum disponẽdi propriè nascitur iustitia eius conditionis, vt quia tunc promittens non alienare ad libitum disposuisset in fauorem tertij, sicut si rem ipsam venderet, vel ex alia causa in tertium trãstulisset. Quæ conuentio voluntaria omninò seruanda est, sicut quilibet alius contractus; & ideo Iurisconsultus Martian. in dicto §. fin. subdit, *Nullam esse venditionem, vt pactioni stetur*, quasi sentiat, quòd adeò pactioni standum est, ex regula, quæ iubet pacta seruari, vt ex conuentione fieri possit, quòd ipsa emptio, seu venditio sit nullius momenti. Quod non est abdicare potestatem disponendi, sed potius eam extendere, & ampliare, vt ita generaliter omnibus competat, quòd pactioni de non alienando rem necessario standum sit, & hunc credo fuisse verum sensum Matriani in d. §. fin.

8 Secundi, & propriè ad eum. §. respondetur, quòd per eam conditionem non alienandi in effectum tollitur, nec restringitur facultas disponendi; quia si venditor census promittat non alienare, & denique alienet, valet

alienã-

alienatio respectu eius, quamuis respectu tertij possessoris nulla sit quoad hunc effectum, vt pactioni in totum standum esset. Quasi sentiat Martiano in dicto §. fin. ibi, *Nullam esse venditionem, vt pactioni sterur*, quòd virtute præcedentis pacti & hypothecæ venditio nulla sit ad effectum impediendi emptorem census, seu quemlibet alium creditorem hypothecarium agere contrà tertium rei possessorem ad exactionem pensionis, seu cognitionē census, perinde ac si res censualis à dominio venditoris non exiret, cùm eam, quocumque vadat, sequatur hypotheca. Ex quo non benè deducitur à Martiano, quòd omnino venditionem annullauerit, ex vtroq; nempe latere, tertij, & venditoris, cùm si tertius velit recognoscere censum, retineat rem, sin verò nolit, eam sponte derelinquat, & inde nulla detur venditionis alienatio iure inducta, nec restrictio facultatis alienandi in persona vēditoris, atque consequenter nullum ex eo pacto non alienandi grauamen venditor sentiat. Et si replicetur, quòd remanet grauatus, cùm emptor contra ipsum agere possit euictione, tertius nempe, qui rem ab eodem emit; respōdetur nihil obstare tale fundamentū, cum idem efficere posset tertius deficiente ea pactione ex sola hypotheca legali, cui res cēsualis subijcitur. Quæ quidē & tertiū sequitur, & ipse tertius ex ea conuenitur, & consequenter cōtra venditorem ageret de euictione; ideò non magis grauatur venditor census per adiectionem eius conditionis, quàm si non adijceretur, imò & respectu emptoris census, in cuius fauorem ea pactio inita fuit, nullum commodum considerabile ex ea reperitur; quia deficiente, ex sola hypothecaria ageret emptor contra tertium rei possessorem, vt censum recognoscat, vel rem derelinquat, vt supràdictum est. Et quamuis iterum replicetur, quòd quando cum hypothecaria reperitur id pactum, non solùm conuenitur tertius via ordinaria, sed executiua, & quòd ideò per eam contentionem magis grauatur venditor, quā per solam hypothecam, facilè respondetur, quòd ex ea via executiua nihil oneris sentit vēditor, sed tertius rei possessor tantùm, imò nec tertius vllum considerabile, cùm in effectu & conueniendus erat, & soluere, atque recognoscere tenebatur. Quare ex omnibus supradictis & nostra sententia confirmatur, & satisfactio euidens ad Martiani responsum deducitur.

9 Respondetur etiam ad secundum fundamentum de l. fundi partem. ff. de contrahend. empt. quòd ibi conditio locandi in partem pretij connumeratur; quia propter eam fundus vilius venditus fuit, vt probat ibi consultus Iabolenus, dum dicit, *si modò fundum ideò viliùs vendidisti, vt hæc tibi conditio præstaretur*: In nostra verò creationis census per adiectionem conditionis de non alienando, neq; vilius propter eam census venditur, cùm legale pretium accedat, neque plus commodi sentit emptor, quàm ex sola hypotheca, nec venditor in aliquo grauatur, & consequenter conditio sustinetur. Secundo, & vtiliter respōdetur ad eam legem, quòd ideò Iabolenus in partem pretij fundi conditionem locandi connumerauit, quia ex pacto contrahentium in pretium nominatim fuit connumerata; & quia principaliter egerunt contrahentes de adiectione eius conditionis, vt constat ex verbis text. ibi, *Nam hoc ipsum in pretium fundi videretur, quod eo pacto venditus fuerat*. Vnde non est mirum, si conditio sit pars pretij, in nostra vero specie creationis census principaliter agitur de venditione iuris percipiendi pensionem; vnde si accessoriè, & minus principaliter ad faciliorem executionem contractus, & securiorem exactionem pensionis, imò & forsam ex communi stylo tabellionum ea pactio non alienandi adiecta sit, non est, cur per eam venditor grauatus dicatur, neque pretium diminutum, nec contractus suspectus, neque iniusta iudicetur, cùm ea, quæ minus principaliter, & accessoriè accedunt, licèt principaliter adiecta aliquantulum suspicionis inducērent, si accessoriè adiecta essent, ab omni suspicionis labe libera forent, vt ad longum scribimus circa intellectum capit. fin. de vsuris in capitan in certitodo, ex qua iustificatur census ad vitam, possit aliquo modo assecurari prope finem.

Tertiò non obstant fortissimā verba Proprij motus Pij V. super forma creandi census ibi, *Quemadmodum pactum auferens aut restringens facultatem alienandi rem censui suppositam*; quia Pius V. ibidem probat pactum de non alienando, quatenus impediret venditori census facultatem alienandi, sentiens eleganter cum Martiano in dicta l. fin §. fin. de distract. pignor. quod respectu venditoris census, & alienatio valeat, & pactum non sustineatur. Non tamen in totum concedit potestatem alienandi, sed annullat alienationem respectu emptoris, & tertij, sicut Martianus reprobans pactum, auferens, & restringens facultatem alienandi rem censui suppositam, quatenus censuarius impediret eam alienare, non tamē vt per eam pactionem liber existat tertius rei possessor ab hypotheca creationis census, cū non intelligatur voluisse proprium motum ex eludere ius tertij, nempe ius hypothecæ, &

pijdi ; quòd ex priori constitutione census emptori quæsitum fuit ; aliàs enim si fateremur, quòd Pius V. permisit omnimodam alienationem, foret in effectu destruere conditiones censuum , cùm venditores passim alienarent , & venderent, bona censualia ad effectum eximendi ea ab obligatione hypothecaria creationis census, & emptores iniustè fraudarent, atque contra ipsius proprij motus mentem, & verba venirent, cùm ipse Pius V. ad iustitiam creationis præcisse requirat, quòd super bonis immobilibus perpetuâ existentiam habentibus census constituatur, & certissimum sit, quòd perempta re censuali obligatio soluendi censum extinguitur , vt latè scripsimus in capit. an perempta re censuali extinguatur obligatio soluendi censum , & similiter sit receptum, quòd ex sola constitutione census nascitur quædam hypotheca legalis, & ius quodam reale inseparabiliter fundo cohærens, & ad quoscunque rei censualis possessores transmissibile, vt ad longum dicẽdum erit in capit. de hypothecis censuum. Quæ quidem regulæ, & præcepta manifestè præsupponunt, quòd venditor per alienationem rei censualis extinguere non potest ius tertio quæsitum , nempè pactum de non alienando in creatione census adiectum , & hypothecam legalem ex ea contractam. Ex quo euidens satisfactio nascitur ad verba dicti Proprij motus ; vt scilicet alienatio teneat respectu censuarij, respectu verò tertij non quo adhunc effectum, & pactioni stetur. Secundò etiam & propriùs respondetur ad ea verba Pij V. quòd ibi non reprobat pactum simplex de non alienando ; sed qualificatum nempe de non alienando rem censualem sine solutione laudemij, seu quinquagesimæ: quia cùm ea conditio soluendi laudemium , seu quinquagesimam in creatione census adiecta censuario vendenti rem censualem nimis præiudicialis sit, & emptori census lucrosa , vt quia prætium constitutionis census indirectè minuat , iustè reijcitur à Pio V. cùm pretium legale , & indiuiduum census directè, neque indirectè minui possit per conditionis adiectionem. Nos verò loquimur in conditione non alienandi simplici, quæ licet respectu censuarij nõ sustineatur, respectu tamen tertij, in quem fuit res translata , iustissima est quoad hunc saltem effectum, vt pactioni stetur , vt Martiano suprà probauimus in dicto §. fin. Qui quidem nouus, & verus intellectus ad verba proprij motus ex eiusdem contextura confirmatur, dum postquam dixit , *Quemadmodum pactum auferens, aut restringens facultatem alienandi rem censuã suppositam* ; subdit, *Quia volumus remissam semper, & liberè, ac sine solutione laudemij, seu quinquagesimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tã inter viuos, quã in vltima voluntate alienari.* Ex quibus verbis manifestè constat , quòd proprius motus non prohibet pactum de non alienando simplex, sed qualificatum, & quòd ideò non obstat aduersus suprà dictam resolutionem.

11 Intellige tamen omnia suprà dicta , scilicet quod pactum de non alienando respectu tertij validum sit quoad hunc effectum , vt pactioni stetur, quando cum eo pacto concurrit hypotheca rei alienatæ: quia ex vtroq; vinculo , pacti scilicet, & hypothecæ poterit emptor census tertium conuenire via ordinaria, aut executiua, vt supra diximus. Sin vero pactum, vel sola hypotheca accesserit, valebit alienatio, & dominium in tertium trãslatum esset: ita tamen , vt translatio fiat cum sua causa hypothecæ ad effectum conueniendi tertium via ordinaria, ex l. debitor. C. de distract. pignor. ibi, *Dominium cum sua causa transtulit in emptorem.* l. si conuenerit. 2. §. si feudum. ff. de pignoratitia actione. l. debitorem. C. de pignoribus. l. res pignoris. C. de remiss. pignoris. l. si prædium. C. de euictionib. l. alienatio. ff. de contrahend. empt. manet enim debitor, vel censuarius dominus rei hypothecæ subiectæ quoad actum alienandi. l. generaliter. l. in principio. ff. qui & à quibus; & consequenter sola hypotheca, nec solùm pactum, sed vtrumque simul impediret translationem dominij, vt elegantissimè declarant Tiraquel. in dicto §. 3. glos. vnica. numer. 4. Negusant. de pignorib. 1. membro, secundæ partis principalis numer. 7. & in specie. l. emptorem. C. locati resoluit Bart. in dicta l. emptorem numer. 2. & resoluit Fan. de pignoribus. 2. part. in princip. num. 6. & 7. Roderic. Suar. in dicta limitat. 1. ad l. Regni num. 8. Gregor. & alij, de quibus per Ioan. Gutierr. in l. nemo potest. n. 44. de legat. 1.

12 Est tamen in hoc dubitandum, an ad impediendam translationem dominij, & annullandam venditionem quoad hunc effectum , vt pactioni stetur, & vt possit tertius non solùm via ordinaria, sed executiua conueniri, sufficiat generalis omnium bonorum hypotheca cum eo pacto de non alienando, vel sit necessaria specialis cum ea pactione. In qua dubitatione plures tenuerunt sufficere ad id generalem hypothecam, eoque potissimum fundamento ducti fuerunt, quod generalis, & specialis hypothecæ potestatem æqualem esse dixerunt, ex l. generaliter. C. qui potiores in pignore; & quia magis videtur restricta potestas

alienandi

alienandi per generalem hypothecam, quàm per specialem, cùm generalis prohibitio nihil excludat, sed generaliter sit intelligenda, ex reg. l. de pretio de publiciana. Qua ratione, & alijs eam sententiam tenet Paul. in l. si ita quis. §. ea lege. numer. 5. de verbor. Alexandr. in l. qui absenti. §. fin. de acquirend. possess. Comeus consil. 321. volum. 4. & consil. 6. eodem volum. & facit doctrina Bart. in l. qui fundum. ff. locati, & in l. 1. §. qui autem. ff. de superficiebus, & in l. filius familias. §. si vir in quinquennium. ff. soluto matrimon. Paul. in l. si merces. §. si fundū. ff. locati, Bald. Angel. & Salicet in l. emptorem. C. locati, Alexandr. consil. 118. volum. 5. & consil. 59. eod. libr. Guid. Pap. quæst. 480. & singulari 719 Gozadin. consil. 24. & consil. 100. Grat. consil. 95. volum. 1. vbi dicit hanc communem opinionem, Martian. iunior consil. 118. volum. 2. Hippolyt. singulari 321. Ruyn. consil. 180. volum. 1. Socin. Nepos consil. 118 volum. 2. Cassan. in consuetud. Burg. rubric. 11. §. 3. numer. 35. Ioann. Crot. in l. filius familias. §. diui. numer. 10. delegat. 1. Cagnol. in l. 3. numer. 175. C. de pactis inter emptorem, Forcatulus in Nescio mantia iuris cap. 13. existimantes hanc opinionem veriorem. Pro quorum sententia vrgenter facit, quia hypotheca generalis reseruat ius in re, & sufficit hæc reseruatio cum pacto de non alienando ad impediendam dominij translationem. Ita considerauerunt Cassan. in consilio. 11. numer. 55. Guid. Pap. consil. 569. & plures in d. § diui.

Sed his vrgentissimis fundamentis in contrarium non obstantibus, veriorem sententiam existimamus, necessariam esse hypothecam specialem cum pacto de non alienando, ad hoc vt emprot census via executiua tertium rei censualis possessorem conuenire possit. Et ad hoc vt procedat Consulti responsum in dicta l. si creditor. §. fin. & non sufficere generalem. Quod ex eo suadetur, quia text. in dicto. §. fin. exorbitans est à regula iuris communis, nempe à regula. l. ea lege, cum vulgatis. C. de condit. ob causam, ideò non debet extendi ad hypothecam generalem, sed iustè ad specialem est restringendus. Quod non obscurè sentit ipse Marrian. dum in §. fin. subdit, *Ne liceat debitori hypothecam vendere, vel pignus*; quæ verba in speciali hy-
13 potheca sunt verificanda; est enim hypotheca specialis fortior generali, & plus afficit rem, opulentiusque ius creditori concedit, ex gloss. in authent. de non alienand. §. nos igitur, vers. *Tradere creditoribus*, ad fin. Ex quo debitor potest manumittere mancipia generaliter obligata creditori, & non quæ speciali obligationi subiacēt, ex l. 3. C. de seruo pignori dato manumisso, & ita hypotheca resultans ex deductione rerum cōductoris ad domum conductam, de qua in lege, certi iuris. C. locati, non abstat, quin mancipium inuectum, & illatum in domum manumittatur. Quæ fortissimè obstaret, si esset specialis. l. licet. ff. in quibus causis pignus tacitè contrahitur. l. penult. eod. titul. Alexand. consil. 118. colu. 1. vol. 5. Ex quo glossa notanda in capit. quanquam. verb. *Plus*. 23. distin. enumerat casus, in qui-
14 bus prouisio specialis magis operatur, & influit, quam generalis. Et denique licèt in aliquibus conueniant specialis & generalis hypotheca, in alijs tamen differunt, de quibus agit Negusant. de pignorib. 1. membro. 2. partis, & 2. membr. eiusdem. 2. partis per totum, & id manifestè constat, quia specialis hypotheca cum pacto de non alienando nominatim restringit facultatem alienandi rem, & hypothecarię obligationi eam subijcit. Generalis verò cū pacto eo nullam rem specialiter respicit, sed genericè & confusè omnia comprehendit, & proprius ea tantum, quæ tempore, quo hypothecaria vsurus est creditor, in dominio debitoris sunt. Quibus fundamentis hanc existimo veriorem sententiam, & licèt non eisdem rationibus eam sequuntur dicentes veriorem, & communiorem Bart. sibi contrarius in l. si quis ita. §. ea lege. ff. de verbor. & iterum id sentit in l. qui absenti. §. 1. ff. de acquirend. possess. Bald. etiam sibi contrarius in d. l. ea lege. C. de conditione ob causam, Alexand. etiam parum sibi constans in l. si filius familias. §. si vir in quinquenium. ff. solut. matrimon. & plures, quos referens sequitur Anton. Gabr. libr. 3. commun. opin. titul. de pignorib. concluſ. 1. num. 3. & per tot. eleganter Fanus de pignorib. concl. 1. n. 3. & per totam, eleganter Fanus de pignor. 1. membro. 2. partis. nu. 5. Anton. Negusant. in eodem tract. 1. membro. 2. par. & dicit communem Loazes in l. filius familias. §. diui. num. 170. delegat. 1. & latè Roderic. Suar. in l. post rem limitat. 1. num. 11. de re iudicata, Palac. Rub. in rubr. de donat. inter virum. §. 69. num. 4. versic. *Intelligetamen*, Anton. Gom. in l. 40. Tauri. numer. 19. Couarr. lib. 2. variar. capit. 15. numer. 8. & Ioann. Gutier. in l. nemo potest. ff. de legat. 1. Quæ resolutio à fortiori procedit in cōtract. censuali, cùm in eius creatione non sufficiat hypotheca generalis omnium bonorum, sed necessaria sit specialis, vt late scripsimus in cap. de census creatione super re immobili, & in certa necessariò facienda.

Qua sententia retenta non obstant leuissi-

ma fundamenta in contrarium adducta; quia quamuis generalis hypotheca reseruetur in re, non tamen afficit specialiter rem, nec tanti ponderis est ad impediendam translationem dominij, maximè in censu, vbi nulla consideratio habetur hypothecæ generalis.

## DE CONDITIONE retractus in census creatione adiecta. Caput LXXXVI.

### SVMMARIVM.

*Conditio retractus quando sustineatur in censu emphyteosi, reseruatiuo aut consignatiuo perpetuo redimibile, seu ad vitam numer. 1. & 7. per totum.*

*Duraturum non dicitur, quod est reuocabile. num. 2. & 8.*

*Conditio non alienandi an iustificet conditionem contractus. n. 3. & 8.*

*Venditor an teneatur emptori de euictione, quando res abdicatur per conditione retractus, numer 4. & 8.*

*Conditio retractus an minuat pretium venditionis, & in partem eius connumeretur num. 5. & num. 9. ibique traditur intellectus ad l. fundi partem ff. de contrahenda emptione.*

*Licere dicitur, quod lege vetitum non est, quia vbi non datur prohibitio, ibi datur permissio. num. 6.*

*Pactum de non vendendo rem nisi Petro, an validum sit. n. 7.*

*Vendere rem vni potiùs quàm alteri, in aliquibus casibus permissum est, remissiue. ibidem.*

*Retractus an habeat locum in terminis l. quoties C. de rei vendicat. in contractu census. numero 10.*

*Intellectus ad l. quoties. C. de rei vendicat. ibidem.*

### CAPVT LXXXVI.

SOLET in similium censuum creationibus adijci ea conditio retractus, qua conantur emptores eorundem censuum retrahere rem venditam extraneo à censuario. Et vidi non semel controuersum in Regia Pinciana Chancellaria, an iusta sit ea conditio. Ad cuius dubitationis enucleationem sequentes casus proponuntur, & examinandi 1
sunt. Primus in censu emphyteosi, cui adijcitur conditio non alienandi rem irrequisito domino directi; & in hac specie census non solum ex vi conditionis expressæ habet locũ retractus, sed etiam ex natura, & lege conuentionis, ex l. fin. C. de iur. emphyt. l. fin. titul. & part. 3. & latè per Iulium Clarum in §. emphyteosis quæst. 13. per totam, & constabit ex capitibus sequentibus; & de huiusmodi iure retractus, seu conditione non est agendum.

Secundus casus consideratur in censu reseruatiuo perpetuo redimibili, seu ad vitam, in cuius creatione, & datione fundi in censum, vulgariter adijcitur conditio non alienandi rem domino irrequisito, vt eam possit iure retrahere, & in hac specie præterquá quòd is retractus à iure domino datur, vt dicendum erit in capit. sequenti, conditio retrahendi iustissima erit, dummodo census reseruatiuus iusto pretio constitutus sit, secũdum ea, quæ scripsimus in capit. de pretio census reseruatiui; quia si pretium creationis census legitimum est, itaquòd per eam conditionem indirectè non minuatur, nec illegitimum fiat, manifesti iuris est, posse contrahentes quancumque conditionem non alienandi, & retractus in eo censuali contractu adijcere, vt ex his, quæ in capit. præcedenti dicta sunt, & in sequenti dicenda erunt, constat; & fere in specie huiusmodi pacti probat Bald. in l. 1. post princip. C. communi diuidundo per l. Qui Romæ. §. cohæredis de verbor. obligat. vbi idem aduertunt Imola, Raphael Cuman. Alexand. Iass. & alij, quos referens sequitur Tiraquel. de vtroque retract. in præfact. num. 15. cui veritati accedant, quæ infrà dicenda sunt in fortioribus casibus census consignatiui perpetui, seu redimibilis.

Tertius casus est in censu consignatiuo perpetuo irredimibili, qui quidem cẽsus cùm ab omni suspicione vsurarum liber existat, eiusque creationis pretium non sit indiuiduũ & legale, sed quasi naturale, habens latitudinem iustitiæ, legitimè admittet eam conditionem retractus, seu quamlibet aliam, quantumuis venditori onerosam. Quod existimo verum esse, etiamsi census consignatiuus perpetuus infimo pretio constitutus sit, dummodo iustum, & legitimũ accedat, quia per eam conditionem retractus non dicetur pretium diminutum, neque venditor census grauatus, ex his, quæ in sequenti casu census consignatiui redimibilis dicenda erunt.

Quartus casus est, quando res immobiles vendi-

verditur alicui pro certo pretio, & quia indiget emptor pecunijs, pro sorte censum constituit super eadem re, & alijs nominatim pro fundamento census designatis, & in ea specie cum pretium rei immobilis, pro quo census constituitur, non sit indiuiduum, nec legale, si iuste venditio fit, & similiter legitimo pretio census constitutus, conditio non alienandi, vel retractus in eius census creatione sustinebitur, vt ex his, quæ in sequenti casu consignabuntur, redimibilis dicendum erit, constabit.

Quintus casus magis contingibilis, atque dubijs est, quando in censu consignatiuo similis ea conditio retractus in fauorem emptoris adiecta est, & in hac specie dicendum videbatur, esse omnino reijciendum ab eo contractu censuali, ex sequentibus fundamentis. Primo, quia per eam conditionem retractus in effectu tollitur facultas alienandi rem, cum si venditor census eam alienauerit, sit alienatio nulla. Quod patet, quia non esset duratura, neque stabilis venditio, quæ reuocari potest, ex l. non videtur. ff. de acquirend. possess. ex quo non dicitur versum, quod versum non durat. l. pro part. §. versum autem. ff. de in rem verso, & facit text. notandus in l. qui concubinæ. §. si hæres. ff. de legat. 3. vbi hæres non videtur tibi dedisse, quod ita dedit, vt liabere non possis, & comprobatur à Tiraquel. de vtroque retract. in perfectione numer. 25. cum igitur si venditor census alienat rem censualem, reuocatur alienatio per eam conditionem retractui, & inde venditio non est duratura, neque stabilis, in effectu tollitur à venditore facultas alienandi, & consequenter grauatur, atque inde conditio inuilla videtur.

Secundo fortificatur ea sententia ex eo, quia per conditionem retractus non solum restringitur facultas alienandi rem censualem, sed omnino à venditore census abdicatur, cum volente emptore etiam tertio possessore rei inuito, in quem ex venditione res censualis fuit translata, eam iuste retraheret. Ex quo conditio retractus crudelior est, quam alia de non alienando; quia quando adijcitur pactum de non alienando rem etiam cum hypotheca, certum est non valere venditionem respectu tertij ad effectum pactionis impediendæ, sed eam venditionis annullationem pendere à voluntate ipsius tertij possessoris, cum possit recognoscere censum, & rem censualem retinere. In hac vero consideratione retractus nulla datur electio tertio ementi rem censualem, sed præcisse ab eodem tollitur ex sola voluntate emptoris census: vnde non restringitur per eam facultas alienandi, sed omnino priuatur censuarius potestate disponendi contra iuris præcepta, quæ liberam hominibus dederunt licentiam ad libitum de rebus suis disponendi.

Tertio hæc pars suadetur, quia si huiusmodi conditio retractus in censu admissa fuisset, venditor census, qui rem distraheret, teneretur emptori, tertio scilicet ementi eam, de euictione, & ad interesse, & expensas, quia quamuis in retractu lanuinis dubitetur, an venditor teneatur retrio, à quo bona reuertuntur, de euictione, ex late traditis per Tira. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 34. & 35. & num. 55. & in fine eiusdem tractatu. num. 95. in retractu tamen conuentionali, cuius effectus non alibe, sed ab homine pendet, videtur dicendum, quod teneatur de euictione, ex tot. tit. ff. & C. de euictionibus, ergo nimis grauatur venditor census per eius conditionis retractus adiectionem.

Quarto, & fortiter confirmatur hæc sententia, ex eo quod in his censuum contractibus pretium est indiuiduum, & legale, nullam habens latitudinem iustitiæ, sed in puncto indiuisibili consistens, vt ita pius dictum est, & probauimus in capit. de pretio census. Sed hic est, quod per eam conditionem retinens, saltem indirectè, pretium minuitur, cum in partem pretij connumeretur, ex l. fundi partem ff. de contrah. empt. ergo ea conditio retractus sustineri nequit in censu: vnde etiam eandem sententiam, licet non his fundamentis, tenet, Ioan. Vatiencio in l. 1. tit. 5. lib. 5. nouæ Recopilat. glos. 1. num. 10. referens id Auendan. in responso 2. num. 6. & totum, Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 2. n. 29. versic. 14.

Sed adhuc his fortissimis considerationibus non obstantibus, contrariam sententiam veriorem existimamus, & ex sequentibus secure probari credimus. Primo ex eo, quod nulla ex constitutionibus, quæ de censu meminerunt, reprobat eam conditionem: ergo si non datur prohibitio, necessario datur permissio, quia quod lege vetitum non est, licere dicitur l. nec non. §. quod ei. ff. ex quibus causis maiores, glos. & Bald. in l. in tantum. §. vt iustitiæ. ff. de rerum diuisione, Iaf. in l. ex factorum. 25. de vsufruct. & nulla iuris præsumptio inducitur, nisi in casibus à iure expressis, glos. ordinaria in capit. fin. de iure patronat. cum tractatis per Aymon. in consil. 205. num. 35. Rolland. à Valle consil. 27. num. 1. libr. 1. & dixi late in l. 40. Tauri glos. 4. ex n. 40. & ita regulanda, & decidenda erit ea dubitatio, ex his, quæ in simili specie de iure constituta

sunt,

sunt, quòd decisum reperitur, quòd simile pa-
ctum, seu promissio de non alienando rem
7 censuali, nec vendendo eam, nisi Petro, empto-
ri, scilicet census, valeat, vt resoluit Bald. C.
communi diuidundo in l. 1. quem sequitur
Iass. in l. nemo. ff. de pactis per text. in l. qui
Romæ. l. cohæredes. ff. de verbor. Cassan. in
consuetud. Burgund. rubric. 10. §. 1. & latè
Tiraquel. de vtroque retract. in præfact. num.
15. Auend. respons. 12. numer. 8. & ita in iure
sunt plurimi census, in quibus potiùs debe-
mus rem vni, quàm alij vendere, de quibus in
l. 1. vbi omnes. C. de metallarijs libr. 11. & in
l. 1. C. non liceat habere, & eod. lib. 11. & in l.
congruit, & in l. prædia. C. de locat. prædior.
ciuil. eod. libr. & similiter videmus valere sta-
tutum, quòd priùs res vendatur conuicino,
& consanguineo, quàm extraneo, vel quòd
nulli alij vendatur, nisi Petro, ex Bart. in l. 1.
C. de debitorib. ciuitatum lib. 11. Ancharran.
consil. 160. & 370. Paul. Castrens. consil. 194.
lib. 1. Alexand. consil. 52. libr. 1. & consil. 27.
lib. 6. Socin. consil. 172. libr. 2. Decius consil.
619. & 647. & latissimè Tiraquell. in dicta
præfactione de vtroque retractu numer. 14.
cum alijs. Ex quibus iuribus originè sumpsit
retractus conuentionalis, cuius occasione tra
ctatum elegãtem composuit Tiraquel. in quo
plurima notatu digna ad hunc casum conduci
bilia scripsit. Cùm igitur in iure receptum ha
beamus valere similem conuentionem, & pã-
ctum de non alienando rem, nisi Petro; & in
census constitutione nulla prohibitio detur,
dicendum est, eam conditionem retractus in
eius creatione permissam esse, maximè, quia
ab origine considerando naturam census, nul-
lum præiudicium irrogatur venditori per eam
cõditionem retractus: vt quia si extraneo rem
vendibit, & eodẽ pretio census emptor velit
rem venditam retrahere ex ea facultate emp-
toris retrahendi, neque pretium rei minuatur,
neque modus soluendi mutetur, nec resolu-
tio differatur, nec libertas de re propria ad li-
bitum disponendi auferatur, neque denique
venditor vllum præiudicium sentiat, sed om-
nia, quæ extraneus emptor promiserat, ad vn-
guem retrahens seruare teneatur, ac si inter
ipsum, & venditorem census, contractus em-
ptionis rei perficeretur. Qua ratione cũ mens,
& verba Pontificum, ac intentio scribentium
qui iustitiã cẽsus considerauerunt, casum istũ
comprehendant, vt quia principaliter deside-
rent, quòd emptor non ampliùs grauetur, quã
ab eisdem permissum est, durum esset, & con-
tra naturalem æquitatẽ, quæ dictat pacta ser-
uari, impugnari similem conditionem. Ideò
hęc sentẽtia probatur in proprio motu Pij V.
super forma creandi census ibi; vbi autem
vendenda sit, *Volumus dominium census alijs om
nibus præferri, eique denunciari conditiones, qui
bus vendenda sit, & per mensem expectari.* Ex
quibus verbis non solùm competit ius retra-
ctus rei censualis domino census, quando cõ-
ditio retrahendi adiecta est, sed si non adij-
ciatur ex ipsa natura creationis census. Et in
specie eam sententiam tenuerunt Dominicus
Soto de iust. & iur. quæst. 5. art. 2. colum. 3. ad
finem, & nouissimè Ioan. Gutier. lib. 2. pract.
quæst. ad l. Recopil. quæst. 167. num. 1. & 2.
vbi reprobat Olanum in Anthinom. litera
A. numer. 107. & 108. & intelligit funda-
menta eiusdem; & secundum hanc sen-
tentiam obtinui in Regia Pinciana Chancel-
laria, & eam tenet Azeued. in l. 13. tit. 11. libr.
5. num. 2.

8 Qua sententia retenta non obstant funda-
menta in contrarium adducta. Quia ad primũ
secundum & tertium respondetur, ex his,
quæ in capit. præcedenti scripsimus circa pa-
ctum de non alienando, dum intelligimus
text. in l. si creditor. §. fin. de distract. pignor.
& vltra ea, quæ ibi tradidimus, magis ad
speciem accedendo, respondetur ad prædi-
ctas tres obiectiones, quòd quamuis per eam
conditionem retractus in totum annulletur
venditio, & præcisè res à tertio auferatur, nõ
ideò tollitur facultas disponendi, cùm dispo-
sitio & alienatio effectum sortiantur, si non
cum persona tertij saltem cum persona retra-
hentis rem. Quod quidem sufficit, vt facul-
tas alienandi non dicatur sublata; quia substã
tia facultatis disponendi non consistit in affe-
ctione personæ, sed in eo substantia facultа-
tis disponendi non consistit in affectione
personæ, sed in eo principaliter, quòd dis-
positio teneat; sicut testandi libertas non
pendet à quantitate bonorum, sed à pote-
state disponendi, factione nempe testandi,
& ita per eam conditionem retractus non tol-
litur absolutè potestas alienandi rem censua-
lem, sed eligendi emptorem. Ex qua quidem
electione vẽditor non grauatur magis, quàm
si ea conditio non adijceretur, vt in præcedẽ
ti capit. circa conditionẽ non alienandi proba
uimus; & quantum ad euictionem, de qua vẽ-
ditor tenetur, responderi potest, quod quam-
uis conditio retractus deficeret, contra ipsum
euictione agi posset ex solã census creatione,
vt quia tertius possessor ab emptore conue-
niatur, & à tertio censuarius similiter conue-
niendus sit, petaturque ab eo, vt rem sibi vẽ-
ditam liberet à censu, ex quo nihil addit, quã
tum ad euictionem, ea conditio retractus, vt
diximus in cap. præcedenti.

Ad

9 Ad quartum igitur, & principale fundamē tum dict. l. fundi part. ff. de contrahend. empt. quæritur, quòd adiectio conditionis minuit pretium, respondetur, quòd ista conditio pretium minuit, ex eò quòd vilius fundus venditus fuit, vt ea conditio præstaretur, ex verbis expressis l. C. Iabolenus in dicta l. fundi parte, cum dicit, *ego verò contra puto, si modò ideò fundum vilius vendidisti, vt hæc tibi conditio præstaretur*, sentiens eleganter Iabolenus contra Labeonem & Trebatium, ideò conditionem pretium ibi minuisse, quia expressè inter partes conuentum fuit, quòd minueretur. In nostro verò casu constitutionis census per eam conditionem retractus neque minus latiò pretio census venditur, nec vilius ob eam constituitur, sed venditor integrum pretium accepit, nempe constituerunt alterè, nec retrahit emptor census rem eandem minori pretio, quam à venditore distracta fuit, sed tantundem in quantitate & qualitate præstat, & cum omnibus alijs circumstantijs prioris venditionis, secundum in eius fauorem confici prætendit, ex quo nullum gravamen, neque incommodum venditor sentit. Secundo etiam respondetur, quòd nunquam pretium per conditionis adiectionem minuitur, quando conditio statim cum adijcitur, effectum sortitur, vt in specie dictæ l. fundi partem, vbi conditio pars ipsius contractus fuit. Imò & ita principaliter egerunt contrahentes de adiectione conditionis, sicut de contractu venditionis fundi, & ea conditio dedit causam contractui, vt apertè sentit Consultus in dicta l. fundi partem, ibi, *Nam & hoc ipsum in pretium fundi videretur, quòd eo pacto venditus fuerat*, quasi sentiat, quòd ex eo, quia contrahentes conditionem locandi adiecerunt, & eidem consenserunt, contractus perfectus fuit; & ideò mirum non est, si pars pretij conditio computetur, cùm & ea pars contractus sit, & pretij fuerit: in nostro verò censu nec conditio retractus statim tempore constitutionis census perficitur, neque adimpletur, sed à futuro, & incerto euentu eius implementum pendet: neque contrahentes principaliter egerunt de adiectione eius conditionis, sed de perfectione cōtractus: vnde & ita accessorie, & minus principaliter ad facilioremē executionem contractus adiecta, neque pretium minuerit, nec vllam inutilitatē contractui præsumptionem induceret; quotiescunque enim agitur de prōbanda, seu deducenda prauitate vsurarum, solùm attenditur, quòd principaliter agitur, nempe iustitia contractus in pretio, & veritas conuentionis, & vel quæ accessorie, & minus principales conditiones, sine quibus alias contractus perficeretur, adiectæ non considerantur ad deducendam iniustitiam cōtractus, sed ea tantùm principalis, sequuntur, & tenentur Iain effectu deducitur ex Ioanne Maiore in 4. dist. 15. quæst. 3. in fine, Syluest. in verbo *Vsura*, quæst. 35. Caiet. in verb. *Vsura exterior*, verbi *Dubitemus ea fas*, Ioan. Medin. in Cod. restit. tit. de vsuris in princip. Dominic. Soto lib. 6. de iustitia & iure quæst. 7. articul. 1. Couarr. lib. variar. capitis num. 5. Quibus non intelligentes text. in capit. fin. de vsuris resoluunt, quòd quæ minus principaliter accedunt, non efficiunt contractum vsurarium, de quo latiùs scripsimus in capit. an ex incerto dilationis iustificetur contractus ad vitam, & ita non benè ad nostram speciem census adaptatur Iaboleni responsum in dicta l. fundi partem; & licèt quòd super eam conditionem retractus, non magis grauatur venditor, quam si non adiecerētur, cùm sortem integram constitutionis census, & pretium rei venditæ cōsequatur, manifestum est, quòd ea venditio non computatur in pretium, quia venditor grauatur, dum dicit, *si modò ideò vilius fundū vendidisti, vt ea tibi conditio præstaretur*, computans in pretium cōditionem; quia per eam vilius fuit venditus fundus, si enim ibi conditio non adijceretur, foret pretium opulentius; & ita ex adiectione & pretium minuitur & venditor grauatur. Ex quo remanet satisfactum ad fundamentum dictæ l. fundi partem.

10 Hæc tamen sententia, & resolutio videtur restringenda, & limitanda, vt non procedat, quando requisito domino census res censualis alicui vendita, & tradita fuit, quia non erit eo casu locus retractui, cùm præferatur secundus emptor; ex regul. l. quoties. C. de rei vendicat. & tit. 5. part. 5. Quæ quidem iura si procedunt, quando primo pura venditio facta fuit, & secundo res tradita, à fortiori procedent, vbi nulla vera emptio & venditio datur, sed pactum de non alienando cum adiectione conditionis retractus, vt in specie nostra conditionis, Quod quidem pactum non est venditio. l. sterilis. 5. fundum de noxiis dat. empti, glossa in l. bonæ fidei, & ibi Iaff. ff. de eo, quòd certo loco; & ita eam restrictionem tenet Ad ad. respons. 12. num. 8. & 9. & quem eo idem in effectu sentit Ioann. Matienço in l. 1. titul. 15. lib. 5. nouæ Recopil. glossa 1. num. 6. sed ego existimarem, quòd etiam si traditio rei censualis venditæ sequatur, sit locus retractui, ex eo quod in censu contrahatur hypotheca legalis eius rei, super qua census constituitur, fortior quidem

quidem alijs regularibus hypothecis, & simul adiectum sit pactum illud de non alienando, impeditur alienatio, atque dominij translatio; & consequenter secunda venditio rei censualis, etiam re tradita, non excluderet priorē couentionem non alienandi, nec procederet dicta l. quoties, vt latè diximus in capit. præcedēti, & in terminis l. quoties resoluit Ioan. Gutierr. in l. nemo potest. numer. 40. & 41. ff. de legat. 1. & ita contra Auend. defendit & resoluit Ioan. Gutier. in practicis quæstionibus ad Recopil. 2. part. quæst. 167. numer. 3. versic. *His tamen omnibus*, vsque ad fin.

## AN DOMINVS CENsus habeat ius retractus, ex l. societatis, vel sanguinis sibi competens. Caput LXXXVII.

### SVMMARIVM.

*Dominus emphytheosis an habeat ius retractus contra venditionem emphytheotæ. numero. 1.*

*Dominus directi quando habeat ius retractus vtilis domij. n. 2.*

*Retractus societatis etiam habet locum in rebus immobilibus, vel quæ pro immobilibus habentur. ibidem.*

*Retractus an habeat locum inter emphytheotas socios, vel feudatarios. n. 3.*

*Retractus an sit ius cessibile in extraneus, simul cum directi dominij iure. n. 4.*

*Retractus societatis an habeat locum in censu reseruatiuo. n. 5.*

*Retractus societatis an habeat locum in censu cōsignatiuo. n. 6.*

*Partem alicuius rei habere intelligitur per dominij participationem. ibidem.*

*Intellectus ad leges Regni de retractu societatis loquentes. ibidem.*

*Vsufructuarius an habeat ius retractus societatis num. 7.*

*Dominus census quando habeat ius retractus, ex l. societatis per totum, & ex iure sanguinis. num. 8.*

*Vsufructuarius, vel creditor, an habeat ius retractus. ibidem.*

## CAPVT LXXXVII.

IN hac eleganti dubitatione, quādo scilicet dominus census habeat ius retractus ex l. societatis, vel iure sanguinis sibi cōpetens, ita distinguendum existimaui. Aut loquimur in censu emphytheosi, aut reseruatiuo, vel cōsignatiuo. In primo casu verificatur, ea dubitatio, quādo requisito domino directi venditur res in emphytheosim concessa; quia si fiat venditio sine domini cōsensu, non esset necessarius retractus, sed res incideret in commissum, & retractus solueretur, ex l. 2. cum vulgatis. C. de iure emphyt. l. fin. tit. 8. part. 5. & in ea specie, requisito nempe domino, si rem vendiderit emphytheota, locus erit retractus intra duos menses à die, quo dominus fuerit requisitus. l. fin. C. de iure emphyt. l. fin. titul. 8. part. 5. Quæ resolutio confirmatur ex eo, quòd cùm dominus emphytheosis habeat in ea re emphytheotica principaliorem partem, directum scilicet dominium, succedit regula retractus societatis, de qua in l. 55. titul. 5. part. 5. & in l. 74. Tauri, imò & de iure communi verior, & receptior sententia est, quod stante lege, vel consuetudine, quæ vicino, aut consanguineo concedit facultatem retrahendi rem venditam, dominus emphytheosis illis præfertur, si voluerit eam retrahere, vt ex dicta l. fin. & per text. in l. si cum dotem. §. vltimo. ff. soluto matrim. resoluunt Guillelm. de Cuno, Rayner. Feller. Alberic. Bald. & alij moderniores, quos referens sequitur Tiraquel. de retract. lignag. §. 21. glossa vnica. numer. 3. & 4. & non referens Tiraquel. idem sequitur Gregor. Lup. in dicta l. 55. gloss. verb. *Comunalmente*, statim post principium vbi ad id refert Alexandr. & alios.

Quæ sententia procedit nōn solùm quāndo emphytheota vendidit rem cum domini consensu, sed etiamsi eam subemphytheoticā uerit in casibus, in quibus valet subemphytheoticatio, quorum remissiuè meminimus in capit. de censu creando ex alio veteri censu, a & hoc, quia cùm dominus habeat potentius dominium directum, scilicet iustē retraheret vtile ab emphytheota venditum, & consanguineo præferendus esset, ex dicta l. 55. part. 5. & 74. Tauri. Quod iubatur ex eo, quia huiusmodi retractus societatis, & communitatis non solùm habet locum, quando venditur res immobilis soli, vel quæ pro immobili habetur sed & si mobilis, seu quodlibet aliud ius distractum sit. Et denique generaliter in omnibus rebus, cuiuscunque sint qualitatis, aut quanti-

quantitatis, vt constat ex dicta l. 55. Partitæ ibi, *Alguna cosa*, quod quidem verbum generale est comprehendens omnes res mobiles, seu immobiles, ex l. rei appellatione de verbor. significat. & ita eam legem generaliter in omnibus rebus procedere intellexerunt Gregor. Lup. ibidem, gloss. *Comunalmente*, & latiùs Ioann. Matiençó in l. 13. titul. 11. libr. 5. nouæ Recopilat. gloss. 3. numer. 3. cum alijs, & nouissimè Ioann. Gutierr. in practicis quæst. ciuilibus, libr. 2. quæst. 165. per totam; ideò à fortiori procedet is retractus, quando emphytheota rem sub emphytheoticauit, cùm vtile dominium subalternum dominus directi legitimè retrahat, sicut eandem rem emphytheoticam retraheret.

3 Imò & inter emphytheotas socios respectu extranei emptoris datur ius retractus, ità quod si vnus ex pluribus emphytheotis habentibus rem communem pro indiuiso vendiderit partem extraneo domino requisito habebit consors ius retractus, ex resolutione Matthæi de Afflictis in tractat. Prothomiscos, gloss. 1. colum. 3. & post Alexand. resoluit etiam Gregor. Lup. in l. 55. titul. 5. part. 5. gloss. 2. quos referens sequitur nouissimè Ioann. Matiençó in l. 13. titul. 11. libr. 5. nouæ Recopilat. gloss. 3. numer. 2. vbi omnes id existimant verum esse in feudo, referens ad id Ioann. Fab. in §. 1. post princip. institut. de emptio. & venditio, & Matth. de Afflict. suprà.

4 Quod in tantum verum est, vt ex cessione domini directi possit censuarius vti iure prælationis, seu retentionis, vt tenuit Collectorius in cap. potuit colum. vlt. versic. *Quòd si dominus*, de locato, Paul. Castrens. consil. 335. *Laudatio & inuestitura*, in princip. libr. 1. & hanc partem approbasse Senatum Parisien-sem testatur Tiraquel. de retract. lignag. §. 26. gloss. 1. numer. 41. vbi refert plures consuetudines dantes cessionario hoc ius prælationis. Quæ sententia & ampliario verissima est, quando dominus directi vendidit vtrumque ius, & dominium, directum scilicet, & ius prælationis. Quæ sententia & ampliatio verissima est; quia cùm eo casu cessionarius consequatur totum ius concedentis, habebit etiam ex cessione ius prælationis, & retractus, tanquàm verus dominus directi. Et hoc in effectu voluerunt Collectarius, & Paul. Castrensis, quos suprà retulimus. Sin verò cessio fiat non totius iuris, sed retentionis, vel prælationis tantùm, dominusque in se reseruauerit directum dominium, non competeret cessionario ius retractus. Ita intelligendi sunt plures maximi nominis viri dicentes, dominium feudi, vel emphytheosis non posse cedere ius prælationis, seu retentionis, quod habet in re feudali, siue emphytheotica. Ita voluerunt Guid. Papa decis. 411. vbi fatetur, ità semper iudicatum fuisse in curiâ Parlamenti Delphinatus, Boer. & Cassan. in Consuetud. Biturigensium, & Burgundiæ, quos refert Tiraquel. in d. §. 26. numer. 4. gloss. 1.

5 Ad secundum verò casum accedendo, census nempe reseruatiui, an dominus habeat ius retractus, videamus. Et quamuis ex eo, quòd ex fructibus rei censualis pensionem sibi reseruauerit partem in ea videatur habere; & inde inferatur ad retractum societatis, ex l. 55. titul. 5. part. 5. l. 74. Tauri. Adhuc tamen considerando naturam census reseruatiui, & mentem earundem legum, tenendum est, non habere ius retractus; quia cùm in censuarium transferatur vtrumque dominium, tam vtile, quàm directum, & penes concedentem nihil remaneat præter ius percipiendi pensionem, ex capit. constitut. de religios. domib. & diximus latè in capit. de natura census reseruatiui non possit dici, quòd dominus census habet partem in re censuali, vt vtatur iure retractus. Quia in socio retrahente requiritur pars rei per dominij participationem, ex Bald. in l. dudum C. de contrahend. empt. & Gregor. in dicta l. 55. Partitæ, verb. *Comunalmente de suyo*, & ita post Alberic. aduertit Auendañ. responso 12. numer. 6. & deducitur ex Socino consil. 107. volum. 3. facitque l. rectè. ff. de verb. significat. & clarius probatur in l. si quis duos. §. si quis partem. ff. communia prædior. vbi non probatur, quod non facta dominij translatione, non potest dici, quem habere partem rei. Vnde si dominus census nullam habet in re partem, per dominij participationem vti non potest iure retractus. Quod tamen an procedat in censu reseruatiuo perpetuo constabit, ex his, quæ in consignatiuo irredimibili dicenda erunt infrà hoc eodem capite; & inde inferendum est, quòd si censuarius sub in censaueric rem sibi in censum reseruatiuum concessam, eam alteri concedens cum reseruatione pensionis, non erit locus retractus, sed in tertium res ipsa transibit cum onere census. Quæ resolutio notabilis est.

6 In tertio tamen casu principali census consignatiui, scilicet an dominus census habeat ius retractus, quando res, super qua consignatus est, venditur, vel quæ hypothecæ nominatim subiecta fuit, distrahitur, videa-

mus: & cùm vtroque casu censuarius sit verè dominus rerum censualium, & emptor nullam earundem partem consequatur, sed vtrumque dominium, tam vtile, quàm directum penes venditorem census remaneat, nullaque venditio, nec alienatio dictarum rerum censualium contrahatur, sed ius tantùm percipiendi pensionem ex fructibus earum venditum sit, vt latè probauimus in capite, an in censu consignatiuo formetur verà emptio & venditio, securè dicendum est, non procedere in eo censu retractum communitatis, neque posse dominum pensionis superre, quæ venditur, consignatæ, eam ab extraneo emptore retrahere, ex dictis legibus 55. & 74. quia cùm prædictæ leges socio, qui partem integram rei habet, retractum concedant, dum lex Partitæ subdit, *Dos homes, ô mas, auiendo alguna cosa comunalmente de so vno*, & l. 74. dum dicit, *O con el que tiene parte en ella, porque era comun*, & hæc communitas, vel societas rei verificanda sit in participatione dominij, vt suprà omnes probauerunt, manifestum est, id ius retractus non competere domino census, qui nullam habet rei censualis partem.

Quæ quidem sententia confirmatur ex eo, quôd cùm dominus census consignatiui in re censuali nullam dominij partem habeat, equiparatur vsufructuario, quasi fructus rei immobilis, qui solutioni pensionis subijciuntur, consequatur, & ipsorum dominus sit. 7 Sed sic est, quòd vsufructuarius non habet ius retractus: ergo neque dominus pensionis censualis. Maior euidenter constat ex his, quæ diximus in capit. de natura census consignatiui, & in capit. an in censu consignatiuo formetur vera emptio ê venditio, ex his, quæ infrà hoc eodem capite dicenda erunt. Minor etiam ex eo probatur, quia licèt vsufructuarius ab aliquibus dominus nuncupetur, vt deducitur ex l. 4. ff. de vsufructu ibi, *Vsusfructus in multis casibus pars dominij est.* l. si postulaueris. ff. ad l. Iuliam de adulterijs. l. qui vsumfructum. ff. de verbor. l. si ab emptore. ff. de euiction. l. si à reo. §. si reo. ff. de fideiussorib. l. cùm filius. §. si dominus. de legat. 2. sunt tamen alia quàm plurima iura, quibus euidenter probatur, vsumfructuarium non esse verè dominum, vt constat ex l. rectè dicimus. ff. de verbor. significat. ibi, *Quia vsusfructus non dominij pars, sed seruitutis*, text. etiam in l. locum, verbic. *Proprietarius.* ff. de vsufructu. l. Sundi Trebatiani. ff. de vsufructu legato. l. 3. §. si hæres. ff. vsufructuarius quemadmodum caueat. l. iusto. §. non mutat. ff. de vsucapionibus, & ad iura in contrarium adducta præterquàm quòd latè post plures respondet Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. numer. 55. respondetur, quòd debent intelligi, vt sit vsusfructus pars dominij integralis, seu legalis in concreto; quia simul cum proprietate facit integrum, & plenum dominium, sicut paries, & ligna simul cum cæteris ædificijs & materialibus constituunt integram domum, secundum gloss. & omnes in dicta l. 4. ff. de vsufructu, Paul. & alij in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquirend. possess. Aretin. in §. si cui fundus, institut. delegat. Pinel. qui hanc sententiam dicit receptiorem in l. 1. 3. part. C. de bonis maternis. De quo etiam egit subtilis Conan. libr. 4. comment. iuris capit. 3. & 6. cui assentit Pinel. suprà numer. 4. & ita receptior sententia est, quòd quamuis largo modo vsufructuarius dominus nuncupetur, propriè tamen accipiendo naturam vsusfructus, non dicitur dominus, nec vllam proprietatis partem habet, & consequenter non potexit vti iure retractus, sed in emptorem eum iure seruitutis vsusfructus res ipsa transibit. Quod in specie vsufructuarij probauerunt Gregor. Lup. in l. 55. titul. 5. part. 5. verbor. *Comunalmente de so vno*, Tiraquell. in dicto §. 1. gloss. 7. ex numer. 54. Ioann. Matienço in l. 13. titul. 11. libr. 5. nouæ Recopilat. gloss. 3. numer. 12. & 13. & nouissimè Ioann. Gutierr. in practicis quæstionib. ad l. Recopilat. libr. 2. quæst. 166. per totam: si enim vsufructuarius nequit retrahere rem à proprietario venditam, vt quia nullam in ea partem habeat, eadem ratione nec dominus census, qui tantùm seruitutem eius percipiendi pensionem annuam ex fructibus rei censualis habet, iure retractus vti valebit. Quod iterum, & euidentiùs 8 ex eo suadetur; quia licèt domus, seu fundus censualis hypothecæ legali subijciantur, non inde creditor, dominus scilicet census, partem habet in fundo censuali, nec ex pignore transit in eum dominium vllum, sed verè dominus rei censualis remanet censuarius, & penes cum vtrumque dominium vtile & directum eiusdem rei manet, ex l. 1. §. seruus. ff. ad Silanian. l. generaliter in princip. ff. qui & à quibus. l. 1. §. per seruum de acquirend. possession. l. statu liber. ff. ad l. Falcid. l. sciendum. §. si creditor. ff. qui satisdare cogantur, & vtrobique Scribentes, ita vt etiam creditore inuito possit debitor rem pignori subiectam in alium transferre. l. si debitori.

C. de

C. de distract. pignorib. vbi glossa plurima iura refert, ex quo non prohibetur pignus accipere, qui emere prohibitus est, ex l. in quorum. ff. de pignorib. & hinc constat, quòd ex pignoratitionis rei legatæ non reuocatur legatum, nisi per alienationem eius, ex Paul. in l. qui post. C. de legatis, quem ibi sequuntur Alexand. in fin. Cornel. in princip. lass. numer. 1. Palacios Rubios in repetit. rubric. de donat. inter virum §. 69. numer. 10. versic. *Quod intellige*, Ripa in l. filius familias. §. diui. numer. 3. de legatis 1. & in l. 1. numer. 12. ff. de pignoribus. Cùm igitur non obstet hypotheca, cui domus censualis subiacet, quominus dominium penes debitorem resideat, non poterit dominus census rem ipsam censualem tanquàm communem retrahere, ex dicta l. 55. Partitæ, & 74. Tauri, in verb. *parte enella*, & iterum Auendañ. responso 23. fere per totum, & nouissimè Ioann. Gutier. in pract. quæstionib. ad leges Recopilat. lib. 2. quæstion. 166. per totam; & in hoc casu intelligitur Roder. de ann. redd. lib. 2. quæst. 1. num. 29. versic. *Similiter inutilem, & retribuendam*, quamuis prædicta fundamenta non referas.

Quæ quidem sententia videtur restringenda in censu perpetuo irredimibili; quia domus, seu fundus, super quibus is census perpetuus consignatur, vel quæ ad faciliorem pensionis exactionem hypothecæ subijciuntur, si forsam à debitore distrahantur, poterunt à creditore retrahi, concurrentibus solemnitatibus requisitis in retractu. Quod ex eo suaderur, quia licèt in censu redimibili, vbi datur certa spes lutionis, hypotheca censualis non importet alienationem, nec à censuario auferat dominium, & inde dominus census nullam habeat eius rei censualis partem, nec res ipsa censualis possit nuncupari communis, in censu tamen perpetuo irredimibili, vbi nulla datur luitionis spes, sed potiùs impossibilitas redimendi, hypotheca, & obligatio perpetua important quandam alienationem, & efficiunt creditorem quasi dominium rei censualis. Quæ resolutio deducitur ex l. antepenultima in princip. ff. de legat. 3. l. legata in fine. ff. de suppellectili legata, vbi ex hoc dicunt omnes fundum esse creditoris, & ita eleganter resoluunt Tigneus in l. 1. §. seruus. numer. 3. ff. ad Silanian. Andr. Tiraquell. de retract. in præfact. numero 36. & in §. 1. glossa 14. numer. penultimo. Palacios Rubios in repetit. rubric. de donat. inter vir. §. 69. numer. 6. versic. *Praedicta sanè*, cum aliis, Anton. Gom. in l. 70. Tauri. numer. 23. & in libr. variar. titul. de legatis. numer. 39. versic. *Quod tamen limita*, Menes. in l. prædia. numer. 8. C. de fideicommiss. Matienço in l. 7. titul. 11. libr. 5. nouæ Recopilat. glos. 7. numer. 12. Vnde retractus locum habebit in eo censu perpetuo irredimibili, non solum ex conuentione partium, sed ex l. societatis, ex dicta l. 55. titul. 5. part. 5. & l. 74. Tauri, & ita ferè in specie idem explicat, & resoluit Cassan. in Consuetud. Burgund. rubric. 11. §. 1. glos. in verb. *Reteneve*, per totum. Restringe etiam supradictam sententiam, quando res, quæ datur in censum reseruatiuum, vel super qua consignatiuus constituitur, fuerit patrimonialis, quia licèt concedens eam cum reseruatione pensionis, vel constituens super ea cẽsum, non habeat retractum societatis, habebit tamen ius retractus sanguinis. Quod in quibus casibus procedat, dicendum erit infrà in capitibus sequentibus.

## AN, ET QVANDO censuarius habeat ius retractus communitatis rei. Cap. LXXXVIII.

### SVMMARIVM.

*Emphyteota an habeat ius retractus communitatis, quando dominus vendiderit proprietatem. n. 1.*

*Domini appellatione an veniat vtile tantum, vel vtrumque, directum, & vtile. numer. 2. ibique per totum traditur intellectus ad l. 55. tit. 5. p. 5.*

*Superficiarius quando habeat ius retractus, & præferatur consanguineo, & nouus intellectus ad l. 74. Tauri. n. 3.*

*Censuarius an possit retrahere pensionem censualem à domino venditam. n. 4.*

*Censuarius census consignatibi an habeat ius retractus sanguinis vel communitatis. n. 5.*

### CAPVT LXXXIII.

IN cap. præcedẽti scripsimus, in quibus casibus dominus census habeat ius retractus cõmunitatis; in præsenti tamẽ è cõuerso dubitandũ est, quãdo cẽsuarius eodem

eodem iure retractus vti possit contra venditionem domini census. Quæ resolutio contingere potest aliquibus modis. Primo,
1 quando dominus emphytheosis vendidit rem in emphytheosim concessam, eius nempe proprietatem, & ius percipiendi pensionem, & emphytheota intentat ius retractus societatis, ex dicta l. 55. Partitæ, & 74. Tauri; in qua specie videtur dicendum, quòd cùm communitas, seu participatio rei necessaria ad retractum societatis debeat contingere, & verificari per dominij participationem, vt ex Bald. Gregor. & alijs in cap. præcedenti resoluimus, possit emphytheota proprietatem à domino venditam retrahere, cùm habeat vtile eiusdem rei dominium;
2 quia dominij appellatione non solùm directum, sed etiam vtile continetur, feudale, emphytheoticum, aut superficiarium, & etiam dominium iurium, vt post Guillelm. & Barthol. in l. 1. C. de vinfructu eleganter resoluit Nicol. Boer. decis. 42. numer. 4. Ioann. Igne. in l. 1. §. si vir vxori. ff. de acquirend. possess. Alexand. in consil. 96. numer. 6. libr. 4. est enim dominium directum proprietas superior, & vtile quidem inferior, ex Bald. in proæm. feudor. numero. 24. & ita quòd appellatione dominij vtile contineatur, post Boerium resoluit Melchior Mier. in tractat. maioratus. 3. part. quæst. 9. numer. 10. & Latiùs Pinel. in l. 1. C. de boni. materni. in princip. numer. 8. resoluens post Iass. & alios, quòd si quis agat actione reali ad consequendum dominium, dicens ad eum spectare, sufficeret, si vtile tantùm ad se pertinere probauerit, imò, & facta petitione proprietatis vtile dominium contineri tenent plures, quos ibi refert Pinel. dicto numer. 8. versic. *Contra Baldum*; ergo si dominij appellatione vtile comprehenditur, & retractum societatis habet particeps dominij, emphytheotæ competeret id ius retrahendi, ex l. 55. Partitæ ibi, *Comunalmente de so vno*, & ita in feudatario, & emphytheota habentibus rem communem, licèt tantùm habeant vtile dominium, si alienauerit vnus partem ad ipsum pertinentem, consentiente domino, alter habebit retractum societatis, vt post Matth. de Afflict. Alexandr. Gregor. & alios resoluimus in capite præcedenti. numer. 3. & in specie quòd emphytheota ratione communitatis, vtilis nempe dominijs, habeat retractum proprietatis, resoluit Palac. Rub. in l. 70. Tauri. numer. 22. & iterum ipse Palac. in l. 74. Tauri. numer. 5. Quibus accedat, quòd ea communitas, & societas rei necessariæ ad retractum verificatur, etiam ratione cuiuslibet minimæ partis rei, vt resoluit Anton. Gomez in l. 74. Tauri. numero. 27. versiculo. *Quod etiam nouiter*, & inde propriè infertur ad communitatem rei per participationem vtilis tantùm dominij.

Sed adhuc supradictis non obstantibus contrariam sententiam veriorem existimamus, quam ex eo potissimum fundamento fulciri credimus, scilicet quòd cùm dicta lex. 55. Partitæ subdiderit, *Comunalmente de so vno*, manifestè præsupponit, ad retractum societatis, & communitatis rei debere in consortibus conuenire æqualem participationem dominij in qualitate, vt quia consortes habeant eiusdem qualitatis dominium, vtile nempe, vel directum, sintque in directo vel vtili participes; quia eo casu licèt vnus ex socijs maiorem dominij partem consequatur, cùm tamen in qualitate dominij æquales sint, verè socij, atque participes nuncupantur; & ideò eisdem competit ius retractus societatis, ex dicta l. 55. Partitæ, & 74. Tauri; & hoc modo sunt intelligenda fundamenta contraria, quæ probant emphytheotas, vel feudatarios socios habere ius retractus: cùm enim participes sint vtilis dominij, eiusdemque qualitatis, participatio competit legitimè, ius retractus communitatis, & similiter ita procedit resolutio Anton. Gomez in dicto numer. 27. dicentis, quòd sufficit etiam quæcunque minimæ rei pars ad retractum: debet enim intelligi in minima parte, eiusdem tamen qualitatis, vt quia de dominio vtili, vel directo participatur. Sin verò in qualitate dominij participes non sint, vt quia vnus directum, & alter vtile dominium habeat, quamuis vterque dominus sit respectu diuersæ partis dominij, cùm tamen in qualitate dominij differant, non poterunt nuncupari participes dominij, & sic in specie hypothecæ dicendum est; qui quidem, licèt vtile possideat dominium, & naturali possessione vtatur, cùm tamen directum integrè penes concedentem remanserit, si de directo retrahendo agatur, cùm dici non possit particeps eiusdem, vti non valeret iure retractus.

Maximè cùm dominium vtile & directum re vera inter se differant, vt quia directum cósistat in proprietate rei, ex Bald. in l. penult. C. si non à competente iudice, & omnes passim præsupponunt, vtile vero in vtilitate, quæ ex re percipitur, seruitute nempe, ex l. 1. §. quod

quòd ait. ff. de superficiebus, & vtrumque probat Palac. Rub. dicta l. 74. numer. 2. Quæ ratione non possunt verificari in emphytheota verba dictarum legum. 55. Partitæ, & 74. Tauri, dum dicunt. *Comunalmente de sovno*; sed cùm ea dominia dissimilia sint, & vterque dominus, & emphytheota distinctam, & cogniram, atque dissimilem dominij partem habeant, non erit locus retractui societatis, & per iura notabilia in eo retractu probat Anton. Gom. in l. 70. Tauri. numer. 27. versic. *Quod tenent singulariter*, & ita in specie, quòd emphytheota non possit retrahere proprietatem à domino venditam, ex l. societatis, vel communitatis, resoluit speculat. in titul. de locato. §. nunc aliqua, versic. 93. licèt ibi fateatur, quòd de consuetudine quorundam locorum ponitur in instrumentis, quòd emphytheota possit retrahere proprietatem à domino venditam. Quod quidem cùm ex conuentione procedat, ex l. prohibitum est, vt considerat Iass. in suo tractatu de iure emphyt. quem an hoc refert, & sequitur Gregor. Lup. in l. 55. titul. 5. Part. 5. gloss. verb. *Comunalmente de sovno*, versic. Quid tamen si dominus directi, vbi denique resoluit, emphytheotam non habere ius retractus societatis; & hanc sententiam, licèt vnico verbo tenet Castel. in l. 74. Tauri in verbor. *Superficiario*, in versic. *Item potest colligere*, & ad omnia supra dicta deducitur satisfactio ex his, quæ confirmatione huius opinionis dicta sunt, scilicet quòd quamuis vtile dominium veniat appellatione dominij, cùm tamen in directo dominus, & emphytheota participes non sint, non potest admitti retractus societatis.

3 Ex qui verissimâ resolutione datur nouus, & verus intellectus ad text. in l. 74. Tauri, dum in retracto præfert superficiarium consanguineo, vt ex ea potissimum ratione procedat; quia superficiarius regulariter habet in solo vtile dominium, & in superficie directum, vt quia dominus directus remanente sibi pleno iure in solo, concedit alicui in perpetuum superficiem eius soli pro aliqua annua pensione in recognitionem proprietatis, vel ipsam vendidit, aut donauit superficiem. Quo casu manifestum est, quòd superficiarius in solo habet vtile, & in superficie directum, vt probat Cuman. per text. ibi in l. si ego. ff. de noui operis nuncia. Bart. in l. 1. per text. ibi. §. 1. & in l. fin. ff. de superficiebus, Albarat. in proœmio feudor. colum. penult. vnde eleganter deciditur in dicta l. 74. Tauri, quòd superficiarius in retractu præferatur consanguineo; quia cum dominus directi, & ipse superficiarius participes vtriusque dominij sint in qualitate, & quantitate eius, vt quia in solo habet dominus directum, & idem superficiarius in superficie, & similiter superficiarius in solo vtile, & dominus directi idem in superficie, meritò ex retractu communitatis & societatis superficiarius præferendus est consanguineo, & iure retractus vtitur, ex dicta l. 74. Tauri, & 55. Part. & quòd dicta lex 74. Tauri procedere non potest in casibus, in quibus superficiarius non habet in superficie directum dominium, sed vtile tantùm, sicut in solo, vt quando conceditur eidem superficies subannua pensione ad longum, vel modicum tempus, vel quando sub eadem pensione locatur, aut in alio casu simili; quia in his omnibus, vel in alijs similibus casibus non solùm superficiarius non esset præferendus consanguineo, sed neque haberet ius retractus societatis; quia cùm particeps non sit directi dominij, quamuis vtile teneat, deficit tamen participatio in qualitate dominij, quæ (vt suprà dictum est) requiritur ad retractum communitatis; & inde retractui locus non est; quare is intellectus ad l. 74. Tauri propriè conuenit emphytheotæ, vt non præferatur consanguineo, neque retractum societatis habeat, cùm particeps non sit rei emphytheotæ in qualitate dominij cum domino directi, & sic omnia fundamenta, quibus probauimus emphytheotam non habere retractum societatis, procedunt in superficiario, quotiescunque non habebit directum dominium, quia in his casibus æquiparatur emphytheotæ. Quæ noua resolutio, & consideratio ad l. 55. Partitæ, & 74. Tauri restringenda est, si forsam emphytheota, vel superficiarius habentes vtile tantùm dominium, non retractum societatis petierint, sed sanguinis intentauerint, vt quia consanguinei sint domini directi, quia de eo sanguinis retractu aliter dicendum erit in capite sequenti.

4 In secundo tamen casu census reseruatiui verificatur hæc dubitatio, quando dominus pensionis reseruatæ vendidit eam, & cessionarius retractum intentat. Inqua dubitationis specie quod attinet ad retractum sanguinis, dicendum erit in capite sequenti; quoad verò retractum communitatis, cùm censuarius non solùm partem habeat in re censuali, sed principaliorem, vtrumque nempe dominium rei, tam vtile, quàm dire-

directum, & vtramque pensionem ciuilem & naturalem, habebit etiam à fortiori ius retrahendi, ex l. societatis, & communitatis, & iure retractus pensionem consequeretur, ex dicta l. 55. & 74. maximè, quia cùm retractus iste communitatis competat etiam pro rebus mobilibus, cuiuscunque sint qualitatis, vt suprà diximus, & probauimus in capite præcedenti, quamuis pensio censualis, quæ venditur, & retrahi prætenditur, de per se considerata quòd mobile sit, secundum aliquorum opinionem, quorum meminimus in cap. an census possit creari ex veteri, vel super veteri censu, poterit tamen censuarius eam legitimè retrahere, liberando se à seruitute, & obligatione soluendi pensionem in futurum, imo & ea liberatio importat emptionem rei immobilis, vel quę pro immobili habetur, pensionis scilicet; quæ quamuis de per se considerata sit quid mobile, dum tamen habet retractum successiuum, & super re immobili consistit, atque consignata est, pro re immobili habetur, & ex l. societatis retrahi potest, & iure sanguinis, etiam retrahitur, vt dicendum erit in capite sequenti.

5 Tertio casu verificatur ea dubitatio, quando dominus census consignatiui vendidit alicui censum constitutum super rebus censuarii, & censuarius vult eundem censum retrahere, liberationem nempe soluendi. In qua specie quantum ad retractum sanguinis videnda sunt, quæ dicenda erunt in capite sequenti. Quantum verò ad retractum communitatis considerabam, quòd cùm bonorum, ex quorum fructibus census exoluitur, & super quibus constitutus est, censuarius verus dominus sit, & quandocunque possit censum redimere, etiam in vnum, vel plures possessores, cessione, aut venditione translatum, poterit à fortiori eum retrahere. Et quamuis videatur, quòd ea dubitatio, & resolutio raro, vel nunquam, verificari potest, imo sit quæstio de nomine; ego tamen existimo posse verificari, quando dominus census vendidit eum, vel cessione in alium transtulit minori pretio quàm creatus fuit. Quo casu crederem, quòd censuarius habebit ius retractus, ex l. communitatis, vt quia principaliorem census partem habeat, nempe bona, super quibus est consignatus, & eo casu ius retractus vtiliùs erit censuario, quàm ius redemptionis; imò & si censuarius eodem pretio, quo census vendidit, eum ab extraneo retrahere velit, vtilius erit sibi ius retractus, quàm redemptionis, quia si forsàm in solidum cum aliis obligatus sit, aut fideiussor accessit, & census redimat, sortem tantùm à correis exigere poterit. Sin verò retrahat sortem, & vsuras præteritas & futuras, tanquàm si eidem censuario cessio contra correos legitimè facta fuisset, ex his, quæ eleganter dicenda sunt in specie in capit. de fideiussoribus censuum. Et in casibus prædictis ea videtur vrgentissima ratio; quia cùm substantia census consistat in rebus censualibus, & censuarius eorundem verus dominus sit, principaliorem que partem census habeat, poterit iure retractus communitatis contra extraneum emptorem pensionis censualis, vt quia pensio & bona censualia vnum, idemque, & ferè indiuisibile corpus efficiant, & inde verificentur in censuario verba dictarum legum Partitæ. 55. & 74. Tauri, & earum effectus.

## DE RETRACTV sanguinis in censu admittendo. Caput LXXXIX.

### SVMMARIVM.

*Retractus sanguinis an habeat locum, quando res datur in emphyteosim.* numero 1.

*Retractus sanguinis an admittatur, quando res datur in emphyteosim, vel censum cum pacto redimendi, & conditione, quòd interim dum fit redemptio, dominium rei non transferatur.* num. 2.

*Intellectus ad text. in l. cum manu fata. §. nemo. ff. de contrahend. empt. ibid. & n 4.*

*Dominium rei censualis concessæ cum pacto redimendi censum, & conditione quòd interim non transferatur, annihilominus translatum sit ex die conuentionis. n. 3.*

*Tempus retractus currit à die conuentionis, & nõ redemptionis. n. 5.*

*Contractus cognoscitur an sit emphyteosis, vel emptio, ex quantitate pensionis, & pretij.* numer. 6.

*Retractus sanguinis an habeat locum in censu perpetuo, vel redimibili, seu ad vitam, ita quòd res data in censum possit retrahi.* numer. 7.

*Res quæ locatur ad longum tempus, vel concedi-*

*tur*

*tur in emphyteosim, an dicatur exire de familia, vt in ea admittatur sanguinis retractus. num. 8.*

*Retractus sanguinis an habeat locum, quando res venditur pro certo pretio, & quia statim non soluitur, pro eo census constituitur. numer. 9.*

*Retractus sanguinis an admittatur, quando quis nouiter super bonis suis censum creauit, & consanguineus vult retrahere bona censualia. numer. 10.*

*Bona, super quibus census constituitur, an dicantur vendita, & dominium eorum translatum in emptorem census, vel remaneat penes censuarium. n. 11.*

*Dominium bonorum censualium non transfertur in emptorem census, etiam ex pactione censuarij. n. 12.*

*Retrahere an possit consanguineus creationem cēsus consignatiui â cōsanguineo super bonis eius factam. n. 13.*

*Census ius nempe percipiendi pensionem, an sit eiusdem naturæ, & qualitatis, cuius sunt bona, super quibus constituitur. n. 14.*

*Consanguineus, vel concedens rem in censum quis præferatur, ex retractu sanguinis in creatione census â censuario facta super re in censum sibi concessa remisisse. numero 15.*

*Consanguineus an possit retrahere rem emphyteoticam ab emphyteota venditam. numero 16.*

*Consanguineus an possit retrahere commoditatem emphyteosis ab emphyteota venditam. num. 17.*

*Consanguineus an possit retrahere ius directi dominij â domino venditum. n. 18.*

*Consanguineus an possit retrahere rem venditam â censuario, quæ sibi data fuit in censum reseruatiuum. n. 19.*

*Consanguineus an possit retrahere pensionem reseruatam venditam â concedente rem in censum, qui eam sibi reseruauit. n. 20.*

*Consanguineus an possit retrahere veterem censum ab emptore venditum. n. 21.*

*Census quando inter immobilia bona connumeretur. n. ibid. & n. 22.*

*Consanguineus an possit retrahere rem cēsualem â censuario venditam. n. 23.*

*Consanguineus an possit retrahere redemptionem census, & efficere quòd non redimatur. numer. 24.*

## CAPVT LXXXIX.

IN capitibus precedentibus scripsimus, quando dominus census, vel censuarius habeant ius retractus conuentionale, vel communitatis, & præferantur consanguineo. In præsenti tamen agendum est, quando consanguineo cōpetat huiusmodi ius retractus, & omnibus alijs præferatur: in qua notanda dubitatione plures casus considerantur. Primus, quando dominus alicuius rei immobilis cōcedit eam in emphytheosim, & consanguineus contra emphytheotam ius retractus intentat; & in eo casu videtur dicendum, quòd eam legitimè consanguineus retrahat; quia per dationem rei in emphytheosim dominium vtile separatur à directo, & transfertur in emphytheotam, atque de familia exit. Vnde respectu vtilis dominij succedit regula retractus sanguinis. Quod fortificatur, quia datio rei in emphytheosim vera eius alienatio est, ex l. fin. C. de rebus alienis non alienandis, vbi omnes id aduertunt; ideò locum habet retractus sanguinis. Quam sententiam securè tenuit quidam modernus Albornoz in libr. 3. de contractibus titul. 3. de retractu, sed malè quidem, & absque vllo legitimo fundamento ductus; quia contraria sententia verior omninò, & receptior est, ex ea potissimum ratione, quòd cùm in datione feudi in emphytheosim dominium directum rei, quod potentius est, non alienatur, sed vtile tantùm; quorum consolidatio non benè distinguitur, meritò retractui sanguinis locus non est, qui propriè competit, quando verâ vtriusque dominij translatio contingit. Qua ratione retractum sanguinis non habere locum, quando res data in emphytheosim, ad notarunt Stephan. Bertrand. consil. 7. lib. 1. quem referens Tiraquel. de retract. lignag. §. 33. gloss. vnica ex principio, & eleganter post Bertrand. Boer. & alios Couar. libr. 3. variar. resolut. cap. 11. numer. 3. & post Gerard. Ioann. Matiençó in l. 7. tit. 11. libr. 5. nou. Recopil. gloss. 1. num. 10. & nouissime Ioan. Gutier. in pract. quæst. ad nou. Recop. lib. 2. q. 145. n. 1. vbi refert Castel. in l. 74. Tauri, quæ sententia receptissima est, quam vidi semel sententia diffinitam in Regia Pinciana Chancellaria.

2 Eam tamen extendi debere etiamsi post perfectionem contractus conuētum sit, quòd census redimatur eo pacto adiecto, vt dominium directum in emphytheotam non transferatur, donec pretium redemptionis sit solutum, tenuerunt plures notabiles viri dicentes

tes, quòd cùm eo cāsu ante redemptionem vtile tantum dominium ex partium conuentione in emphytheotam, vel censuarium sit translatum, non poterit consanguineus ius retractus habere. Quod quidem ita fuisse decisum in Senatu Neapolitano, teste Afflicto decis.72. numer.8. fatetur Couarr. in libr.3.variar. cap.11. numer.3. cui sententiæ (vt aliqui existimauerunt) consonat text. in l. cum manu fata. §. nemo. ff. de contrahend. emption. dum dicit Consultus, *Nemo potest videri eam rem vendidisse, de cuius dominio id agitur, nec ad emptorem transeat*; si enim concessa re in emphytheosim, vel censum reseruatiuum perpetuum id pactum adiectum sit, vt in censuarium, vel emphytheotam non transferatur vtrumque dominium, donec redemptio integrè fiat, quamuis adijciatur conditio redimendi, non ideò anteà videtur translatum, quàm redemptio legitimè fiat; & ideò non erit locus retractus, sicut in vera, & naturali emphytheosi; sed adhuc contra eam ampliationem contraria sententia omnino verior est, scilicet quòd eo casu facta concessione emphytheosis, vel
3 data re in censum reseruatiuum subconditione redimendi, & pacto quòd non transferatur dominium, donec redemptio fiat, consanguineus possit statim eam retrahere; quia quamuis is contractus à contrahentibus nuncupetur emphytheoticus, ex pacto tamen redimendi, & ex translatione vtriusque dominij tempore redemptionis natura, & substantia fictæ emphytheosis mutatur, & in verum emptionis contractum, habita fide de pretio, donec redemptio fiat, conuertitur: quasi res ipsa pro redemptionis pretio vendita sit, & interim pensio annuatim promissa. Qui contractus emptionis non est, & in eo retractus admittitur. Ita in emphytheosi cum eo pacto redimendi post Bertrand. aduertit Tiraq. in d.§.33.glos.vnica in princip. & post Tiraq. Couarr.d.libr.3.variar.cap.11. numer.3. & melius post Bald. Afflict. & alios ipse Couarr. ibid.numer.6. & referens Couarr. Ioan. Matienço in l.7.tit.11.lib.5. nou.Recop.gloss.1. numer.25. licèt ibi malè referat Couarr. Quorum ratio vrgentissima est, ne per id pactum impediens translationem dominij præiudicium fiat consanguineo, si quidem emphytheota, vel censuarius dum redimentes pensionem consanguineos à iure retractus excluderent, vt pro ratione tradunt omnes supradicti, & præterea Afflict. in tractat. Prothomiseos. §.1.num.17. & 18. Tiraquel. de retract. lignag. §.1.gloss.2.num.34. & 35. cum alijs, Cassan. in Consuetud. Burgund. tit. de retract. §. *Le-*

*nendeur*, in princip. Quā sententia retenta non obstant fundamenta in contrarium adducta, & primò decis. Neapolyt.72.num.8. quam ad id referunt Couar. suprà, & Ioan. Gutierr. in pract. quæst. ad leges Recopil. libr.2, quæst. 145.numer.4. quia ad eam decisionem respondetur, quòd nihil ibi probat Afflict. & corruptè cum allegauerunt Couar. & Gutierr. voluerunt quidem allegare decis.338. quæ quidem decisio, licèt notanda sit, procedit tamen in casu speciali, scilicet quando quis possidet titulo donationis, vt ex ea constat, in princip. & num.10. Quia in casu emptionis cum pacto, quòd non transferatur dominium, donec pretium exoluatur, eadem decisio resoluit non valere simile pactum, sed emptionem puram sustineri, & idem ipse Afflict. quem refert, & sequitur Tiraquell. in dicto.§.1. gloss.2. numer.35.

4 Secundò respondetur ad text. in d.l. cum manu fata.§.nemo, quòd quamuis ob id pactum, quod non transfert dominium, donec pretium exoluatur, vēditio transeat in alium contractum, & desinat esse vēditio, hoc ideò ibi procedit, quia pactum illud de non transferendo dominium potuit transfundere contractum illum venditionis in alium vtilem contractum; & ideò non mutatur emptionis natura. Sin verò huiusmodi pactum de non transferendo dominium contra naturam, & substātiam conuentionis, & contractus sit, vt quia vitietur ipse contractus, & in alium vtilem transfundi nequeat, tunc simile pactum vitiatur, & contractus vt purus sustinetur, vt fraus contrahentium omnino cesset; & ita resoluunt in specie, & intelligunt text. in d. §. nemo, Bald. in rubr. C. de contrahend. emptione, Philip. Dec. cons.119.num.4. & 440.n.1. & ita fuit iudicatum in Consilio Neapol. testē Matth. de Afflict. decis.338.n.8. Tiraq. de retract. lignag. d.§.1. gloss.2. num.35. & plures referens Ioan. Matienço in l.7. tit.11. libr.5. nouæ Recop. gloss.1.n.26. ergo si concedatur res in emphytheosim cum facultate redimendi, & pacto, quòd interim dum redimitur, dominium non transeat in emphytheotam, vel censuarium, nihilominus non erit ille contractus emphytheoticus, sed emptionis, & venditionis, & consequenter consanguineus habebit ius retractus.

5 Quod eleganter extenditur, vt nouem dies ad retrahendum, de quibus in legibus Regni fit mentio, incipiant currere consanguineo à die contractus, & non redemptionis, vt latè resoluit Tiraquel. de retract. lignag. d. §.1. gloss.2.numer.34. cum alijs, & §.33. gloss. vnica, eleganter Couarr. lib.3. variar. cap.11. per totum,

totum maximè numer.6.verſic. 4. & nouiſſimè poſt alios Ioan.Gutier.in practicis quęſt. ad leges Recopilat.lib.2.quæſt. 145. numer. 5. & 6.

Vbi numer.7.id reſtringit, quando poſt perfectionem contractus ex interuallo in alia ſcriptura pactum redimendi cenſum adijciatur; quo caſu credit & ſimile pactum valere, & tempus retractus non incipere à die conuentionis, ſed redemptionis. Sed ego ex fraudis præſumptione, quam omnes ſupra relati conſiderauerunt, ſecuriùs crederem, quòd licèt eo caſu tempus retrahendi non incipiat cõſanguineo à tempore prioris conuentionis, currat tamen à die ſecundi contractus, in quo pactum redimendi adiectum fuit, cùm ex eo temporis momento transfuſio contractus emphytheotici in emptionem & venditionem formetur.

Prædictam tamen reſolutionem, ſcilicet quòd conſanguineus non poſsit retrahere rem conceſſam in emphytheoſim, reſtringendam eſſe dixerunt plures, ex rationibus ſupra
6 dictis, quando contractus emphytheoſis fieret in fraudem legis, vt quando emphytheota vltra penſionem dedit concedenti certam pecuniæ quantitatem, & denique penſio modica fuit & pretium ingens; quia eo caſu intelligitur ſimulatam, & fictam venditionem ſub nomine emphytheoſis fuiſſe cõtractam, & inde retractui locus eſt. Ita nuncupatim voluerũt Ioann.Faber in §.adeò.numer.10.inſtitut. de locato, Matth. de Afflict. deciſ. 72. nume.9. & 10. Carol. Molin.in conſuetudinib. Pariſ. titul. 1. §.23.num.17. Tiraquell. de retract. lignag. §.33. gloſſa vnica, & §. 30.gloſſ. 1. maximè numer. 9. vbi latè id diſcutit.

In ſecundo caſu principali, cenſus nempe
7 reſeruatiui perpetui, videbatur dicendum, quòd ſi res detur in cenſum, non poſsit conſanguineus eam retrahere, ex reſolutione Couarr.in dicto lib.3.variar.capit.11.num.3. ex Boer.& Ioanne Matienço, quos referens ſequitur Ioann.Gutierr.in practicis quæſt.ad leges Recopilat. 2.part.quæſt.145.numer.1. qui quidem omnes nominatim loquuntur in emphytheoſi, vel cenſu. Sed adhuc contraria ſententia verior omnino eſt, & breui, atque inconuincibili ratione probatur, ſcilicet, quia cum in cenſuarium irreuocabiliter transferatur vtrumque dominium, tam vtile, quàm directum, & vtraque poſſeſsio, tam ciuilis, quàm naturalis, ex capit.conſtitutus, de religioſ.domib. & ex his, quæ latè diximus in cap.de natura cenſus reſeruatiui, manifeſtum eſt, quòd res cenſualis per conceſsionem exit de familia, & conſequenter quòd eo caſu regula retractus, ſanguinis procedit. Neque huic veritati obſtat reſolutio Couarr. & aliorum, quia licèt fecerint mentionem de cenſu vel emphytheoſi, neceſſariò debent intelligi in emphytheotico cenſu, dum ipſe Couar. & cæteri præſupponit, quòd in eo cenſu, cuius meminerunt, vtile tantùm dominium, & non directum transfertur in cenſuarium. Quæ vtilis tantùm dominij tranſlatio propria eſt emphytheoſis, & non cenſus, vt ſuprà diximus: vnde ſi non loquuntur in cenſu, potiùs probant noſtram ſententiam. Sĩ tamen is cenſus reſeruatiuus conſtitutus ſit ad vnius viram, vel plurium perſonarum ſub conditione reſolutiua contractus, vidi ſemel dubitatum, an conſanguineus poſſet retrahere rem in cenſum conceſſam, & non poſſe quibuſdam videbatur ratione, quòd exiſtimabant eam de familia non exiſtere, licèt quodammodò alienetur, ad ſimilitudinem lo-
8 cationis ad longum tempus. Ex qua quòd non exeant bona de familia, neque locus ſit retractui, dixerunt Boer.in conſuet.Burbonic. rubric. de retract. §. 1. verſic. *Item non habet*, Andr.Tiraquel.de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 14.num.84.& ſequentib. vel ad ſimilitudinẽ emphytheoſis ad vitam, ex reſolutione eorũ, quos ſuprà retulimus in principio huius capitis. Sed his conſiderationibus non obſtãtibus iudicatum fuit, admittendum non eſſe conſanguineum ad retractum, ex eo ſolo fundamento, quòd quãuis bona in cẽſum reſeruatiuum ad vitam conceſſant perpetuò non exeant de familia, cùm ex conditione reſolutiua contractus ad eam redire debeant exeunt tamen pro tempore vitæ in quam conceſſa fuerunt, & vtrumque dominium, & vtroque poſſeſsio in cenſuarium ad vitam transferũtur; & ideò ex dominij, & poſſeſsionis tranſlatione, verè dicuntur exire de familia, & formaliter alienari atque conſequenter procedit ius retractus. Et ad fundamenta de locatione ad longum tempus, vel emphytheoſis ad vitam, reſpondebant, quòd in eis non ſolum datur conditio reſolutiua contractus, ſed deficit vtriuſque dominij & poſſeſsionis tranſlatio, qua deficiẽte non formatur rei alienatio, nec res exit de familia, neque de dominio alienantis, vt vulgaria principia docent.

In tertio tamen caſu huius dubitationis
9 conſiderandum eſt, quòd ea dubitatio poteſt verificari, quando Petrus vendidit Ioanni fundum pro certo pretio, & quia pecunia emptor indigebat pro eodem pretio ſuper eodem fundo vendito cenſum redimibilem conſignauit; quo quidẽ caſu cum vera emptio

& venditio fundi, pro cuius pretio census constituitur, contrahatur, vt latè post Couarrub. probauimus in capit. an gabella soluenda sit ex constitutione census, securè dicendum est, retractum sanguinis locum habere; & ita in specie eiusdem casus resoluit Couarrub. in libr. 3. variar. capit. 11. per totum; neque indiget eius resolutio vrgenti probatione: quæ tamen an procedat, quando venditor domus, pro cuius pretio cēsus super ea cōstituitur, sub ea conditione eam vendidit, vel censum creauit, quòd interim dum pretium exoluitur, & census redimitur, dominium rei venditæ in emptorem transferatur, dubitauerunt plures, tam exteri, quàm nostrates, & nonnulli tenuerunt retractui sanguinis locum nō esse, dicentes, quòd ea conditio, vt non transferatur dominium, interim dum soluitur pretium eum retractum sanguinis impedit, cùm res nō alienetur, neque exeat de familia. Alij verò & meliùs existimantes, quòd cùm in eo contractu formetur pura emptio & venditio, & eius substantia consistat in translatione dominij in emptorem, non poterit per eam conditionem impediri ea dominij translatio, neque substantia & natura contractus emptionis mutari, sed potius ea cōditio pro non scripta habenda erit, & contractus purus manebit. Quorum posterior sentētia receptissima est, adeò quòd tempus retractus à die conuentionis currere incipiet, vt vtrumque probauimus in principio huius capitis, dum egimus, an consanguineus posset retrahere bona in emphyteosim concessa.

10 Quarto casu verificatur nostra dubitatio, quando agitur inter emptorem census, & cōsanguineum censuarij de retractu rei, super qua consignatur, vel de retrahendā creatione ipsius census, vt quia consanguineus offerens pretium velit retrahere bona censualia, vel censum ipsum super eisdem consignatum; & quantum ad retractum bonorum censualium, manifestum est non admitti retractum; quia bona censualia non venduntur, neque alienā-
11 tur, sed eorum, vtrumque dominium, & possessio penes censuarium remanet, & tantùm in fauorem emptoris census hypothecæ subiecta sunt ad securiorem exactionem sortis, & redditus perceptionem, vt ex l. fundus quē ff. de ann. legat. resoluimus in capit. an in censu formetur vera emptio & venditio, & tenēt in specie Speculat. in titul. de locato. §. nunc aliqua versic. 86. & 98. Castel. in l. 74. Tauri in glossa magna, colum. 4. versic. *Ex quo vnum singulariter infero*, Ioan. Lup. in l. 70 Tauri. numer. 28. Couarr. lib. 3. variar. cap. 11. numer. 5. ad finem, Auend. in responso 12. per totum, & referens Couarr. Ioan. Matiençoin l. 7. tit. 11. lib. 5. nouæ Recopilat. glossa 1. numer. 17. qui in specie retractus post Castel. & Palac. Rub. loquitur, & idem in specie loquitur Ioan. Gutier. in pract. quæst. ad Recop. lib. 2. q. 146. n. 4. & post Auend. & alios nouissimè id aduertit Ignat. Lasarte de decima vendit. & permutat. capit. 10. num. 21. per totum; quia omnes de iure resoluunt, consanguineum non posse retrahere rem, super quā census consignatur.

12 Quod adeò verum esse dixerunt, vt quamuis in ea census creatione nominatim inter contrahentes pactum sit, quòd dominium rei, super qua census constituitur, in emptorē transeat, nihilominus translatio eius non fiat, nec plus pactum illud operetur, quàm legalis hypotheca ad tutiorem, & securiorem annuæ pensionis solutionem, vt notauerunt Couarr. in dicto lib. 3. cap. 11. numer. 5. ad fin. & Ioan. Gutierr. in dicta quæstion. 146. numer. 4. ad finem.

13 Quoad census verò creationem, an scilicet consanguineus offerens pretium, possit eam retrahere, est elegantis, & nouæ dubitationis, cui respondendum videbatur, non admitti sanguinis retractum; quia census creatio non est vendicio alicuius rei immobilis, sed tituli tantùm, & iuris percipiendi pensionem annuam. Vnde sicut quando venditur census constitutus, non admittitur retractus, eadem à fortiori ratione dicendum est admitti non debere, quando census nouiter creatur, cùm aliud sit vendere corpus formatum, aliud ius percipiendi pensionem: argument. l. necessario. §. fin. ff. de periculo & commodo rei venditæ. Et quamuis pro contraria opinione considerari possit, quòd cùm ex census creatione formetur ius fundo inseparabiliter cohærens, haberi debet ius illud pro re immobili, ex resolutione dicentiū, q̄ iura, quæ accedūt, siue adhærent rebus immobilibus, immobilia quoque eadem esse censetur, ex latè traditis per Tiraquel. qui ferè in specie nostrę quæstionis loquitur de retract. lignag. §. 32. gloss. vnica numer. 78. vsque ad numer. 84. tamen id ius, quòd habetur pro immobili, vt quia verè immobile, & corporale non sit, atque patrimoniale, retractui non subiacet, vnde eam sententiam post alios tenet Ioann. Gutierr. in practicis quæstionis ad Recopilat. libr. 2. quæstion. 140. num. 4.

15 Si tamen censuarius super re sibi data in censum alium nouiter consignauerit, & consanguineus offerat pretium creationis, retractumque intentet, vt in eius fauorem noui cē sus constitutio fiat, & è conuerso concedens rem censualem nolit consentire operi eidem iniuncto,

iniuncto, sed velit retrahere rem ipsam; dubitatur, an locus sit retractui, & quis eorum præferatur, dominus, vel consanguineus. De qua dubitatione videndus est Cassan. in Consuetud. Burgund. rub ic. 11. *Descenses.* §. 3. & in text. ibi, *Et si laduient.* numer. 1. & per totam gl. ff. fol. mihi 354. col. 4. in fine, & statim in dicto §. 3. versic. ante penult. incipit. *Per hoc nō tatur*, in text. ibi, *Saboir lavault*, fol. 357. colum. 3.

16 Quinto modo contingere potest ea dubitatio, quando emphytheota vendidit rem emphytheoticam cum domini licentia, & consanguineus vult eam retrahere. In qua specie meritò dubitauerunt Scribentes, an retractui locus esset, vt constat ex Tiraquel. de retract. lignag. §. 21. gloss. vnica. numer. 3. & 4. & §. 1. gloss. 3. num. 1. & 2. & latissimè plures referente, ex Ioanne Matienço in l. 7. titul. 11. libr. 5. nouæ Recopil. gloss. 1. num. 4. vsque ad num. 8. dicente in dicto num. 8. quòd de iure Regio attenta l. 74. Tauri retractus sanguinis procedit in rei emphytheotæ vēditione; dicit enim Matiēço post Cifontem, Montaluum, Castel. & Greg. Lup. quòd cùm per eam legē Tauri in retract. vtilis dominij præferatur dominus directi consanguineo, manifestè præsupponit lex illa, quòd si non concurreret dominus directi, vel superficiarius cum eo consanguineo, sed solus intentet retractum, admittendus sit; ideò hæc sententia tenenda est.

17 Quam limitándam esse credimus, quando emphytheota vendidit commoditates emphytheosis, retento sibi vtili dominio, quoniā hæ commoditates immobilia bona non sunt, vt in eis verificetur retractus sanguinis; & quia emphytheota, redditus, & commoditates emphytheosis vendere potest, irrequisito domino, vt quia differant vtile dominium, & eius commoditas, & aliud sit vendere emphytheosim, aliud eius commoditates, sicut differunt vendere vsumfructum formalem, & vsusfructus commoditatem, vt habetur in l. necessario. §. fin. ff. de periculo & commodo rei venditæ, quam explicat eleganter Arias Pinel. in l. 1. C. de bonis maternis. 3. part. numer. 40. ergò si commoditas vtilis dominij vendi potest irrequisito domino, ita quòd penes emphytheotam resideat vtile dominium formale, & non transeat in emptorem, manifestum est, non posse consanguineum eas commoditates emphytheosis venditas retrahere. Ita eleganter resoluit Bald. in capit. quæ in Ecclesiarum. num. 20. de constit. & in l. fin. lectura vltim. num. 2. C. de iure emphyt. & in capit. 1. §. quid ergo de inuestitura de re aliena facta; cuius sententiam post Ioan. Lup. Castel. & Pinel explicat Ioan. Matienço in l. 7. titul. 11. lib. 5. nouæ Recop. gloss. 1. n. 15. & 16. per totum.

18 Sextò verificatur nostra hæc dubitatio, quando dominus directi dominij illud vendidit, ius nempe percipiendi pensionem emphytheoticam ex fundo in emphytheosim concesso reseruatam. Quod quidem ius, & directum dominium, an retrahi possit à consanguineo, dubitauerunt plures, & tandem resoluunt retractum esse admittendum, minori quidem ratione, quàm si vtile dominium retraheretur, cùm potentius sit, quàm vtile directum dominium, vt notant Salicet. & Tass. in l. 2. C. de iur. emphyt. & nuncupatim voluerunt Ioan. Lup. in l. 70. Tauri numer. 22. in fine; Didac. Castel. in l. 74. Tauri, gloss. verb. *Parte en ella* colum. 3. in fine. Quorum sententia euidenter suadetur ex eo, quòd ius emphytheoticum immobile quidem est, vt quia rei solo inseparabiliter cohæreat, vt sæpissimè in hoc opere diximus; ideò retractum sanguinis admittit.

19 Septimò verificatur ea dubitatio, quando censuarius vendidit rem sibi in censum reseruatiuum concessam; quo quidem casu cùm eiusdem rei sit verus dominus, rem cēsualem ab eodem venditam consanguineus retrahere possit, imò & domino pensionis reseruatæ præferendus erit, cùm in ea re cēsuali nullam dominus pensionis partem dominij habeat, sed vtrumque vtile, & directum in censuarium transferatur, & nihil penes concedentem præter ius percipiendi pensionem remanserit, quod licèt vulgare, vtile tamen, & notandum est, & ex ordinaria regula retractus confirmatur.

20 Octauò ea dubitatio contingere potest, quando dominus pensionis reseruatæ vendidit eam, ius nempe percipiendi censum reseruatiuum; & in hac specie si pensio censualis perpetua sit, cùm omnes, qui de hac re meminerunt, teneant inter immobilia bona eam pēsionem connumerari, vt latè resoluunt plures per Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 6. numer. 7. & 8. videbatur dicendum, consanguineum admitti debere ad retractum, é conuersò tamen in pensione reseruata perpetua, vel redimibili, poterat dici, quòd cùm ea pensio non sit verè res immobilis soli, sed similes pensiones inter immobilia, & bona mobilia tertiam dissimilem bonorum speciem constituant, & leges retractus in rebus verè immobilibus soli loquantur, & verificentur, in eis non procedat ius retractus sanguinis. neque ad eas leges de retractu extendi possint, ex

reso-

resolutione Tiraquell. in dicto §. 1. gloss. 7. numer. 9. ex gloss. 6. numer. 3. Vnde huius dubitationis resolutio deducenda erit ex his, quæ in sequenti casu dicenda sunt circa retractum venditionis veteris census, cuius venditio similis est venditioni pensionis reseruatæ, cùm vtroque casu ius percipiendi censum inseparabiliter fundo cohærens venditum sit, & inde æqualis detur potestas retrahendi.

21 Nonò verificari potest nostra hæc dubitatio in venditione veteris census consignatiui seu cuiuslibet alterius pensionis, iuris nempe percipiendi eam. In qua dubitatione plures tenuerunt, consanguineum admitti ad retractum; dicebant enim similes veteres census inter immobilia bona debere connumerari, ex Clement. Exiui de paradiso. §. cumque annui redditus de verborum significat. ex l. si quis inquilinos. ff. de legat. 1. l. iubemus nulli in principio. C. de sacrosanct. Eccles. l hac edictali. §. is illud. C. de secund. nupt. l. quem admodum. C. de agricult. & censit. lib. 11. §. 1. versic. *si vult enim*, & §. fin. vbi gloss. in authent. de non alienand. aut permutat. reb. Ecclesiast. in §. quoniam autem, versic. *Si verò habet redditus*. Ex quibus, & alijs iuribus regulariter plures probauerunt, annuos redditus inter immobilia bona computari, vt constat latissimè ex Tiraquell. lib. 1. retract. §. 1. gloss. 6. per totam, & per Couarr. lib. 3. variar. capit. 7. num. 2. & ex alijs, quos retulimus in capit. de census creatione super alio veteri censu, & inde inferebant eos redditus excusari à satisdatione, sicut bona immobilia, & non posse vendi, neque alienari à minoris pupilli tutore, vel curatore, neque ab administratoribus bonorum Ecclesiæ, vel Reipublicæ sine solemnitatibus in venditionibus cæterorum bonorum immobilium eorum requisitis, vt vtrumque latissimè probant Tiraquell. Couarr. & alij, quod in censu redimibili procedere probant; quia quamuis redimi valeat; dicunt, quòd ex eo nõ definit esse perpetuus ex l. sufficit. ff. de condict. in deb. & denique ita census rebus immobilibus æquiparant, vt inter immobilia bona vere, & in totum connumerari existiment. Quara ione eam sententiam in specie probauerunt Ioan. Fab. in §. fin. prope fin. institut. de duobus reis, & alij per Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 6. num. 3. & §. 18. Sed adhuc contrariam sententiam
22 receptiorem esse constat, ex eo, quòd cùm leges retractum concedentes in rebus verè immobilibus, soli nempe, ius illud cõcedant, non debent, extendi ad bona, quæ verè non sunt immobilia, sed vel pro immobilibus habentur, aut tertiam bonorum speciem constituunt, ex Abbate in cap. nulli. numer. 10. de reb. Eccles. & ex latè traditis per Tiraquell. de retract. l gnag. §. 1. gloss. 6. numer. 3. Pinel. in rubr. C. de bonis maternis 1. part. numer. 24. Mieres de maiorat. 1. part. quæst. 40. num. 13. dicentes post plures, quòd annui redditus non sunt mobilia, vel immobilia bona, sed tertiam bonorum speciem constituunt: vnde in eisdem annuis redditibus retractum sanguinis non admitti dixerunt Palac. Rub. in l. 70. Tauri. numer. 27. & 30. cum alijs, Castel. in l. 74. Tauri, gloss. magna colum. 6. & anteà eleganter Tiraquel. in dicto §. 1. gloss. 6. num. 3. & latissimè Ioan. Matienço in l. 7. tit. 11. lib. 5. nouæ Recopilat. gloss. 1. num. 18. vsque ad n. 23. & nouissimè Ioan. Gutier. in pract. quæst. ad Recopil. lib. quæst. 146. per totam, quod post Cifontaneum in l. 70. Tauri. numer. 25. restringit Mieres in dicta. quæst. 40. num. 12. vt procedat in censibus redimibilibus, quorũ annuos redditus inter verè immobilia bona non connumerari credunt, & ideò retractui non subiacere tenent, existimantes omnia suprædicta procedere in cẽsibus redimibilibus, & idem in censu redimibili dixerunt Couarr. lib. 3. variar. capit. 7. num. 2. & capit. 11. num. 5. versic. *Is profectò*. Gregor. Lup. in l. penult. ritul. 8. part. 5. gloss. magna & plures per Tiraquel. in dicto §. 1. gloss. 6. numer. 15. fin verò census perpetui sint resoluunt Cifontan. in dicta quæst. 25. & Mieres in dicta quæst. 40. num. 12. retractum locum habere, ex Bald. & Matth. de Afflict. quos referunt, & ex eo solo fundamento ducti, quòd ex receptiori sententia Scribentium annui redditus perpetui immobilibus bonis æquiparantur. Quorum resolutio tenenda non est, sed in retractu securè dicendum, idem esse iudicandum in cẽsu perpetuo, quod in redimibili; quia licèt perpetuus magis immobilibus bonis assimiletur, quàm redimibilis, adhuc tamen est dissimilis; & non verè res immobilis soli, vt in eo verificari possint verba, & intentio legum Regni, quæ de retractu meminerunt, formaliter requirentes bona immobilia soli. Vnde eam sententiam etiam in eo censu perpetuo admiserunt contra Cifontaneum, & Pelaez Ioann. Gutier. supra in dicta q. 146. num. 3. ad fin. & Ioann. Matienço in dicto numer. 18. vsque ad 23. nec Couarr. & alij, qui retractum in censu redimibili negauerunt, eũ in perpetuo concessisse visi sunt, sed potiùs dum generaliter in censu loquuntur, in vtroque sunt intelligendi.

23 Decimo verificari potest eã dubitatio, quando censuarius consignatiuus, vel reserua-

tiuus

tiuus vendidit rem sibi datam in censum, vel super qua censum constituit. In qua specie breuiter dicendum est, quòd cùm in eum censuarium vtrumque dominium rei censualis translatum sit, & in consignatiuo censu nunquam id perdiderit, possit tanquam verus dominus liberi disponere dare ipsa censuali, & consequenter sit locus retractui, sicut in aliqua qualibet ordinaria venditione, vt satis notum est.

24 Vndecimò, & finaliter verificari potest eâ dubitatio, quando censuarius redimit cẽsum, & consanguineus vult retrahere redemptionem, dicens locum non habere, sed ipse pro tantundem domino census effici debere. In qua noua dubitatione distinguendum est inter censum redimibilem, & perpetuũ: si enim cum pacto redimendi constitutus sit, & tempore redemptionis oblato pretio consanguineus intentet ius retractus, regulariter dicendum est non admitti, cùm ex actu redemptionis contractus non formetur, sed resoluatur ex sententia Pauli Castrens. in consilio. 74. *In causa mota*, libr. 2. versic. *Excluditur*, dicentis, venditorem, qui ex pacto de restituẽdo rem soluto pretio venditionis redimit eam præferri vicino, aut consanguineo, cui ex forma statuti competit ius retrahendi, & hoc, quia ius retrahendi à principio quæsitum fuit consanguineo sub ea conditione reuenditionis: ideò resolutio iure emptoris resoluitur, & ius consanguinei, ex l. vectigali. ff. de pignorib. l. si ex duobus. §. sed & Marcelus. ff. de indiem adiect. vnde eam sententiam in specie tenet Tiraquel. de retract. lignag. in fine. numer. 118. & elegantiùs id prosequitur de retract. conuentionis. §. 1. glos. 7. ex princip. & per totam: sin verò census perpetuus sit absq; vllo pacto redimẽdi constitutus, & in continẽti redemptio fiat, an ea redemptio sit contractus, vel distractus, dubitauerunt plures ad effectum admittendi, vel excludendi retractum, & aliqui dicebant, verè distractum nõn esse, sed à venditione partes discessisse, dummodò antequàm ad extraneos actus partes diuertissent, distractus fieret, ex l. ab emptione. ff. de pactis, & ex his, quæ latè tradit Tiraquel. de retract. conuent. §. 6. glos. 2. alij verò distractum esse existimauant, & quando ex interuallo redemptio fieret, id securiùs procedere credebant dicentes, quòd cùm debitor annui census ab eius obligatione se liberaret, extinctum, & confusum fuit ius seruitutis soluendi, ex l. si tibi homo. ff. fin. de legat. 1. de cuius quidem dubitationis veritate vide post Tiraquel. suprà eundem in fine retract. lignag. numer. 119. vsque ad numer. 121. & in eodem tractatu. §. 1. glossa 2. numero 38.

# DE CONDITIONE commissi in censu adijcienda, & eius natura, atq; iustitia. Caput XC.

## SVMMARIVM.

*Intellectus ad l. 68. Tauri latè examinatur in numer. 1. & per totum caput.*

*Commissum in censu emphyteotico quãdo admitti possit. n. 2.*

*Commissum quando concedatur in censu consignatiuo perpetuo, vel redimibili. n. 3.*

*Commissum quando admittatur in censu reseruatiuo. n. 4.*

*Pactum legis commissoriæ, qua iustificatione sustineatur. 6.*

*Inopia non soluentis non liberat quem ab obligatione quantitatis. n. 7.*

*Commissum an præsupponat penes concedentem dominium rei concessæ manere. n. 5. & 8.*

*Intellectus Albornoz ad d. l. 68. discutitur, & reijcitur. n. 9.*

*Commissum an procedat in censu testamentario perpetuo, vel redimibili. n. 10.*

*Commissum cessat, si ex consuetudine non vsitatus in quocunque censu. n. 11.*

*Commissum cessat, si dominus census receperit voluntarie pensionem decursam. n. 12.*

## CAPVT XC.

IN materia census sæpissimè dubitatur, an res censualis incidat in commissum, tam ipsius contractus natura, & lege, quàm ex hominum prouidentia & conditione, & tã ex non solutione pensionis per biennium, vel triennium, quàm ex alienatione rei irrequisito domino facta. Cuius dubitationis resolutio pendet ab intellectu l. 68. Tauri, 1 cuius verba sunt hæc: *si alguno pusiere sobre su heredad algun censo con condicion, que si no pagare â ciertos plaços, que caiga la heredad en comisso que se guarde el contrato, y se juzgue por el, pueste que la pena sea grande, y mas de la mitad.* Quæ quidem lex 68. Tauri, quæ habetur in l. 1. tit. 2 15. lib. 5. nou. Recopilat. primò videtur intelligenda, & verificanda in censu verè emphyteotico, & quando datur res in censum cùm refer-

reseruatione directi dominij, & certæ pensionis annuæ. Quo casu verissimum est, quòd tam ex natura contractus emphytheotici cõmissum habet locum, ex l. 2. C. de iure emphytheosis. l. penult. titul. 8. part. 5. quàm ex hominum pactione, & lege, ex hac nostra Taurina constitutione. Et ita eam legem nominatim intellexerunt in censu emphytheotico Ludouicum Mexia in l. Regia Toleti De los terminos in 2. part. fundamento 2. nume. 35. & sequentibus, maximè nume. 43. & in pragmatica taxæ panis conclus. 6. numer. 127. cuius intellectum sequitur Ioann. Gutier. de iurament. confirmat. capit. 31. numer. 10. ad fin. de quo etiam meminit ipse Ioann. Gutierr. in consil. 12. numer. 2. & iterum in pract. quæst. ad Recopilat. lib. 6. quæst. 168. nume. 11. quorum intellectus, quamuis in se verissimus est, cùm in emphytheosi detur propriè commissum, vt vulgaria iura probant, literæ tamen dicta l. 68. conueniens non videtur, dum lex nominatim loquitur in censu, dicens: *si alguno pusiere sobre su heredad algun censo*, & inde in in emphytheosim, non propriè comprehendat, cùm inter se in quàm plurimis hi contractus differant, vt passim ex dictis in hoc opere constat; & quia si velimus eam 68. Tauri intelligere in censu emphytheotico, carebit ratione dubitandi, & decidẽdi, cùm si ex lege & natura contractus emphytheotici commissum detur, vt satis notum est, ex partium conuentione à fortiori admittendam erat: & ideò lex nihil noui decideret, neque vllam decidẽdi, aut dubitandi rationem haberet. Quare, licèt non hac consideratione, eum intellectũ impugnauit Olan. in Anthinom. iuris litera A. numer. 104. & clariùs Ioann. Gutierr. ad leges Recopilat. lib. 2. quæstion. 168. numer. 3. Quorum impugnationi accedat proprietas verborum legis, dum dicit: *Si alguno pusiere sobre su heredad algun censo*: quæ propriè videntur verificari in censu consignatiuo, vt infrà dicendum erit. Sed adhuc ea impugnatione non obstante verius crederem, eum intellectum ad l. 68. Tauri non solum in se verum esse, sed literæ dicta l. germanum, & conuenientem; & in hoc variasse Ioan. Gutier. dum in vna, eademque quæstione, nempe 168. numer. 3. & 11. sibi ipsi aduersatur. Quæ resolutio, & confirmatio prioris intellectus, simulq; satisfacti cõtrariæ obiectionis euidenter constat ex eo quòd verbum, *Censo*, cuius meminit d. l. Tauri non solùm in cõsignatiuo, vel reseruatiuo verificatur, sed emphytheoticum etiã comprehendit, vt nominatim probat text. in l. 28. titul. 8. part. 5. dum dicit, *Contractus emphytheoticus, en latin tanto quiere dezir en romance, como pleyto, o postura, que es fecha sobre cosa rayz, que es dada à censo señalado*: ideò non impropriabitur verbum, *Census*, si in emphytheotico verificatur iterũ verb. d. *Si alguno pusiere sobre su heredad algun censo*, propriùs adaptari possunt ad censum reseruatiuũ, vel emphytheoticum, quam ad cõsignatiuũ, vt infrà dicẽdũ erit; similiter quãuis de iure cõmuni, & Regio, etiam deficiente pactione, ex sola natura contractus emphytheotici cõmissum detur; & inde inferatur deficere rationem decidendi, & dubitandi ad l. 68. ab origine tamẽ considerando verba eiusdem, & mentem eorum, qui eam condiderunt, noua, & eleganti ratione decidendi, & dubitandi, ductos, & coactos fuisse constat. Non enim dubitauerũt nec deciderunt principaliter, quòd conditio commissi admittatur, cùm id de iure communi, & Regio sæpius constitutum esse, sed præcipuè decreuerunt, quòd ea conditio sustineatur quamuis excederet dimidiam, vt constat ex verbis legis, dum dicit, *Que se guarde el contrato, y se juzgue por el, puesto que la pena sea grande, y mas de la mitad*, in quo lex illa singularis est, non solùm in censu, sed in emphytheosi, in cuius contractu, quamuis dubitatum fuit, an cũ rescinderet læsio vltra dimidiã, vel enormissimã, vt infrà dicẽdũ, nõ tñ decisum erat, q̃ iudicandum foret, quãdo deceptio proueniret ex adiectione conditionis cõmissi, vt quia eius pœna excederet dimidiam: vnde dum id decidit dicta l. 68. non solùm nõcaret ratione dubitandi in emphytheosi, sed etiam in eo casu singularis est; & inde intellectus ad eam designatus, quòd scilicet loquatur in emphytheosi, non solum verus, sed germanus est, & propriè assignari potest.

Quod autem diximus, commissum venire ex natura contractus emphytheotici, intelligendum est transacto biennio; quia ante biennium etiamsi nominatim promittatur cum iuramento, non haberet locum, vt quia conditio intra biennium sit contra naturam cõtractus, de quo videndus est Roder. de ann. redditib. libr. 2. quæstion. 22. numer. 18. vsque ad num. 20.

3 Secundo enim modo intelligunt legem illã plures notabiles viri in censu consignatiuo, dum dicit, *si alguno pusiere sobre su heredad algun censo*; quæ verba intelligebant in censu consignatiuo, dicentes in eo sustineri conditionem commissi. Ita probat Ioan. Lup. in dicta l. 68. per totam, Castel. gloss. 1. idem prẽ supponit Anton. Gom. ibidem numer. 2. ad fin. quorum intellectus apertissime videtur probari ex verbis eiusdem legis, dum dicit, *si alguno pusiere sobre su heredad algun censo*,

ver-

verbum enim illud, *Pusiere*, necessariò referendum est ad eum, qui censum imponit super re sua, venditorem nempè cùm venditor, & non emptor sit, qui censum constituit, & imponit; & ideo verba illa, *sobre su heredad*, eodem modo necessario sunt intelligenda, vt referantur ad fundum imponentis censum; quia reguntur à præcedentibus ibi; *Si alguno pusiere* vt sic proprie interpretatis, & intellectis, euidenter probent, legem illam intelligi, & verificari in censu consignatiuo super re propria censuarij constituto. Sed quamuis eum intellectum ad l. 68. prædicti teneant, & ex verbis eius deductum esse censeant, sustineri quidem non potest, imò & sequentibus conuincitur. Primò ex eo, quòd ea conditio commissi, & primæua natura eius pœnæ præsupponit rem ex commisso reuersuram ad eum, à quo fuit profecta, vt probant iura, quæ de commisso meminerunt. Sed in censu consignatiuo res super qua consignatus est, ab emptore non proficiscitur, vt natura commissi requirit, sed nec vllum eius dominium directum, aut vtile, neque vllam naturalem, aut ciuilem possessionem ex eius census creatione consequitur, nec rem emit, sed censum, ius nempe percipiendi pensionem annuam, vnde quamuis eam soluere distulerit, vel recusauerit censuarius per biennium, vel triennium, non admittet ius proprietatis, neque incidet in commissum, sed tanquàm debitor poterit conueniri, & bona censualia iudicialiter capi, atque retineri, vt satis notum est, & diximus in capit. an in censu consignatiuo formetur vera emptio & venditio, & dicendũ est in capit. de censuum hypothecis. Iterum, & tertio fortificatur hæc impugnatio ex eo, quòd si pœna commissi admittatur, sæpissimè contingeret, rem censualem magni valoris pro modico pretio census à censuario inuito posse abdicari, & auferri: & inde tam in creatione, quàm in resolutione census per conditionem commissi iniustitia, & fraus, & dolus versaretur, & census inde sustineri nequiret. Ita pro ratione tradiderunt Medina in C. de restitutione. cap. de censu redimibili fol. 181. col. 2. 3. & 4. & latè Mexia super l. Regia Toleti, *De los terminos*, in 2. fundamento. 2. part. numer. 38. & sequentib. & eum intellectum impugnauerunt ẽmnes, qui suprà, & infrà intelligunt l. 68. in censu emphyteotico & reseruatiuo. Quæ sententia & resolutio securè procedit, & verissima est in censu consignatiuo redimibili ad rationem quatuordecim pro vno constituto: quia in eo censu præter fundamenta suprà adducta, id ex eo fortissimè suadetur, quòd cùm pretiũ huiusmodi census indiuiduum sit, & legale, nullam habens latitudinem iustitiæ, sed in puncto indiuisibili consistens, non solùm directè minui non potest, sed nec indirecto, & simulato modo per eam conditionem commissi adiectionem, quę sicut quælibet qualia vulgariter pretium minuit, ex l. fundi partem. ff. de contrahend. empt. & eorum, quæ scripsimus in capit. de quantitate pretij census ex solutione, euidenterque constat ex adductis in capite de conditione non alienandi, & de conditione retractus, & quidem hæc resolutio verior est in conditione commissi, quæ (vt omnes passim fatentur) rigurosa nimis est. Iubaturq; ex proprio motu Pij V. super forma creandi census, dum in his censibus consignatiuis redimibilibus impugnat pactum cõtinens morosum census debitorem ad pœnam aliquam teneri. Qui quidem proprius motus in hoc non suspenditur per supplicationem Regni ab eodem proprio motu interpositam, cuius supplicationis meminit vulgare caput in Curijs Matriti cõditũ: quia ea supplicatio (vt in dicto capit. constat) tantùm fuit interposita ab his, quæ nouiter in eodem proprio motu circa traditionem pretij in pecunia numerata, & in actu celebrationis instrumenti constituta fuerunt. Non tamen ab his, quæ de inre cõmuni nulli dubitationi subiacebant, vt magis ad lõgum explicuimus circa intellectum eius proprij motus in capitibus præcedẽtibus: vnde in conditionibus contra naturam, substantiam, vel iustitiam census, vt est conditio cõmissi; nec supplicatum fuit à Proprio motu, nec supplicari potuit. Quare nostram sententiam vrgenter confirmat: & ideò (licèt non his fundamentis) eam securè tenuerunt dicentes l. 68. non posse intelligi in eo censu consignatiuo redimibili Couarr. lib. 3. variar. capit. 7. num. 1. Olan. in Anthinom. litera A. numer. 104. vsque ad numer. 110. Oroze. in l. iuris gentium. §. quin imo. numer. 49. ff. de pactis, Ioan. Matienço in l. 1. titul. 15. libr. 5. nou. Recopilat. gloss. 2. in fin. Ioan. Gutier. de iuram. confirm. capit. 31. numer. 10. & nouissimè in practicis quæst. ad Recopilat. in lib. 2. quæst. 168. num. 2. & 10. & hæc est verissima resolutio, non obstantibus verbis dictæ l. 68. quæ propriùs verificantur in censu reseruatiuo, quàm in consignatiuo, vt infrà in casu sequenti dicendum erit: & idem post Felicin. & alios resoluit Roderic. libr. 2. quæst. 1. numer. 29. versic. 15. & lib. 2. quæst. 1. num. 77. vsque ad fin. vbi resoluit, quòd l. 68. in hoc recessit ab vsu.

Ea tamen resolutio, & sententia restringẽda videtur in eo, vt scilicet res censualis incidat

dat in commissum pro quantitate pretij creationis census quoad hunc effectum, vt ex pretio eiusdem rei, quæ incidit in commissum, census emptor sortem consequatur, & residuum pretij rei censuario restituat. Ita cõstat iudicatum fuisse in Concilio Neapolitano teste Afflicto decis. 80. per totam; & idem in effectu resoluit Nauarr. in Manuali capit. 28. in additione ad cap. 23. num. 68. dicens, quòd ex l. Nauarræ pœna commissi sustinetur ad effectum vendendi fundum censualem, vt ex pretio redditus, & sortem emptor consequatur. Quem in hoc refert, & sequi videtur Gutier. de iurament. confirmat. in dicto cap. 31. numer. 11. Eam tamen decisionem Matthei de Afflict. quamuis fateamur intelligendam esse in censu consignatiuo pecunia empto, contra Couarr. lib. 3. variar. capit. 7. numer. 1. ad fin. qui eam intelligit in reseruatiuo; negari tamen non potest, quin sit restringenda, & verificanda in censu consignatiuo perpetuo irredimibili, maiori præiudicio, quam ad rationem viginti pro vno constituto. Qui quidem census cùm admittat conditiones venditori præiudiciales, & pretium minuentes, quæ in redimibili sustineri nequeunt, mirum nõ est, si eam commissi, quæ virtualiter obligat debitorem census ad eius redemptionem, ex opinione Afflicti legitimè admittat. Sin verò census perpetuus non sit, sed redimibilis cõsignatiuus, non procedet consilij Neapolitani decisio: quia cùm per eam conditionem commissi, etiamsi respectu quantitatis pretij census sustineatur, ad veram redemptionem eius sit deuentum, iniusta omnino redderetur, vt quia libertatem censuarij quandocunque redimere censum valentis impediret, ex qua libertate contractus iustificatur, & Pontifices eum permisserunt, vt late dicendum erit in cap. de census redemptione. Quæ noua resolutio, & iustitiæ summè conueniens est.

Et adhunc sensum sunt reducenda, quæ ante traduntur à Roderico lib. 2. quæst. 2. per totam; quæ aliter in censu consignatiuo procedere non possunt.

4 Tertiò, & principaliter dicta l. 68. potest verificari, & propriùs intelligi in censu reseruatiuo, vt quãdo tibi dedi fundum in censum cum reseruatione pensionis annuæ, & conditione expressa commissi. In qua specie videbatur dicendum non sustineri conditionem; ex receptissima omnium sententia dicentium quòd censuarius non incidit in commissum, quantumcunque distulerit, vel recusauerit soluere pensionem; sed ad eius solutionem præteritæ, vel futuræ cõpelli potest, ex glossa notanda, & communiter recepta in capit. constitutus, verb. *Iuxta ratam*, in versic. *Vnde quantocunque*, de religios. domib. quam sequũtur dicentes notabilem Fr. Dominic. Sot. lib. 6. de iust. & iur. quæst. 5. artic. 1. pag. 551. col. 1. Iass. in l. 2. numer. 41. & in l. fin. numer. 48. C. de iur. emphyt. Anton. Gom. in dicta l. 68. num. 3. Oroz. c. in l. iuris gentium. §. quinimo. numer. 48. ff. de pactis, D. Anton. de Padilla in l. 3. numer. 12. C. de seruitutibus & aqua, Couarr. in dicto lib. 3. variar. capit. 7. colum. 2. ad fin. & colum. 3. & post Fabr. & alios Ioan. Matienço in l. 1. tit. 15. lib. 5. nou. Recop. glos. 2. numer. 1. & prætereos post Burs. Ruin. Aymon. Purpurat. & alios id resoluit Bornin. Cauales. in decis. 43. nu. 54. tradit; Anton. Nata consil. 3. nume. 1. & 2. volum. 1. Caualin. in milleloquio 178. & 814. Rodoan. de rebus Eccles. rubr. 16. Quæ sententia verissima est contra Bald. consil. 177. volum. 3. malè prædictam glossam impugnantem: ergo si censuarius non cadit in commissum, conditio commissi in censu reseruatiuo adiecta sustineri

5 non potest. Quod iterum suadetur ex eo, quòd commissum præsupponat directum dominium penes concedentem manere, & in censuarium vtrumque transferatur, vt sæpiùs dictum est, meritò conditio commissi non poterit conuertere contractum censualem in emphytheoticum, sicut quando datur res in emphytheosim cum translatione vtriusque dominij, totiusque iuris concedentis: quia quamuis in scriptura nuncupetur contractus emphytheoticus, verè quidem censualis erit, cùm si dominium transferatur in censuarium, partes efficere non possunt, quòd desinat esse contractus censualis, etiamsi nulla census, sed emphytheosis in scriptura eius contractus fiat mẽtio, vt notãter aduertit Ioan. de Imola in capit. ad audientiam de rebus Eccles. cuius dictum sequitur ibi Barbac. notab. 3. Alexãd. consil. 14. lib. 2. Decius consil. 164. Paris. cõs. 84. nu. 9. lib. 4. Belon. cons. 21. Rebuf. 2. tomo controuers. titul. de constit. redditus gloss. 17. n. 22. & Iass. in l. 1. nu. 28. C. de iure emphyt. vnde conditio commissi in censu reseruatiuo perpetuo adiecta, cùm præsupponat manere dominium directum penes concedente sustineri non potest.

Adhuc tamen attenta dicta l. 68. Tauri cõtrariam sentẽtiã veriorem credit Couar. in lib. 3. variar. c. 7. n. 1. versic. *Solet tamen apponi*, dicens, quòd forensis vsus apud suprema Regia

6 tribunalia eam legem, & pactionem commissi tantùm admittit in censu reseruatiuo perpetuo. Quod in effectu tenet Oroz. in l. iuris gentium. §. quinimo. numer. 49. ff. de pactis,

& in l. de quibus num. 25. ff. de legibus, Olan. in Anthinom. iuris litera A. numer. 97. & licèt consuluerit ita resoluit Gutierr. de iuram. cõfirmat. cap. 31. num. 11. & melius Valascus de iure emphyt. quæst. 50. numer. 31. Ioan. Matiençio in l. 1. tit. 15. lib. 5. nou. Recopilat. glos. 2. numer. 3. dicentes, quòd dicta l. 68. intelligi non potest in censu consignatiuo perpetuo.

Quorum intellectus non solùm non impugnatur ex verbis eiusdem l. dum dicit, *si alguno pusiere sobre su heredad algun censo*: quæ videbantur verificanda in censu consignatiuo, ex verbo, *Pusiere sobre su heredad*, sed potiùs ex eisdem euidenter confirmatur; quia verbum, *Pusiere*, licèt ad imponentem, nempe census referri valeat; & similiter verbum, *Sobre su heredad*, ad ipsius imponentis fundum referatur, etiam imò, & propriùs ea verba comprehendunt censum reseruatiuum: quia sicut census consignatiuus imponitur, & consignatur à venditore super eius fundo, eodem modo reseruatiuus dicitur impositus, & consignatus a domino fundi super eo fundo, cùm fundum concesserit cum reseruatione pensionis, & similiter sicut fundus, super quo census consignatur, proprius est venditoris tempore creationis census, vt in eo verificentur verba legis ibi, *Sobre su heredad*; ita fundus, ex quo census reseruatur, proprius est reseruantis pensionem, tempore concessionis eius, vt sub eis verbis, *Sobre su heredad*, propriè comprehendantur; & denique prædicta verba, *si alguno pusiere sobre su heredad algun censo*, ad concedentem rem cum reseruatione pensionis, qui verè super re propria censum imposuisse dicitur, referri valent, & debent; vt inde intellectus Couarruuiæ, & cæterorum interpretum sustineatur, & verus sit. Qui quidem confirmatur ex eo, quia cùm res, quæ datur in censum reseruatiuum propria sit concedentis eam, iustè in eius alienatione concedens adijcere potest conditionem commissi, quæ in censu reseruatiuo adiecta, cùm principaliter operetur resolutionem contractus censualis, eum ad priorem statum reducens, ac si non contraheretur, mirum non est, si pro iniusta non habeatur, sed omnino seruanda sit, quamuis dimidiam excedat, vt in 2. part. huius legis in cap. sequenti dicendum erit.

Nec obstabit, si aduersus hunc verissimum intellectum quis obiecerit, dicens, quòd ea conditio commissi in censu reseruatiuo adiecta tapit pactum. l. commissoriæ, cùm in his censibus formetur quædam hypotheca legalis, & quòd inde iniusta sit, ex l. 1. & fin. C. de pactis pignorum, capit. significante de pignoribus. l. 41. titul. 15. part. 5. quia facilè respondetur, quòd quamuis in his censuum contractibus hypothecaria legalis contrahatur in fauorem concedentis rem in censum; respectu tamen censuarij vera alienatio vtriusque dominij eiusdem rei censualis formatur, vt sæpissime dictum est: vnde in censu non propria datur pactum legis commissariæ; neque prædicta iura procedunt, quæ tantùm militant in contractu pignoris, & non quando nullo pignore constituto id pactum legis commissoriæ adijcitur, vt ex eisdem legibus probatur, & ex l. fin. ff. de contrahend. empt. & post alios aduertit Greg. in l. 41. glos. verb. *A peños* tit. 5. part. 5.

7 Minus etiam obstauit inopia censuarij non soluentis, quia obligatio quantitatis, quæ perire non potest in l. incendium. C. si cert. petat. non excusat propter inopiam. l. continuus. §. illud de verb. glos. in l. si vehemda. §. idem iuris. ff. ad l. Rhodiam de iactu, Bart. numer. 14. in l. quod te mihi. ff. si cert. petat. l. 37. titul. 11. part. 5. verb. *Por embargo*, de quo Paris. consil. 100. lib. 1. Roman. consil. 435.

8 Tertiò & finaliter minus obstat dicere, quod commissum præsupponit directum dominium penes concedentem manere, & quòd ideò non debet admitti in censu reseruatiuo, ex quo vtrumque transfertur in censuario, neque in alieri præter emphytheoticum: Quid huic fortissimæ obiectioni facilè respondetur, verissimum esse, commissum præsupponere directum dominium manere penes concedentem, & vtile cum eo consolidetur ex non solutione pensionis: sed hoc quidem restringendum, quando ex sola natura contractus (vt quia emphytheoticus est) absque hominum pactione commissum prætenditur: quia tunc in recognitionem directi dominij lex ipsa commissum admisit; & ideò extra casum, quo dominium remanet penes concedẽtem ea commissi pœna non datur. Sin verò actum non sit de commisso legali, sed ex hominum lege, & pactione inducto; vt quia in censu reseruatiuo eius commissi conditio adiecta sit, quamuis penes concedentem rem in censum, nullum remanserit dominium, sed vtrumque in censuarium transferatur, cùm tamen non ex cõmisso legali, nec ex cognitione directi dominij, sed ex lege, & cõditione cõtractus rem in commissum incidisse prætẽdatur, nõ obstãte prædicta obiectione

commissum cõuentionale admittendum est, quod ad l. 68. Tauri summè notandum, & conducibile videtur. Est tamen breuiter aduertendum, quòd hîc intellectus Couarr. & aliorum, atque omnia in eius confirmationem adducta, intelligenda sunt in censu reseruatiuo perpetuo irredimibili, & non in eo, qui redimi potest, ex resolutione, quam tradidimus in casu præcedenti circà conditionem commissi in censu consignatiuo perpetuo adiecta.

9 Quartus intellectus ad l. 68. Tauri traditur per Barrholom. de Albornoz subtilis quidem ingenij in libr. 3. de arte contractuum titul. 2. *Del censo al quitar*, doctrina. 3. dicentem. l. 68. iustam esse, ex eo quòd is contractus census redimibilis habet, & habere intelligatur ex sui natura pactum de retrouendendo, quòd præcesserit pœnam, ita vt dominus census videatur emere rem censualem cum pacto de retrouendendo, quo stante & dominum census interim dum redimitur, verum rei censualis dominum esse credit, & iustè pœnam commissi sustineri posse existimat. Cuius subtilis Doctoris intellectus præterquam quòd diuinatorius est, & nullo modo ad l. Tauri adaptari potest, fortiter impugnatur ab Olano in Anthinom. litera A. numer. 105. & pluribus modis eum impugnat Ioan. Gutier. ad leges Recopilat. libr. 2. quæst. 168. numer. 4. vsque ad fin. quæstionis, & forticis conuincitur ex his, quę supra diximus circa verum intellectum d. l. 68. Vnde verissimum est, quòd lex illa loquitur in censu emphytheotico, vel reseruatiuo perpetuo, aut forsam in consignatiuo irredimibili. vt in casibus præcedentibus euidenter probauimus.

10 Et ita in censu testamentario emphytheotico reseruatiuo, vel consignatiuo, quamuis legale commissum non detur, ex Alberic. in l. 2. C. de iur. emphyt. vbi Ias. num. 48. Foller. in gl. of. censual in. 91. tamen ex pacto & prouidentia contrahentium rectè dabitur, imò & à fortiori admittetur in casibus, quos suprà retulimus.

11 Si tamen similes pactiones commissi per non vsum in desuetudinem abierunt, vt quia ex consuetudine recepta non vsitantur, nec obseruantur, existimat Couarr. libr. 3. variar. capit. 7. numer. 1. prope finem non admitti dispositionem dictæ l. 68. Quod in alijs censibus (præter emphytheosim) conducibile est, in quibus raro, vel nunquam eam vidimus obseruari, quamuis fateamur, difficilem esse probationem consuetudinis contrariæ.

12 Alio etiam vulgari modo excusatur pœnâ commissi, scilicet quando dominus census post impleram caducitatem voluntariè recepit pensionem, vt alibi ad longum dicẽdum erit.

Quomodò tamen intelligenda sint verbâ d. l. 68. ibi. *Aunque la pena sea grande, y mas de la meitad*, nouiter videndum erit in cap. sequenti.

# AN POENA COMMISSI admittatur in censu, si excedat dimidiam, & intellectus ad l. 68. Tauri. Cap. XCI.

## SVMMARIVM.

*Commissum an commmittatur, & quis in illud incurrat per solam caducitatem absque vlla sententia declaratoria, & intellectus ad l. 68. Tauri. n. 1.*

*Contractus conditionalis an resoluatur, adueniente conditione, vel non adimplente vno ex contrahentibus. n. 2.*

*Census redimibilis contractus purus est, licèt habeat pactum redimendi. n. 3.*

*Læsio vltra dimidiam quando habeat locum, & considerari possit in emphytheosi, vel censu. num. 4.*

*Expensas in rebus emphytheoticis, vel censualibus factas, quando repetere possint emphytheota, vel cessionarius, si res ab eisdem abditatur per conditionem commissi. numer. 5.*

*Expensæ quoties debentur, an possint recuperari absque fructuum compensatione. numero. 6.*

*Retentio rei an detur pro expensis in ea factis, & transeat in successorem. n. 7.*

*Creditores quando præferantur domino census, vel è conuerso ipse creditoribus in re censuali. num. 8.*

*Resoluto iure ignorantis resolnitur totum ius accipientis. n. 9.*

Caput

## CAPVT XCI.

IN capite præcedenti explicuimus, quando in censu admittatur pœna, & conditio commissi, & egimus de intellectu & iustitia l. 68. Tauri; sed quia præcipua dubitandi, & decidendi ratio eiusdem legis non consistit in eo, quòd in censu admittatur pœna commissi, cùm id anteà decisum esset, ex iuris principijs, & receptis sententijs, & in vtraque specie census (vt diximus in capit. præcedenti) sed in eo principaliter fundetur, quòd si excedat dimidiam, videtur iniusta nimis, & riguroſa, & nihilominus lex eam approbat, dum dicit, *Puesto que la pena sea grande, y mas de la meitad*, necessarium existimauimus ab origine examinare, & intelligere obscura & difficilima verba, quæ deceptionem, quantumcunque maxima sit, & dimidiam excedat, excludunt, quæ ab interpretibus tam exteris, quàm nostratibus nunquam intellecta fuerunt, decidit enim lex, *Quòd conditio commissi admittatur in censu, quamuis pœna maxima sit, & dimidiam excedat.* Vnde verba eiusdem ibi, *Puesto que la pena sea grande, y mas de la meitad*, videntur verificanda, quando ex non solutione præteritæ pensionis, eius nempe, cuius sors dimidiam rei censualis non attingit, res ipsa censualis magni valoris, & vtilitatis à censuario abdicatur: quia in eius abdicatione ex pœna commissi considerari potest maxima læsio etiam dimidiam excedens: qua læsione sit considerata in persona censuarij, ex l. nostra non obstabit quominus dominus census virtute conditionis commissi, quæ contractum resoluit, & extinguit, per eius contractus resolutionem rem censualem consequatur, ipsaque incidat in commissum, & hoc ad similitudinem contractus emphyteotici, qui ex legali conditione commissi, eo quòd est resolutiua contractus, per solam declarationem caducitatis à domino factam extinguitur, & resoluitur, ex Bart. in l. 2. numer. 2. C. de iure emphyt. communiter recepto per Paris. cons. 108. numer. 33. libr. 1. Cepol. consil. ciuili. 25. num. 2. Curt. Iunior consil. 149. num. 3. post Ias. in d. l. 2. numer. 10. etiam nulla secuta sententia, sed ipso iure, propter tacitam conditionem eius contractus, qui sub ea resolutione contrahitur. Ita resoluunt Ant. de Butrio in cap. potuit de locato, quem refert, & sequitur Ias. in d. l. 2. numer. 12. & Ruin. consil. 153. numer. 6. libr. 1. & consil. 57. numer. 2. libr. 4. Corneus consil. 155. libr. 2. Alexandr. consil. 6. numer. 22. libr. 3. Decius consil. 146. numer. 9. Cepola in dicto consil. 25. numer. 3. & 6. Ex qua resolutione proprie infertur ad nostrum contractum census reseruatiui perpetui, in quo, (vt diximus in cap. præcedenti) propriè debet intelligi & verificari l. 68. vt ideò conditio commissi in eo contractu adiecta sustineatur. Quia cũ ex conditione commissi resoluatur contractus, & in resolutione non verè dissensus, & distractus, sed resolutio prioris contractus ex natura conditionis in eo adiectæ formetur, dicendum potius est, priorem contractum reduci ad non esse, vt inde in resolutione læsio non consideretur, quàm quòd resolutio sit verè distractus, vt in ea conditione commissi ex læsione irritetur. Et hæc est originaria, & verissima (quamuis noua) ratio decidendi ad eam legem.

2 Et ratio huius rationis vrgentissimà est, quia si à principio contractus censualis sub ea formali conditione commissi initus fuit, & propter eam exigua, & minima pensio ex re magni valoris, & vberrimorum fructuum reseruatur, atque ex non implemento conditionis soluendi pensionem per biennium, vel triennium, sponte censuarius resolutioni contractus consensit, resque censualis per caducitatem ad concedentem, à quo profecta fuit, reuertitur, non solum durum non est sustineri in eo censu conditionem illam commissi, sed potius rationi conueniens, & totius iuris dispositionibus satis consonum, tam ex iuribus, quæ probant pacta seruari, quàm ex toto titulo de conditione ob causam, & de conditione causa data, & ex regula l. ex placito. C. de rerum permut. l. fin. titul. 6. part. 5. atque simul ex constitutionibus, quæ de resolutione contractus ex hominum pactione & lege meminerunt. Quæ quidem iura, & constitutiones à fortiori hodie seruabuntur, ex l. 2. titul. 16. libr. 5. nouæ Recopilat. quæ iubet, qualiacunque pacta seruari, & ita contractus conditionalis resoluitur ex voluntate vnius ex contrahentibus, quando alter conditionem noluit, vel distulit adimplere, ex Gregor. in l. 3. titul. 6. part. 5. gloss. fin. in fine, & post Padillam & alios resoluit Ioan. Matienço in d. l. 2. gloss. 2. numer. 5. & 6. cùm igitur contractus census reseruatiui perpetui ex conditione commissi resoluatur absque vllo nouo distractu, mirum non est, si in resolutione læsio (quantumcunque maxima sit, & dimidiam excedat) non consideretur, vt ingeniosè, & latissimè d. l. 68. constituit. Certissimum enim 3 est, quòd hic contractus census reseruatiui

ab initio purus fuit, & vtrumque dominium in censuarium translatum, sed notissimum est, quòd ex conditione commissi resoluitur ad similitudinem census consignatiui redimibilis, cuius contractus quamuis ex facultate redimendi quandocunque valeat, & conditionem resolutiuam conuentionis contineat, adhuc tamen purus est subea resolutiua conditione initus, vt resoluunt Bertrand. consil. 45. libr. 1. Tiraquel. de retract. conuentionali. §. 6. gloss. 2. numer. 19. & §. 2. gloss. 1. numer. 34. cum alijs, & ita vterque contractus reseruatius ex conditione commissi, & consignatiuus ex parte redimendi adueniente conditione resoluitur, & extinguitur, ex reg. l. si quis hac. ff. de rei vendicat. l. fin. ff. de l. commissaria. l. commissariæ. C. de pactis inter emptorem & venditorem. gloss. & Doctores in l. traditionibus. C. de pactis, & per Alexandr. consil. 10. libr. 1. Corneus consil. 96. ad fin. libr. 1. & consil. 102. libr. 2. Iaf. in l. ab emptione. numer. 16. & 17. ff. de pactis, Tiraquel. de retract. conuentionali. §. 1. gloss. 7. numer. 3. cum alijs, vbi numer. 15. id eleganter ampliat ad omnes contractus eam conditionem resolutiuam habentes: ergo si contractus census reseruatiui perpetui, seu alij, in quibus procedit l. 68. quorum meminimus in cap. præcedenti, ex natura conditionis commissi resoluuntur non ex post facto per distractum, sed ab initio prioris contractus, ex vi iustæ pactionis expressæ, non est habenda consideratio ad læsionem, quæ contra censuarium contingit; ex resolutione contractus per conditionem commissi inducta, sed inuiolabiliter conditio seruanda est, quantumcunque pœna commissi maxima sit, & dimidiam excedat, vt eleganter constituit dicta l. 68. cuius hæc fuit originaria, & vera ratio decidendi à me nouiter pensitata, dum dicit, *Que se guarde el contrato, y se juzgue por el, puesto que la pena sea grande, y mas de la meitad.* Cui verissimo intellectui accedat nona consideratio verborum ibi, *Puesto que la pena sea grande*, ex quibus senserunt conditores, quòd in resolutione contractus censualis per conditionem commissi non datur læsio, sed pœnæ incursio, cuius magnitudo non est consideranda, cùm omnes contractus de se liciti (quantumcunque pœna maxima sit) eam admittant.

Ex qua notanda resolutione, & intellectu ad dictam l. 68. infertur ad receptam sententiam dicentium, quòd remedium l. 2. C. de rescind. vendit. non habet locum in censu, vel emphytheosi, attenta prædicta lege Regni, vt resoluunt Pinel. in l. 2. C. de rescind. vend. 1. part. cap. 3. numer. 37. Matienço qui plures refert in l. 1. titul. 11. libr. 5. nouæ Recopil. gloss. 8. numer. 7. & in l. 1. titul. 15. libr. 5. eiusdem Recopilar. gloss. fin. Ant. Gom. in d. l. 68. vt ea scribentium communis sententia non sit, generaliter intelligenda in censu, vel emphytheosi, sed in eo tantùm casu, in quo læsio, quæ prætenditur, prouenit ex pœna conditionis commissi. Quia cùm ea læsio, & pœna non sit in consideratione ex natura resolutionis contractus, quæ ineſt creationi, & ipso momento producitur, vt suprà dictum est, quantumcunque maxima sit, & dimidiam excedat, in eo contractu sustinebitur: sin verò in censu, vel emphytheosi læsio contingat, non ex pœna, & conditione commissi, sed ex pretij creationis census, & emphytheosis modicitate proueniens, vel ex alia causa, quibus ad inuicem contrahentes se decipere solent deducta, securè crederem, communem resolutionem, & intellectum suprà dictorum ad eam l. 68. procedere non posse, nec dispositionem eius extendi vltra lęsionę, quæ resultat ex pœna commissi, sed in alijs deceptionibus pretij creationis, vti posse quę quam remedio d. l. 2. & in his pretij deceptionibus post eam l. 68. adhuc intactam manere communeni sententiam dicentium in censu, vel emphytheosi admitti remedium læsionis vltra dimidiam, vt de iure communi resoluũt Bald. in l. 2. numer. 6. in fine. Salicet. numer. 8. Paul. Castrens. numer. 14. Panorm. in cap. cum causa. numer. 8. de empt. & vendit. Roman. in l. si quis cum aliter. numer. 19. ff. de verbor. Rebuf. in 2. tom. titul. de rescis. contractus art. vnico, gloss. 115. numer. 112. Ant. Gom. in d. l. 68. numer. 4. ad fin. Anton. de Padilla dicens communem in dicta l. 2. C. de rescind. numer. 28. vbi Pinel. in 1. part. cap. 3. numer. 37. cùm enim communis, & recepta sententia sit, quòd in censu, vel emphytheosi procedit remedium læsionis vltra dimidiam, vt omnes suprà relati probant, & nos ad longum scripsimus in peculiari capit. huius tractatus ad eam l. 2. C. de rescind. dici non potest, quòd l. 68. Tauri, quæ nuncupatim excludit læsionem prouenientem ex pœna commissi, similiter excludat eam, quæ ex pretij creationis modicitate, aut deceptione contingit, cũ inter eas deceptionis spacies lõgè diuersa ratio versetur, sed potiùs dicendũ est, eam legẽ ad casum, in quo loquitur; esse restringendã, & cõmunem opinionem Bald. & cæterorum, generaliter in cẽsu, vel emphytheosi esse intelligendam.

Ego

5 Ego tamen licèt fatear, prædictum intellectum nouum ad eam l. 68. verisimum esse, etiam considerabam, quòd verba dictæ l. 68. ibi, *Pues lo que la pena sea grande y mas de la meitad*, poterant verificari in læsione census, vel emphytheosis, quæ proueniret ex pœna commissi, quando censuarius, vel emphytheota in re censuali, vel emphytheotica plurimum expenderet, & ex melioramentis pretium eiusdem rei duplicatur, vel triplicatur, & fructus ex ea prouenientes crescunt, & opulentiores effecti sunt. In qua casus specie, qui frequenter contingibilis est, dubitari potest, an si dominus contra censuarium agat ex l. commissi ad vindicandam rem censualem, vel in emphytheosim concessam, obstet eidem remedium enormissimę læsionis, dicens, eam exceptionem impedire caducitatem; vel an ad recuperandas expensas sufficiens sit ea læsio, etiam non obstante conditione commissi. Et quantum ad impediendam caducitatem crederem non sufficere læsionem, quantumcunque maxima sit, & dimidiam excedat, cùm vt prædiximus, resolutio contractus censualis per eam conditionem commissi à principio creationis eius ex hominum lege, & pactione inducta sit; & ideò ea conditione commissi verificata, repetitionis expensarum ius, quod distinctum est, illæsum manere videatur, secundum ea, quæ infrà dicenda sunt. Ad quem casum non impropriè adaptari potest dicta l. 68. Quantùm verò ad recuperandas expensas in re censuali, vel emphytheotica factas, an sit locus earum repetitioni, quando ex l. commissi res abdicatur, & contractus resoluitur, est elegantis, & nouæ dubitationis, inqua dicendum videbatur nihil impedire eam conditionem commissi, quominus censuarius à domino propter eam conditionem rem vendicante integram melliorationum expensarum, quantitatem recuperet. Quia respectu emphytheotæ, quamuis eidem obstet regula, quòd ędificans in re aliena amittat ędificiorum æstimationem, ex §. cum autem cum vulgatis instit. de rer. diuis. & tamen procedit in æstimatione eorum ędificiorum, quæ si erent in rebus prorsus alienis. Ex quo non benè adaptatur ad emphytheotam expendentem, & dominium saltem vtile habentem, qui expensas vbique recuperat, vt ex infra dicendis constabit, & alibi ad longum dicendum erit. Iterum etiam in vtroque contractu, tam emphytheotico, quàm censuali, hæc pars ex eo suadetur: quia regulariter receptum habemus omni casu soluendam esse æstimationem expensarum & melioratiõnum expendenti eas, vt in emphytheosi probat text. in l. iubemus nulli. §. sane. C. de sacrosanct. eccles. vbi Bart. & ad idem est text. in l. Senatus. §. Marcellus delegat. 1. vbi Bald. & Angel. & eam sententiam dicit communem Decius in cons. 518. colum. 2. Iaf. in l. 2. numer. 28. C. de iure emphytheot. & in l. 1. numer. 26. eod. titul. Paris. consil. 55 numer. 23. libr. 3. Roland. à Valle consil. 28. numer. 16. libr. 1. Iul. Clar. libr. 4. recept. sent. §. emphytheosis. quæst. 45. per totam, Valasc. de iur. emphyt. quæst. 25. numer. 6. Vnde in terminis d. l. 68. dicendum videtur, quòd quamuis ex l. commissi res censualis, vel emphytheotica à censuario sit auferenda, expensæ tamen eidem restitui debeant.

6 Imò & ipse censuarius absque vlla fructuum compensatione recuperabit eas expensas, ex Acursij sententia in l. emptor, verb. superfluum. ff. de rei vendicat. & resoluunt Crot. in l. frater à fratre. numer. 124. ff. de condict. in deb. Couarr. libr. 1. variar. capit. 8. numer. 4. Gregor. Lupus in l. 41. gloss. magna post med. titul. 28. part. 3. Menchaca de success. creat. §. 5. numer. 13. Anton. Gom. in l. 46. Tauri. numer. 3. Pinel. in l. 2. C. de rescind. 2. part. cap. 4. numer. 62. Molina lib. 1. de Hispan. primogen. cap. 26. numer. 14. Si enim expensæ soluendæ sunt absque vlla fructuum compensatione, idem in censu dicendum erit, quando ex l. 68. res censualis inciderit in commissum, maximè ex alia communi sententia, qua constituitur pro expensis recuperandis posse quem iure retentionis, donec integrè sibi prestentur, ex l. si in area. ff. de condict. in deb. l. 41. titul. 28. part. 3. vbi Gregor. verb. *Entregado*, Anton. de Fano de pignorib. 4. membro. 5. partis numer. 8. post Capram consil. 55. *Punctus*, colum. 2. versic. *Circa quartum*, & in fortioribus terminis probatur in l. exceptionem. §. 1. ff. de condict. in deb. & tradit Valasc. de iur. emphytheot. quæst. 25.
7 numer. 25. in fine. Imo & hoc ius retentionis propter expensas transit in singularé successorem, ex l. hoc iudicium. §. impendia, versic. *Sed & his*. ff. de eo quod certo loco, quem text. ad hoc commendat Montalb. in l. 1. verb. *Su parte de la costa*, titul. 4. libr. 3. fori, Fanus de pignorib. 4. part. membr. 5. numer. 23. Boer. decis. 44. *Præsuppono*, numer. 14. vers. Et idem in successore, & numer. 18. Ex quo mirum non est, si conditio commissi impediat repetitionem expensarum, quę iure iustificatur.

Econuersò tamẽ, scilicet, qnòd ex l. 68. res

incidat in commissum absque vlla recuperatione expensarum, tenendum videtur ex eo, quia cum ex vi conditionis, & culpa censuarij nolentis soluere pensionem, vel soluere differentis per biennium, vel triennium commissum verificetur, censuario subueniendum non est repetitione expensarum, sed in totum res ab eo abdicatur, & contractus omninò resoluitur. ex l. 2. C. de iure emphyt. ibi, *Nulla ei in posterum allegatione nomine meliorationis, vel eorum, quæ empone mata dicuntur*, per quem text. ita tenet Iaſ. ibi. numer. 27. [redacted]. in Consuetud. Paris. §. 1. gloss. 5. num. 98. cum præcedentib. Pinel. in l. 1. C. de bon. matern. 2. part. numer. 71. versic. *Quibus in locis*; si enim repetitio expensarum impediret effectum conditionis commissi, fere nunquam procederet dispositio l. 68. cùm passim censuarij plurimum expendant in rebus censualibus, imò & resolutio contractus censualis, quæ resultat ex non implemento conditionis soluendi, sublata, & inutilis censeretur. Quod absurdum magnum esset, & contra naturam resolutionis contractus, atque conditionis commissi. Vnde (licet nouiter) crederem, quòd in hac specie verificantur propriè verba dictæ l. 68. ibi, *Pueſto que la pena ſea grande y mas de la meitad*, vt probent, quòd quamuis læsio vltra dimidiam resultet ex ea conditione commissi in resolutione contractus circa repetitionem expensarum, nihilominus conditio sustineatur. Quæ noua (licèt vera) sententia retenta, non obstant fundamenta contraria de repetitione expensarum; quia regulariter vera sunt, sed in resolutione contractus ex conditione commissi non procedunt, vt ex d. l. 68. euidenter constat, & ex verbis d. l. 2. C. de iur. emphyt. probatur.

8 Ex qua noua interpretatione ad prædictã l. deducitur decisio eius dubitationis, quam semel vidi in facti contingentia agitatam in Regia Pinciana Chancellaria, an scilicet dato concursu creditorum in bonis censuarij dominus census emphytheotici, vel reseruatiui perpetui, cui, ineſt conditio commissi præferatur cæteris omnibus creditoribus cum eo ad petitionem rei censualis concurrentibus. In qua dubitatione, cuius alibi ad longum resolutio tradetur, ita aduocati Chancellariæ distinguebant. Quòd si dominus census non agat ex conditione commissi ad vendicandam rem censualem, sed ex iure prælationis, vt quia census erat eius naturæ, quòd pœnam commissi non admitteret, tunc creditores sint præferendi, qui tempore priores, & iure potiores essent, cum eo casu res censualis verè & irreuocabiliter censuarij esset, & cùm tota eius patrimonij substantia conuersa, & confusa, atque sicut reliqua bona debitis eiusdem censuarij obnoxia, & subiecta: sin verò dominus census iure commissi rem censualem vendicare conetur, vt quia census erat eius naturæ, quòd eam conditionem commissi admitteret, credebant Aduocati præferendum esse cæteris omnibus creditoribus anterioribus, etiã expressam hypothecam, & obligationem habentibus, dicentes, quòd cum ea conditio commissi, quæ ab initio creationis census resolutiua contractus est, efficiat, quòd res censualis, aduenientea conditione commissi, & resoluto per eam contractu ad concedentem statim reuertatur, non efficitur eo casu censuarius dominus rei irreuocabiliter, licèt interim dum contractus resoluitur, verus eius dominus sit, & quòd ideò facultas vendicandi rem impedit eo casu confusionem eius cum cæteris bonis censuarij, quoad hunc saltem effectum, vt respectu eiusdem rei detur concursus, & prælatio creditorum; efficit enim conditio commissi, & resolutio contractus, vt potiùs res censualis videatur esse inter cætera concedentis bona, si commissum verificetur, quàm inter censuarij facultates, vt inde cæterorum anteriorum creditorum prælatio iustificetur, ac si cum ea resolutiua conditione, & facultate vendicandi rem eius, vtrumque dominium reuocabiliter in censuarium transiret. Quæ noua, & elegans resolutio confirmatur ex his, quæ notanter resoluit Tiraquel. de retract. conuent. §. 2. gloss. 1. & vnica. numer. 5. cum pluribus alijs dicens. numer. 9. quòd alienatio non propriè dicitur, nisi quando dominium plenè, & irreuocabiliter est alienatum, & alia conducibilia ad propositum adducens. Quæ confirmantur ex his, quæ tradit Tiraquel. in l. si vnquam. C. de reuocand. donat. verb. *Reuertatur*, ex principio, & num. 398. qua ratione non poterunt creditores censuarij præferri concedenti rem in censum. Ex quo datur nouus & verus intellectus ad text. in cap. constitutus de relig. domib. vt ex eo commissum excludatur, & creditores si forsam eorum concursus in eius specie detur potiores tempore & iure domino census præferantur; quia deficit conditio commissi, & resolutio contractus per eam, atq; vtrumq; dominium, tam vtile, quã directum in censuarium irreuocabiliter fuit translatum.

9 Ergo à fortiori dicendum est, dominum census præferendũ esse in re ab eodẽ concessa & profecta cæteris omnibus creditoribus poste-

pensionibus censuarij, & rem ex conditione, & iure commissi ad ipsum sine vllo pignoris vinculo reuerti, cùm resoluto iure pignorantis (censuarij nempe, qui rem sibi concessam pignorauit, seu obligauit) resoluetur, & totum ius accipientis, eius scilicet creditoris, ex l. lex vectigali. ff. de pignorib. & resoluunt Bald. in l. 2. quæst. 13. C. de rescind. vendit. Salicet. ibi. quæst. 15. Paul. colum. 3. [redacted] in Consuetud. Paris. titul. 8. §. 22. numer. 45. Tiraquell. de retract. conuent. §. 3. glossa. 1. & vnica. numer. 8. vsque ad numer. 11. in quo quidem numer. 11. plurimos refert explicantes, an res emphytheotica, feudalis, vel censualis resoluto contractu reuertatur ad dominum cum onere, vel absque vinculo pignoris, seruitutis, seu alterius obligationis. Quæ quidem omnia in censu reseruatiuo, cui inest conditio commissi, verissima sunt: in consignatiuo tamen procedere nequeunt, ex his, quæ dicenda erunt in cap. de prælatione creditorum censuarij.

## DE PACTO EXIGENdi salaria, & expensas itineris, & exactionis in census creatione adiecto. Cap. XCII.

## SVMMARIVM.

*Pensio emphytheotica, vel censualis, quando in loco creditoris, & expensis censuarij soluenda sit. n. 1.*

*Debitor in quibus casibus proprijs expensis ad locum creditoris portare teneatur. n. 2.*

*Debitor pensionis census reseruatibi perpetui, vel redimibilis, vel consignatibi irredimibilis, an & quando teneatur suis expensis portare pensionem ad locum, creditoris. numer. 3.*

*Conditio portandi pensionem ad certum locum emptoris expensis debitoris, an & quando in censu consignatibo redimibili substineatur. n. 4. & resoluitur. n. 6.*

*Intellectus ad proprium motum Pij V. super forma creandi census. n. 5.*

## CAPVT XCII.

SOLET etiam in similium censuum creationibus adijci vulgare pactum, quòd venditor ad domum emptoris, vel in alium certum locum proprijs expensis annuos redditus decursos mittere teneatur subpœna designati salarij, & omnium expensarum, quæ in itinere ad exigendum, & in exactione fierent, & sæpissimè dubitari de iustitia huiusmodi pacti. Cuius dubitationis resolutio ex sequentibus casibus constat.

1 Primò enim considerandum est, quid tenendum sit in censu emphytheotico, & reperio Bart. in l. item illa colum. 2. versic. *Tu distingue.* ff. de constituta pecunia dicentem, quòd emphytheota non solùm tenetur soluere pensionem absque monitione, sed simul canonem, ad domum creditoris proprijs expensis portare in recognitionem directi dominij. Cuius Bartoli dictum laudans sequitur Ias. in l. 2. quæst. 38. C. de iure emphyt. & dicit communem Cathelian. Cota in memorabilib. verb. *Emphytheota non soluendo.* Quorum resolutio intelligenda est, quando dominus, & emphytheota sunt eiusdem fori: quia si diuersi fori sint, non tenebitur emphytheota portare afflictum, vel pensionem, ad domum directi domini, sed satisfaciet, si in domo propria protestetur separatum esse soluere canonem, seu pensionem decursam. Ita nominatim tenent, & resoluunt Bart. in dicta l. item illa. numer. 9. Alexand. in consil. 92. numer. 5. & 11. volum. 1. Ias. in d. l. 2. numer. 92. & 93. C. de iure emphyteot. Plotus in l. si quando. numer. 182. C. vnde vi. Roland. à Valle consil. 87. numer. 13. libr. 1. Purpurat. consil. 522. numer. 11. volum. 2. Rota Lucana decis. 78. numer. 3. Riminald. Senior consil. 381. colum. 2. volum. 2. Riminald. Iunior consil. 171. numer. 45. volum. 2. Socin. Senior in l. cùm filius familias. §. fin. ff. de verb. Cassan. in Consuetudinib. Burgund. rubr. 11. *Desfenses.* §. 6. in gloss. *Contre le tenementier.* In numer. 24. qui omnes Bart. sententiam libenter amplexi fuerunt cum ea fori distinctione, imò & prior pars huius sententiæ,

2 scilicet quòd emphytheota eiusdem fori portare teneatur in horreum domini directi emphytheoticam pensionem, ab aliquibus restricta fuit, vt procederet in emphytheota, & cõductore ecclesiæ, ex Ias. in l. 2. numer. 42. & 97. C. de iure emphyt. Crot. consil. 114. num. 10. vol. 1. Petr. de Vbaldis in tract. de duobus fratribus. 6. p. q. 14. n. 15. & in decimis, seu primitijs sacerdotibus à rusticis soluendis post

alios resoluit Dueñas reg. 161. numer. 14. sentientibus, quòd inter seculares, & ex causa proph.na, & patrimonialis non procedat ea sententia sed regula seruanda sit, qua constituitur, quòd creditor teneatur mittere ad domum debitoris pro pensionis exactione, quam assignauerunt Alberic. de Rosate in d. l. 2. numer. 22. C. de iure emphytheot. & plures per Dueñas d. reg. 161. in princip. Socin. iun. in consil. 136. numer. 1. volum. 2. Qua restrictione non obstante Bart. resolutionem cum fori distinctione in emphytheotam verissimam credo; quia quamuis a fortiori in ecclesia procedat, ex Iasone, & alijs suprà, non tamen Ias. & alij negauerunt posse procedere in emphytheota seculari, neque regula suprà adducta 161. quam Dueñas assignat, emphytheotam etiam secularem comprehendit, sed potiùs in eo restringitur, & limitatur, vt constat per eundem Dueñas ibi. numer. 12. & ex communi sententia Bart. & sequacium suprà adducta; versatur enim vna, eademque fortitudine & iustitia munita ratio inter emphytheotas seculares, & ecclesiasticos scilicèt reuerentia, & recognitio directi dominij. Ex qua regula, qua constitur, quòd debitor non teneatur mittere debitum ad domum creditoris legitimè restringitur, & in emphytheutam retorquetur, vt ad id præcisè teneatur, ex Bart. sententia suprà adducta. Quod senserunt, licèt non ita explicuissent, Ioan. Lup. de vsuris comment. 2. §. 1. numer. 46. Guillelm. Rodoan. de rebus ecclesiæ rubr. 10. num. 26. Vnde ad nostram quæstionis speciem infertur, quòd si emphytheota sit eiusdem fori, mittere debeat pensionem ad domum creditoris, sint verò diuersi ad id deficiente conditione non teneatur, & meritò dicitur deficiente cõditione; quia si promiserit emphytheota portare pensionem ad domum creditoris (vt communiter in similium contractuũ creationibus promissum videmus) etiamsi diuersi fori emphytheota, & dominus essent, ex vi conditionis expressę ad id tenebitur emphytheota, vt resoluunt in fortiori casu Bald. in l. fin. num. 8 C. de conditionib. insertis, Alberic. de Rosatis in d. l. 2. num. 22. C. de iure emphytheot. Dueñas in d. reg. 161. numer. 18. & omnes suprà relati, qui præsupponunt in hoc esse pacta, & conuentiones seruandas. Quæ conuentio in tantùm procedit, quòd si creditor mutet habitationem, & non sit magna distantia, tenebitur emphytheota portare pensionẽ ad eum locum, ex Iasone in d. l. 2. q. 39. C. de iur. emphyt. qui ad id refert Bald. in l. acceptã q. 14. C. de vsuris. Imò & etiam si creditor bãnitus sit ad eum locum portari debet pensio ex vi pactionis expressæ defoluendo in certo loco per text. & gloss. in l. vsuras, vbi Bart. & Bald. C. de vsuris, & omni casu expensis emphytheotæ debet pensio portari, ex Bald. in d. l. acceptam. q. 15. & Ias. in d. l. 2. quęst. 41. & alijs.

3 Secundo enim modo verificari potest hæc nostra dubitatio in censu reseruatiuo perpetuo, vel redimibili, & similiter in consignatiuo perpetuò irredimibili, in quibus censuum speciebus hac distinctione vtendum est. Quòd si prædicti census constituti sint infimo pretio, vt quia pro infima pretij specie naturalis constituantur, secundum ea, quæ de quantitate pretij scripsimus in cap. de pretio census, iniusta videatur ea conditio, vel saltem sustineatur, & reguletur eius iustitia ex resolutione eorum, quæ dicenda sunt in sequenti casu circa censum consignatiuum redimibilem; quia licèt aliquamtulum diuersi videantur hi contractus, cùm in censu consignatiuo redimibili detur pretium indiuiduum, & legale nullam habens latitudinem iustitiæ, & in consignatiuo, vel reseruatiuo perpetuo, vel in reseruatiuo redimibili non legale, neque indiuiduum, sed naturale pretium interueniat per species infimi, medij, & suprem distinctum, tamen respectu infimæ speciei naturalis pretij legale, & indiuiduum dicitur pretium, atque tanquàm si à lege designatum esset, directè, nec indirectè minui non potest, & consequenter respectu eius infimæ speciei pretij naturalis non sunt diuersi prædicti census, sed æqualem iustitiam, & æquitatem in pretio exigunt, & æqualiter in eis admittitur, vel excluditur conditio exigendi salaria, seu quælibet alia, quæ pretium minueret, & eius iustitiam violaret. Ex quo propriè hæc dubitatio in censu consignatiuo, vel reseruatiuo perpetuo, vel in reseruatiuo redimibili contingens, quãdo prædicti census creantur pro infima specie pretij eorundem, decidenda est, ex his, quæ in sequenti casu in censu consignatiuo redimibili dicenda sunt. Sin verò prædicti census creati non sint pro infima specie pretij eorum, sed vel per media, aut suprema existimatem in ipsarum creatione sustineri conditionem exigendi salaria, & expensas exactionis, cùm eo casu reliquum iusti pretij constitutionis iustificet conditionis adiectionem, vt constat ex his, quæ diximus in cap. de quantitate pretij census.

4 Tertio, atque vulgari, & contingibili modo verificatur hæc nostra dubitatio, quando in censibus consignatiuis redimilibus ad

rationem quatuordecim pro vno constitutis ea conditio portandi pensionem ad certum emptoris locum expensis, & labore debitoris census, & sub pœna expensarum itineris, & exactionis, certique vnoquoque die salarij adiecta fuit. In qua cẽsus specie non sustineri eam conditionem, ex sequentibus suadetur. Primò, ex eo quòd pretium eorundem censuum cùm sit indiuiduum, & legale, nullam habens latitudinem iustitiæ, sed consistens in puncto indiuisibili, nullo modo minui potest directè, neque indirectè, sed conditio exigendi salaria, & expensas itineris, & exactionis indirectè minuit pretium: ergo sustineri nequit. Maior notissima est ex vulgatis legibus Regni, quæ pretium designauerunt. Minor etiam apertè constat ex l. fundi partem ff. de contrahend. empt. & ex his, quæ diximus in capit. de pretio census. Consequentia equidem patet. Secundò vrgentissimè facit, quia in his censuum creationibus pacta, quæ iubet solutiones onerũ ad eum expectare ad quẽ ex natura cõtract' ex iuris præceptis nõ expectabant, sustineri nequeunt. Sed sic est, quòd ex iuris receptis sentẽtijs expẽsas, atq; salaria itineris, & exactionis debiti ad debitorem minimè spectare constat: ergo neque ad censuarium etiam ex vi conditionis expresse.

5 Maior euidenter probatur ex proprio motu Pij Quinti super forma creandi census, ibi, *Annullamus pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem de iure, & ex natura contractus non expectarent.* Minor constat ex regula iuris, qua constituitur, debitorem non teneri ad domum creditoris debitum portare, de qua in l. cum hi. §. causæ huiusmodi ff. de transact. l. item illa verba, vbi gloss. ff. de constituta pecunia Dueñas regul. 161. igitur consequentia notissima est. Tertiò etiam facit pro hac sententia ipse Proprius motus, ibi, *pacta continentia morosum census debitorem teneri ad interesse, & cambium seu certas expensas, aut certa salaria, seu expensas medio iuramẽto creditoris liquidandas*, iunctis verbis sequẽtibus ibi, *Ex toto irrita sint, & nulla.* Quæ verba fortissima sunt pro supradicta sententia.

Contrariã tamen fortissimè constat suaderi ex eo, quòd huiusmodi pactũ venit extrinsecus à contractu, & ab eius natura, simulque à creditore propter conditionem debitoris, vel casum in eius personam cadentem, quidesse non debet imputari creditori, nec eidem nocere, ex l. item illa in princip. ff. de constit. pecun. l. si vno. §. item cùm quidam, vbi per gloss. & D D. ff. locati. Quamuis enim respectu venditoris videatur hæc conditio præiudicialis, & pecunia æstimabilis, respectu tamẽ emptoris id non contingit, cùm in nihilo fiat locupletior per eius adiectionem; neque vltra pretium à lege designatum quid quam consequatur. In hac enim census creatione solùm consideratur, quòd pretium legale constitutionis census in fauorem emptoris non minuatur. Ex quo constitutio, & creatio, cui adhæret simile pactum, quãuis emptor locupletetur, & venditor ex negligentia, & culpa propria aliquãtulum grauetur, legitima est. Si enim creditor facilè poterat emere censum ab his, qui erant eiusdem fori, & forensem prætulit, iustè potuit stipulari, vt eum indem non seruaret ab expensis portandi pensionem; alias enim fraudaretur emptor in emptione census, & longè iustius est, non dolosè fraudare emptorem, qui bona fide substantiam pecuniæ suæ in censuarium transtulit, quàm intuitu charitatis & miserationis succurrere venditori, qui libenter promisit portare pensionem ad domum emptoris, cùm venditor ex negligentia culpabili distulerit mittere pensionem, & præter pensionem ex ea negligentia nihil emptor consequatur: debet enim cõsiderari in ea census creatione ad annullandas conditiones eius contractus cõmodum emptoris, & damnum venditoris, vt scilicet vtrumque in eisdem cõditionibus simul concurrant, sicut in conditione soluendi laudemium, vel aliud simile, vel saltem est considerabile; quòd emptor ex conditionis adiectione locupletior fiat, vt inde sequatur damnum venditoris, & consequenter irritetur cõditio. Sed si non locupletetur emptor cum damno venditoris, sed venditor ob suam culpam, & causam vltra legitimi pretij quantitatem indirectè per conditionis adiectionẽ in aliquo grauetur, hoc eueniret extrinsecus à contractu, ex quo eum non annullaret, maximè quia si huiusmodi pactum reijceretur, sequeretur prohibitio creandi censum inter forenses, cùm nemo ita imprudens sit, vt censum emeret ad rationem quatuordecim pro vno cùm onere mittendi proprijs expensis ad locum venditoris pro pensione exigenda, & consequenter cessaret commercium, atque venditori fieret iniuria, cùm forensem non inueniret, qui deficiente ea conditione ab eo census emeret. Vnde post longam disputationem hanc sententiam firmiter tenet Cabalinus de contractibus quæstion. 9. per totam, vbi ad longum ea explicuit.

6 Ego tamen quamuis non dubitem, quin in alijs contractibus receptissimum sit valere simile pactum portandi pensionem, seu debi-

tum ad certum locum, vel soluendi expensas in exactione factas; in hac tamen contractus censualis specie propter naturam eius, & rigorem pretij à lege designati, autoritatemque proprij motus, cuius verba ad id notissima sunt, verius crederem, eam conditionem ex fundamentis suprà relatis iniustam esse. Quæ quidem fundamenta præterquàm quòd de se fortissima sunt, ex sequentibus fortificantur, & satisfactio ad ea, quæ in contrarium adduximus, deducitur. Primò enim aduertẽdum est, quod quamuis simile pactum consideretur extrinsecus à natura contractus, non inde sequitur, posse sustineri in census creatione, imò potiùs è conuerso deducitur, quòd si extrinsecè à natura contractus censualis initum est contra, vel præter naturã eiusdem contractus erit, & consequenter reijciendum. Maximè quia nihil interest, an extrinsecè, vel ex natura contractus obueniat, si præiudiciale sit; sed solùm consideratur, quòd in vim conditionis incontinenti in actu creationis cẽsus adijciatur, vt inde per eius conditionis adiectionem venditor in pretio grauetur, & ea cõditio vt præiudicialis à creatione reijciatur; inducit enim conditio formam, ex Bald. in authent. matri & auiæ. C. quando mulier tutelæ oficio fungi possit. Quam sequitur Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 21. numer. 13. Ex quo si ea conditio adijciatur, cum indirectè minuat pretium legale, sustinenda non est. Secundò etiam respondetur, quòd simile pactum in pecunia extimatur respectu emptoris census, & ex eo fit locupletior, cùm si deficiat, difficiliùs, & maioribus expensis pensiones decursas consequatur, atque longioribus dilationibus vexatus, cùm maximæ facultatis suæ dispendio fructus sortis percipiat. Quæ quidem incommoda cùm cessent per adiectionem eius conditionis, sentiret emptor ex ea lucrum, & commodum considerabile, & locupletior effectus esset, atque consequẽter pecunia æstimari posset pactum illud, & inde fundamentum contrarium in fauorem huius partis retorquetur. Tertiò nihil obstat dicere, quòd cũ emptor facilè poterat emere censum ad his, qui erant eiusdẽ fori, si forensem prætulit, iustè potuit stipulari, vt eum indemnem seruaret ab expensis portandi pensionem; quia potiùs contra emptorẽ dicendum est, quòd sibi debet imputare, si cum posset conuicinum venditorem census inuenire, forensem elegit, & quòd ex forẽsis prælatione non iustificatur onus venditori census iniunctum. Neque finaliter obstabit dicere, quòd reijcere simile pactum, est impedire forensium commercium, quia non impeditur ex eo facultas contrahendi cum forensibus, nec substantia contractus restringitur, aut mutatur, sed forma creationis designatur contractui, vt propter eius pretij iustitiã inuiolabiliter seruetur, nec venditor necessitate coactus libenter eam conditionem, seu quamlibet aliam pretium minuentem admittad. Ex quibus vrgentissimis fundamentis vidi sententia Regia Pinciana decisum eam cõditionem iniustam esse, à qua sententia supplicatum fuit, & denique iudices decreuerunt, eam conditionem exigendi salaria & expẽsas exactionis reducendam esse ad legitimam & necessariam earundem expensarum quantitátem ad eas scilicet expensas, quæ præcisse in exactione fieri deberent, quas censuarium soluere debere iusserunt, ne emptor in pretio grauatus maneret, & venditor eum eius iactura locupletior efficeretur. Quòd benè probatur ex his, quæ latè diximus, ac resoluimus in capit. de censu ex pœna conuentionali creando, vbi iustitiam eius pœnæ reduximus ad legitimum partis interesse, quod quidem in hoc casu iudices prudenter debent extimare. Quæ resolutio confirmatur ex his, quæ latè in specie tradunt Roderic. de ann. reddit. lib. 3. quæst. 5. numer. 10. ad finem cum alijs, & libr. 2. quæst. 6. per totam, vbi post Navarr. & Gutierr. hoc benè resoluit. Et adhunc sensum, atque conciliationem sunt reducenda, quæ tradit Felician. in 2. tomo de censibus libr. 3. cap. 1. numer. 5. versic. *Quibus adjciendum est*, fol. 213. quæ aliter procedere non possunt.

## AN DECIMA, VEL gabella debeatur, & soluenda sit ex constitutione census. Caput XCIII.

### SVMMARIVM.

*An decima, vel gabella debeatur ex constitutione census. n. 1.*

*Verbum* Emptio, & venditio, *an comprehendat alios contractus. ibidem.*

*Census ad vitam dicitur cõtractus emptionis, & venditionis. n. 2.*

*Gabella quando debeatur ex venditione veteris census. n. 3.*

*Gabella an debeatur ex cessione, quæ vocatur secamone Hispano,* Traspasso. *ibidem.*

*Gabella ſoluenda eſt in loco, vbi ſita ſunt bona cenſualia.n.4.*

*Gabella an ſit diſtribuēda inter bona ſita in diuerſis territorijs, & an pro ea quilibet poſſeſſor conueniatur in ſolidum.n.5.*

*Gabella an ſoluenda ſit ex creatione cenſus ſuper vectigalibus, ſeu alijs iuribus Regalibus. numer.6.*

*Gabella an ſoluenda ſit ex contractu cenſuali, vel alio nullo.n.7.*

*Decima ſeu gabella an debeatur ex contractu emphytheoſis.n.8.*

*Decima an debeatur ex contractu cenſus prædialis.n.9.*

*Gabella quando debeatur ex redemptione cenſus. num.10.*

*Gabella quando debeatur ex reſolutione cōtractus vel eius diſtractu.n.11.*

*Diſtractus dicitur, quando per actus retroſimiles contractus reſoluitur.n.12.*

*Gabella debetur ex venditione rei immobilis, ſeu cenſus, ex eo tantum, quòd liberè ad venditorē peruenit.n.13.*

*Gabella an debeatur ex cenſu teſtamentario. numer.14.*

## CAPVT XCIII.

1 VLGARIS régulá eſt, quòd ex ſolo contractu venditionis, & permutationis, vectigal, ſeu decima debeatur. l. 1. & 2. titul. 7. libr. 9. nouæ Recopil. In quibus legibus venditionem ſtrictè accipere debemus; nam licēt ſoleat omnes contractus comprehendere. l. ſtatu liberi. §. Quintus Mucius de ſtat. liber. & reſoluit Tiraquel. de retract. lignag. §. 2. gloſſ. 2. num. 1. id tamen ſolúm procedit data paritate rationis, vt intelligendo dicto §. Quintus Mucius eleganter explicuit Pinel. in l. 2. 2. part. capit. 1. numer. 12. C. de reſcindend. vendit. Quare cúm cenſus creatio ſecundum omnes ſit vera emptio & venditio, & ex eo iuſtificetur, vt probauimus in capitibus præcedentibus; ſecurè dicendum eſt, ex eo contractu decimam, ſeu vectigal deberi gabellario, qui erat tempore creationis; & ita paſsim omnes in cenſu reſoluunt, vt conſtat ex Parladorio rerum quotidianarum capit. 3. num. 38. & numer. 49. de vſuris. quæſtion. 6. num. 129. Didac. Perez in rubric. titul. 2. libr. 8. ordinamenti. pag. 33. colum. 2. Auend. reſponſo 23. numer. 1. & latiſsime Ignat. Laſarte de decima vend. & permutat. capit. 10. per totum: de quo latè egit Roderic. libr. 2. de ann. redditib. quæſt. 4. per totam, vbi nonnullas quæſtiones pertinentes ad materiam ſoluendi gabellam tradit, & reſoluit Felician. 2. tomo lib. 2. capit. fin. num. 1. Quorum ratio iuridica

2 eſt, quia cùm is contractus cenſualis vera emptio & venditio ſit, vt notiſsimum eſt, & probauimus in capit. præcedenti, certum eſt, decimam ex eo contractu deberi, ex regula l. Regni; & idem dicendum erit in contractu cēſus ad vitam, in quo vera emptio, & venditio formatur, vt reſoluit Soto libr. 6. de iuſtit. & iur. quæſt. 5. articul. 2. in 1. & 2. concluſ. Couarrub. lib. 3. variar. capit. 7. numer. 3. & capit. 9. numer. 7. & diximus in quodam capite in principio huius operis, vbi meritò reprobauimus Dominic. Soto, & Sarmient. tenentes, cenſum ad vitam non eſſe venditionem, ſed aleatorium quendam contractum, vel alium innominatum. Quod etiam contra Sarmiento tenuerunt Laſarte, Gironda, & alij, quos refert, & ſequitur Felician. in 2. tomo de cenſibus libr. 2. capit. fin. n. 3. 4. & 5. qui num. 2. aduertit deberi gabellam ex cenſu, tanquàm de re immobili, vt ſoluenda ſit non gabellario *Del viento*, vt aiunt, ſed gabellario bonorum immobilium.

Sed quia dicentes ex contractu cenſuali decimam deberi, in diſtinctè loquuntur, & procedunt ad veram intelligentiam huius regulæ nonnullas ampliationes, & reſtrictiones adducere decreuimus, quibus hæc decimæ materia cognoſcatur.

3 Amplia primò eam regulam, vt non ſolùm decima debeatur ex contractu cenſus conſignatiui perpetui, redimibilis, ſeu ad vitam, ſed ex venditione veteris cenſus, aut ceſsione eiuſdem legitimè factá, cùm in eá ceſsione vera emptio & venditio iuris percipiendi penſionem annuam, & alienatio ſortis contrahantur, vt poſt Bald. doctrinam reſoluit Parlador. rerum quotid. cap. 3. num. 27. & poſt eum probauerunt Didac. Per. in rubrica titul. 2. lib. 8. ordinam. pagin. 34. col. 1. & nouiſsimè Ignat. Laſarte de decima vendit. & permutat. capit. 10. numer. 8.

Quam ampliationem intellige, & extende, vt ſi forſam cenſuarius nomine proprio perfecto iam contractu ceſsionis alicui tertio in continenti, vel ex interuallo pecuniá recepta eundem cenſum vendiderit, ſeu ceſſerit, duplex decima debeatur, cùm duplex cōtractus emptionis & venditionis, & vterque perfectus formetur: ſin verò conſtiterit, quòd prima ceſsio, ſeu venditio cenſus nomine tertij facta fuit, vt in ea, quam vulgus nuncupat, *Traſpaſſo*, debebitur vnica decima tantùm, vt quia vnicus contractus fiat, & non plures, vt diligenter reſoluit Ignat. Laſarte de decima vendit. & permut. cap. 10. num. 13. vſq; ad 22.

maximè

maximè num. 17. vbi existimát id euidenter constare, quando à principio nomine Sei quis pretium emisset: quia tunc quamuis de pecunia propria emerit, neque aliter constaret de præcedenti mandato, vnicam venditionem formári credit, nihilque emẽti quæsitum esse fatetur, sed ei, cuius nomine emptio facta fuit, per text. in l. si procurator. ff. de acquirenda rerum domin. l. per procuratorem. ff. de acquirenda possess. vbi similiter intelligit legem Regni. Cuius Ignatij resolutio in effectu deducitur à Parlador. in dicto capit. 3. §. 2. numer. 27. quamuis non ita ad longum id explicuerit.

4 Eandem tamen regulam, scilicet quòd ex census creatione decima soluenda sit, restringendam esse constat ex his, vt solui debeat gabellario eius loci, in quo bona sita sunt, vt resoluunt Parlador. rerum quotidian. capit. 3. §. fin. per totum, diligenter id explicans, & Auend. responso 23. numer. 1. Didac. Perez in rubr. titul. 2. libr. 8. ordinam. pag. 37. col. 1. In qua decimæ computatione tantùm considerandа erunt bona specialiter censui subiecta, & non quæ sub generali obligatione continentur. Quia prædicta bona generaliter obligata, quasi pro non scriptis habentur, tam ad census securiorem exactionem, quam ad decimæ petitionem, cùm ex proprio motu Pij V. & receptis iuris sententijs nullius cõsiderationis sit generalis bonorum obligatio, vt dicendum erit in capit. de censu creando super rebus immobilibus fructiferis. Vnde eam computationem respectu rerum specialiter censui subiectarum, post Parlador. in dicto capit. 3. §. fin ad fin. aduertit Ignat. Lasarte in dicto capit. 10. numer. 13. Imò non solùm fiet computatio respectu rerum, quæ nominatim censui subiectæ fuerunt. Sed etiãsi sitæ sint in diuersis territorijs, distribuenda esset decima pro rata iuxta quantitatem, & qualitatem earum, quæ in vnoquoque territorio sunt, ita quòd vnusquisque possessor non in solidùm conueniatur, nec quilibet gabellarius in solidum decimam exigat, sed pro rata sit exigenda, & à possessoribus soluẽda, vt considerant Couar. lib. 3. variar. capit. 7. num. 8. Ex Guid. Papa decis. 432. Cassan. in Consuetud. Burgund. rubric. 5. §. 2. num. 35. Parlad. in d. c. 3. §. fin. ad fin. quod notatu dignum dixerunt.

6 Limita secundò eam regulá in constitutione census super aliquo iure Regali nominatim facta, vt quia quis obligationem soluendi pensionem annuam specificè consignauit super vectigalibus, seu alijs iuribus regalibus, à Rege venditis, seu donatis. De quibus egerunt. l. 6. in fine titul. 10. lib. 5. nouæ Recopilat. & l. 9. eiusdem tituli, & l. 55. in quaterno gabellarum, & egit, Menchaca de succession. creat. 1. part. lib. 3. §. 28. versic. *Idem*, quia ex tali censu super eo regali iure constituto non debetur gabella. Quod suadetur ea ratione; quia si verum est, ideò decimam deberi ex constitutione census ad regulationem rerum, super quibus fit consignatio, quòd earundem quasi vera emptio formatur, in hac specie debita non est, quia non cõtrahitur emptio eius iuris regalis, superquo census constituitur per constitutionem eius. Iterum ex eo constat, quia si ius ipsum regale à domino venderetur decima non esset soluenda: ergo à fortiori non debebitur ex consignatione census super eo iure facta. Antecedẽs probatur ex antiqua praxi Hispaniæ, quãm testatur communiter receptam Ignat. Lasarte de decima vendit. & permutat. cap. 10. num. 76. vbi eam restrictionem tenet, & vnica ratione probat, nempe quia ea iura vectigalia, cùm ex rebus corporalibus non constent, neque super eis sita sint, pro pecunia, quæ annuatim exigitur, reputantur; & ideò decimam ex ipsarum venditione non deberi credit. ex l. 34. titul. 18. lib. 9. nouæ Recopilat. ibi, *Ni de la moneda*, ad similitudinem obligationis personalis ad pecuniam debitam, qua vendita non deberetur ex ea venditione gabella, ex dicta l. 34. ibi, *Ni de la moneda amonedada*, quia licèt vera venditio eo casu contrahatur. l. 17. titul. 10. lib. 5. nouæ Recop. vbi loquens de his iuribus dicit, *Que las tales vniuersidades y personas puedan vender, dar, donar, trocar, cambiar, y enagenar las dichas mercedes*, & in l. 15. eodem lib. & titul. ibi, *Los maruedis de juro, que se compraron por razonables precios*, & probat Sarmiẽt. lib. 7. Sellectar. cap. 1. numer. 13. cùm tamen omnis actio reguletur ex natura rei, ad quam competit. l. si ad resoluendam. C. de prædijs minor. & ipsius rei debitæ naturam sequatur. l. 1. vbi gloss. C. si aduersus transact. & probat Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. ex princip. & ferè per totam, meritò ex actione, seu obligatione ad rem pecuniariam, quæ contrahitur ex venditione huius iuris incorporalis decima debita non est, sicut ex ipso pecuuia non deberetur. Ita aduertit Ignat. Lasarte in dicto capit. 10. num. 76. & antea comprobauit in capit. 9. numer. 32. & 33. cum alijs. Ego tamen in puncto iuris securius crederem, quod ex hac consignatione census super iuribus Regalibus, seu alijs incorporalibus nominatim facta decima soluenda sit. Quod ex eo fortiùs imè suadetur, quia negari non potest, quòd in ea consignatione formetur vera emptio & venditio, cùm

materia

materia vendibilis in actu detur, ius nempe in esse productum, & formatum percipiendi pensionem annuam ex vectigalibus, seu alijs similibus iuribus Regalibus, vt comprobat eleganter Sarmiento in dicto lib. 3. cap. 1. numer. 13. vnde in consequentiam necessariam succedit præstatio gabellæ. Quo solo fundamento ductus hãc existimo veritatem, & ad contraria respondeo, quòd quamuis verum sit, per consignationem census super vectigalibus factã non censeri vendita iura regalia, non ideò decima excusatur: quia non debetur ex eo, quòd bona super quibus fit consignatio, vendita sint, sed ea potissimum ratione quia ex consignatione super eisdem iuribus facta formatur vera emptio & venditio iuris percipiendi censum ex vectigalibus designatis; ex qua iuris venditione decimam deberi constat, sicut quando census consignatur super rebus immobilibus, quia non contrahitur emptio rerum immobilium, sed iuris percipiendi pensionem annuam ex fructibus earundem, vt eleganter probauimus in capit. *in in censu consignatio* formetur vera emptio & venditio. Secundò etiam respondetur, quòd quãuis ingeniosè tentari possit, quòd decima non debeatur ex venditione iuris Regalis, vt quia ibi pecunia vendita censeatur, vt supra diximus, longè tamen receptius est debere decimam, & non censeri venditam pecuniam, sed ius quoddam percipiendi eam, nempe ius vectigale, seu aliud Regale. Quod quidem, licèt quid immobile non sit, neque corporale habetur tamen pro immobili, vt quia solo cohæret, vel à solo pendet, & habet stabile subiectum, & perpetuam existentiam, atque in actu semper permanet, vt deducitur eleganter ex Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 6. num. 14. & melius glossa numer. 33. & 34. Auend. de exequend. mandat. Reg. 2. par. cap. 14. num. 15. & magis ad longum diximus in capit. de censu super censu creando, vbi quando similia bona pro immobilibus habeantur, vtiliter explicatur. Imo quamuis fateremur non esse quid immobile, saltem pecunia, similia iura non sunt, vt in eis procedat. l. 34. tit. 18. libr. 9. Recopilat. si enim verè essent pecunia, non fieret super eis consignatio alterius pecuniæ, census nempe, vt passim fit. Vnde resoluendum est, quòd non obstante quacunque praxi Hispaniæ, quam testatur receptum Ignat. decima soluenda est, ex consignatione census super vectigalibus facta. Quod notatu dignũ est. Limita tertiò suprà dictam sententiam, quotiescunque cõtractus
7 censualis nullus fuerit, vt quia cõtra formam sub. tãualem creationis formetur. Quia tunc non debebitur gabellã; ex vulgata regula iuris, qua constituitur, ex contractu nullo decimam non deberi quam deduxerunt Scribentes ex text. in l. 2. C. de Eunuchis, & probant Paulus in l. licèt Prætoris. §. si filius familias. num. 2. ff. de peculio Roman. consil. 78. Rinfnald. iunior consil. 273. num. 68. volum. 3. Alexand. consil. 59. numer. 1. & 9. volum. 4. Aymon. consil. 4. num. 22. lib. 1. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 2. num. 7. Grammat. decis. 74. num. 27. Bertrand. consil. 211. num. 3. lib. 1. Bornin. Caualcan. decis. 11. nume. 59. & in terminis nostrę decimæ, de qua eximus, probant Auend. responso 13. num. 3. Gomez Arias in l. 55. Tauri num. 14. & latius omnibus quamuis supradictos non referat, comprobat Ignat. Lasart. de decima vendit. capit. 14. ex princip. & in specie contractus censualis probat Foller. in praxi censuali verb. *Census*, num. 55. vbi ad id refert Petrũ à Velapertica, Ioan. Fab. & Alberic. in l. fin. §. sin autem. C. communia delegatis. Quod in tantum verum est, quòd repetitio decimæ indebitæ solutæ competeret post declarationem nullitatis contractus, vt probat Bald. in §. sin autem. Tiraquel. de retract. conuent. §. 6. gloss. 2. num. 6. versic. *Primum igitur*, & in specie census Foller. in verb. *Census*, num. 56. Quod qualiter sit intelligendum, cum aliquibus restrictionibus tradit Ignat. Lasart. in dicto capit. 14. per totum.

8 Limitã quartò in censu emphytheotico, ex quo non debetur gabella, vt nominatim aduertit Roderic. lib. 2. quæst. 22. numer. 28. quamuis laudemium debeatur regulariter, vt anteà dixerat. numer. 21. cum alijs, & latiùs in dicto lib. 2. quæst. 4. per totam: in quo certè errauit Menchacha lib. 3. de succes. creat. §. 28. numer. 28. intelligens ita text. in l. 10. titul. 17. lib. 9. noue Recopilat. & in l. 152. in quaterno gabell. dum leges illæ dicunt, *Empeñamientos*, in emphytheosi; quare cùm errasset, reperio, quòd posteà in secunda editione Venetijs facta eam expositionem ex industria omisit, quasi impropria sibi videretur.

9 Limita quintò in censu reseruatiuo prædiali perpetuo ad similitudinem emphytheosis constituto; quia ex eius creatione decima non debetur, tam ex eo, quòd in emphytheosi debita non est, vt resoluũt Boer. decis. 234. numer. 5. Quem referens sequitur Parlador. rerum quotid. capit. 3. num. 28. Lasart. de decima vendit. capit. 1. numer. 42. quam ex alijs rationibus infra dicendis. Ex quo hæc sententia, quòd ex censu reseruatiuo perpetuo decima debita non sit, verima est, quamuis si ex

partium

partium conuentione annua pensio debita redimatur, vel ab ipso censuario ematur, decima soluenda sit ex actu redemptionis, vt dicē dum erit in restrictionibus sequentibus. Limita etiam sextò in censu reseruatiuo prædiali redimibili, vel perpetuo, licèt non ad similitudinem emphytheosis constituto; quia ex eius creatione decima soluenda non est. Quod ex eo manifestè constat; quia cùm in actu creationis census reseruatiui prædialis nulla vera emptio, & venditio formetur, sed pactum nudum rei traditione vestitum, vt benè probauimus in capit. an ex censu reseruatiuo formetur vera emptio, & venditio, nō debebitur ex eo contractu gabella; & ita in specie resoluit latè Ignat. Lasarte de decima vendit. capit. 10. ex numer. 44. cum alijs, maximè num. 50. 51. 55. 57. vbi ex num. 59. vsque ad 64. respondet ad fundamenta contraria, & iterum capit. 20. numer. 13. & 14. ponderans, & intelligens text. notandum in l. si tibi areę. ff. de præscript. verb. & hæc sententia verissima est. Quod etiam resoluit Roderic. lib. 2. de annuis redditibus quæst. 22. n. 28. qui vsq; ad n. 31. id intelligit limitans aliquibus modis, & benè.

10 Limitā etiam septimò, vt hæc decima censualis debita sit ex census consignatiui creatione, non tamen ex eius redemptione; quiā ea redemptio potiùs distractus est, quàm contractus, ex l. 2. C. de pactis inter empt. & venditor. Quæ sententia confirmatur ex his, quæ tradunt Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glos. 1. ex princip. & §. 6. gloss. 2. num. 17. & 18. Ant. Com. 2. tom. variar. capit. 2. num. 31. Finel. in l. 2. C. de rescind. vendit. 2. part. cap. 3. numer. 36. Menchaca lib. 1. controuer. vsufreq. capit. 11. num. 16. Parlad. rerum quotid. cap. 3. num. 38. & anteà Bart. numer. 12. in l. ab emptione, vbi Orozcus. ff. de pactis, [redacted] in Consuetudinib. Parisiens. titul. 1. §. 22. num. 12. & 2. p. titul. 2. & 55. gloss. 1. numer. 47. & 58. numer. 74. vbi omnes dicunt eam veram, & receptam sententiam.

Quæ quidem intelligenda est, quando à le-
11 ge ipsa, vel ex conditione resolutiua à principio adiecta, contractus censualis resoluitur, & extinguitur; quia tunc verissimum est ex resolutione decimam non deberi, cùm ea resolutio non sit contractus, sed distractus. Sin verò contractu iam perfecto absque vllo redimendi pacto ex partium conuentione redimatur, in ea redemptione formabitur vera emptio & venditio, & consequenter decima soluenda erit, vt in censu consignatiuo perpetuo, quem si forsam partes redimi conueniant, duplex decima debebitur, vna ex creatione, altera ex redemptione, vt quia vtroque tempore contrahitur emptio & venditio non distractus. Hæc resolutio probatur ex traditis per Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 11. numer. 41. & in specie aduertit Didac. Perez in titul. 2. lib. 8. ordinam. pag. 34. colum. 1. in princip. quem referens sequitur Ignat. Lasarte in dicto capit. 10. numer. 11. & ratio euidentissima est, quia cùm contractus census perpetui. Semel perfectus fuerit, & ex eo ius fisco quæsitum, atque consequenter gabellario. l. 1. titul. 17. lib. 9. nouæ Recopilat. non potuerunt partes ab eo discedere in præiudicium fisci, & gabellarij. lius nostrum de regula iuris. l. quod nostrum est, eodem titul. & ita doctrina Baldi & Paul. Iterum, & melius resoluit Ignat. Lasarte in dicto tractat. de decima. capit. 14. num. 17.

Iterum etiam non procedit dicta communis sententia, scilicet, quòd ex resolutione contractus non debeatur gabella, quando census consignatiuus pecunia constitutus ex partium conuentione per dationem alicuius rei, quæ non sit pecunia, redimitur, veluti quando fundus pro censu datur, vt in specie l. si quis argentum. §. si verò. C. de donat. Tiraquel. de retract. lignag. lib. 1. gloss. 6. numer. 20. quia cùm eo casu non formetur in redem-
12 ptione verus distractus, qui per actus retrosimiles fit. l. 1. C. quando liceat ab emptione discedere. l. 2. & 3. C. de rescind. vend. sed potius nouus contractus, nempe reuenditio illius census contrahatur, aut permutatio pro illo fundo, de quo videndus est Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 2. numer. 41. & de retract. cōuent. §. 6. glos. 6. Ignat. Lasarte in d. c. 10. n. 10. 11. & 12. cum alijs, & melius in cap. 14. ex numer. 7. atque statim num. 37. vbi ad longum scripsit, quando ex reuenditione formetur nouus contractus, vel distractus: & quādo decima debeatur, tam in terminis. l. 2. C. de rescind. vendit. quàm l. 2. C. de pactis inter emptorem, & in specie tituli de ædilicio ædificato, scilicet quando ex culpa venditoris, qui rem morbosam vendidit, venditio resoluetur, aut rescinditur, & vltra ipsum videndus est Foller. in praxi cēsuali verb. *Census*, num. 55. cum pluribus alijs.

Tertiò etiam restringe prædictam sententiam, scilicet quòd ex resolutione census decima non debeatur in censu reseruatiuo perpetuo, seu redimibili: quia si redimibilis ex pacto de redimendo, & perpetuus ex partium conuentione redimatur, vtroque casu decima debebitur ex redemptione; & hoc quia cùm in eius census creatione non formetur emptio, aut venditio, & in actus resolutionis vera

contra-

contrahatur, vt quia emitur ius illud, seu obligatio soluendi annuam pensionem, vt diximus in capit. de natura census reseruatiui, merito ex resolutione, & non ex creatione decima soluenda erit, vt diximus suprà n. 9.

13 In hoc tamen censu reseruatiuo erit notanter considerandũ, quòd si ego dedi Titio domum, seu fundum in censum reseruatiuũ pro decem annuatim soluendis, & simul cum onere alium veterem censum agnoscendi super eadem re consignatum, non debebitur decima, nisi tantùm ex quantitate veteris cẽsus cùm in ea tantùm parte venditio cõtrahatur, & in reseruatione pensionis nulla formetur. Quæ consideratio probatur ex simili resolutione dicentium, quòd ex sola pecunia realiter venditori soluenda decima debetur, deducto onere censuali, vel alio simili super re vendita deducto: quasi ego venditor videas in tantum habere in fundo, quãtum ipse fundus vltra census quantitatem valet, argumẽt. text. in l. si fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudicijs capite. §. fin. versicul. *Item quæsitũ.* ff. de vsufructu legato, vbi quantum Regalia tributa valent, id minus in bonis esse computatur, de quo egerunt Tiraquell. de retract. lignag. §. 6. gloss. 1. numer. 8. & §. 1. gloss. 14. numer. 114. cum pluribus alijs, & §. 15. gloss. 1. num. 5. vbi fatetur, quòd de quantitate pretij rei venditæ ad solutionem gabellæ detrahenda sunt, quæ impensa fuerunt in proxenetas, & proclamatores. Videndus est etiam Auend. responso 23. numer. 2. Valasc. de iure emphyteos. quæstion. 17. numer. 9. & 10. & quãuis prædicta non referat, idem explicuit Lasarte de decima vendit. cap. 10. numer. 16. vsque ad 25. & melius 37. quorum resolutio propriè ad nostram speciem adaptatur, cùm in effectu datio fundi in censum cum reseruatione certæ pensionis, & onere soluendi veterem censum super ea re consignatum in quantitate veteris census sit vera emptio, aut permutatio, vt inde legitimè decima debeatur, & respectu pensionis reseruatæ nulla emptio contracta sit. Quod notatu dignum est ad intelligentiam cuiusdam doctrinæ Ioannis Fabri in §. pretium autem institut. de emptione dicentis, quòd si vendidero fundum decem aureis in pecunia mihi soluendis, & in super eo pacto, quòd emptor Titio alios decem à me sibi debitos statim soluat, viginti in pretio sunt, vt ex omnibus integrum laudemium præstetur. Quæ doctrina in totum aduersatur resolutioni suprà dictæ, nisi consideremus, vt dictum est, quòd in parte pensionis reseruatæ non contrahitur emptio, & quòd in casu Ioannis Fabri in totum vera formatur; ideo diuersa est casus species, & consequenter vtriusque resolutio.

14 Septimò, & finaliter restringitur resolutio supradicta in censu testamentario, vt ex eo regulariter decima non debeatur, sicut neque debetur ex quocunque relicto in testamento vt in legato probant Alexand. cõsil. 34. num. 5. lib. 4. Ruin. consil. 34. colum. fin. in princip. lib. 4. Roland. à Valle consil. 26. num. 21. libr. 4. & in legato relicto pro malè ablatis Corset. singul. 18. & in vendit. rerum, quæ pro animæ exoneratione relictæ sunt, per Bertachin. tradit Parlad. rer. quotid. capit. 3. num. 18. & eam sententiam, licèt prædictos non referat, explicat, & intelligit Lasarte de decima vendit. cap. 20. n. 59. vsque ad 63.

## DE CORREIS, VEL fideiussoribus censuum insolidum obligatis via executiua, vel ordinaria in solidum, vel pro parte, á creditoribus conueniendis. Caput XCIIII.

### SVMMARIVM.

*Correi debendi insolidum an possint accedere in censu, & an obligatio videatur multiplicata contra naturam census. n. 1.*

*Correi insolidum obligati respectu creditoris non sunt, neque possunt esse fideiussores, sed principales debitores quamuis constet pecuniam in vnius vtilitatem fuisse conuersam. n. 2.*

*Correi debendi an habeant inter se beneficium diuisionis, & quid de iure Regio, & intellectus ad l. 1. ticul. 16. libr. 5. nouæ Recopilat. numer. 3.*

*Pecuniam fuisse conuersam in vtilitatem vnius ex correis, licet non consideretur respectu creditoris consideratur tamen respectu correorum, vt inter ipsos multum operetur. n. 4.*

*Resolutio Guitlelmi de Cumano consideratur respectu creditoris, quando correus obligauit se ex intervallo. n. 5.*

*Correi debendi, licet in scriptura nominatim non renunciauerint beneficio diuisionis, an ea renunciatio à lege facta sit, discutitur, & resolvitur. num. 6. vbi numer. 7. agitur de beneficio expensarum.*

*Creditor. an sicut potest elligere quemlibet ex correis, ita quemlibet ex hypothecis, & an prius*

*prius deuenire debeat ad speciales hypothecas, quàm ad cætera bona generaliter obligata accedere possit, & quid in censu n.8.*

*An creditor qui habet pignus, possit capere personam debitoris n.9.*

*An creditor ex pluribus hypothecis, poterit eligere meliorem ad suum debitum consequendũ. num.10.*

*Creditor, qui exit contra vnum ex correis, an etiam lite pendente possit agere contra alios, & quid si in processu creditorum bona sibi adiudicata sint. n.11.*

*Mulier, quæ simul cum marito tanquàm fideiussor & in solidum se obligauit, an in totum impugnare possit obligationem; quamuis dicatur conuersam fuisse in eius vtilitatem, & intellectus nouus & verus ad l. 61. Tauri. numero 12.*

*Traditur quid erit accedente renuntiatione, vel lasione vxoris. n.13.*

*Mulier, qui se cum marito obligauit in solidum tanquam rei principalis, quomodò succurratur contra obligationem. n.14.*

*Quando mulier in solidum se obligauit cum extraneo quomodo succurratur traditur remissiue. n.15.*

*Liberatio vnius ex correis facta à creditore spõte per pecuniam vel ex sententia, quando cæteris proficiat. nu.16.*

*An computetur, quod creditor recipit ab vno ex correis, in sortem principalem. n.17.*

## CAPVT XCIIII.

1 IN hac censuali materia dubitatum vidi, an plures correi, vel fideiussores accedere possent in solidum obligationi censuali, & quidam Aduocatus solemnis dicebat, non posse naturaliter & effectiuè plures in solidum obligari, cùm pro vnica tantũ sorte, & pensionibus multiplicatis plurimorũ obligatio successiua, quæ plures personas in perpetuum, & in solidum præsupponit, non contrahatur, ne pro vna, eademque quantitate soluenda, maximè obligationis perpetuę plures in solidum onerentur, cùm de iure pro ea tantum parte sortis, quę ad quamlibet pro rata effectiuè proueniret, ex natura successiua obligationis vsurarum vnusquisque, & nõ in amplius obligatus sit; ex l. eos in fine. C. de vsuris, & in censu deducitur ex l. 6. tit. 15. lib. 5. nouæ Recopilat. ibi, *De a catorze mil cada millar*, quæ præsupponit vnicam tantùm obligationem soluendi vnum pro quatuordecim in censu contractam esse; sed adhuc considerando effectum, substantiam, commodocunque huius obligationis, rectè plures in solidum obligationi censuali accedere posse in Regia Pinciana Chancellaria iudicatum fuit, ex eo, quod in ea obligatione in solidum contracta neque sors multiplicatur, neque pensio duplicatur, seu maior efficitur, neque vẽditor in plus grauatur, nec emptor amplius lucratur, quam si vnicus tantùm idoneus obligaretur, sed vnica contrahitur pro sorte & vsuris obligatio, vnicaque solutione sortis, vel pensionis cæteri in solidum obligati liberantur; & demum multiplicatio, seu cumulatio debitorum in solidum se obligantium, vel rerum hypothecæ subiectarum tantùm operatur eius vnicæ pensionis, vel sortis, securiorem exactionem, ampliorem quesecuritatem, vt per totum titul. ff. & C. de duob. reis, maximè l. duobus. §. fin. § eod. ibi, *Vbique enim cum vnica sit obligatio*; cùm igitur census emptor idem in vtroque casu consequatur, vel quando vnus, seu plures obligantur in solidum, & in securitate pro pensione exigendà excessus non detur, neque dari possit, meritò plures correi, seu fideiussores in solidum passim accedunt, & obligantur; & ita non obstante cabilosa impugnatione dicti Aduocati obtentum fuit; vnde si iustitia notissima est, ad effectum obligationis plurimorum in solidum se obligantium accedamus.

2 Et primò si correi, vel fideiussores in solidum vno tempore, atque conrextu obligantur, consideratur in eis duplici modo obligatio, nẽpe respectu creditoris, vel inter ipsos in solidũ obligatos; respectu creditoris certũ est, ꝙ omnes sunt principales, & nõ fideiussores, quamuis constet, quòd pecunia ad vnum eorum tantúm proueniret, vt quia actus debitorum creditori non possent præiudicare, vnde in solidum obligati sunt, & tanquam principales in solidum conueniri possunt, ac tenẽtur. Ita respectu creditoris resoluit Paulus in l. sed & Iulianus num. 3. ff. ad Macedonianũ, Roman. consil. 114.

3 Habebunt tamen eo casu de iure communi beneficium diuisionis, authent. hoc it. C. de duobus reis, licet hodie de iure Regio beneficium illud sublatum sit per text. in l. 1. titul. 16. lib. 5. nouę Recopilat. quæ in effectu videtur excludere omne diuisionis beneficium inter plures, qui obligantur in solidum à iure communi inductum, dum dicens. *Saluo si en el contrato se dixere que cada qual se obliga in solidum*, in quo confirmauit obligationem in solidum inter plures contractam, subdit in continenti, exclusionem beneficij diuisionis his verbis, *Y esto no embargante qualesquier leyes del derecho comun, que contra esto hablan*; scilicet

scilicet non obstante dicta authent. hoc ita. C. de duobus reis, quæ quidem lex. 1. quamuis ab aliquibus intelligatur in fideiussoribus, se in solidum obligantibus, vt notant Greg. in l. 8. titul. 12. part. 5. verb. *Cada vno*, Matienço in dicta l. 1. glos. 3. & 5. Olan. in Anthinom. litera E. numer. 37. eorum tamen intellectus diuinatorius est ad eam legem; quia si rectè consideretur, propriè loquitur in duobus correis, dum dicit, *Que si dos personas se obliguen por contrato*, iunctis verbis sequentibus ibi, *Si en el contrato se dixere, que cada vno sea obligado in solidum*, quæ verba non tam propriè ad fideiussorem in solidum cum principali obligatum, quàm ad duos reos debendi obligatos in solidum referenda sunt, nec vllum verbum in ea lege reperitur, quod ad fideiussores proprie referatur. Vnde quòd lex illa loquatur in correis in solidum obligatis, tenent Dueñas regula 335. numer. 19. Ioan. Gutier. de iuram. confirmat. 1. part. cap. 23. numer. 10. Azeued. in d. l. 1. numer. 4. & iterum Gutierr. libr. 3. pract. quæst. 95. quos referens sequitur Roderic. libr. 2. de annuis redditibus quæst. 2. numero. 6. & Felicianus de censibus libro. 3. capit. 2. num. 3.

4 Ex quo vel reprobatur resolutio Guillelmi de Cuno in d. l. Sed Iulianus dicentis, quòd eo ipso quod probatur pecuniam ad vnum peruenisse, cæteri gaudent beneficio fideiussorum, quem sequitur Paul. consil. 331. colum. 1. libr. 1. Hippolyt. in rubr. de fideiussorib. quæst. 58. numer. 370. vt scilicet eius opinio falsa sit, vt existimat Roman. dicto consil. 114. Paris. in additionib. ad Alexand. consil. 29. libr. 7. velut non reprobetur, intelligenda est, vt eo casu non respectu creditoris, sed inter correos habenda sit ea consideratio, an ad vnum tantùm pecunia peruenerit, arg. text. in l. vir vxori. §. fin. ad Velleianum, Bart. in l. reos. numer. 3. de duobus reis, Corneus consil. 124. libr. 1. Rub. in rubr. de donat. inter virum. §. 49. num. 3. Tiraquell. post plures de retract. §. 31. glos. 1. num. 9.

5 Vel demum vt à correctione liberetur Guillelmus, intelligendus est etiam respectu creditoris, quando censu iam constituto, vel contractu perfecto alij ex interuallo intercesserunt; quia eo casu habebunt beneficium ordinis fideiussoribus competens, ex glossa verb. *Fideiussorem* in authent. de fideiussoribus in princ. in vers. *siquis igitur*, & resolunt Alexand. consil. 126. in fine libr. 6. & consil. 29. numer. 36. libr. 7. vbi fatetur, non reperire contradictorem, & consil. 32. nu. 11. lib. 4. Tiraq. lib. 1. retract. §. 31. glos. 1. nu. 8. Gregor. in l. 9. tit. 12. p. 5. verb. *Primeramente*, ad finem, Tiber. Decian. consil. 72. n. 6. libr. 2. Gutierr. de iuram. confirm. 1. par. cap. 23. n. 8. & 11. Qua consideratione habita correi debendi tanquam principales, vel fideiussores erunt in solidum, vel pro parte conuenendi.

6 Ex quibus venit decidenda ea dubitatio, quam benè explicuit Rodericus de ann. redditib. libr. 2. quæst. 5. numero. 11. vsque ad 14. scilicet, quòd licèt correi debendi nominatim in scriptura non renunciauerint beneficio diuisionis, renunciatum quidem censeatur ex sola obligatione in solidum contracta, cuius sententiam nouiter confirmo ex dicta l. 1. titul. 16. libr. 5. ibi, *Y esto no embargante qualesquiera leyes de derecho comun, que contra esto hablan*, & consequenter non obstantibus legibus, qua renunciationem specialem requirebant, quia lex, quæ fuit contenta cum obligatione in solidum cõtracta, vt correi non obstantibus legibus iuris communis contrarium statuentibus, in solidum, & non pro parte tenerentur omne beneficium diuisionis, quòd eam obligationem in solidum soluendi posset impedire, & consequenter diuisionis excluserunt: ideò nulla alia renunciatio necessaria fuit; si enim in solidum voluerunt se obligare, & illud nominatim in scriptura dixerunt: ergo non solum insolidum se obligauerunt, vt dixit l. 1. ibi, *Saluo si en el contrato se dixere, que cada vno se obliga in solidum*, sed in solidum se obligando prædicto beneficio diuisionis virtualiter renunciauerunt, vt quia sit omnino contrarium, & incompatibile cum effectu obligationis, in solidum contractæ; ideò lex Regni non obstantibus legibus iuris communis ex sola obligatione in solidum contracta dicto diuisionis beneficio renunciatum esse constituit ibi. *Y esto no embargante qualesquier leyes de derecho comun, que contra esto hablen.*

7 Sed quamuis correi, qui simul se obligauerunt in solidum, etiamsi probetur, pecuniã in vtilitatem vnius tantùm fuisse conuersam, & non renunciauerint expresse beneficio diuisionis, illud perdiderint, aliud tamẽ, quod vocant beneficium expensarum habebunt, quo suis expensis offerant facere notissimũ, quod pecunia in vnius vtilitatem fuit conuersa, vt eo constito non solùm ab alijs correis liberetur, sed & creditores vt prius eũ, qui pecuniã recepit, cõueniant, cõpellere possit, ex Bart. per text. ibi in l. vnde quæritur. ff. cõmodati & post Gomez. 2. tom. var. c. 12. n. 2. & in l. 61. Tauri. n. 3. Ant. Gabr. libr. 3. cõm. opin. tit. de

fideiussoribus concl.2.num.3. sicut enim non refusis expensis inter correos consideratur, ad quem pecunia peruenire, refusis respectu creditoris habetur ea consideratio, nisi etiam beneficio expẽsarum fuerit renunciatũ, quia nihil beneficium illud importaret, vt prędicti omnes aduertunt: igitur contra in solidũ obligatos in solidum etiam agendum est.

8 Quæ quidem creditoris facultas eligendi quem libet ex correis debendi in solidum, nó solúm procedit respectu personarum, sed & rerum censualium, super quibus census consignatur, vel quæ pro hypothecis fuerunt designatæ; quia sicut quælibet persona ex natura obligationis in solidum pro toto potest cõueniri, ita, imò & à fortiori quælibet res hypothecæ subiecta in solidum exequi, atque distrahi valebit, & magis afficit rem hypotheca specialis, quàm personam correi obligatio in solidum contracta, vt quia licèt quælibet persona per obligationem in solidum obligetur, ea obligatio magis sit virtualis ex dicta l.1.titul.16.lib.5.quàm specialis, & hypotheca bonorum non solùm sit virtualis, sed specialis: ideò & quælibet res in solidum per specialem hypothecá afficitur, & in solidum ab ea integrum census exigi posse certum est.

Quod adeò verum existimo, vt ante à quã ab hypothecis specialibus, vel qualibet earum census exigatur, à cæteris debitoris bonis exigendus non sit, non solùm ex eo, quòd hypotheca specialis sit prius excutienda, ex l.2.C.de pignor. quam dicendo singularem intelligunt & explicant Roman.cõs.187.Aym. cons.77.numer.6. Negusant.de pignorib.5. part.2.membro.num.55.Couarr.lib.3.variar. cap.18.Cacheran.decis.Pedem. 158.num.2. Roland.à Valle consil.36.libr.4. Molina de Hisp.primog.cap.7.numer.21.Ioan.Gutierr. consil.51.per totum, sed simul ex eo, quòd secundum veriorem sententiam in hac censuali materia obligatio generalis bonorum nihil proficit, imò extinctis hypothecis specialibus extinguitur census, vt suis locis latè diximus, ex quo bona specialiter obligata non solum prius sunt excutienda, sed ab eis tantùm census exigendus est & stante decis. dictæ l.2, hoc in censu rectè procederet; quoniam quando in specie illius legis agitur contra debitorem, præsumitur, atque præsupponitur, quòd hypothecæ sufficiunt ad debiti exactionem, donec contrarium euidenter probetur. Ex qua præsumptione fundatum lex illa ad constituendum, quòd prius hypotheca specialis excutiatur, vt notant gloss. in l.2.verb.Redigere, quam sequuntur ibi Salicet.in 1.oppositione.num.2. Ias.in princip. institut.de actionibus.n.94. Ripa in l.priuilegia.n.92.de priuileg.credit.Paul.cons.50.n. 28.lib.1.Negusant.de pignorib.5.p.membro 2.n.51.in fin.Couar.d.c.18.n.1.decis.Pedem. & Roland.suprà: igitur si euidenter constat hypothecas census sufficere, vt quia non solùm à principio, & ex post facto sufficiunt, sed quocumq; tempore etiam peremptis, cætera bona non considerantur: ergo in censu non solum procedit constitutio l.2. sed omnino necessaria est.

Adeò quòd si deficiant hypothecæ, deficeret etiam census, & personalis obligatio correorum in solidum, non solùm ex natura census, sed hypothecæ regularis, ex Bald. doctrina in l.creditor, qui non idoneum, col.1. vers.Quæro vtrum.ff.si cert.petat. dicentis, 9 quòd creditor, qui habet pignus, non potest petere capturam sui debitoris, etiamsi dicat, eum esse suspectum de fuga, quem in hoc sequuntur ibi, Aretinus, & Alexand.n.2. Ias.in princ.institut.de actionib.n.94.Ripa in l.priuilegia.num.22.de priuileg.credit. Roland. cons.36.numer.2.lib.4. quorum sententiam etiam hodie verissimam esse, & practicari stante lege Regia, quæ capturam permittit, firmiter credo, dummodo pignus à creditore non auferatur; quia si captura excusatur dando fideiussorem *De saneamiento*, vel etiam sine fideiussore, constito debitorem bona libera sufficientia possidere, vt diximus in cap. de censu creando ex bonis liberis censuarij, merito si creditor sufficiens pignus habeat, debitoris captura excusabitur. Verum Baldi sententia in censu verissima est, in quo nihil aliud consideratur, quam quòd bona specialiter obligata existant: igitur quæ dicta sunt respectu personarum, procedunt respectu rerum.

10 Est tamen notandum, quòd ex pluribus hypothecis non poterit creditor eligere meliorem, sed tenebitur mediocria bona accipere. l.fin.§.sed & si quis, vbi DD. C. communia delegat. quod sequitur Ferrara in sua praxi titul. de forma libelli pro legato fol. mihi 418. Quod ex ea ratione procedit, quia inter debitorem & creditorem æqualitas est seruanda, ex quo sicut debitor creditori non potest pro suo debito offerre deteriora bona, ita neque creditor pro suo credito vtiliora, & meliora accipere, vt considerat Ioseph. Ludouic. decis.65.n.10. & benè Alexand.in l. mutuum damus.§.mutui datio.n.26.ff.si cert.petat. Salicet.in authent. hoc si debitor ad fin. C. de solut.

11 Quę quidẽ omnia adeò verà sunt respectu correo-

correorum, atque bonorum censualium, vt quamuis creditor cœpisset agere ordinariè, vel executiue cõtra vnum, ad alio, sine metu litis pendentiæ accedere posset. l. reos. l. fin. C. de duobus reis, imò & secundũ plures, etiã si in processu creditorum bona pro suo debito alicui fuissent adiudicata, adhuc contra alios correos haberet recursum, vt notat Felician. lib. 3. de censib. c. 2. n. 8. quod post Gutierr. lib. 1. pract. quæst. 46. ex num. 60. iterũ repetit in 2. p. de censib. lib. 3. c. 2. num. 6. vers. sic. *In num.* 8.

§2 Poterit tamen contingere casus, in quo nõ solùm sit habenda ea consideratio, an pecunia sit conuersa in vtilitatem vnius ex correis vt inde pro ea tantùm parte teneatur, sed etiã vt in totum liberetur, vt in vxore insolidũ cũ marito promittente, in cuius fauorem stat cõstitutio legis 61. Tauri, quæ notando, & vtilissima est, ad cuius perfectam intelligentiam sequentes deducuntur conclusiones. Prima, quòd vxor nõ potest se obligare tanquã fideiussor sui mariti, quãuis dicatur, quòd in eius vtilitatẽ debitũ fuit conuersum, vt cõstat ibi, *La muger no se puede obligar por fiadora de su marido, aunque se diga y alegue, que se conuirtio la tal deuda en prouecho de la muger.* Cuius legis ratio decidendi non consistit in eo, an mulier pro alio intercedere possit, vel non quia licèt mero iure valeret intercessio, pro quolibet etiam extraneo, vt ex toto titul. ff. & C. de fideiussoribus. l. 1. & per totum titul. 15. part. 5. tamen propter sexus facilitatem succurrebatur eidem Velleiano, ex l. 1. & per totum. ff. & C. ad Velleian. l. 2. titul. 12. part. 5. & aduertit Anton. Gomez in dicta l. 61. numer. 1. ideò non videbatur ea lex necessaria, cùm anteà idem constitutum fuisset. Neque etiam fuit eius ratio decidendi, an pro marito posset tanquàm fideiussor se obligare, quia similiter ante ipsam idem iure constitutum erat, & non solùm eidem succurrebatur Velleiano, sed nulla ipso iure erat intercessio, & obligatio, authent. si qua mulier. C. ad Velleiano. authent. vt nulli iudicum. §. & illud collat. 9. & ratio erat, quia eo casu præsumebatur inter virum & vxorem donatio contra totum titul. de donat. inter virum, & considerat Anton. Gom. in dicta l. 61. numer. 2. sed vera ratio decidendi eius legis fuit dubitare, an sufficeret, si fateretur per mulierem in obligatione fideiussionis, quòd debitum fuit cõuersum in eius vtilitatem, adhoc vt subsisteret obligatio, & non sufficere constituit dicta lex ea ratione, quòd etiam ea cõfessio haberet vim donationis inter virũ & vxorem. Ego tamen considerõ, quòd quãdo intercedit pro extraneo, iubatur Velleian. diuersa ratione, qua intercessio annullatur, quãdo intercessit pro marito, vt quia quando pro extraneo fideiussit, obstet sola fragilitas eius, in qua fundatur Velleian. & ideò valeat obligatio mero iure, licet eius beneficio succurratur, quãdo vero pro marito obligatur, nõ solũ cõsideretur fragilitas, sed ficta donatio, imò & principalius mariti reuerẽtia, metusq; reuerentialis. Ex quibus simul cõcurrẽtibus mirum non est, si fideiussio nulla existat ipso iure, etiãsi allegetur, vel in scriptura fateatur in eius vtilitatẽ causam fuisse conuersam, ibi, *Aunque se diga y alegue, que se conuirtio la tal deuda en prouecho de la muger.* Quæ quidem verba intelliguntur à Gomezio ibidem n. 2. vt etiamsi euidenter probetur, debitũ fuisse conuersum in vtilitatem vxoris, adhuc fideiussio nulla sit, quod ego non admitto; quia lex non decidit casum, in quo vtilitas probatur, sed tantum eum, in quo allegatur, ibi, *Aunq̃ se diga y alegue*: vnde casus, in quo probatur, remanet in dispositione iuris communis, quo decisum est, vt actione de in rem verso contra eum, in cuius vtilitatem pecunia conuersa fuit, iustissimè agatur, ex toto titul. ff. de in rem verso, & post Paulum, & alios tradit ipse Gomez in dicta l. 61. numer. 2. Rursus præcepta iustitiæ commutatiuæ, quæ constituunt in æqualitate, & quæ prohibent, nequis locupletetur cum iactura aliena, vxorem eo casu obligarent ad hoc, vt licet ex contractu fideiussionis pro marito facta de iure non teneatur, obligetur tamẽ ex titulo de in rem verso; longè enim distant hi duo casus, allegari, & fateri, pecuniam fuisse conuersam in vtilitatem vxoris, & euidenter probari conuersionem. Primus enim nihil operatur ex defectu probationis, vt quia confessio vxoris in eo casu nulla sit, & ideò à lege reprobetur, atque quandam donationem inter virum & vxorem, metumque reuerentialem præsupponat, secundus verò casus omni careat suspicione, vt quia probando conuersionem contra ipsam vrgeant totius iuris præcepta, ideò à iuris dispositione terminetur, alias enim veritas excluderetur, quæ nunquam est excludenda, sed omnem iuris præsumptionem, atque fictionem potius excludit. Et si rectè consideretur eadem lex 61. in fine, nominatim decidit formam probandi eam conuersionem, dicens, *Pero si lo que se conuirtio en prouecho della, fue en las cosas, que el marido la era obligado a dar, assi como vestirla, y darla de comer, y las otras cosas necessarias, mandamos q̃ por*

*esta ella no sea obligada a cosa alguna.* Quæ verba quamuis ponantur in casu sequenti, scilicet quando vxor obligatur cum marito in solidum, & non vt fideiussor, vtrumque tamen comprehendit, vt quia in vtroque militet vnica, sola, & eadem ratio, scilicet conuersio debiti in vtilitatem vxoris, quæ vtroque casu obligat eam, ne locupletetur cum aliena iactura: igitur si non est dicendum, conuersum in vtilitatem vxoris fuisse, quod ad ipsam prouenit, ex obligatione mariti alendi ipsam, meritò quod ex alia causa vxoris propria proueniret, in eius priuatam vtilitatem conuersum esse dicendum est; veluti si debitum ipsius exoluatur: ideò probata legitima conuersione, etiam tanquam fid. iussor teneret obligatio, vt præsupponunt verba ibi, *Y mandamos que por ello no sea obligada a cosa alguna*: ergo pro eo, quod ex alia causa in eius vtilitatem conuersum fuit, rectè tanquam fideiussor accedit, & eo modo sunt intelligenda verba legis, ibi, *Aunque se diga, y alegue*, vt aliud sit, si verè probetur.

13 Quæ quidem omnia, licèt notatu digna sint, hodie tamen cessabunt, si dicta lex 61. renunciatur cum iuramento, vt benè resoluit Gutierr. de iuram. confirmat. cap. 56. num. 6. & per totum, nisi mulier enormiter læsa sit, vt quia maximum præiudicium sentiat indotataque, vel pauper existat, vt post Alciatum ibi comprobat Gutierr. numer. 7. & alibi nos ad longum diximus. Si tamen euidenter constaret, pecuniam non in vxoris, sed potius mariti vtilitatem fuisse conuersam, crederem firmiter non obstante quacunque renunciatione dictæ legis 61. fideiussoriam obligationem, quæ mero iure valuit propter iuramentum & renuntiationem, rescindendam esse, vt quia eo casu vxor dicatur enormiter læsa, & obligatio, atque iuramentum sit contra præceptum naturale, ne quis locupletetur cum aliena iactura; in quo casu neque iuramentum obligat, neque renunciatio quidquam operatur, vt vulgaria iura probant. Neque obstabit, si dicatur, quòd ea consideratio militaret etiam in extraneo fideiussore soluente, quod in eius vtilitatem conuersum non fuit; quia respondetur, quòd in extraneo non datur resistentia fideiubendo, in vxore verò lex ipsa iustissima resistit: ergo casus dissimilis est. Rursus in vxore consideratur affectio mariti, ex qua prohibetur præsumpta donatio, atque metus reuerentialis, & simul ne maneat indotata: ergo si ex læsione maxima vxoris contractus rescinditur, à fortiori concurrentibus his considerationibus, quando pecunia conuerso non est in eius vtilitatē, rescindendus erit.

14 Secunda conclusio dictæ legis. 61. Tauri, scilicet, quòd quādo vxor non est fideiussor, sed in solidum cum marito obligatur, nulla etiam sit obligatio, neque quidquam soluere teneatur, nisi illud tantúm, quod euidenter constiterit, conuersum fuisse in eius vtilitatem, apertè videbatur contra ius commune, quo decisum erat, vel reos insolidum obligatos in solidum teneri, nulla facta consideratione, in cuius vtilitatem debitum conuertatur. l. 1. & per totum. ff. de duobus reis. l. 1. & per totum. C. eodem, & ex alijs traditis à Gomezio in d. l. 61. numer. 3. vers. *Ex qua*, vel tanquàm simpliciter obligatos insolidum, pro parte tantùm posse conueniri. l. reos. §. cùm in tabulis de duobus reis, tamen hoc in extraneis procedit, non verò in mariro & vxore correis debendi; quia simul & insolidum obligatis, totum præsumitur ad maritum peruenire, vt ita vxor non teneatur, nisi in eo, quod probatum fuerit, in eius vtilitatem fuisse conuersum; vt pro ratione decidendi aduertit Gomez. numer. 3. in dicta l. 61. vers. *Ex qua le ge sic intellecta*, ad fin. quod ante ipsam verissimum erat, ex doctrina Speculatoris, & aliorum, quos referens sequitur Roderic. de ann. redditib. lib. 2. q. 5. numer. 16. vbi refert opiniones de iure communi cótrarias, quod post Bald. Imol. Gomez. Gutierr. & Menoch. verum existimat, etiamsi vxor simul cum marito contrahens iurauerit contractum; quia etiam in eo casu existimat præsumendum esse debitum non in vtilitatem vxoris, sed mariti conuersum fuisse, ex quo infert post Gomez. Paris. Burg. de Paz. Castell. & Ferraram, quòd si vxor rem dotalem simul cum marito alienans iurauerit, vel ex contractu iurato aliquid soluerit, aget ad pretium rei dotalis, vel illud, quod soluit, recuperandum ab hæredibus mariti, & quòd si mariti bona, vel hæredes non supereſſent, aut non soluendo forent, rem dotalem à possessore vindicabit, quod ego intelligo, quando non renunciauit dictæ legi 61. cum iuramento; quia secuta renunciatione, & confirmatione iuramenti non rescinderetur contractus, nisi læsio enormissima resultaret, vel indotata maneret, vt supra diximus. In quo casu existimo locutum fuisse Rodericum, cùm alias eius resolutio procedere non posset, nisi forsam præter confessionem vxoris probaretur, debitum fuisse in eius vtilitatem conuersum, vel vxor acceptasset bona constante matrimonio quæsita; ex quo probaretur, conuersio in eius vtilitatē, vt ex Azeued. Menoch. & Ronchegal. ipse Roder. resol-

resoluit in dicta quæst. 5. numer. 19. & 20. respectu tamen mariti non improbat l. 61. Tauri obligationem in solidum contractam, ideò in totum teneretur, vt per text. in l. si Titius & Seia. ff. de fideiussoribus. & post Alberic. in authent. si qua mulier col. 2. ad Velleian. resoluit Gomez in dicta l. 61. numer. 3. versic. *Quæro tamen si maritus.* Quæ quidem omnia in obligatione mariti & vxoris conducibilia sunt.

15 Quid tamen erit dicendum, quando mulier contraxit cum extraneo, cum quo in solidum se obligauit, an in solidum, vel pro parte teneatur, vel sit habenda consideratio ad eam tantum partem, quæ in eius vtilitatem conuersa fuit, & videnda sunt, quæ tradit Roderic. de annuis redditib. lib. 2. quæst. 5. numer. 21. vsque ad 39. vbi agit de intellectu legis, vir vxori. §. mulier. ff. ad Velleian. & plurima in propositum conducibilia adducit, quæ nos ex industria omittimus, ne sit ex voluminibus volumina componere; & quia sequentia vtiliora nos expectant.

16 Quibus sic additis, cùm dixerimus, correum in solidum obligatum in solidum teneri, ac conueniri, videamus, an vno ex correis liberato, alijs liberatio proficiat, & an sententia pro vno lata cæteris proficere possit; quod indistinctè, vt oportuerat, decidi non potest: ideò Bart. in l. ex duobus n. 16. ff. de duobus reis distinguit inter causam facti, vt quia dubitetur de debito, vel non debito, & causam iuris, vt quia dicatur, quod persona non potuit obligari. In primo casu cõstituit, quod liberatio vnius alteri proficit, siue sint socij, siue non, in secũdo vero eidem nõ proficere credit. Cuius Bart. distinctionem impugnat, explicat. & cõfirmat Felic. 2. tom. de censib. lib. 3. cap. 1. n. 7. vbi nu. 8. agit de eo, quod attinet ad liberationẽ; sed ego nõ tam dubito de potestate creditoris liberandi vnũ ex correis, quam de vtilitate liberationis, cui scilicet proficiat, vel noceat liberatio, an proficiat debitori liberato, ita quod cæteri in solidum adhuc pro toto conueniri possint, aut etiã cæteris in solidum obligatis pro sua parte proficere possit, vel an noceat creditori liberãti, vt pro ea parte, quã correũ liberauit, census extinguatur. In qua dubitatione firmiter credere, q̃ si creditor correũ, vel hypothecã sponte liberaret, nulla pro eo recepta pecunia, cæteri correi, seu bona adhuc in solidũ obligata existerent, ex l. ab omnibus vbi glossa. & Bart. ff. delegat. 1. & nominatim ita fuit decisum in decisione Sacri palatij, quæ est Robusterij. 112. n. 5. Quod prosequitur Felic. illud limitãs. 2. p. lib. 3. c. 2. n. 8. Quæ sententia fortificatur ex eo, quia si creditor tacitè, & indirectè potest vnum ex correis liberare, nihil ab eo vnquam petẽdo, cur non expressè, & sponte id efficere possit, ignoro, & si à principio eũ vt correũ ipsum nõ accipere potuit, cur non & ex post facto cum omittere libenter posse, ac liberare, nescio, si quidẽ vtrumque consistit in eius volũtate.

Quod tamen limitarem, ac intelligerẽ, vt respectu creditoris liber existat correus liberatus, nõ vero respectu correorũ, qui cẽsum soluissent, si in eius, qui liberatus fuit vtilitatẽ, sors conuerteretur: quia non obstãte liberatione creditoris poterũt cæteri correi quatenus vtilitas sortis ad liberatũ proueniret, cũ cõuenire, ex omnibus præceptis iustitiæ cõmutatiuę, quæ à creditore liberãte correũ in cęterorũ correorũ præiudiciũ tolli nõ possent, q̃ ex distinctione Felic. nõ violẽter deducitur. sin verò pro eo, vel hypotheca liberãdis pecuniã creditor accipiat, quod facere potest, non solũ liberatio correis proficeret, sed creditori liberãti noceret, ex eodẽ Felic. de cens. lib. 3. c. 2. nu. fin. vt quia illud in effectu recipiat propter causam census, cuius cõtemplatione nihil directè, neque indirectè possit recipere vltra sortem principalem.

17 Erit tamen dubitãdum, an illud, quod pro liberatione recepit, cõputetur in sortẽ, vel in redditus futuros. Quã dubitationem disputat & resoluit Felic. d. 2. p. de censib. lib. 4. c. vnico num. 29. versic. *Verum cum agamus*, fol. 259. vsque ad finem, vbi contra quendam dicentem, quod pretium remissi pignoris, vel hypothecæ, aut liberati correi, vel fideiussoris non imputatur in sortem, sed in vsuras præteritas, & futuras, resoluit, in sortem esse importandum, & aliquibus fundamentis, ac cõsiderationibus illud comprobat, quod ego vltra ipsum ex eo inconuincibiliter confirmo, quòd quando creditor aliquid vltra pensionẽ annuã recipit, non id recipere intelligitur ad extinguendam pensionẽ decursam, vel futuram, quæ longè minor est, sed potius sortem, cui magis correspondet quantitas recepta, vt quia debitũ sortis maius, & opulẽtius sit, & respectu sortis, durior, atque fortior obligatio, ex l. 1. & sequentib. ff. de solutionibus, nisi forsam, quod sæpissimè contingere potest, plures redditus decursi essent, quorum quantitate correspõdeat illud, quod recipit pro liberatione; quia eo casu cũ solutũ in dubio magis cedat in vsuras, quàm in sortem, ex his, quæ post Mascard. & alios tradit ipse Felician. dicto numer. fin. versic. *In qua dubitatione*, cum sequenti, in decursas imputabitur, ad quarum extinctionem

quantitatem illam recepisse creditorem præsumendum est; & ad hunc sensum sunt reducenda, quæ tradit Roderic. de ann. redditib. lib.2.q.12.num.20.vsque ad 24.vbi neminem referens in effectu resoluit, dum in num.21. subdit hæc verba. *Sed in reliqua non solum præterita, sed & futura, si reliqua, quæ nunc debentur, eam summam exhauriant*, & num.25. agit, an debitor offerens alium fideiussorem idoneum possit compellere creditorem, vt liberet eum à fideiussione.

Ex quibus omnibus regula ferè infallibilis constituitur, qua probatur, quòd creditor census via ordinaria, vel executiua aduersus correos, vel quemlibet eorum in solidum agere libere poterit, quod an in hæredibus correorum ita procedat, in capite sequenti dicendum est.

## DE HÆREDIBVS CREditoris, vel debitoris census, quomodò via executiua, seu ordinaria conueniant, vel cõueniantur. Caput XCV.

### SVMMARIVM.

*Hæredes creditoris eodem iure ac potestate, seu ordine conuenire possunt debitores censuales, quo ipse creditor defuncti poterat num.1. & si vnus ex hæredibus petat, pro parte valebit petitio, non pro omnibus, licet retificetur, nisi cæteri petenti sua iura cesserint; quia iudicium conualescit, tanquam intentatum à litis consorte. ibid.*

*Hæredes debitoris quando possint conueniri pro censu, & an in solidum, vel pro parte n 2. & quid quando hæres est possessor rei censualis. n. 3. vbi benè.*

*Actiones quomodò, & quando confundantur per successionem eleganter discutitur. nu.4. vbi n.5 an solùm procedat respectu personarum debitoris & creditoris, vel simul respectu correorum vt iusque, ita quòd correus succedendo agere possit contra alios, vel cõtra ipsum agi, vt quia successio habeatur pro solutione, & num 6. quòd actio & passio sunt incompatibilia in vno subiecto, & quòd successio habeatur pro solutione.*

*Actiones non confunduntur per successionem, quãdo hæres conficit inuentarium, num.7. & nn.8. quid quãdo hæres est creditor hypothecarius, & quid etiam deficiente hypotheca, quando creditor debitori succedens fuit grauatus de restituenda hæreditate. n.9.*

*Res legata, quæ subijcitur censui consignatiuo, reseruatiuo, vel emphyteotico, an liberetur à censu per hæredem, vel legatarium remissiue. num.10.*

### CAPVT XCV.

1 HÆREDES creditoris eodem iure, ac potestate, seu ordine, conuenire posse debitores censuales, quo ipse creditor defuncti poterat, certũ est, cùm vna, eademq; persona reputentur, actionesq; actiuæ, & passiuæ in eos transeant. l.1. C. de act. ab hæredibus, & contra hæredes. l. qui testamentum. ff. de probat. authent. de iure iurando à morientè præstito in princip. cum vulgatis, ideò & ordinariè, & executiuè in solidum, vel pro parte, vti voluerint, poterunt correos conuenire pro censu, dummodo pro ea tantum parte, qua defunctum repræsentant, id faciant. l. pro hæreditarijs. C. de hæreditarijs actionibus: vnde si cùm plures sint hæredes, vnus in solidum petat executionem contra correos aduersariusque plures hæredes esse probauerit, non in totum annullabitur executio, pro qua petentem hæredem esse probauerit, etiamsi cæteri, quod ab vno gestum est, ratificauerint, cùm non possit quis ratum habere, quod suo nomine gestum non est, nisi forsam vt valeat, cæteri cohęredes executionem petenti iura sua cesserint, vel donauerint, ita quòd in eum in solidum actiones transierint; quia eo pacto executioni, atque exactioni locus erit, cùm ius superueniens sufficiat, vt pro parte, cessa iudicium conualescat, ex l. si res aliena. §. fin. ff. de pignorat. act. & post Bald. Nouel. & Ant. Gabr. aduertit Parlad. rerum quotid. cap. fin. 3. part. §. 3. num. 3. vbi notat, quòd vnus ex hęredibus, tanquàm litis consors, & pro cæterorum partibus executionem petere potest, ex l.1. C. de consortibus eiusdem litis. l.10. tit.5. part.3. quamuis solutio eidem non fiat in totum, nisi ratificatio sequatur. Et ex parte hæredum creditoris nihil aliud est aduertendũ, nisi quòd debet euidenter probare se esse hæredem, vt post Roderi. Suar. & alios aduertit ipse Parladr & est tã vulgare, quàm receptum.

2 Ex parte tamen hæredum debitoris, qui si militer à domino census, vel eius hæredibus

conue-

conueniri possunt, alia sunt ex diuerso considerando, & inter ea quòd debent probare hæredem esse censuarij eum, contra quem petierint executionem, vt latè prosequitur Parlad. dicto capit. fin. 4. part. §. 1. per totum, quo quidem probato meritò dubitari poterit, an hæres in solidum, vel pro ea parte tantùm pro qua hæres sit, conueniatur, & exequatur; & si possessor est rerum censualium in solidum conuenitur, tanquam possessor, ex his, quæ dicenda sunt in capite sequenti circa tertios possessores rerum censualium & quæ infrà in hoc capite dicenda erunt: sin verò possessor non esset, sed tantùm hæres, pro parte, qua hæres sit, erit conueniendus, ex dicta l. pro hæreditarijs. C. de hæreditar. actionib. l. 1. cum vulgatis. C. si cert. petat. Quod ampliat dupliciter Parlad. in dicto capit. fin. 4. part. §. 1. numer. 11. vsque ad 14. vbi numer. 15. aduertit, quòd quando pro debito pignus, vel hypotheca data est, erit in electione creditoris agere pro rata aduersus singulos debitores actione personali, vel in solidum contra hypothecarum possessores, ex dicta l. pro hæreditarijs. C. de hæreditarijs actionibus. l. fin. C. si vnus ex pluribus hæredibus, in quo Parlador. confirmat distinctionem supradictam inter hæredem possessorem, vel non, vt possessor in solidum, alius verò pro parte possit conueniri.

3 Quod non solùm verum est, quando hæres possessor rei censualis conuenitur hypothecaria via ordinaria ad soluendum, & recognoscendum, sed via executiua ad pensionis exactionem; quia licèt executio præsupponat actionem personalem, & hæres personaliter pro parte sit conueniendus, si tamen conuenitur personaliter pro censu, simul tanquã hæres equi & possessor, in solidũ, & cõueniri, & exequi posset, tã ex l. fin. C. sine censu, vel reliq. quam ex eo, quòd cùm bona censualia non solũ hypothecæ subijciantur, sed & fortiori vinculo quasi seruitutis affecta sit aduersus quemcunque hæredẽ, possessorem in solidum, executio procederet, ex l. pro hæreditarijs. C. de hæreditarijs actionibus. l. si necessario. §. si vnus. ff. de pignorat. act. l. creditoris. ff. de distract. pignor. l. fin. C. si vnus ex pluribus, Bart. in d. l. creditoris, & post Roderic. Suar. Parlad. in c. fin. 4. p. §. 1. n. 15. & 16. maximè cùm in censibus vulgare sit pactum illud de non alienando cum hypotheca speciali, quod efficit omnino rem, vt non cõsideretur tertia persona, sed creditor, qui alienauit, vt ita via executiua procedatur contra tertium. Ex quo in censu vtilissimum erit considerare, an hæres possessor sit, necne rei censualis, vt in solidum, vel pro pãrte conueniatur.

4 Solet tamen contingere, creditorem succedere debitori, vel è contrà debitorem creditori, & dubitari de census resolutione per confusionem actionis, ad effectum, vt neque hæres debitoris conueniatur, neque creditoris amplius reum pro censu conuenire possit. Et in hac confusionis materia, quæ confusè ab Scribentibus traditur, sequentia ad nostrũ censum conducibilia notanda sunt. Primò constituitur regula, tam respectu creditoris, quàm debitoris, qua cauetur, quòd per successionẽ vnius in bonis alterius actiones actiuæ, & passiuæ vtriusque confunduntur, text. in l. stichum. §. additio. ff. de solutionibus. l. debitori. C. de pactis. l. Vranius. ff. de fideiussoribus. l. hæres à debitore. 22. §. cùm tu. l. lucius. 25. l. debitoris. 51. ff. eod. tit. l. qui hominem. 25. §. quidem filium, de solutionibus. l. Mucianæ cautionis in fine. ff. de condit. & demonstrat. l. 24. tit. 13. part. 5. de quo latè egerunt Menes. in l. 3. numer. 12. C. de fideicommiss. Ias. in l. 3. §. ex pluribus. numer. 40. de acquirend. possess. Benedict. in cap. Raynuntius, verb. *Mortuo.* 1. numer. 47. Dueñas reg. 118. Aretin. consil. 147. Paul. consil. 77. volum. 2. Menchaca de success. creat. §. 6. num. 69.

5 Quam regulam applicando ad nostram cẽsus speciem limitandam credimus, vt solum procedat respectu personarum debitoris & creditoris, non verò respectu cæterorum correorum vtriusque; quia correus succedens creditori, vel creditor succedens correo aduersus alios correos in solidum obligatos agere poterunt in solidum, sicut defunctus, cui successerunt, agere poterat, vt quia solùm confundantur actiones personales hæredis & defuncti. Quam dubitationem posuit Paulus Iurisconsultus in l. Vranius. 72. ff. de fideiuss. versic. *Sed cùm duo rei*, dicens, *Sed cùm duo rei promittendi sint, & alteri extiterit hæres creditor, iusta dubitatio est, verum alter quoque liberatus est ac si fuisset soluta pecunia, an persona tantùm exempta sit confusa obligatione.* Cui dubitationi respondet his verbis, *Et puto additione hæreditatis, confusione obligationis, eximi personam, sed & accessiones eius personæ liberari*, decidens statim casum nostrum ibi, *Igitur alterum reum eiusdem pecuniæ non liberari*; quod etiam probatur in l. hæres à debitore 22. §. cùm ita. ff. eodem, vbi differentia personarum excludit confusionẽ, ibi; *Tunc enim confusa priore obligatione posteriorem duraturam*, text. etiam in l. Titius. 25. ff. eodem, vbi Consultus proposuit quæstio-

nem his verbis: *Quæro, an quia aduersus Sciam debitorem hæredis confusa sit actio, protertia parte, qua Titio fratri suo hæres extiterit, cum coheredibus eius agere in solidum possit.* Cui respondet cum Marcelo his verbis, *Marcellus respondet, cum hæredibus Sei non pro maiori, quàm hæreditaria parte mandati agi posse*, text. etiam in l. si debitori creditor. §. 51. ff. eodem, ibi, *Quod ad ipsius quidem portionem attinet, obligatio ratione confusionis intercidit, sed pro parte coheredis obligatio salua est.* Et ratio quidem notissima est, scilicet quia confusa obligatione solùm persona, & eius accessiones liberantur, vt probat Consultus in dicta l. Vranius, ibi, *Et puto aditione hæreditatis, confusione obligationis eximi personam, & accessiones ex eius persona liberari*: ergo non personæ correorum, neque accessiones ex eorum personis prouenientes liberantur. Quod ex rationibus confusionis apertè suadetur, de quibus per Bald. in l. si vvor. ff. de bonis autoritate iudicis possidendis, Menes. in l. 3. n. 12. C. de fideicõmissis, Alberic. in d. l. Vranius. n. 5. & latè per Roderic. de ann. redditib. lib. 2. quæst. 19. per totam.

6 Maximè ex duabus potissimis, ad quas omnes aliæ reducuntur, scilicet, quia actio & passio simul in eodem subiecto esse non possunt, vt Paulus pro ratione reddit in dicta l. Vranius ibi, *Propter illam rationem, quia non possunt pro eodem apud eundem obligati esse*, & quia successio in eo casu ad confundendam obligationem habetur loco solutionis, ex eodem Paulo in dicta l. Vranius ibi, *Veluti solutionis iure sublata obligatione.* l. sed debitori. 51. ibi, *Aut est verius solutionis potestate*; sed hæc secunda ratio, scilicet quòd successio habeatur loco solutionis, videtur obstare contra earundem legum decisionem; quia si successio ad confundendas actiones habeat vim solutionis, correi omnino liberarentur, cùm solutio debitum extinguat, quod ponderauerunt Bart. in l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucapionibus, vbi Ias. numer. 386. Bolognet. numer. 389. Cui difficultati respondent aliqui, quòd successio habetur pro solutione, quando conuenit hæredi, vt pro solutione habeatur: quia cùm successio sit titulus lucratiuus & fauorabilis respectu hæredis. l. vnica. C. de imponenda lucratiua discrep. libr. 10. meritò in fauorem, & non in damnum eiusdem pro solutione habenda est. Quæ consideratio probatur in dicta l. stichum. §. additio, vers. *Aliquando*, vbi quia nihil operaretur successio, si non haberetur loco solutionis, cædit successori in solutionem. l. is cui §. si is qui fundum. ff. de euictionib. vbi successio habetur loco solutionis ex eo, quod expedit ipsi successori, ad hoc vt paret sibi actionem de euictione contra primum venditorem: Ponderatur etiam d. l. Vranius in 1. part. vbi quia nihil inter erat hæredis successio habetur pro solutione, & debitorem, atq; fideiussores liberat, & in 2. part. non habetur successio pro solutione; quoniam hæredi fieret præiudicium, imò cùm correo hæredi præiudicium irrogaretur, si successio respectu correorum haberetur pro solutione, meritò pro solutione non habetur, vt decidit Paul. in d. l. Vranius. Sed licèt hæc sit verissima ratio, potius tamen dici potest effectus & decisio, quàm ratio decisionis, & aliquantulum impropria videtur; quia effectus solutionis non pendet ab vtilitate, seu damno hæredis, sed à natura ipsius solutionis, vt quia de sua natura debitum extinguit, debitoresque liberat: ergo non est habenda ratio ad commodum, seu damnum hæredis, vnde crederé, quod successio habetur tantùm loco solutionis inter personas hæredis & defuncti, atque respectu successionis earum personarum, nõ tamen inter alias, vt nominatim probat d. l. Vranius, ibi, *Aditione hæreditatis, confusione obligationis eximi personam, & accessiones ex eius persona liberari*: ergo correi nullo modo liberantur.

Secundò etiam intelligo confusionis materiam, vt non solùm correi non liberentur, 7 neque actio respectu eorum confundatur, sed quòd etiã respectu ipsius correi hæredis personalis actio confusa sit, quando legitimè non confecit inuentarium, vt quia beneficium inuentarij confusionem impediat. l. fin. §. fin verò, vbi notant omnes. C. de iure deliberand. glos. & DD. in l. debitori. C. de pactis, Corn. cons. 190. n. 7. vol. 2. quod etiam erit vtilissimum ad hoc vt correus succedens creditori, vel creditor succedens debitori, si ex alia causa creditor sit defuncti, quamuis non sit hypothecarius, sed personalis, possit ad eumdo cũ beneficio inuentarij petere in conuersu creditorum, vel extra concursum debitum suum, quia beneficium inuentarij reddit hæredem tutum ab omnibus damnis, in quæ incidisset, si simpliciter adiuisset. l. fin. §. & si præfatam. C. de iure deliber. vbi dicitur, quòd nihil penitus hæres, qui inuentarium fecit amittere potest de sua substantia. Et ne videar aliena transplantare, infinitos ad hoc citat Roland. in tractat. de confus. inuent. in 4. part. §. 1. est vtilitas fol. mihi 96. & inuentarium præseruat omnes actiones competentes

hære-

hæredi, & quoad damnum vitandum constituit hæredem, ac si hæreditatem non adiuisset, dicta l. fin. §. in computatione, & dicit Bald. ibi colum. 2. quòd facit censeri hæreditatem iacentem, & numer. 3. dicit, quod hæres poterit citatis creditoribus & legatarijs implorare separationem bonorum pro suo credito, & idem dicit in l. debitori. numer. 3. vbi Alexand. num. 4. C. de pactis, & ibi Alexand. dicit, se aliàs hoc feciſſe ſeruari. Idem etiam ibi tenuit Iaſſ. & Decius. numer. 17. & Curt. Senior. 11. qui dicit, quòd hæres duas repræſentat perſonas, ſua nempe, & teſtatoris, & latè proſequitur Roland. in dicto tract. de confuſ. inuent. in decima vtili fol. mihi 131. vbi alios refert, & idem dicit Beccius in conſil. 113. num. 37. in fine. deciſ. Pedemont. 181. & in terminis, quòd hæres, qui confecit inuentarium poſsit petere creditum ſuum, in quantum ſcilicet excedit valorem relicti, tenuit Alexand. in dicta l. ſi cùm dotem. §. ſi pater, colum. 2. verſ. *Quod tamen hodie.* ff. ſolut. matrim. & benè verum eſt, quòd non poteſt petere, quatenus vires hæreditatis ſuppetũt, quia beneficiũ inuentarij operatur, ne hæres vltra vires hæreditatis teneatur. Sed benè tenetur, quatenus eſt in hæreditate, Imol. in cap. it. ex parte colum. 8. verſic. *Sed aduerte*, de feud. quem refert, & ſequitur Dec. in dicta l. debitorem. numer. 20. C. de pact. Roman. in conſil. 18. num. 4. Fulgoſ. in conſil. 67. colum. 2. & notat gloſſ. & DD. in l. fin. §. in computatione. C. de iure deliberand. Alexander in conſil. 30. num. 2. volum. 6. vbi inquit, quòd hæres facto inuentario non poteſt impugnare factum defuncti, quatenus hæreditas eſt ſoluẽdo. Decius, qui ita intelligit in l. ex qua perſona. numer. 2. verſic. *Et quod dictum*, vbi etiam Cagnol. in fin. ff. de regul. iur. Afflict. lib. 2. Conſt. Neapol. rubr. 5. num. 9. Boer. in deciſ. 23. num. 20. Socin. Iun. in conſil. 108. n. 42. volum. 2. Grat. in conſil. 9. num. 18. vol. 1. Crauet. in conſil. 225. num. 12. *Ex ea*, de pact. num. 227. verſic. *Iſta limitatio.* Et conueniũt quæ dicta ſunt ſuprà ex Roland. in tractat. de confuſ. inuent. in 4. part. §. prima vtilitas, & ante prędictos inquit Bart. in l. cùm vir. num. 14. ff. de vſucap. quòd ſi hæres veniat contra factum defuncti, facto inuẽtario, exceptione repellitur vſque ad quantitatem, quæ ſibi remanſit. Et idem dicit poſt gloſſ. dicta l. fin. §. in computatione. numer. 7. & communem dicit Afflict. in prælud. feud. num. 7. volum. 1. Bertrand. in cõſil. 7. vol. 1. ſecundum ordinẽ antiquum. Burſat. conſil. 49. n. 51.

Quod rectè intelligit gloſſ. in l. fin. §. in computatione, verb. *Confundantur*. C. de iure deliberand. vt procedat quoad effectum & exercitium actionum, licèt mero iure cõfundantur, quam in hoc ſequuntur Corn. nume. 4. Alexand. & Paul. num. 5. & eſt communis ſententia per Menchacam de ſucceſs. creat. §. 6. num. 46. verſic. *Licet autem*: quæ communis ſententia ab alia communi impugnatur, quam tradit Meneſ. in dicta l. 3. numer. 24. C. de fideicommiſsis, ſed ea diſputatio, atque communes ſententiæ contrariæ inutiles ſunt & ſine effectu conſiderabili, aduertendum tamen vtiliter eſt quoad eam confuſionis ſpeciem, quòd licet inuentarium non cõficiatur cum ſolemnitate, quam exigit. l. fin. §. cum igitur, & per totam l. C. de iure deliberand. ſed cum minori ſecundum conſuetudinem regionis, ſufficeret adhoc, vt ſaluum exiſtat ius hæredis creditoris, vt primus omnium notauit Roland. in ſumma artis notariatus in rubric. de inuentario ab hærede confecto, & probat Bald. in dicta l. fin. in princip. numer. 10. Paul. num. 3. Iaſſ. numer. 5. in dicto §. cùm igitur, Angel. in l. 1. §. ſtipulatio hęc. num. 20. ff. ſi cui pluſquam per l. falcid. idem Angel. in tractat. de inuentario. num. 13. & Guid. Papa in eod. tractat. numer. 9. Caldenſis de arte teſtandi tit. 11. cautela 13. num. 3. qui allegat. l. 2. C. quemadmod. teſtam. aper. ſed eſt melior text. in l. fin. §. 1. C. arbitrium tutelæ, ibi, *Niſi priùs inuentario publicè confecto. ſecundum morem ſolitum restradantur.*

8 Tertiò etiam intelligitur confuſionis materia, vt locum non habeat in creditore hypothecario, qui debitori ſucceſsit; quia is creditor etiam non facto inuentario non ſolùm poterit agere contra correos, ſed etiam in concurſu creditorum debitum ſuum exigere, & recuperare, vt quia ſolùm confundatur actio perſonalis, ex dicta l. Vranius ibi, *Eximi perſonam*, non tamen hypothecaria, ex l. ex feſtante. §. latinus. ff. de except. rei iudicatæ. Quam ſententiam dicit communem Curt. in dicta l. debitori. C. de pactis. Meneſ. in dicta l. 3. numer. 31. Cuiac. in tractatu ad Africanũ pag. 211. allegans pro ea ſententia text. quaſi expreſſum in l. cùm quis 38. §. fin. de ſolutionib. qui tamẽ text. non benè probat hanc ſententiã, quia loquitur in diuerſo caſu, ſcilicet, cũ debitor ſucceſsit fideiuſſori, in qua ſpecie, licet non teneatur ex fideiuſſoria obligatione, quoniam principalis obligatio tollit fideiuſſoriam, hypothecaria tamen actio ſalua manet creditori, quæ vtilis eſt; quoniam expedit eidem potiùs incumbere pignori, quàm in perſonam agere. §. furti. inſtit. de obligationibus quæ ex delicto naſcuntur. l. plus cautionis. ff. de regul. iuris. Sed licet pro ſupradicta

sententia non faciat benè text. in dicta l. cum quis, facit tamen dicta l. ex sestante. §. latinus & induci potest l. grege. §. etiam. ff. de pignoribus, quibus licèt respondere conetur Menes. suprà numer. 37. non tamen benè respondet; ideò eam sententiam per text. in dicto §. latinus tenet Bald. in l. 2. in princip. C. de bonis auctorit. iudic. possidend. Roman. consil. 276. numer. 1. Alexand. in l. debitori. num. 7. vbi Dec. num. 6. C. de pactis, Veroi. consil. 129. num. 16. volum. 1. Socin. Iun. consil. 57. colum. 2. num. 7. volum. 3. Gozadin. cons. 94 num. 47. Neuizant. consil. 69. n. 15. Roland. consil. 65. nu. 15. & sequenti vol. 2. Menoch. consil. 89. num. 31.

Qua sententia retenta non obstat, quòd actio hypothecaria accessoria videtur ad principalem obligationem personalem. l. soluitur in fine principij. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, & ideò sublata persona li actione, non potuit hypothecharia manere l. cùm principalis. l. nihil. ff. de regul. iur. nam respiciendo hypothecariam actionem æquè personalem, ac principalem. l. eos de vsuris, & ideo interdum manet sublata personali. l. intelligere. C. de luitione pignor. quòd maximè procedit in specie dictæ l. debitor, vbi manet naturalis obligatio, cui accedere potest hypothecaria; nam quamuis per additionem confundatur personalis, vbi tamen additio fuit coacta, licèt ea voluntas sufficiens sit ad ciuilem obligationem inducendam, vel tollendam. l. si mulier. §. si metu coactus. ff. ad S. C. Trebelian. non tamen tollit naturalem, quæ sine consensu neque inducitur, neque tollitur. l. cùm amplius. §. his natura de regul. iur. quomodò est intelligendus text. in dicto. §. latimus, in quo non potuit ad esse consensus in hærede errante, argum. l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iud. & ideo & naturalis & hypothecaria actio ei conseruatur.

Neque obstat rursus, quòd pro additione hæreditatis hæres consecutus fuit domum. l. cùm hæredes. ff. de acquiren. possess. l. his verbis ad hæred. §. vltim. de hæred. qualit. vnde pignus durare potuit, in nostro text. versic. *Quemadmodum*, regula nec pignus, de regul. iur. Sed respondeo, dictam regulam. l. nec pignus procedere in dominio irreuocabili; cæterum si tale sit dominium, quod reuocari speratur, adhuc durat pignus à principio benè constitutum, argumen. l. in bellum. §. si quis seruum de captiuis. l. nam non quocunque delegat. 1. & l. vltim. §. si antiquos creditor, & notat glos. in l. qui à debitore. ff. qui potiores, quàm probat Bart. in l. si finita. §. Iulianus. num. 4. ff. de damno infecto; Tiraquel. de vtroque retract. §. 1. glos. 7. numer. 70. Pro qua sententia est d. §. latinus, vbi notat glos. verb. *Constituto, illud ad praxim*, ex cõstitutionibus Principum hæredem, qui adiuit, posse id, quod sibi debeat, non obstante confessione deducere, quamuis pignus sibi non cauerit l. imponenda. l. irritum. ff. ad l. Falcid. versic. *Integram hæreditatem soluat, suo debitore non deducto, poterit ex capite conditionis indebiti illud repetere*, & notat Roman. consil. 227. n. 2. & est recepta sententia Socini in d. l. debitor. n. 5.

9 Quartò limitatur etiam deficiente hypothecaria, quando creditor debitori succedés fuit grauatus restituere alijs hæreditatem; quia eo casu poterit retinere creditum suum, & residuum restituere, vt quia confundãtur actiones quoad creditores & legatarios, & non quoad fideicommissarium. Castro in l. ita tamen. §. si ex Trebel. num. 2. ff. ad Treb. vbi miratur, quòd Doctores hæc non posuerunt in locis ordinarijs, cùm millies eueniat in facto, & dicit se ita consuluisse, prout verè consuluit in consil. 77. numer. 1. volum. 2. vbi concludit, posse grauatum deducere dotes maternas aduersus fideicommissarium, quia in fideicommissi restitutione non veniunt bona propria grauati. l. cohæredi. §. cùm filiæ ff. de vulgar. Idem tenuit Alexand. in dicto §. si ex Taeb. numer. 3. & ante eos Angel. in consil. 64. in fine, vbi quod deducit, non solũ ciuiliter, sed naturaliter etiam debitum; quia iura antiqua quoad hoc non fuerunt immutata. Roman. in consil. 276. numer. 2. vbi quòd grauatus vtitur iure detractionis, vel retentionis, hanc opinionem dicit vnoore, & communi calculo receptam Roland. in dicto consil. 65. num. 13. vol. 2. vbi refert Bald. Angel. & Castrens. Roman. Alexand. Cap. Socin. Iass. Crot. Ruyn. Paris. & Socin. Iun. addo Capr. in consil. 63. num. 2. Ruyn. in consil. 206. num. 11. volum. 2. Bertrand. consil. 57. num. 3. in 1. part. 2. volum. consil. 148. num. 6. in 1. part. tertij consil. 52. num. 22. 2. part. eiusdem volum. quia inuentario non confecto lex disponit, quòd hæres teneatur in solidum legatarijs, & creditoribus, non autem fideicommissario, Cuman. in consil. 37. *Quidã*, Ripa in consil. 122. num. 7. vbi dicit, actiones non omnino confundi, sed in restitutione fideicommissi reuiuiscere. l. si hæres. §. cùm ex Trebelliano. ff. ad Trebel. & quod additio hæreditatis tali casu viam habet solutionis. l. stichum. §. additio. ff. de solut. Natta in consil. 255. vbi dicit, quòd hæres grauatus detrahit quidquid sibi à defuncto debeatur. l. ab omnibus.

nibus.§.fin.ff.de legat.1.in l.imponenda, & l.irritum.C.ad l.falcid. Calcan. in consil.37. num.7.& sequentib. imo & si in restitutione hæres non retinuisset sibi creditum suum, posset repetere, vt post Bald.cõcludit Crau. in consil.144.numer.5. & dicit, quòd etiam detrahit hæres fideicommissum, quod testator fuerat grauatus restituere. Cephal. in cõsil.272.numer.42.hoc etiam tenuit Gigas de pensionib.quæst.49.in fin. A Emilian.in consil.44.num.7.Port.Imol.in consil. 92. num. 93.& Phanuc.in tractat.dot.gloss.8.num.68. vbi post Corn.& Capic. quos refert, inquit, maritum ab vxore institutum posse ante omnia deducere lucrum dotis sibi ab statuto delatum,& si adiuerit sine inuentario. Et ratio præmissorum est, quia in restitutione fideicommissi venit id solum, quod grauatus habuit iure hæreditario,& non alia.l.cohæredi.§.cum filio.ff.de vulgat.l.3. §. vxor in fin. ff.de dote præleg. l.si res in princip. ff.ad Trebel.ita Bald.in dicta l.debitori.numer.4. Castrens.dicto consil.77.num.1. Alexand.in consil.20.num.9.& sequent. volum. 2. Dec. in consil.91.in fin.Natta in consil. 255. num. 7. Cephal.in consil. 272.numer. 42. Crauet. in dicto consil.144. numer.3. quod procedit, etiamsi quid à testatore proueniſſet, aliunde tamen, quàm ex testamento. l. 3. §. si rem. ff. delegat. 3. Alexand. dicto consil. 20. numer. 9. Nec id venit restituendum, quod ad hæredem vti hæredem prouenit, si alio titulo quæsitum sit, quàm hæreditario. l. qui hæredi. §. cùm hæreditas. ff. de condit. & demonstrat. & pulchrè ponit D. Bec. in consil. 24. numer. 7. Ex quibus constat, quomodò ab hæredibus, & contra hæredes actiones transferantur,& competant.

10 Quid tamen erit dicendum, si defunctus alicui legauerit rem censui consignatiuo redimibili, vel reseruatiuo, aut emphytheotico subiectam, an hæres teneatur eam liberare ab onere census, vel legatarius liberam habere, vel ad legatarium cum onere transeat, ita quod & censum deinceps soluere debeat, vel eum si voluerit, redimere obligatus sit; quam dubitationem explicuit latè Felician. 2. tomo de censib. lib. 1. capit. 1. numer. 5. versic. *Vnde nunc illud obserno*, cum alijs, vbi denique resoluit, hæredem ad id teneri, si census redimibiles sit, sin verò perpetuus, vel reseruatiuus, aut emphytheoticus, legatarius, cuius resolutionem admitto.

# DE TERTIIS POSSESSORIBUS rerũ censualium via ordinaria, vel executiua pro redditibus decursis conueniendis. Caput XCVI.

## SVMMARIVM.

*Tertij possessores rerum censualium triplici modo conueniuntur de re cognoscendum via ordinaria, & similiter via ordinaria ad soluendos redditus decursos, quod rarò contingit, aut demum via executiua pro pensione, quod est ordinarium, de quo late discutitur. n. 1.*

*An competat personalis actio contra tertium rei possessorem. n. 2.*

*Dominus emphytheosis an pro pensione possit agere hypothecaria, via executiua, vel rei vendicatione. n. 3. & num. 4. an procedat. si emphytheota pro canone obligauit omnia bona, & numer. 5. quid erit, si tertius accipit rem cum onere soluendi pensionem.*

*Tertius possessor rei in censum reseruatiuum datæ an possit conueniri via ordinaria, vel executiua. num. 6.*

*Tertius possessor rei census consignatiui an possit conueniri, vt recognoscat, vel executiuè, vt soluat pensionem. numer. 7. & numer. 8. de pacto non alienandi rem cum hypotheca.*

*Tertius rei censualis possessor an conueniatur nulla facta priùs debitoris principalis excussione, quando renunciatur beneficio excussionis, vel non facta renunciatione eius beneficij. numer. 9.*

*Excussio est quidam iuris rigor, qui non tangit bona fidem, sed extrinsecus ventilatur. numer. 10.*

*An priùs euinci debeant hypothecæ speciales. num. 11.*

*Et intellectus ad l. 2. C. de pignoribus. numer. 13.*

*Quid faciendum si debitor principalis non est soluendo. n. 12.*

*Tertij possessores rerum censualium an conueniantur in solidum, vel pro parte, traditur latè, n. 14.*

## CAPVT XCVI.

TERTII possessores rerum cēsualium triplici modo possunt conueniri à creditoribus, vel eorum hæredibus. Primo, vt recognoscant censum in futurum soluendum, de quo etiam alibi dicendum erit. Secundo, vt pensionem via ordinaria soluāt, quod fere nunquam visum est, cum via executiua agatur. Tertio exequendo scripturam censualem contra possessores rerum censualium pro redditibus decursis, ad quem exigēdi modum reducenda sunt, quæ in præsenti capite dicenda erunt. Et primò exemplificatur hæc nostra dubitatio in tertijs possessoribus rerum emphytheoticarum, vt quando emphytheota sub emphytheoticauit, vel alio modo in tertium rem ipsam emphytheoticam transtulit, dominusque emphytheosis agit contra possessorem pro canonis exactione. 2 In quo cāsu videbatur dicendum, quòd contra tertium non agatur hypothecaria, sed personali tantum, vt post Iaff. in l. 2. num. 86. C. de iure emphyt. tradit Valasc. de iure emphyt. quæst. 4. num. 7. & eleganter respondendo ad obiectiones cōtrarias probat Petr. Surd. decis. 32. num. 2. & 3. Exquo cùm actio personalis non detur contra tertium rei possessorem. l. fin. §. fin. de contrahend. emptio. l. 1. §. si hæres percepto fundo ad Trebelian. l. quædam. §. ij autem. ff. de edendo, dicendū videbatur, contra eum via executiua agi non posse.

Rursus si (vt diximus in capite præcedenti in princip. & in capit. 23. huius operis) in 3 censu empeytheotico formatur vera & regularis hypotheca ad exigendam pensionem, necessario dicendum videtur excussionem legitimam debere præcedere, vt tertius possessor rei emphytheoticæ hypothecaria conueniatur, vt ponderauit Valasc. de iure emphyt. quæst. 4. num. 7. versic. *Retenta*, & Petr. Surd. dicta decis. 32. in fine. In quo constituerunt differentiam inter censum, & emphytheosim ipse Valasc. quæst. 32. numer. 14. & Petr. Surd. dicta decis. 32. num. 15. vt in censu nulla requiratur excussio, in emphytheosi verò sic.

Sed contrariam sententiam veriorem existimo, tam ex his, quæ late dixi in capit. 23. huius operis, vbi euidentissimè probaui, quòd pro canone emphytheotico competit hypothecaria, quàm quòd emphytheosis ducitur in scripturam, quæ non solum habet hypothecam, sed pactum de non alienando. Ex quo si tertius possessor voluerit rem emphytheoticam retinere, necesse habebit canonem offerre, & soluere, iuxta consilium Pauli Castrensis in l. Imperatores in princip. ff. de publicanis, Roman. consil. 311. num. 2. & 417. numer. 7. Afflict. decis. 95. numer. 3. Foller. de censib. num. 97. versic. huiusmodi census, Rodoan. de rebus Eccles. quæst. 66. num. 63. versi. *Sed intellige*, ex quo dominus propter non solutionem canonis poterit à tertio possessore vendicare rem emphytheoticam ex Petr. Cyno, & alijs in l. 2. C. de iur. emphyt. vbi Iaff. num. 150. & 154. & Paris. de Puteo, Amadeæus, quos refert Petr. Surd. dicta decis. 32. numer. 8. in fine, constanter tenuerunt, quòd pro canone datur hypothecaria.

Ego tamen vltrà omnes, quos legerim cōsiderabam pro hac verissima sententia, quòd tertius possessor rei emphytheoticæ legitimè à domino ordinariè, vel executiuè conuenitur, etiam nulla facta excussione, & pondero ad id naturam eius contractus, datur enim res emphytheotica à principio cum reseruatione pensionis annuæ in recognitionem directi dominij, vt communiter omnes præsupponunt, ex Bart. vsque ad moderniores, quos referens sequitur Valasc. de iure emphyt. quæst. 1. numer. 15. ergo ius percipiendi pēsionem ex natura reseruationis rem ipsam, tanquam seruitus sequitur. Et inde dixerunt plures, seruitutem creari in emphytheosi, non ab emphytheota, qui dominus nō est, sed à domino directi in actu reseruationis; & in hunc sensum intelliguntur quę tradit Valasc. dicta quęst. 1. num. 18. ergo si seruitus contrahitur, vel saltem ius reale cohęrens inseparabiliter fundo, poterit tertius possessor absque principalis debitoris excussione directè conueniri.

Rursus non est dare medium, nisi quòd tertius haberet rem emphytheoticam cum domini consensu, vel domino ignorante. Primo casu certum est, quòd cùm rem ipsam accepisset consentiente domino, quasi cum eo contraxit, & eum virtualiter in dominum recognouit, atque consequenter directè manet domino obligatus, & ab eo poterit conueniri, vt eleganter tradit Petr. Surd. dicta decis. 32. ex numer. 10. vsque ad 15. sin verò ignorante, non rectè possidet, cum nulla sit alienatio absque domini consensu, ex l. 2. & per tot. C. de iur. emphyt. l. 28. titul. 8. part. 5. ergo vtroq, casu poterit tertius directè à domino via ordinaria, vel executiua conueniri; ita discurrendo argumentatur, atque resoluit Valasc. de iure emphyt. quæst. 32. numer. 23. per totum: ergo nulla erit in emphytheosi

necessa-

necessaria excussio, non solùm quoad hunc effectum, vt dominus directi via ordinaria aduersus tertium rei possessorem petere possit, vt recognoscat censum, & soluat pensionem, verum & via executiua virtute scripturæ censualis. Si enim res emphytheotica est domino obligata pro canone, vt latè diximus in capit. 23. & probat Angel. in l. vniuersas. C. de re dom. Iaſſ. in l. 1. numer. 70. C. de iure emphyt. vbi allegat Paulum in l. in venditione. ff. de act. empti dicentem, quòd ideò dominus vendicauit rem ab emptore, & iterum Iaſſ. in l. 2. nu. 105. & 154. C. de iur. emphyt. Pinel. in l. 1. 2. part. numer. 72. C. de bonis matern. Neguſant. de pignoribus. 4. membro. 2. partis numer. 127. & similiter in scriptura præter naturam contractus emphytheotici, & eius hypothecam adest pactũ de non alienando, de quo infra dicendum erit, meritò contra tertium rei possessorem & via executiua, & ordininaria iustè agi poterit.

4 Maximè si primus emphytheotá pro solutione canonis obligauit omnia sua bona, ex Bart. in l. qui fundum. ff. locati, Paul. Castrens. in l. si merces. §. 1. ff. locati, Neguſant. de pignorib. 2. membro. 2. part. numer. 33.

5 Et sine dubio si tertius rem emphytheoticam accepit cum onere emphytheosis, vt post Affict. Roman. & alios aduertit Petr. Surd. dicta decis. 32. numer. 10. vsque ad num. 15.

6 Quæ quidem omnia similiter procedunt in censu reseruatiuo, quia virtute reseruationis pensionis factæ in instrumento censuali, quæ reseruatur ex fundo, vel defundo, & hypotheca formatur, imò & ius fortius hypotheca regulari contrahitur, vt diximus in capitibus de censu reseruatiuo, & ex ea scripturâ solemni, in qua census reseruatiuus constituitur, ius exequendi verum producitur. Ex quibus hypotheca, & iure exequendi rectè aduersus tertiũ agitur, vt diximus suprà, & infrà dicendum erit.

7 In censu verò consignatiuo nullus vnquá dubitauit, nisi quòd tertius rei censualis possessor possit directè hypothecaria conueniri si quidem certum sit, quòd ad eum res trãsit cum onere cẽsus, vt eleganter aduertit Petr. Surd. dicta decis. 32. num. 2. in fine, & nume. 3. & numer. 4. 5. & 6. vbi refert text. in Clement. 1. vbi gloss. de censib. l. rescripto. §. sciendum de muner. & honorib. & post Innocẽt. Speculat. & alios verum existimat etiam in fisco, vel Ecclesia, de quo nos latè diximus in tractat. de tributis, & non solum in cẽsibus futuris, sed præteritis, post Rodoan. Corbulum. Amad. Laudens. & alios aduertit.

Ex quo dominus census, vel poterit agere contra tertium via ordinaria, vt recognoscat, atque futurum soluat pensionem, de qua recognitione egerunt latè Cassan. in Consuetudinib. Burgũd. rubric. 11. §. 3. & §. 6. Guid. Papa decis. 43. & 576. Benedict. in cap. Raynuntius verb. *Et vxorem nomine Adalasiam.* num. 444. Tiraquell. de retract. lignag. §. 6. gloss. 1. numer. 21. Couarr. lib. 3. variar. cap. 7. nume. 6. Aym. Crauet. consil. 217. Foller. in praxi censuali verb. *Huiusmodi census*, numer. 96. & late Felician. in 2. tomo de censib. lib. 3. cap. fin.

Vel agere poterit via executiua, quæ licet non competat contra tertium rei possessorẽ, cum sit actio personalis, ex dicta l. 1. §. si hæres percepta. ff. ad Trebel. & tradit late Parlador. lib. 2. rerum quotid. capit. fin. 4. part. §. 5. ex principio, Gutierr. in l. nemo potest. num. 27. de legat. 1. etiamsi agatur hypothecaria, ex eod. Gutierr. ibid. numer. 36. & post eum Roderic. de annu. redditib. lib. 2. quæst. 9. num. 53. tamen cùm in scriptura censuali accedat hypotheca, & simul pactum de non alienando, contra tertium rei possessorem habebit locũ via executiua, ex textu vulgari in l. si creditor. §. fin. de distract. pign. ibi, *Nullã esse venditionem, vt pactioni stetur*, vbi probat eleganter Consultus, quod accedente pacto de non alienando, & hypotheca speciali, impedit pactum translationem dominij quoad hunc effectum, vt pactioni stetur, per quem text. habere contra tertium locum via executiua tenuerunt omnes, & nominatim in cẽsu Ioan. Gutier. & alij supra, Parlador. lib. 2. cap. fin. 4. part. §. 5. numer. 16. vsque ad finem, & benè prosequitur Roderic. dicta quæst. 9. numer. 53. cum alijs, & numer. 61. Ex quibus dum aliqui tenent sufficere hypothecam generalem, in censu errauerunt, cùm generalis obligatio non sufficiat ad eius census creationem, maximè quia etiam in hypotheca regulari non sufficere generalem obligationem tradunt plures per Ant. Gab. libr. 3. commun. opin. titul. de pignorib. conclus. 1. per totam, Menoch. & alij, quos refert Parlador.

8 Supradicta tamen resolutio, scilicet quòd in censibus necessaria sit hypotheca specialis, & pactum de non alienando, adhoc vt contra tertium rei censualis possessorem via executiua agi possit, limitatur, atque restringitur in censu emphytheotico, in quo quidẽ quamuis deficiat pactum de non alienando

rem emphytheoticam; quod quidem semper adijcitur in scriptura emphytheosis, adhuc tamen dominus directi contra tertium pro exactione canonis via executiua agere poterit; quia cum alienatio pactione deficiente ipso iure nulla sit. l. fin. C. de iure emphyt. l. fin. titul. 18. part. 5. deficiente pacto de non alienando ex sola natura contractus emphytheotici poterit dominus contra tertium, vel iure commissi agere ad resoluendũ contractum, & recuperandam rem, vel si maluerit exigere pensionem via executiua. Ita post Bart. & alios resoluit Parlador. rerum quotidian. capit. fin. 4. part. §. 5. numer. 4. & 5.

Secundo etiam ego limitarem supradictã prohibitionem conueniendi tertium via executiua deficiente pacto de non alienando in censu vere reseruatiuo, qui quidem cum à principio creationis reseruetur ex re, quæ datur in censum, ita quod ex reseruatione pẽsio reseruata, & ius percipiẽdi eam, remaneat penes concedentem, ac si in alium res translata non fuisset, certum est, quòd ipsa reseruatio quoad eum effectum, vt pensio reseruata percipiatur, virtualem prohibitionem alienationis importabit, sicut & pactum de non alienando quoad hunc effectum, vt pactioni stetur, & quòd ideò dominus pensionis persequendo rem, poterit agere contra tertium via executiua pro pensione. In re igitur, quæ datur in censu reseruatiuum, fortissimum ius habet dominus pensionis, fortius equidem competenti domino census cõsignatiui in hypothecis censualibus, vt quia hypothecæ censuales à principio, & ex post facto censuarij fuissent; bona vero data in censum reseruatiuum à principio essent concedentis, & ex post facto censuarij, cum ea tamen reseruatione pensionis, vt quia pensio, & ius percipiendi eam penes concedentẽ semper mansisset, & cum quadam resolutionis contractus natura, de qua diximus in capitibus de censu reseruatiuo: ergo mirũ non est, si longè maiori ratione, quàm in censu consignatiuo, in reseruatiuo tenendum sit, q̃ tertius rei possessor pro pensione directè via executiua conueniatur, etiã deficiente pacto de non alienando.

Tertiò, & nouiter in censu consignatiuo considerabam subtiliter, defendi posse, quòd deficiente pacto de non alienando tertius rei censualis possessor via executiua directè conueniatur. Pro qua sententia considero, quòd si contra tertium agitur directè via ordinaria ex hypothecaria irregulari census ad recognoscendum, vel rem dimittendam, etiam nulla facta excussione, ex eo quidem quòd hypothecaria censualis est fortior, & opulentior cæteris omnibus contractibus, & hypothecis regularibus, vt quia sit quoddam ius inseparabiliter cohærens fundo censuali, quòd transit directè cum fundo ad quemcunque possessorem, vt latè diximus in cap. præcedenti, & omnes fatentur, eadem ratione dicendum est, quod ius exequendi in eo censu fortiùs, & opulentiùs debet esse quocunque alio iure exequendi regulari, vt ita aduersus tertium possessorem directè competat. Secundò considero, quòd quando ius exequendi prouenit ex hypotheca regulari passiuè est personale, & personalis obligatio principalior, hypothecaria vero ad securiorem debiti exactionem; ideò mirum non est, si aduersus tertium rei possessorem ius illud personale, quod principaliter deducitur in iudicium aduersus tertium deficiente pacto de non alienando directè competere non possit & quòd eo casu hypothecaria agi non possit aduersus tertium, non facta prius excussione, cùm sit actio subsidiaria & accessoria. At verò in censu diuersum est, cùm enim hypotheca in regularis, ius nempe reale sit principalius in eodem contracta, & personalis accessoria, mirum non est, vt quemadmodum aduersus tertium competit directè ad recognoscendum, vel rem dimittendam, similiter ius exequendi passiuè personale connexum, & accessorium, atque iuri reali cohærens, ab eoque pendens aduersus ipsum competere possit. Tertiò iudicium summarium exequendi, & ordinarium petendi recognitionem aduersus tertiũ, tantúm differunt in breuitate, quia in alijs similia sunt, ab vnoque fonte deriuãtur: ergo sicut cõtra tertium non contentum in instrumento censuali agi potest via ordinaria, vt quia nihil interest, quòd personaliter non sit obligatus, si possessor sit, ita & contra ipsum via executiua agi poterit, vt quia licèt in scriptura non exprimatur, virtualiter tamen, quatenus possessor est, continetur.

Quartò considero, quòd via ordinariã actiuè, & passiuè fundatur in instrumento censuali, actiuè, quia directè agi potest cõtra possessorẽ, etiam nulla facta excussione; passiuè, quia bona censualia, quæ petuntur, continentur in instrumento censuali; ergo similiter via executiua actiuè & passiuè fundari potest in scriptura, & consequenter fundata actiuè & passiuè & perfecta est, & in iudiciũ contra tertium reducibilis.

Quintò pondero, quod dominus emphytheosis, vt suprà diximus, potest agere aduer-

aduersus tertium, in quem res fuit alienata, non solum ad rem iure commissi petendam, sed via executiua ad pensionem exigendam. Quod quidem, quamuis, vt suprà diximus, fundetur in nullitate alienationis, prohibitio neq; legali, in eo tamè fundatur, quòd in emphyteosi principalior obligatio est realis, & personalis accessoria, vt notissimũ est, & ideò ex eo iure reali cõpetẽti domino, inseparabiliterq; cohærenti fundo iustificatur executio; quia postquàm dominus omisso iure cõmissi elegit exactionem pensionis, cessat nullitas, & resolutio contractus: ergo executio fundatur in solo iure reali electo, & consequenter rectè ea sententia de emphyteosi ad nostrum casum adaptatur. Sextò cõsidero casum de fideicommissario legatario omniũ bonorum fisco, monasterio, testamentario, & alijs similibus rerum defuncti, possessoribus, qui quidem, licèt non sint hæredes, sed tantùm possessores, adhuc directè via executiua pro debitis defunctis conueniri possunt vt latè resoluit Parlador. in vtroque casu lib. 2. rerum quotidianar. capit. fin. 4. part. §. 2 per totum: ergo à fortiori in nostro casu dicendũ videbatur, in quo tertij possessores rerum cẽsualium possident rem censui subiectam, iurique reali obnoxiam. Septimò, quamuis tertius rei censualis possessor non exprimatur in scriptura, nec recognouerit censum, tacitè, imò & virtualiter in ea continetur, dum possessor est, sed sic est, quòd tacitè ex instrumento colligitur, virtualiterque in ea continentur, dum possessor est, sed id, quòd tacitè ex instrumento colligitur, virtualiterque in ea continetur, etiam ad fundandam viam executiuam, pro expresso habendum est, vt latè resoluit Parlador. dicto lib. 2. 1. part. cap. fin. §. 11. ampliatione 4. per totam, vbi post plures id latè comprobat: ergo eodem modo ad fundandam viam executiuam contra tertiũ rei possessore, sufficeret tacitum illud, imò & virtuale, quòd deducitur ex possessione. Quæ considerationes nouiter pensitate, fortes equidem sunt ad fundandum, quòd etiãsi in censu deficeret pactum de non alienando via executiua, locum habere potest cõtra tertium possessorem. In hoc enim casu sunt intelligenda, quæ post Milanensem, & alios latè tradit Felician. in 2. part. de censib. lib. 3. capit. 4. num. 5. vsque ad 10. vbi disputat, an pro censu possit exequi tertius possessor, in quo resoluit non posse, nisi prius citato tertio, probet hypothecam, quam possidet, esse censualem, quæ continetur in scriptura; deficiente enim pacto de non alienando, posset eius sententia sustineri, accedente verò non, vt quia via executiua locum semper haberet, ex omnibus suprà dictis, & Felicianus ipse fatetur.

Sed quamuis in puncto iuris hæc sententia posset defendi, securior tamen est, quod pactum de non alienando in censu ad eum effectum interueniat, vt ego sæpissimè vidi adiectum fuisse, quamuis Felician. dicto lib. 3. capit. 4. numer. 6. teneat se vidisse passim instrumenta censualia mandari executioni absque clausula de non alienando, nõ quod id iure verum existimet, sed quia notarij non pactum illud specialiter, vt oportuerat, describunt, sed dumtaxat obligant censuarios non vendere res censuales, nisi certis pensionibus. Quam quidem obligationem dicit Felician. & rectè, non esse pactum de non alienando, sed ego communiter vidi formari rectè pactum illud, si non tam specialiter, vt oportuerat, saltem formaliter, ita quòd in effectu, & substantia censurrij promittant non vendere, nec alienare sine consensu, atque licentia domini, in quo quidem consistit substantia pacti; ideo non semper in scripturis censualibus adiectum reperitur eo modo, quo sufficit, & consequenter executio locũ habebit aduersus quemcunq; tertium possessorem, vt Felician. denique resoluit in dicto capit. 4. num. 6.

Reperio tamen, quòd ipse Felician. eodem tractatu de censib. lib. 1. capit. 10. numer. 3. resoluit, propter eam conuẽtionem, & clausulam de non alienando rem censualem, non competere ius exequendi cõtra tertium fundi censualis possessorem, dicens, quod quamuis in alijs contractibus id importet pactum illud, vt libenter fateri potest. Roderic. Suar. Couarr. Gutierr. & alios, in censu tamẽ nihil operatur, & ita licèt in dicto capit. 10. num. 1. referat aliqua fundamenta, quibus probat valere in censu similem pactionem. Denique in numer. 2. eam reprobat, & denique numer. 3. ex eius pacti reprobatione infertur, quòd cùm in censu adijci non possit, vt quia censuarius habeat liberam facultatem, si adijciatur, nihil operabitur, vt ex eo tertius possessor via executiua possit conueniri, cuius Feliciani resolutio præterquam quòd ex diametro contra ipsum pugnat, cùm in lib. 3. cap. 4. numer. 6. resoluat virtute eius pacti contra tertium habere locum via executiua, & in lib. 1. cap. 10. num. 3. contrarium tenet ex omnibus suprà dictis etiam conuincitur. Quibus constat, non solùm pacto illo accedente, sed & deficiente posse defendi executionem contra tertium rei censualis possessorem locum habere; & ad fundamenta Feliciani dum

reprobat

reprobat in censu cõditionem illam non alienandi, ex cõ quòd minuit partem pretij, latissimè satisfactum est, ex his, quæ diximus in capit. de conditione non alienandi in constitutione census adiecta, vbi eam iustissimam esse defendimus. Ex quibus iam constat, cõtra tertium rei censualis possessorem acceden te pacto de non alienando locum habere via executiua, imò & deficiente iure defendi posse, licèt securior sit præcedens resolutio.

Sed in hac materia de censu exequendo contra tertios rerum censualium possessores tres principales dubitationes se offerunt examinandæ, ac decidendæ. Prima, an sit prius facienda excussio in bonis principalis, quàm ad tertios deueniatur. Secunda, an similiter hypothecæ speciales sint priùs exequendæ, ac excutiendæ, quàm ad cætera bona debitoris accedatur. Tertia, an vnusquisque tertius possessor insolidum, vel pro parte sit cõueniendus, & exequendus. Quoad primam
9 excussionis dubitationem præsupposita ordinaria renunciatione huius beneficij, quæ in census scriptura vulgariter adijcitur, superfluam esse videbatur. Sed adhuc vtilissimum erit scire, an nulla facta excussionis renuncia tione tertij possessores rerum censualium vti possent eo beneficio. Quam dubitationem plures in censu tradiderunt, & non esse necessariam excussionem tenuerunt Guid. Papa quæst. 42. & alij plures per Felician. qui eam sequitur lib. 3. de censib. cap. 4. numer. 9. qui quidem in 2. tomo lib. 3. capit. 4. numer. 15. versic. *In numer. 9. statui*, pro ea sententia refer Petr. Surd. decis. 32. numer. fin. Milanensem in decis. 2. Rodoan. Ioann. Bapt. Lup. & additionem ad Anton. Gamm. Sed in versic. *Semper*, dicens, solicitum & anxiatùm fuisse incognitione rationis eius resolutionis, fatetur nullam potuisse reperire, atque denique cum Ioan. Garcia de expens. cap. 4. num. 44. mutato consilio existimat necessariam esse excussionem, vt quia in censu nullum priuilegium, quod eam excludat, reperiatur, contra regulam excussionis, de qua in authentic. hoc si debitor. C. de pignorib. l. 14. titul. 13. part. 5. credit enim Felician. quòd cognitio veritatis eius dubitationis consistit in eo, an in censu formetur hypotheca regularis, vel ius quoddam seruitutis fundo cohærens inseparabiliter, sentiens, quòd si seruitus formaretur, non esset excussio necessaria, sin verò hypotheca regularis contraheretur, sic: & inde resoluens, certius esse, censum non esse onus reale affixum prædio, vt ipse sæpissime antèà probauerat, sed solum in eo contrahi quandam irregularem hypothecam, atque denum excussionem necessariam esse resoluit. In quo certè Felic. mutato consilio erravit: quia licèt aliquibus visum fuisset, excussionem etiam in censu esse necessariam, si eidem beneficio renunciatum non est, vt aduertit Garcia supra, & ante ipsum Guid. Pap. decis. 9. & decis. 177. num. 2. vbi refert casus in quibus actio personalis sequitur fundi possessorem, de quo Ripa in l. 2. §. si hæres percepto ad Trebel. & id sequatur Cassan. in consuetudin. Burg. rubr. 11. de censib. §. 6. num. 2. fol. mihi 1420. si rectè considerentur, id non probant, imò ipse Guid. Papa, & Cassan. contrariæ fuerunt sententiæ, pro qua eos refert ipse Felician. lib. 3. capit. 4. numer. 9. sed omisso argumento ab autoritate ad rationem, circa cuius cognitionem solicitum fuisse Felician. fatetur, accedamus, ad ea, quam ipse proponit, scilicet in censu non cõtrahi hypotheca regularis, sed ius quoddam seruitutis, verissima est, vt in omni casu probauimus supra in cap. 23. & in censu reseruatiuo, vel consignatiuo respectu bonorum, super quibus nominatim constituitur, dubitari quidem non potest, in his verò, quæ in vim hypothecarum ad securiorem census exactionẽ obligantur, licèt aliquantulum consideratio diuersa sit, in effectu tamen, & substantia ex cohærentia contractus censualis, & effectu, atque rationis paritate, vt quia ad vnum tantum effectum prædicta bona censui subijciãtur, idem etiam est dicendum, si quidem hypotheca eorum bonorum, atque obligatio sit principalior, & personalis accessoria, vel forsam inutilis, vt sæpissimè in hoc opere dictũ est; & ideo excussio regulanda non sit ex legibus hypothecarum regularium, in quibus personalis, quæ non datur contra tertium possessorem, principalior est; vnde considerando vulgarem, & peculiarem rationẽ iuris realis huius census, & addendo, quòd hypotheca censualis est principalior obligatio, & personalis accessoria, vel inutilis, non resultat durum, imo satis naturale, atque iuri con-
10 sonum, quòd excussio non sit necessaria; cùm enim hoc beneficium excussionis sit quidam rigor iuris, gloss. verb. communi diuidundo in l. si mancipium. §. 1. ff. de euictionibus, qui non tangit bonam fidem, sed extrinsecus ventilatur, ex Iass. in l. alienam sub num. 2. limit. 5. C. de procuratoribus, mirum non est, si in censu, vbi bona fides versatur, & ex bono, & æquo agitur, iste defectus, & rigor iuris non noceat, vt considerat benè Angel. in §. item si quis in fraudem sub n. 10. versi. *Item quæro statute* institut. de actionibus,

vbi

vbi Iaſ. numer. 78. Aufrer. ad Capellam Tolo ſanam. quæſt. 296. Romanus conſil. 430. Decius in cap. ex parte colum. 2. de officio delegati ſub numer. 3. in 4. effectu, Boer. deciſ. 221. ſub numer. 14. & 25. ideò excuſsio neceſſaria non eſt, quare eam ſententiam meritò tenuerunt ſupradicti, & ante eos Matth. de Afflict. deciſ. 95. qui licèt terminis vtatur emphytheoticis, re tamen vera caſus illius quæſtionis non eſt emphytheoticus, ſed cenſus, quia fundus ibi non fuit acceptus à creditore, ſed ipſius erat debitoris, & pro ducentis ducatis eum ſummiſſerat creditori, ſecundum ea, quæ Auend. reſponſo 12. numer. 12. Idem expreſſum tradit Couar. variar. reſolut. lib. 3. cap. 7. numer. 6. qui inquit, quòd hæc hypotheca non ſequitur in hoc leges aliarum hypothecarum, neque in ea habet locum diſpoſitio authent. hoc ſi debitor. C. de pignorat. allegat Guid. Pap. quæſt. 42. & 576. vbi dicit ſic fuiſſe iudicatum, idque in difficilioribus terminis, ſcilicet intentata non hypothecaria, ſed actione perſonali aduerſus tertium poſſeſſorem; quod idem viſus eſt tradidiſſe Pyrrhus ad Conſuetud. Aurel. titul. de executiones. cap. 16. ſed ſaltim cùm intentatur hypothecaria, adde Gutierr. in l. nemo poteſt delegat. 1. numer. 31. Cuius concluſionis ea affertur ratio, quia in hoc contractu ius quoddam videtur conſtitui, tanquàm onus ipſius fundi, quod tranſeat in quemcunque poſſeſſorem, & Nauar. in comment. de vſuris in notab. 22. ſub numer. 81. verſ. *Quartò*, ius cenſus maius onus eſſe, quàm ius pignoris dixit. Quam rationem ſecutus Valaſc. de iure emphyt. quæſt. 32. numer. 13. voluit hanc non eſſe hypothecam, ſed ius reale prædio inhærens, & numer. 14. ideò poſſe creditorem viâ directa agere aduerſus ſingularem ſucceſſorem, non excuſſo principali, ſenſit hoc ſatis aperte Nauar. in dicto comment. de vſuris ſub n. 114. in q. 17. poſt Extranag. Pij V. & idem in quæſt. 22. ſub n. 116. qui etiam illud colligit, nec volente creditore poſſe debitorem principalem cóueniri, alienato prædio, ſuper quo conſtitutus erat cenſus; quia id onus tranſijt cum ipſa re, & cenſus conſiſtere non poteſt ſuper ſola actione perſonali, vt ipſe ſatis latè, & reſpondendo ad fundamenta Couarruuiæ, & aliorum probauit ibi in dicto notab. 22. à numer. 75. vſque ad fin. idem Albornoz in arte de contratos libr. 3. titul. 2. vbi inquit, quòd actio eſt realis contra ipſam rem cenſiticam, & Fra. Franc. Garſia Theologus de contract. part. 2. capit. 3. & 4. Facit lex Regni, ſecundum quam poteſt creditor excuttere poſſeſſorem bonorum pectariorum, non excuſſo debitore principali.

11 Quæ reſolutio nouiter ex eo ſuaderur, quia debitor principalis aut non eſt poſſeſſor rerum cenſualium, aut earum, vel alicuius poſſeſſor eſt. Primo caſu conueniri non poteſt, ſed demum tertius poſſeſſor, tam ex eo, quòd in debitore principali non datur perſonalis effectiua, vel inutilis accedit, quàm quòd etiam in terminis hypothecarum regularium non euictis bonis ſpecialiter ſuppoſitis bona in generali obligatione comprehenſa libera manent. l. res hypothecæ, verſic. *Sed in conditionali*. ff. de pignoribus. l. ſi creditor. 7. C. de fideiuſſorib. l. fœnerator. ff. de nautico fœnore, & in terminis euictionis non ſecutæ. l. 2. C. de pactis pignorum, & bonis ſpecialiter ſuppoſitis ſufficientibus, non eſt recurrendũ ad bona generaliter obligata. l. ſi fideiuſſores. 41. l. fideiuſſor obligari. 16. §. fin. ff. de fideiuſſorib. igitur ſi ad bona generaliter obligata nõ priùs recurritur, quàm ad hypothecas ſpeciales accedatur, creditor nõ poſſeſſor hypothecarum, ſed potiùs tertius, qui eas poſsidet, cõueniendus eſt abſque vlla excuſsione, maximè in cenſu, in quo vel hypotheca generalis nihil operatur, vt ſæpiùs diximus, vel in terminis hypothecæ regularis tantum importat ſubſidiariam ſecuritatem. l. 57. titul. 18. part. 3. Azeued. in l. fin. tit. 21. libr. 4. nouæ Recopill. numer. 53. ergo excuſsio neceſſaria non eſt, vt tertius poſſeſſor poſsit conueniri, quando principalis nullam poſsidet ex hypothecis, quibus accedat regula l. 2. C. de pignor. cum infrà dicendis.

Rurſus, ſi principalis poſsidet aliqua bona, & ſimiliter tertius poſſeſſor eſt, electio, quæ competit creditori agendi contra tertiũ, vel principalem, clarum eſt, quod per eam excuſsionem facultas eligendi tolleretur: ergo ne corrigantur iura, quæ talem electionem ex natura ipſius hypothecæ regularis conceſſerũt creditori hypothecario, per exceptionẽ, quæ de apicibus iuris eſt, & ex bono, & æquo non procedit, iuſtè beneficium excuſsionis in eo caſu denegatur.

12 Demum ex ipſa naturâ excuſsionis faciendâ non eſt, quando reus principalis non eſt notoriè ſoluendo, gloſſa ſingularis in verb. *Excuſſum*, in l. decem. 116. ff. de verb. obligat. Neguſant. de pignorib. 8. part. membro. 1. numer. 14. latè Vbeſembechius conſil. 10. numer. 39. & idem quando debitor eſt abſens, & non poteſt commodè conueniri, vt communiter traditur poſt gloſſ. in authentica hoc ſi debitor. C. de pignorib. Socin. regula 134. fallentia. 3. Vbeſembechius ſuprà. n. 37. & 38. Hippolyt.

Riminald.consil.402. numer.1. libr.4. Burſat. consil.48. numer.12. libr.1. Sed debitor principalis, qui non eſt poſſeſſor rerum cenſualium, quamuis locupletiſsimus ſit, pauper, atque non ſoluendo propriè dici poteſt, vt quia nullo modo teneatur, ſed potius poſſeſſor: ergo directè ad tertium poſſeſſorem rerum cenſualium nulla facto excuſsione principalis deuenie ndum eſt. Vnde eam ſententiam poſt longam diſputationem, licèt non ex his fundamentis, tenet Roder. de ann. reddit. lib. 2. q. 9. n. 51. cum alijs.

13 Quoad ſecundam verò dubitationem de l. 2. C. de pignoribus an in cenſu etiá procedat, reſpondetur, quòd ſi in hypotheca regulari iuſtiſsima eſt, vt omnes fatentur, ex Molina lib. 4. cap. 7. n. 2. Ioa. Gutier. conſ. 50. per totum, à fortiori in cẽſibus procedere debet, vt quia in cenſu principaliter conſiderentur hypothecæ ſpeciales, nihilq; operetur generalis obligatio; quod etiam confirmatur ex his, quæ ſuprà de excuſsione diximus.

14 Ad tertiam igitur dubitationem, ſcilicet an tertij poſſeſſores rerum cenſualium in ſolidũ, vel pro parte conueniantur, videbatur dicendum, pro parte eſſe conueniendos, vt ex doctrina Ioannis Fabri tenent plures, quos refert Felicianus lib. 3. de cenſib. cap. 4. nu. 11. verſ. occurrit tamen; & in cenſu Guid. Papa, Caſſ. Rupelan. Couarr. & Salaçar, quos refert ipſe Felician, ſtatim in verſ. *Nec autem deſunt*, pro qua parte expendant textum in cap. conſtitutos de religioſ. domib. vbi Panormit. numer. 8. ſubdit, quòd quando vna penſio conſtituitur pro pluribus rebus, tacitè videtur diſtributa obligatio ſoluendi in ſingulas res, vt quælibet teneatur pro rata ad eius penſionis ſolutionem. Pro quibus ego conſidero, quòd iuſtitia cenſus pendet à correſpondentia fructuum rerum cenſualium, vt diximus in cap. de cenſu creando ſuper rebus de ſui natura fructiferis: ergo quilibet poſſeſſor rei cenſualis pro parte tantùm, qua fructus percipit, cõueniendus videtur.

Sed adhuc Felician. in d. cap. 4. n. 11. verſ. *Contrariam verò*, amplectitur contrariam ſententiam, ſcilicet quòd quilibet tertius poſſeſſor in ſolidum teneatur. Quod iterum reſoluit. 2. tom. lib. 3. cap. 4. n. 17. poſt Nauar. Rodoan. Petrum Surdum, & Ioannem Lupum dicentem eam ſententiam magis communem.

Quæ quidem confirmatur ex eo, quia ſiue hypothecam regularem in his cenſibus formari, ſiue ius reale cohærens inſeparabiliter fundo, ſimul creari fateamur, vtroq; caſu præciſsè dicendum erit, poſſeſſorem in ſolidum conueniri, quia hypotheca indiuidua eſt. l. hæreditariam. ff. de euictionibus. l. pignoris. ff. de pignoribus cum vulgatis; & ideò in hypotheca communiter omnes id reſoluunt; vt notat gloſſ. Bart. & nouiores in dicta l. Moſchis. ff. de iure fiſci, Corneus conſil. 135. libr. 1. Iaſ. poſt alias in §. item ſiquis in fraudem. numer. 128. inſtitut. de actionibus, Neguſant de pignoribus. 1. membro octauæ partis principalis numer. 50. ponderantes ad id dictam l. Moſchis ibi, *Omnem debitorem*, quæ verba quemcunque in ſolidum comprehendere exiſtimant Scribentes ibidem, & verb. *Omnem*, vt de quolibet in ſolidum intelligatur, Tradunt Bart. & Imola, & DD. in l. hoc articulo. ff. de hæredib. inſtituend. in iure verò reali ad ſimilitudinem ſeruitutis contracto, cùm ſit quid indiuiduum, cohærens fundo inſeparabiliter fortius & opulentius cæteris hypothecis regularibus, à fortiori dicendum erit eo iure conueniri in ſolidum poſſeſſorem, cùm & alia ius illud reale fortiora operetur. Ex quo meritò reprobatur Valaſc. de iure emphyt. quæſt. 32. numer. 15. qui cùm hanc poſteriorem ſententiam libenter ſequatur, dixit illud obſtare, quòd in his cenſibus non formatur hypotheca, ſed ius reale, ſentiens contra iuris regulas eſſe, quòd ex eo iure reali in ſolidum tertius poſſeſſor conueniatur; debuerat enim aduertere, quòd in his cenſuum creationibus hypotheca quidem formatur; ſed fortior, & opulentior cęteris regularibus, quaſi ius quoddam reale fundo cohęrens inſeparabiliter cũ hypotheca formetur, quod ad quoſcunq; tranſit in ſolidum poſſeſſores, & quòd ideò fortiori ratione poterant in ſolidũ conueniri.

Conſidero etiam pro hac ſententia, quòd cùm in contractibus mens contrahentium ante omnia conſideretur. l. fin. C. quæ res obligari poſſunt, & latè tradit Andr. Tiraquell. in l. ſi vnquam, verb. *Liberis*, num. 47. C. de reuo cand. donat. quando plurima prædia in cenſibus ſubijciuntur, ea mens, & intentio, quę cõſiderari poteſt, vt meliùs, & opulentiùs emptori proſpiciatur, tam in ſecuritate, quàm in exactione, retorquetur cõtra emptorẽ ipſum, ſi diuiſis, atq; ſeparatis hypothecis cenſualibus contra quẽlibet poſſeſſorẽ in ſolidũ agere non poſſet cùm ſolutio, & exactio partium maxima in commoda contineat. l. 3. ff. familię Erciſcund. cum vulgatis, põdero etiam, quòd cùm à principio in ſolidum aduerſus cenſuarium agere potuiſſet emptor, vt quia totus fundus, & quælibet ipſius pars ſit ſubiectus oneri cenſuali, & poſteà ſine facto, aut conſenſu emptoris inter plures diuidatur poſſeſſores

non

non debeat eâ diuisio cedere in eius præiudicium, quia nec fecit, nec consensit, arg. l. si consensit. §. fin. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur. l. is qui fundum. 31. ff. de vsufructu legato, & est text. notandus in l. cùm possessor in princip. ff. de censib. & facit regula l. 2. C. si vnus ex pluribus. Ex quibus hanc sententiam existimo veriorem; & eam, licèt non his considerationibus sequuntur Petr. de Salaçar de vsu & consuetudine capit. 11. numer. 85. Didac. Per. in procemio titul. 2. libr. 8. ordinam. Aluar. Vaez in dicta quæst. 32. numer. 15. Gomez de Leon in centuria iuris cap. 17. Roderic. Suar. in l. post rem iudicatam limitat. 1. ad l. Regni numer. 14. Azeued. in l. 1. tit. 15. lib. 5. nou. Recop. num. 15. per totum, vbi refert, in consilio Neapolitano ita decisum fuisse teste Matthæo de Afflict. decis. 153. per totam, & post Azeued. & alios ita resoluit Felician. lib. 2. de censib. cap. 4. num. 10. versic. *Occurrit tamen inquirendum*, vbi refert Felician. quòd in Regno Neapolitano contraria sententia seruatur, teste Matth. de Afflict. in constitut. Neapolitan. lib. 1. rub. 17. nu. 26. & quod ita in eo Regno fuit factum decretũ, quòd diuideretur debitum cõtra possessores pro rata, quod impossibile videbatur, cùm nostra hæc sententia decisione Consilij Neapolitani confirmata sit, teste eodem Matth. de Afflict. in decis. 153. per totum, quem refert Azeued. suprà; quomodocunq; igitur sit, hęc resolutio verior est.

Neque obstat text. in dicto cap. constitutus de religios. domib. quia Felician. post Milanensem in dicta decis. 13. num. 12. respondet in 2. tom. lib. 3. cap. 4. numer. 17. in fine, quòd loquitur in actione personali, quæ diuidi potest, non verò in reali, vel intellige in censu reseruatiuo constituto ex pluribus, atque diuersis ecclesijs, vt ab vnaquaque ecclesia census diuisim reseruetur ad similitudinem plurimarum rerum censualium possessorum, qui vna sententia condemnati sunt, ex l. 1. C. si plures vna sententia. l. 4. tit. 27. part. 4. quem casum posuit Felician. lib. 3. cap. 4. num. 11. prope finem.

Demum non obstat nouâ consideratio de correspondentia pensionis & fructuum rerũ censualium, quia non benè sequitur, correspondentia est necessaria: ergo possessor est pro parte conueniendus, cũ si emptor possessorem in solidum conueniat, non teneatur præcisse recognoscere, aut soluere, sed si maluerit dimittere rem.

(§.)

# XCVI.

# DE FIDEIVSSORIBVS censuum quales, & quando cum hypotheca, vel sine vlla accedere possint. Caput XCVII.

## SVMMARIVM.

*Contractus fideiussionis non solùm est iustus, sed plures dixerunt, quemquam de iure naturali sub peccato proximum fideiubere teneri. numer. 1. & ideò regulariter valet fideiussio. numer. 2. & in specie contractus censualis. numer. 3.*

*Fideiussores an possint accedere in contractu censuali, latè deciditur. n. 4. & 6.*

*Quare fideiussores dotium non dantur. n. 5.*

*Fideiussores debent esse idonei, facultate, & facilitate, & an nouiter dandi sint, si veteri fiant non soluendo. n. 7.*

*An fideiussoria obligatio sit principalis, vel accessoria, & an possit esse sine principali. nu. 8. & quid in hypotheca n. 9.*

*Qui tenetur dare fideiussores, an satisfaciat obligando bona sua, si idonea sunt. n. 10.*

*An teneatur debitor census dare nouos fideiussores quando veteres fiunt non soluendo. numer. 11.*

*An sit onerosum, dari nouos fideiussores. n. 12.*

*Noui fideiussores an dandi sint in censu, quando veteres fiunt non soluendo, si id promittatur in scriptura censuali. n. 13.*

*An si condemnatus dare nouos fideiussores, dedit pauperes, satisfaciat. n. 14.*

*Approbatores fideiussorum, qui vocantur, Abonadores, quando, & quomodò accedere possint in censu. n. 15.*

*An in casibus, in quibus accedunt approbatores sit faciendã prius excussio in bonis principalis, etiamsi renunciatur. n. 16.*

*Fideiussores censuum, vel approbatores eorum, quomodò conueniantur, an in solidum, vel pro parte. n. 17.*

*An possit fideiussor aliquid recipere pro fideiussione. n. 18. traditur remissiue.*

*Fideiussor an possit compellere creditorem, vt cũ liberet, offerendo alium idoneum. n. 19.*

*Et quid erit, si pro liberandis hypothecis aliquid acceperit remissiue. n. 20.*

*Si dominus census fecit capi, & incarcerari principalem, & in ea executione cepit fideiussorẽ* De saneamiento, *an ex eo liberetur fideiussor. n. 21. & an liberetur nona obligatione n. 22.*

*Fideiussor, qui diu stetit in obligatione censuali, an, & quando possit compellere debitorem, vt eum liberet à fideiussione remissiue. n.23.*

## CAPVT XCVII.

1 EX sua natura contractum fideiussionis non solùm iustum esse, sed teneri quemquam de iure naturali proximum suum sub peccato fideiubere, tenent Archidiac. in cap. sicut per text. ibi. 11. q. 1. Auiles in c. 23. Præt. glos. verb. *De orden.* n. 9. Ex quo cùm sic actus charitatis, iuramentum de non fideiubēdo non obligat iurantem, ex Abbate in cap. si verò n. 5. de iure iurand. quem sequitur Sforcia in tract. de restit. 1. part. quæst. 54. art. 2. num. 4.

2 Ergo à fortiori procederet regula, quòd vnusquisque pro vnoquoque potest fideiubere, & valet obligatio, etiam respectu cuiuslibet principalis obligationis. l. & sequenti. ff. de fideiussor. l. 5. tit. 12. par. 5. vbi Greg. verb. *Se puede obligar.*

3 Et ideò nominatim quòd in his annuis censibus fideiussor accedere possit, probat Felic. de censib. lib. 1. cap. 4. numer. 3. Brun. à Sole quæst. 3. numer. 12. quod latiùs comprobat Roderic. de ann. redditib. libr. 2. quæst. 12. numer. 9. per totum, qui verum esse credit cū Feliciano numer. 5. Petr. Surdo consil. 318. numer. 6. libr. 3. contra Nauarrum consil. 9. num. fin.

4 Sed quamuis ex natura contractus fideiussionis id verum sit, ex natura tamen contractus censualis non immeritò defendi posset, etiam ante Proprium motum Pij V. non posse accedere fideiussores contractui censuali. Quod suadetur ex eadem ratione, qua Rodericus dicta quæst. 12. numer. 3. tenet suam sententiam, dicit enim cum Salomone, quem ad id ponderat, ideò prohibitam esse fideiussionem, ne contingat frequenti, & in consulta fideiussionis obligatione, nimium debitis alienis illaqueari, & à functione propria intempestiuè auocari. Ex quo numer. 4. in-

5 fert rationem decidendi ad l. 1. C. ne fideiussores dotium dentur; quia cùm frequentia matrimoniorum, & dotium sit necessaria, si fideiussores interponerentur, breui tempore contingeret, omnes fere Regni habitatores fideiussionibus proprio, vel hæreditario nomine implicitos esse, litibusque vniuersi populi adimplerentur. Quam, & alias rationes ad eam legem considerauerunt Oroztus, Alciatus, & Ioan. Gutier. quos referens sequitur Roderic. dicto. numer. 4. ad finem. Quæ quidem ratio non impropriè ad nostram materiam censualem adaptatur, cùm vsus contractuum censualium frequentissimus sit. Sed poterat obijci, quòd etiam emptiones & venditiones frequentissimæ sunt, quibus fideiussores accedunt, & euictiones naturales sunt, & ex eis innumerabiles lites excitantur; & tamen obligationem fideiussoriam iustissimam esse, nemo negauit; ideò non bene ex frequentia matrimoniorum, seu dotium impugnatur dotis fideiussio, sed ex alia fortiori ratione, nēpe affectione paterna erga filias, quæ promittentes, & fideiussores cogit, vel simul ex frequentia, & affectione, atq; alijs rationibus ab Alciato & Orozco cōsideratis, & similiter non ex sola frequētia contractuū cēsualium resultaret prohibitio fideiussorum.

6 Quare nouiter considerabam, quod in hac materia censuali iustificatio obligationis perpetuæ, ac successiuæ pendet à vera integræ sortis receptione, vt quia sicut non recepta integrā, vera, certa, & legitima sorte, non detur vsura, neque census consistat. 14. quæst. 3. per totam; ita à non recipiente sortem nihil debeatur; cùm igitur fideiussor, qui sortem non recepit, soluendo censum quidquam vltra sortem præstet, obligatus non videtur, ne sine sorte pensionem exoluens vsura committatur: si enim tertij possessores rerum censualium, etiamsi sortem non recepissent, in solidum tenentur, & possunt conueniri, vt diximus in capitibus præcedentibus, hoc enim præcisum non est, sed voluntarium, siquidem dimittere possint res censuales. Rursus possessores fructus percipiunt, vnde ex æquitate l. curabit. C. de actionib. empti. l. si me & Titium. ff. si cert. petat. pensionem soluere debent, cùm ad eos cum onere census bona transierint: at verò fideiussores, qui vel solam personam, vel sine vllo commodo sortis bona obligationi perpetuæ censuali subiecerunt, contra totius iustitiæ commutatiuæ præcepta obligari videntur, cùm nihil commodi sentiant, imo respectu eorum creditor locupletetur cū aliena iactura; ideò iniustè & inæqualiter accedere videntur. Demum in censu personales obligatio non consideratur, vt sæpissimè in hoc opere dictū est: ergo malè fideiussor accedit.

Quæ quidem omnia, licèt contrà consuetudinem totius Regni, qua receptum est, fideiussores accedere in censu, sufficere nō videātur, erunt tamen digna consideratione ad facilius, atq; iustiùs interpretandam fideiussorum censualium materiam, scilicet, vt difficiliùs obligentur, faciliùsque liberari possint, atque minus quàm possibilè sit, grauentur, siquidē

obster

obstet eorũ obligationi nãturã fideiusionis, & contractus censualis; equitasq; non recipiẽ di sortem, atq; simul proficerent ad excludẽdas rigurosas de apicibusq; iuris & captiosas constitutiones, receptasq; sententias contra fideiussores crudeliter prolatas.

7 Et primò, notatu digna erunt ad decisionem eius vulgaris, licèt vtilissimæ dubitationis, an scilicet datis semel fideiussoribus, si fiant non soluendo, vel moriantur, alij nouiter idonei dandi sint, præsupposito quòd fide iussores debent esse idonei tam facultatibus, quàm facilitate conueniendi. l. 2. ff. qui satisdare cogantur. l. quos nos. 239. §. locuplex. ff. de verbor. significat. l. rescripto. 6. planè. ff. de munerib. & honorib. Ex quo non dicitur cautum, si idoneè non caueatur. l. quoties. 6. l. de die. §. 1. & §. si seruum. ff. qui satisdare cogantur. l. 3. ff. de fideiussorib. & inde licèt creditor ignorauerit recepisse minus idoneum fideiussorem, poterit agere aduersus debitorem quanti sua interest idoneum datum fuisse, vt distinguit Alexand. consil. 60. volum. 5. quem sequitur Marsil. in rubr. de fideiussorib. numer. 73. Cagnol. in l. qui cum alio in princip. ff. de regul. iur. ex quo videbatur dicendum, quòd si fiant non soluendo, vel moriantur, alij nouiter idonei dandi sint. Ego tamen altiùs considerans census materiam, id in censu non procedere existimo, vt quia semel contracto censu, quamuis pereant hypothecæ, aliæ de nouo dandæ non sunt, ne resultet assecuratio perpetua eius debiti successiui, & quia receptissimum est, quòd peremptis hypothecis censualibus perimitur census. Si enim hoc contingit in hy-

8 pothecis, à fortiori in fideiussoribus, vt quia fideiussio non solùm sit ita accessoria ad obligationem principalem, quòd extincta principali extinguatur etiam fideiussoria. l. 1. & l. si stichum. §. fin. ff. de fideiussorib. §. fideiussores obligari, institut. eod. tit. glos. in l. si hæres pecuniam. ff. ad Trebelian. Cynus, Bald. & Salicetus in l. 1. C. de fideiussorib. Bald. in l. cùm oportet. §. fin. numer. 2. C. de bonis, quæ liberis, Petr. Surd. consil.

9 359. numer. 27. Sed magis accessoriè consideratur ad obligationem principalem, quàm hypothecæ, vt quia hypotheca aliquando possit esse sine obligatione principaliori, glos. in l. si hæres pecuniam. ff. ad Trebelian. fideiussio verò non, vt probant prædicta iura, & in specie constituit eam differentiam inter fideiussorem & hypothecam Petrus Surd. consil. 201. numer. 9. vbi post Baldum & alios aduertit obligationem fideiussoriam neque creari, neque sustineri posse sine obligatione principali, hypothecariam verò sic: ergo si nouas hypothecas non tenetur dare censuarius, quamuis veteres perirent, neque etiam nouos fideiussores, datis mortuis, vel non idoneis effectis.

10 Rursus in casibus, in quibus debitor tenetur dare nouos fideiussores, satisfacit obligando sua bona, maximè si idonea sint. l. quicunque, vbi Bart. C. de fundis patrimonialib. libr. 11. l. de creationibus. C. de episcopali audientia. l. 1. si magistratus. ff. de magistratibus conueniendis. l. 1. ff. de custodia reorum. l. filio in fine. ff. vt legatorum nomine caueatur. l. omnes, vbi Bald. C. de episcop. & cleric. & benè Paul. Castr. in l. 1. ff. qui satisdare cogantur, & in l. diuortio. §. interdum. ff. solut. matrim. dicens, quòd vbicunque ex legis, vel statuti dispositione tenetur quis satisdare, releuatur à satisdatione, si soluendo & idoneus sit. Idem voluit Bart. in l. 1. C. de murilegutis, libr. 10. Ioann. de Platea in l. quicunque. 2. C. de fundis patrimonialib. libr. 11. Roman. consil. 67. numer. 4. Alexand. consil. 37. numer. 12. volum. 2. Iaſ. in dicta l. 1. numer. 18. ff. qui satisdare cogantur, & hinc videmus, quòd possidens immobilia releuatur ab onere satisdandi. l. sciendum. ff. qui satisdare cogantur, quod altiùs prosequitur Felin. in capit. ad hæc circa med. de sentent. excommunicat. Marsil. in rubr. de fideiussorib. numer. 228. ergo in casu, quo censuarius bona sua obligauit, & simul dedit fideiussores, idem est dicendum, cùm bona censualia semper sufficiant ad census exactionem, ita quód peremptis perimitur census, & noua non sunt addenda, vt quia creditor à principio creationis cum eisdem fuit contentus, & consequenter respectu fideiussorum, quos à

11 principio recepit, idipsum dicendum est siquidem eos à principio recipiendo in perpetuũ approbauit. l. 3. in fine. ff. de fideiussorib. l. si creditores. ff. de priuileg. creditorum. l. inter causas. §. ab esse. ff. mandati. l. si is, à quo. §. fin. ff. vt in possessionem legatorum, Alexand. in consil. 60. volum. 3. Gozadin. consil. 3. numer. 19. Marsil. in l. siquis neque. numer. 4. ff. de quæstionib. & in rubr. ff. de fideiussorib. numer. 66. Cagnolus in l. qui cum alio in principio numer. 7. ff. de regul. iur. Tiraquell. in l. boues. §. hoc sermone. in prima limitatione. numer. 36. datio enim fideiussorum in hoc censuali contractu, sicut & hypothecarum in primo actu dandi consummatur, sicut & quælibet dispositio, vt ex dicta l. boues. §. hoc sermone dixit verum esse in qualibet dispositione Alexander consil. 16. numer. 9.

volum.4.cum alijs per Tiraquel. in dicto. §. hoc sermone in princip. ideò repetenda non est, quia quod semel vtiliter agitur, perpetuo durat, licèt casus ille sequatur, à quo actus incipere non potuisset, capit. factum
12 legitimè de regul. iur. in. 6. l. in ambiguis. §. non est nouum. ff. eodem. Est enim multùm onerosum dare nouos fideiussores. l. si is, à quo. §. fin. ff. vt in possessionem legatorum, vbi probatur non conuenire, quòd per singula momenta quis oneretur, petendo ab eo fideiussorem, Bald. nume. 6. Salicet. 4. in l. 2. C. de hæredit. vel actione vendita, & aduertit Petrus Surd. decis. 279. num. 13.

Et hanc nostram sententiam probat text. in l. si nomen. ff. de hæreditate, vel actione vẽdita, & in l. pupilli. §. soror. ff. de solutionibus, vbi periculum debitoris spectat ad cessionarium, vel emptorem, & in l. 1. C. de periculo & commodo rei venditæ dicitur, quod casus fortuitus post perfectam venditionem pertinet ad emptorem, & semper dominus rei sustinet casum fortuitum. l. quæ fortuitis. C. de pignoratitia actione. l. si vt certo. §. nunc videndum in fine. ff. commodati, atque in specie Bart. in l. satisdare. 3. in fin. ff. de fideiussorib. dicens, quod si fideiussor efficitur non soluendo, debitor non tenetur iterum satisdare. Idem Bart. in l. prætoria. 2. ff. de prætorijs stipulat. Angel. in l. 2. in princip. ff. qui satisdare cogantur, dicens, quòd venditor, qui emptori debet dare fideiussorem non satisdabit iterùm eo facto paupere. Itaque post plures nominatim elegantissimè consuluit Petr. Surd. cons. 18. per totum, vbi numer. 13. refert Bart. Angel. & alios tenentes eam opinionem, quorum resolutio, licèt in alijs contractibus aliquando non procederet ex natura contractus, vel pactione contrahentium, in censu tamen indistincte veritima est, vt quia semel legitimè censu constituto, datisque fideiussoribus, designatisque hypothecis, omnia illa periculo subijciantur, ex eoque periculo contractus iustificetur, atque quod magis est, peremptis, vt diximus, hypothecis, perimatur census: quare noui fideiussores dandi non sunt.

Neque obstabit, quòd regulariter quando fideiussor efficitur non soluendo, debitor nouam præstare teneatur cautionem, vt quia noua causa interueniat, ex l. 1. §. quod ait prætor. ff. quorum legatorum. l. prætoriæ. 2. ff. de prætorijs stipulationibus, Tiraquel. in dicto. §. hoc sermone in princip. numer. 19. quia illud, & omnia supradicta procedunt, quando quis officio iudicis tenetur dare fideiussores; quo casu, cùm sola iuris æquitate ad id compellatur, & quando primus fideiussor moritur, vel facultatibus lapsus est, subest illamet æquitas, quæ à principio militabat, cogitur debitor alium dare fideiussorem; nos verò loquimur, quando ex conuentione partium dedit quis fideiussores; quia eo casu cùm non semper duret obligatio dandi, sed potius primo actu extinguatur, non debet sine noua conuentione debitor cogi. Ita Bart. distinguit in dicta l. 2. in fine. ff. de fideiussoribus, cuius distinctionem sequuntur Ias. in l. si ab arbitro. §. fin. numer. 11. ff. qui satisdare cogantur, Alexander dicens communem in consil. 60. numer. 4. volum. 5. quos referens sequitur Petr. Surd. dicto cons. 18. numer. fin. quia secundum eos mitiùs agitur cum homine, quàm cum lege, ex l. Celsus. ff. de arbitris: ergo à fortiori id in censu dicendum erit; in cuius contractu non solùm à principio perfecta fuit obligatio, sed ex natura eius contractus repeti amplius, aut renouari non debet: neque venditor census nouis grauaminibus affici, seu nouas hypothecas, aut fideiussores adijcere compelli.

13 Quæ quidem omnia sine dubio procederent, quando in contractu non adijcitur pactũ dandi nouos fideiussores, vel hypothecas; quia cùm eo casu illud, à contrahentibus omittatur, pro omisso habendum est. l. quidquid ad stringendæ. ff. de verb. obligat. l. si extraneus. ff. de condit. ob causam. l. si cum dotem in princip. ff. solut. matrim. Sed si forsam in contractu censuali censuarius promitteret, quòd extinctis hypothecis, vel mortuo fideiussore, aut effecto non soluendo, nouas hypothecas, aut fideiussorem daret, erit vtilissimum resoluere, an nouiter fideiussor dandus sit; quod in facti contingentia vidi disceptatum in Regia Pinciana Chancellaria, me pro censuario patrocinante; & aduocati creditoris dicebant, quòd licèt venditor non teneatur fideiubere in casu euictionis, ad illud tenebitur, si nominatim in contractu promittat, vt in l. illud quæritur in princip. & in l. emptori. ff. de euictionibus. l. 1. §. stipulatio dupla. ff. de prætorijs stipulationibus. l. pacta conuenta. ff. de contrahend. empt. & quòd ideo facta promissione in censu, adimplēda erat. Sed responsum fuit, quòd cùm fideiussio sit onus, vt suprà diximus, & etiam pactione expressa non possit promitti assecuratio, seu hypothecarum euictio, vt quia hæc omnia ad substantiã, & essentiam contractus censualis periculo subijci debeant,

debeant, meritò non magis efficit pactum dandi nouas hypothecas, vel fideiussores, quàm si non apponeretur : & quòd ideò dandi non erant. In qua cáusa censuarius virtute pacti expressi condemnatus fuit. Sed posteà contigit, quòd dedit eos fideiussores, non tamen idoneos, sed pauperes, &
14 à creditore obijciebatur satisfactum nõ esse; cúm obligatio dandi fideiussores intelligatur de idoneis. l. 2. qui satisdare cogantur, cum alijs supradictis. Sed debitor censualis respondebat, sufficere simpliciter dare nouos fideiussores, quamuis non sint idonei, vt quia darentur non tam ex naturâ census, quàm virtute pacti; quo casu per nudum factum dandi eos satisfactum erat. Cui difficultati iudices considerantes defectum prioris sententiæ, & quòd de iuris rigore ex natura census noui fideiussores dãdi non erant, decreuerunt, debitorem satisfeciſſe quoscunque offerendo, etiam pauperes. Quorum sententiam, etiam secluſa iniustitia prioris sententiæ, iustissimam existimãri ac defendi, ex Baldi doctrina in l. mulier. 28. in prima lectura. numer. 2. & in 2. lectura. numer. 5. C. de iure dot. dicentis, quòd quidam homo diues suscepit tutelam pupili, & dedit pro fideiussore quendam famulum suũ adeò pauperem, vt nihil haberet patrimonij; dubitabatur, an posset opponi de paupertate, & respondit Bald. quòd non, vt quia principalis sufficientia bona haberet obligata; mouetur Bald. argument. text. in l. si plures. 28. §. prætereà. 2. de fideiussoribus, cuius verba sunt hæc: *Prætereà, si quæratur, an soluendo sit principalis fideiussor, etiam vires secundi fideiussoris ei aggreganda sunt*, vbi gloss. verb. *Aggreganda*, fatetur, quòd principalis est soluendo; quando fideiussor soluendo est; & denique dicit Bald. notabilem doctrinam esse, & alibi non reperiri. iterum repetit in lectura 2. dictæ l. mulier. num. fin. dicens, quòd quãdo principalis debitor est multum idoneus, tolleratur fideiussor minus idoneus; quam dicit esse conclusionem peregrinam, & facere ad excusandos approbatores fideiussorum ad id deputatos Florẽtiæ, & Papiæ; quod etiam sequitur Hyppolyt. de Marsil. in tractat. de fideiussoribus. numer. 179. vbi loquitur etiam stante statuto, quòd detur fideiussor; quia sufficit dare quemlibet etiam pauperem, dummodò principalis debitor idoneus sit. Tandẽ inquit Marsil, esse menti tenendum, idem tenet Baldus in authentic. sed hodie. C. de actionibus, & obligationibus. num. 1. versic. *Ratio autem est*, post Bart. in dicto §. prætereà, vbi Paulus Castrens. & post Alexãd. in l. si constante. 25. numer. 3. versic. *Sed et tramontani*, soluto matrimon. tradit Baeça de inope debitore capit. 3. numer. 42. & si prædictorum sententia extra causam census procedit, in censu à fortiori verissima est, vt quia debitor principalis ad eam census causam soluendo semper sit, sicut & hypotheçe, quas dedit à principio, semper sufficere debent sine periculo peremptionis, & similiter fideiussores qui sub periculo paupertatis, atque mortis dati, atque recepti fuerunt; aliàs enim, vt dictum est, creditor securus esset de hypothecis & fideiussore, atque consequenter de censu, ex quo resultaret in iustitia contractus.

15 Secundò, & principaliter aduertendũ est, quòd non solùm ex cõsuetudine totius Regni dantur fideiussores, sed solent accedere in censu alij, qui vocantur *Aloradores*, seu approbatores, qui quidem dupliciter obligãtur & accedunt. Primo modo approbando fideiussores, secundo affirmando bona censualia propria esse censuarij, atque sufficentia ad census constitutionem; in quibus dubitatum fuit, an sit verè fideiussores; & quòd habeantur pro fideiussoribus facit tex. in l. cùm ostẽdimus. §. fin. ff. de fideiussoribus tutor. ibi. *Eadem causa videtur affirmatorum, scilicet qui cùm idoneos esse tutores affirmauerunt, fideiussorum vi census tenent*. Et è conuerso quòd non sint fideiussores, probat text. in l. eleganter. §. fin. ff. de dolo, vbi ille, qui affirmauerit alium esse dibitem, idoneum, & locupletem, & fortè ex eo alius cum eo contraxerit, nõ videtur interceſisse. De quo egerunt conciliando prædicta iura Anton. Gom. 2. tom. variar. capit. 13. de fideiuſſorib. num. 5. Baeça de inope debitore capit. 1. num. 27. Cephal. consil. 437. num. 14. & 18. Anton. Gam. decis. 380. Ioan. Gutierr. post Auend. & Iul. Clar. lib. 1. pract. quæst. q. 132. ex num. 7. Azebed. latè in l. 6. tit. tit. 10. libr. 9. nouæ Recopil. quorum resolutio est, quòd pro fideiussoribus non habeantur, nisi in tribus casibus. Primo, fauore minorum dicta l. cùm ostendimus, secundo, quando prædicti approbatores dolo, & calliditate fideiussores, seu bona approbauerunt. Tertiò, in approbatoribus conductoris reddituum Regalium, vel fisci administratore, vt aduertit Gutierr. in dicta quæst. 132. Quomodocunque igitur sit, habeantur, nec ne pro fideiuribus, vel approbatoribus, videamus ad quid ex approbatione obligantur.

16 Et primò, si approbauerint fideiussores, conciliatur precedens dubitatio in hunc modum, vt vere fideiussores non sint, sed pro fide-

fideiussoribus habeantur, quoad indemnitatem eius, quod approbauerunt, vt ita non antea teneantur, neque conueniri possint, quam fiat excussio eorum bonorum, vel personarum, quas approbauerunt, etiamsi beneficio excussionis specialiter renunciauerint, ex l. decem. ff. de verb. l. fin. ff. si cert. petat. & resoluit in specie Anton. Gamm. decis. 380. numer. 2. Ioann. Gutierr. de iuram. confirm. 1. part. capit. 13. per totum, quod ex natura approbationis suadetur, in qua licèt approbatur renunciauerit, excussioni, non anteà potest conueniri, quàm fiat excussio, ex Anton. Gamm. in dicta decis. per totam, & post Rebuf. & Girondam Azeued. in l. 6. titul. 10. lib. 9. nouæ Recopil. numer. 5. cum alijs, sin autem non fideiussores, sed bona hypothecata approbauerint, tenerentur ex dolo, si scirent bona minus valere, & si ignorauerint ad interesse, vt post Auend. Iul. Clar. & Vaezam resoluit Gutierr. dicta quæst. 132. numer. 9. ad fin. Ego tamen considerabam, quòd in ea census materia obligatio eorum approbatorum nullius est momenti, vt quia si bona sufficiant, non cædat dies, in quem obligantur, sin verò cesserit, vt quia facta sit legitima excussio hypothecarum debitorum, & fideiussorum, & ad censum non sufficiant, omnes liberentur, fideiussores scilicet, & debitores, vt sæpissimè in hoc opere dictum est; ideò inutilis videtur eorum accessio, & approbatio. Quæ resolutio, licèt noua sit, verissima est, tam ex eo, quòd in censu non potest creditor efficere, quòd bona, seu fideiussores soluendo semper sint, vt quia periculo ex natura contractus subijciantur, quàm quòd sufficit, si a principio verum dixissent approbatores. Quod suadetur ex eo, quia si semel datis hypothecis, vel fideiussoribus idoneis, alij de nouo dandi non sunt, vt suprà diximus, vt quia priores hypothecæ, & fideiussores contractum censualem consumauerunt, atque ex omni parte perfectum fecerunt: ergo neque approbatorum accessio, seu obligatio nihil aliud operatur, quàm vt creditor per approbationem testium certificetur de valore rerum hypothecarum, vel securitate fideiussorum, ex Baldi doctrina suprà relata in l. cùm mulier. C. de iure dotium, quam dicit esse peregrinam, & multum facere ad excussandos approbatores fideiussorum ad id deputatos Florentiæ & Papiæ.

17 Cùm igitur visum est, quomodò fideiussores, vel approbatores eorum obligentur, videamus quomodò conueniēdi sint. Et quātum ad approbatores in dist. inst. è facienda est excussio, vt supra diximus, quantum verò ad fideiussores regulariter beneficijs fideiussorum, si eisdem nominatim nō renunciauerint, vti debebunt, vt notissimum est, insolidumq; erunt conueniendi erunt, vt suprà diximus, & tradit Roder. lib. 1. de ann. redditib. q. 18. nu. 37. vsq; ad finem.

18 Et si aliquid recipiant pro fideiubendo, an beneficijs fideiussorum vtantur, videnda sunt, quæ tradit Roder. lib. 2. de ann. redditib. q. 12 num. 11. vsque ad 15. & ferè per totam, atque quæst. 13.

19 Sin verò nihil pro actu fideiubendi recipiant, inter eas dubitationes, quæ ad liberationem pertinent, ea connumeratur, an creditor teneatur fideiussorem liberare, si ei offeratur alius idoneis, & Roderic. libr. 2. quæst. 12. numer. fin. resoluit non teneri ea ratione, quòd creditor non cogitur mutare debitorem. l. si mandato meo, versic. *Idem si negotia mea.* ff. mandati, nisi iusta causa interueniat, veluti si fideiussor pro indemnitate fideiussionis specupiam penes fideiussorem depositam habeat; quia ad eam liberandam tenebitur creditor alium æquè, idoneum fideiussorem accipere. Quod item post Pinel. repetit quæst. 16. num. 8. Ego tamen ex rationibus eiusdem Roderici in dicta quæst. 12. numer. fin. regulariter crederem, quòd quotiescunq; creditoris nihil interest, alium fideiussorem, vel pignora æquè idonea habere, & debitori maximè conuenit in locum datorum nouos fideiussores, seu pignora subrogare, tenebitur consentire, vt quia quod sibi non nocet, & prodest debitori, facere teneatur; est enim dicendum, quòd vel casus Roderici verus non est, vel quòd ad eum casum facultas debitoris non restringatur, si quidem non ex priuilegio casus, sed ex ratione id contingat; licèt enim creditor non compellatur accipere vnū pignus pro alio. l. si rem alienam. §. omnis. ff. de pignoribus, sicut neque vnum fideiussorē pro alio, vt supra diximus, tamen cūm incommodum euidens debitori sequatur, & creditori nullum præiudicium irrogetur, ad id teneri videbatur; adhuc tamen, licèt non dubitetur, an ratio Roderici ad alios casus extendatur, dubitari tamen potest de veritate casus, quem ipse proponit; quia licèt non teneatur creditor petere nouas hypothecas, vel fideiussores, antiquas tamen liberare pro alijs nouiter sibi oblatis debere durum est, siquidem à contractu priori contra eius voluntatem discedere compellendus non sit. Vnde in puncto iuris credo non esse veram resolutionem Roderici, sed regu-

laritet

liariter receptius, ac verius non posse creditorem compelli, vt nouum etiam idoneum, vel nouas etiam æquiualenter hypothecas prioribus liberatis accipiat.

20 Quid tamen erit, si pro liberandis hypothecis, vel fideiussoribus quid quam creditor recipiat, an valeat liberatio, & quibus proficiat, vel noceat, tradit Roderic. dicto lib. 2. q. 12. n. 10. vsque ad 19. & diximus in cap. de correis debendi.

21 Et quid si dominus census principalem fecit capi, & in carcerari, & capto in ea executione accepit fideiussorem de saneamiento, an ex eo liberetur fideiussor, ita quòd contra eum pro ea quantitate amplius agi non possit, quasi nouata maneat fideiussoria obligatio. Et videtur quòd sic, per text. in l. de bonis. §. qui pupillo, ibi, Hæc enim possessio pro satisdatione est. ff. ad Carbonianum, & ex l. si rem. 9. §. omnis. ff. de pignoratitia actione; *Satisfactum etenim accipimus, quemadmodum voluit creditor, licèt non sit solutum, siue alys pignoribus, sibi caueri voluit, vt ab hoc recederet; siue fideiussoribus, siue reo dato, siue pretio aliquo, vel nuda conuentione.* Et in terminis ponderat Bald. in l. fin. §. sed si cum scio numer. 8. ad fin. & numer. 10. ff. si cert. petat. Neque obstat. l. fin. C. de nouationib. vbi interuentu nouæ personæ non fit nouatio, nisi expressum sit, neque etiam l. si Titius versic. *Sed ita demum.* ff. de fideiussoribus, cuius argumento etiam iure antiquo receptum est, nouationem non fieri, quando non renouatus principalis obligatio, sed fideiussoria, vt tradunt Ripa in l. si se non obtulit. §. si ex conuentione. numer. 7. de re iudicata, Ronchegal. in l. 3. in princip. numer. 15. de duobus reis, Menoch. lib. 3. præsumptionum præsumpt. 133. numer. 12. quia respondetur, illud procedere, quando debitor dat secundam fideiussorem ex sua libera, & spontanea voluntate, quia non liberatur primus; nó verò quando compulsus & captus pro debito id fecit, quia tunc nouatur prima obligatio fideiussoria, vt quia quodammodò creditor contentus fuit electione secundi fideiussoris, argument. l. sed & si vnius. §. si ante de iudicijs, & dicta l. de bonis. §. qui pupillo, cũ suprà adductis. Pro qua consideratione facit, quòd titulus. C. de nouationibus, & dispositio l. fin. eiusdem titul. quæ nouationes præsumptiuas reijcit, procedit tantùm in nouatione voluntaria, non verò in necessaria, vt bene aduertit Cuiacius in paratilda ad illũ titul. alia enim est causa nouationis voluntariæ, & illius, quæ indicio accepto fit; quia iudicium in inuitum redditur. l. inter stipulatem. §. 1. de verb. & ideo per litis contestationem fit nouatio, iuxta l. delegare. 11. l. aliã 29. ff. de nouationibus, & trãsfunditur prima obligatio in secundam, quòd quomodò procedat, non explicat Cuiac. Explicuit tamen notanter subtilis Cumanus in dicta l. aliam: numer. 9. inferens ad intellectum plurimorũ iurium, quæ aliàs non intelligerentur, maximè cùm ad inducendam nouationem sufficiant, coniecturæ, ex gloss. in l. 2. ff. de nouationibus, quam sequitur Afflictus decis. 44. numer. 15. & dicit communem Ronchegal. in dicta l. 3. in princip. numer. 18. de duobus reis, Menoch. lib. 3. præsumpt. 133. num. 36. quia quamuis in his, in quibus antiquitus fiebat nouatio ipso iure, vt per interuentum personæ hodie non fiat, etiam ope exceptionis, ex pluribus, quos refert Menoch. suprà quæst. 134. num. 48. Contraria tamen sententia communis est, ex his quæ tradit ibi. num. 46. & eam dicunt communem Decius cõsil. 400. in fine, quòd Barbacia consil. 86. colum. penult. versic. Præterea facit lib. 4. vbi fatetur, ab hac opinione non esse recedendum in iudicando & consulendo, quando accedunt aliquæ coniecturæ. Ex quibus non violenter deducitur voluntas nouandi. Ita conciliat

22 Ronchegal. in dicta l. 3. numer. 18. Menoch. suprà. num. 49. si enim non solùm est coniectura nouandi interuentus secundi fideiussoris iudicialiter accepti, sed debitum securũ esse non solum interuentu secundi fideiussoris *De saneamiento*, sed & primæua obligatione principalis, vt quia bona censualia semper sufficiant, atque quocunque casu, & euentu soluendo sint, vt quia periculo peremptionis subijcit debent, meritò accessione secundi fideiussoris *De saneamiento*, primus quantum ad eam debiti partem liberatur.

23 Sed an fideiussor, qui diu stetit in obligatione censuali, possit ex aliqua causa compellere debitorem, & eum liberet à fideiusione, præsuppositio, quòd obligatio censualis, cui se subiecit, perpetua est, explicuerunt Felician. libr. 3. de censibus capit. 3. numer. 9. & iterum in 2. tomo lib. 3. capit. 3. per totum, atque melius, & altiùs Roderic. lib. 2. de ann. redditib. quæst. 13. per totam.

# DE VIA EXECVTIua in materia censuali pro redditibus decursis census, breuis compilatio. Caput XCVIII.

## SVMMARIVM.

*Diuisio vniuersalis materiæ executionis in tres partes in quibus continentur sex partes, in quas Parlador. per totum discursum tractatus executionis materiam diu sit breuiter, & vtiliter facta num* 1.

*Agitur de possessorio pro censu sine vlla scriptura num.* 2.

*Personæ, quæ possunt petere executionem, vel contra quas petenda est, remissiue traduntur. numer.* 3.

*De iudicibus executionem fieri mandantibus agitur remissiuè. n.* 4.

*De executione facienda per auxilium brachij secularis n.* 5.

*De executoribus meris, seu mixtis. numero* 6.

*Fideiussores* De saneamiento, *quando sint dandi in via executiua, & intellectus ad leges Regias. n.* 7.

*Et quid si à debitore in locum fideiussoris bona immobilia offerantur. n.* 8.

*Et quid si dicta bona offerantur probato per testes esse sua. n.* 9.

*Exceptiones legitimæ quando admittantur ad impediendam executionem, & an omnes, vel ille tantum, qui à lege Regia, vel titul. 21. lib. 4. nou. Recopil. exprimuntur, admittendæ sint, late discutitur. n.* 10.

*Ius exequendi an datum sit scripturę publicæ, vel contractui, vel simul scripturæ, & contractui. n.* 11.

*Exceptiones quę requirunt altiorem indaginem an admittende sint. n.* 12.

*Exceptiones solutionis, vel aliæ legitimæ, quomodò probentur, & admittantur ad impediendam viam executiuam. n.* 13.

*An per tres solutiones posteriores probentur omnes precedentes, & præterita. numero* 14.

*Et an hæc probatio habeat locum contra tertium successorem. n.* 15.

## CAPVT XCVIII.

1 VNIVERSAM executionis materiam in sex partes diuisit Parlador. lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. per tot. in quarum prima egit de instrumentis publicis, vel priuatis, & sententijs, atque alijs scripturis, quæ possunt, ac debent mandari executioni, quæ continetur fol. 109. vsque ad 170. & diuiditur in duodecim paragraphos, in secunda egit de iudice ordinario, delegato, vel Ecclesiastico, qui possunt instrumenta præcedentia mandare executioni, & comprehenditur sub tribus paragraphis, habeturque fol. 171. vsque ad 176. in tertia demonstrat, per quas personas executio sit petenda, vbi complectitur creditores, procuratores, hæredes, cessionarios, & alios, qui actiuè qualificare debent personas, & continetur sub quatuor paragraphis ex fol. 178. vsque ad 190. in quarta agit de his personis, contra quas executio petẽda est, veluti de hærede, de eo, qui loco hæredis habetur, de his, qui rem debitoris gerunt, de minoribus, de tertijs possessoribus, de fideiussoribus, quæ continetur in septem paragraphis, & habetur fol. 191. vsq; ad 218. in quinta parte prosequitur executionis ordinem, nempe de petitione executionis, de mandato executorio, de pignoribus capiendis, de tempore faciendi executionem, de satisdatione à reo præstanda, de reo non satisdante, & in carcerem mittendo, cessionẽque bonorum faciente, de præconijs seu pignorum subhastatione, de citatione, quæ vocatur de remate, de decimis, atque demum in §. 11. per totum de exceptionibus legitimis admittendis, vel reijciendis, de executione sententiæ, de adictione, de appellatione, de reuocatione venditionis bonorum; quæ quidem quinta pars continetur in 18. paragraphis ex fol. 213. vsque ad 296. & statim designat finalem tractatus partem de decima, seu executionis sportula, quæ vnico tantùm. §. continetur; quo quidem modo, ac discursu explicuit executionis materiam; nos autem credimus, eas sex partes ad tres tantũ esse reducendas, nempe de executionis origine, de progressu executionis, atque de eiusdem fine, & effectu, in quibus tribus partibus non erit ad longum agendum de via executiua, seu materia executionis, vt quia esset procedere in infinitum, repetereque tradita à Parladorio, sed tantùm de his agemus, quæ ad nostram censualem materiam pertinentia sint.

2 Et primò cùm de sola scriptura censuali exequenda, vel non agatur, & nihil censualis scriptura habeat peculiare, nisi pactum de nõ alienando, quod vulgariter in ea cum hypotheca speciali adijcitur, de quo suo capite nominatim diximus, illud tantùm addendum erit, quod ad census possessorium non requiritur scriptura, sed annuæ præstationes vniformiter præstitæ ad id sufficerent, vt etiam diximus in capitibus de censu ex consuetudine, seu præscriptione inducendo, & quòd ad inducendum possessorium formale, vel restitutionem status, etiã in annuis præstationibus personalibus sufficiat consuetudo soluendi, ad longum diximus in capit. an possessorium vel petitorium formetur in his annuis præstationibus; & hoc quoad primam partem executionis instrumentorum censualium sufficiat.

3 Quoad secũdam verò circa personas, quæ possunt petere executionem, vel contra quas executio petitur, eam prosequitur ad lõgum Parlador. in 2.3.& 4.parte, & nos de correis debendi, hæredibus, tertijs possessoribus, atque fideiussoribus diximus in capitibus præcedentibus, & ideò nihil addendum est: quantum verò ad iudices mandantes fieri executiones, de quibus agit Parlador. dicto
4 cap. fin. in 2.part. §.1. 2.& 3. aduertendũ est, quòd in dicto §.1.num.7. agens de submissione, & literis requisitorijs, fatetur, quòd in eis debet iudex requirens mittere exemplum obligationis, quam exequitur, & quòd aliàs iudex requisitus literas requisitorias ad implere non tenetur, ex Bart. Paul. & Couarr. quos ipse refert, in quo verum dicit, sed iudex requisitus non debet esse, scrupulosus, neque attendere ad solemnitatem, seu nullitatem scripturæ, quæ sibi ostenditur, sed visa scriptura censuali mãdare executioni literas requisitorias, ex traditis per Couarr. lib. 1. variar. cap. 1. num. fin. Guid. Papa. decis. 574. de quo in censu meritò dubito; quia iudex requisitus poterit attendere ad substantialia contractus, veluti an in scriptura censuali interuenisset pretium, & an constaret per fidem tabellionis, vel per solam confessionem censuarij, & inde, vel admittere, aut non ad implere literas requisitorias, vt ita faciendo non dicatur scrupulosus, sed iuris ordinem adimplere, ex traditis à Palad.

5 Quæ quidem literæ requisitoriæ etiam dantur à iudicibus Ecclesiasticis contra personas seculares, eo scilicet modo, vt postquã per censuras Ecclesiasticas contra eos egerint, in eorum contumaciam auxilium brachij secularis ad procedẽdum via executiua, vel ordinaria inuocare possint, vt nominatim probat text. in l. 14. titul. 1. lib. 4. nou. Recopilat. vbi latè prosequitur Azeued. & nominatim aduertit ipse Parlador. dicto cap. fin. §.2. numer. 2.& 3. in quo præter eum est aduertẽdum, quòd iudex Ecclesiasticus nunquam potest inuocare brachium securale, nisi ad id inuocãdum habeat speciale commissionem; Federic. de Senis consil. 251. num. 4. Oldrald. consil. 89. n. fin. quos & alios refert & sequitur Marquesan. in tractat. de commissionib. 2. part. cap. 5. num. 30. Neque vnquam ad inuocandum huiusmodi brachij secularis auxilium Ecclesiastici procedere possunt, nisi præcedentibus censuris, & contumacia, text. est, in cide maledicis ibi, *Si necesse fuerit*, Oldrald. dicto consil. 89. numer. 5. dicens quòd inuocatio tunc demum locum habet, quando inuocatus fecit quod potuit, & non habet vltra quid faciat: vnde iura, quæ de hac inuocatione meminerunt, eam clausulam vulgarẽ adijciunt, *Si necesse fuerit*, *si opus fuerit*, vel alias similes, vt aduertit Vescius in sua praxi lib. 8. capit. fin. n. 9. versic. *In hac varia*, vbi dicit, ita seruari de stylo curiæ, docet Marquesan. dicto cap. 5. numer. 26. cum quatuor sequentibus, Roland. à Valle consil. 37. num. 5. lib. 1. & in executione obligationis Chameralis, in qua rigorosè proceditur debet citari debitor ad videndum se aggrauari, & reaggrauari, & ad inuocandum auxilium brachij secularis, vt attestatur Massa, Galesius in formula obligationis Chameræ. cap. reliqua de processu versic. 52.& 53. & hic est stylus curiæ, qui seruandus est ad inuocandum auxilium brachij secularis, vt censuris præcedentibus præcedat etiam in obedientia, Iacob. Bucard. in tractat. de stylo curiæ auditoris Chamerę. c. 8.& 9.

Sed hæc omnia, quæ Parlador. aduertit in
6 capit. fin. 2. part. §.1.& 2. intelligenda sunt in iudice ordinario, Ecclesiastico, vel seculari, vnde statim in §. 3. agit de iudice delegato, seu executore mero, vel mixto; & ideò videndum est, cui ex his iudicibus assimiletur ille, qui à supremo consilio, seu alijs curię Regiæ iudicibus, aut Chancellariarum virtute submissionis specialis, atque debitoris expensis sæpissimè datur ad exigendum censum. Et dicendum est, non assimilari iudicibus meris neque mixtis, de quibus agunt glossa, & Doctores in cap. pastoralis. §. quia verò de offic. delegat. hi enim vel sunt, quibus committitur executio sententiæ, vel quibus mãdatur, quod aliquid certis personis restituant, vt post alios aduertit Parlador. dicto §.3. sed potiùs assimilãtur his iudicibus executoribus,

quorum

quorum meminit Bart. in l. à Diuo Pio. num. 7. de re iudicata, quibus nudum factum exequendi committitur, à quibus neque appellatur, neque coram eis quid quam allegatur, neverum processum executiuum formare tenentur, sed solùm partem requirere, vt soluat. & non soluente, bona eius distrahere, qui proprie vocantur nuncij, vel executores, vt in gloss. 2. in l. executorem, & in l. si vt proponis, C. de execut. rei iudicatæ: hi enim omnia præter nudam executionem debent superioribus remittere. cap. de cætero de re iudicata, ex quo Bald. notanter in l. 1. colum. 1. versic. *Sed pone.* l. si contra ius, vel vtilitatem publicam resoluit, quòd si Princeps mandet exactori, vt compellat debitores omni coactione, tenebitur id facere absque dilatione, vel audientia, nisi aliud sit, ex l. municipali, quem retulit Calcan. consil. 120. n. 8.

Alij enim iudices executores non solùm mixti, sed & meri, de quibus agit Parlad. quibus sæpissimè committuntur executiones, qui non sunt verè nuncij, aut exactores, non solùm habent merum factum exequendi, sed & causæ cognitionem, licet summariam, admittendi, audiendique exceptiones reorũ, atque cuiusque tertij oppositionem, ex glos. in cap. etsi non cognitio. 25. quæst. 2. in verb. *Cognoscantur*, ibi, *vel distingue, an delegetur mera executio, aut mixta*; & idẽ resoluit glossa notanda in capit. pastoralis. §. quia verò de offic. deleg. ibi, *Mixta dicitur, quæ habẽt cognitionem annexam, vt cùm Papa mandat alicui restitui rem suam*, in quo casu tenet glossa, quòd admittantur coram executore legitimæ exceptiones, quantumcunque absolutè Papa rescribat; allegat text. in capit. ex parte. 2. eodem titul. & in cap. & si non cognitio, & in capit. si quando de rescriptis, & in capit. accepimus de ætate & qualitate, tenetque eadem glossa, quòd si mixtus executor non admittat legitimas partis exceptiones, poterit ab eo iuste appellari. Idem etiam, licet summariè, in executore mixto probat glossa in verb. *Fraus*, in fine in cap. de cætero de re iudicata, & in l. & si non cognitio verb. *De omni*, C. si contra ius, vel vtilitatem publicam dum dicit, *Ibi de nuncio, hîc de iudice executore* sequitur Rebuf. de sentent. & executionib. artic. 7. gloss. 9. num. 8. post Bald. & Aufrerium & iterum gloss. 12. num. 19. per totam. Guid. Papa in fortiori casu in quæst. Delphinatus 574. & iterum Rebuf. in eodem tractat. glos. 16. & inde dixit Oldrald. consil. 227. nume. 1. & 2. quòd si mixtus executor procedit tanquàm merus, poterit ab eo appellari, & peti restitutio aduersus spoliationem abeo factã, Cuius sententiam post Philip. Dec. Crauet. Roland. & alios sequitur Mascard. de probat. 3. part. concl. 1325. num. 17. Quibus accedat text. notandus in l. etsi non cognitio. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam, qui secũdum plures loquitur in mero executore, & canonizatur in capit. & si non cognitio. 25. q. 2. confirmaturque in l. 52. titul. 18. part. 3. quibus est similis. l. 2. in 2. part. C. de dilationibus, & inde Greg. in dicta l. Partitæ, verb. *Por falsas cartas*, cum Abbate & Felino resolut, quòd lex illa procedit, quoties aliquid simile contra sententiam opponitur; quamuis enim merus executor non cognoscat de iustitia, vel iniustitia literarum, sed illud debeat remittere, vt in l. sic proponis. C. de executione rei iudicatæ, adhuc ex iniustitia notoria agit de meritis causæ gloss. notabilis in dicto capit. & si non cognitio, quam sequitur Gregor. in dicta l. 52. verb. *Por falsas cartas*, quòd in effectu resoluit Rebuf. post Innocent. & Iacobin. in dicto tractat. art. 7. gloss. 12. n. 19. in fin.

Imò & prædicti executores debent eo casu dare terminos competentes, vt eleganter resoluit Cassodòr. decis. 2. in titul. de dilationibus, quem sequitur Menoch. de recuperanda remed. 15. quæstion. 25. numer. 324. dicentes etiam in fortiori casu, quòd spoliatori conuento concedenda est dilatio, vt extra locum iudicij testes commorantes examinari faciat, maximè si malitia nõ præsumatur, vel probetur, ex doctrina Innocentij in cap. prout dedolo & cõtumacia, Angel. in l. qui prior. ff. de iudicijs, Barbacia in consil. 23. colum. 9. in fine lib. 1. quibus accedit Menoch. dicta quæstion. 25. numer. 332. & maximè si damnum considerabile, vel irreparabile ex denegatione termini sequeretur; quia tunc etiam in spolio dilatio non denegatur, vt explicat Menoch. d. quæst. 25. n. 334. & post Menoch. id eleganter prosequitur Mascard. de probat. concl. 1328. per totam, & nominatim. n. 5.

7 Isti tamen iudices ordinarij, vel executores in executionibus contractum censualium debent obseruare formam legis 19. titul. 21. lib. 4. nouæ Recopilat. maximè circa fideiussionis *De saneamiento*, vt in earum defectum capiendus sit debitor, ex eadem l. ibi. *Y que en defeto de las dichas fianças sea preso el deudor*, quam in Regno practicari certum est, vt tradit Parlador. libr. 2. capit. fin. 5. parte. §. 5.

Sed illud intelligit Auend. in dictionario verb. *Almoneda*, vt si debitor offerat bona sua, in quibus fiat executio, atque testibus proba-

probauerit esse sufficientia, excusabitur à satisdatione, ex Puteo, Cassan. Felino, & Maranta, quos ipse refert, & ex Bart. doctrina in l. neq; §. fin. de in ius vocádo, dicentis, quòd captus vt soluat, nõ debet relaxari, donec soluat, vel indicet bona, ex quibus fiat solutio.

Cuius Auend. sententiam improbat Ioan. Gutier. lib. 1. pract. quæst. quæst. 132. per totam, maximè num. 6. dicens, quòd hodie procedere non potest, ex dicta l. 19. titul. 21. dũ dicit, *Confianças de saneamiento*, quam ego fortiùs pondero, dum subdit, *Por no estar declarada por leyes destos Reynos la forma*: ergo si legis ordo formalis est, erit præcisse obseruandus. l. cùm hi. §. prætor. ff. de transactionib. cum vulgatis, Bald. in authent. matri & auiæ. C. quãdo mulier tutelæ officio. Rursus dicit lex, *Ordenamos y mandamos*, & statim, *Confianças de saneamiento*: ergo fideiussio formalis est, & ratio iustissima videtur; quia debitor si non daret fideiussorem, facile posset offerre bona mobilia, seu immobilia, quæ vel propria non essent, vel debitis anterioribus obligata fuissent: quare vt excluderetur illud inconueniens, atque cessarent simulationes debitorum, non fuit lex contenta cum oblatione bonorum, nisi darentur fideiussores, qui prædicta bona assecurarent.

8 Quod requirit lex tam respectu bonorum mobilium, quàm immobilium; quia licèt dicat, *Que se haga la execucion en bienes muebles, y à falta dellos en bienes raizes confianças de saneamiento*, vt sic videatur constituere differentiam inter bona mobilia, & immobilia, vt quia mobilia possint à debitore creditori statim tradi, ac præstari, & ex eo respectu eorum non requiratur fideiussio; tamen considerando legis contexturam, & eius mentem respectu omnium bonorum, tam mobilium, quam immobilium, requirit fideiussionem; dicit enim in vna, eademque clausula, *Mandando que se haga la execuciõ en bienes muebles, y a falta dellos en bienes raizes confianças de saneamiento*, ergo fideiussio respectu omnium bonorum necessaria est. Rursus ratio legis eadem, atque vnica est; quia sicut bona immobilia possunt esse aliena, vel debitis obnoxia, ita & mobilia, imò facilius in bonis mobilibus posset fraus contingere, si quidem facilius dantur, extrahuntur, & reuocantur: vnde respectu omnium necessaria est fideiussio, vt creditores assecurentur.

Sed quamuis Ioann. Gutierr. reprobet Auend. dum formaliter non requirit fideiussorem *De saneamiento*, mihi tamen sententia Auend. verissima est; quia lex dum dixit, *Y*

*forma que se ha de tener*, non fecit formalem fideiussionem, sed progressum executionis, id est, stilum exequendi, alias sequeretur, quòd executio sine fideiussione *De saneamiento*, nulla esset, siquidem omissio formæ actum vitiat: sed nulla non est: ergo non est formalis, ex quo multoties remittitur ab alguacelo, seu partibus: igitur ratio decidendi eiusdem legis non fundatur in forma, sed in substantia, & effectu; effectus igitur est, vt eui tetur cautela debitoris offerentis bona in locum fideiussionis, cùm posset dare, vel offerre aliena, seu debitis anterioribus obnoxia.

9 Quæ quidem cautela ita cessaret probando per testes proprietatem bonorum, & quod libera sunt, ac si daretur fideiussor de saneamiento, tam ex eo, quòd prædicti testes, qui vocantur *De abono*, fideiussores sunt, vt notat ibi Auend. & diximus in capit. præcedenti, quàm quòd per fideiussorem *De saneamiento*, nihil aliud agitur, quàm assecurare bona: ergo sufficeret offerre bona, sicut dare fideiussorem, imo fortior assecuratio est offerre bona cum testibus ea approbantibus, quàm dare fideiussorem, siquidem fideiussor vnus est, testes verò approbatores plures. Rursus fideiussor sola extraiudiciali obligatione approbat bona, testes verò iudicialiter deponendo eâ approbant. Demum fideiussor simpliciter se obligat sine cognitione bonorum, aut pretij eorum, testes verò approbatores & bona cognoscunt, & pretium designant, quantitatemque approbant, atque denique iudicialiter ea approbando se obligant: ideò verior, iustior, atque opulentior assecuratio est, quæ fit per approbatores, quam per fideiussionem facta: ergo obligatio dandi fideiussorem adimpletur per designationem bonorum, secuta testium approbatione, & casus offerendi bona virtualiter à lege comprehenditur, vt quia vtrumque pendeat ab vnica tantùm ratione, scilicet, vt bona assecurentur, ne creditor decipiatur. Cùm igitur ex his, quę diximus in cap. præcedenti, qui tenetur præstare fideiussores, liberetur à præstatione, si habeat, & offerat sufficientia bona, & inde diues liberetur à captura personali, quæ contra iuris regulas inducitur, mirum non est, imò iuri, atque rationi summè conueniens, si legem, quæ requirit fideiussorem *De saneamiento*, ad casum eandem rationem habentem, vt minus quàm possibile sit, ius commune corrigat, extendamus.

Quæ quidem sententia indubitabilis est in censu, in quo bona censualia non solùm habẽtur loco fideiussores ex principio creationis cõtractus, vt ita debitor liberetur dare alium

fideiuſ-

fideiussorem effecto primo non soluendo, vt dixi-mus in cap. præcedenti, sed semper sufficiunt ad census exactionem, ita quòd alia bona censualibus peremptis addenda non sint: ergo etiam nullo dato fideiussore de saneamiento, neque approbatoribus eorum bonorum, censuarius carcerandus non est, vt diximus in cap. præcedenti, & in cap. an persona censuarij possit capi, & incarcerari, & consequenter doctrina Auend. cõtra impugnationem Ioan. Gutier. verissima est.

10 Visis enim supradictis, & omissis alijs, quæ circa via executiuam facile adduci poterant, accedamus ad exceptiones, quibus debitores procurant impedire viam executiuam, & ab origine examinemus eam vulgarem, licèt male discussam dubitationem, an scilicet in via executiua admittendæ sint omnes exceptiones legitimæ, vel tantùm quæ nominatim continentur in l. 1. tit. 21. libr. 4. nou. Recopill. in qua dubitatione Auend. de exeq. mandat. Reg. 1. part. cap. 16. numer. 4. resoluit, quòd cùm lex nominatim admittat eas quinque exceptiones, & simul alias excludat, ibi, *Que no sea admitida, ni recebida por nuestros juezes ninguna otra excepcion, ni defension, saluo paga del deudor, o promision, o pacto de no lo pedir, ô excepcion de falsedad, excepcion de vsura, ô temor, ô fuerça,* quandam formam inducit, à qua non est recedendum, ex Veroio. quæst. 116. quod fortificat Auend. numer. 5. ex verbis legis, ibi, *Y si otra qualquiera excepcion se alegare, no sea recebida,* cùm verbum, *Qualquiera,* omnes alias, etiam legitimas excludat, ex Hippolyto, & Tiraquel. quos ipse refert. Et denique numer. 6. concludit, quòd non solùm lex excludit alias exceptiones etiam legitimas, sed & iudicis officium, vbi illud prosequitur vsque ad finem capitis. Et iterum id prosequitur, ac tenet contra Roderic. Suar. dicens, quòd in hoc fuit locutus præcipitantes in l. 4. & 5. tit. *De las excepciones.* n. 27. vers. *Et iste Dominus Rodericus.*

Contrariam tamen sententiam probat lex 2. tit. 21. lib. 4. nou. Recopilat. ibi, *Saluo si dentro de diez dias mostraren la tal paga, ô legitima excepcion,* quæ cabilari non potest, quia loquitur in exceptione solutionis, vel quacunque alia legitima. Et idem probat l. 19. eod. tit. & lib. ibi, *Si dentro de diez dias se opusiere, y alegare excepcion legitima, conforme a la ley primera y segunda deste titulo:* vnde eam sententiam probant plures per Suarez de Paz in pract. 1. tom. 4. part. cap. 3. numer. 35. vbi refert Roder. Suar. Ant. Gom. Castel. Couarr. Didac. Per. & alios, & idẽ tenet Ioan. Gutier. in practic. quæst. 1. part. quæst. 111. per totam, & libr. 3. quæst. 15. numer. 42. qui respondent ad fundamenta in contrarium adducta.

Quod vltrà eos ex eo constat; quia lex. 1. ponit regulam, vt non admittatur vlla alia exceptio ibi, *Que no sea admitida, ni recebida por nuestros juezes ninguna otra excepcion,* à qua regula excipit exceptiones speciales ibi, *saluo paga del deudor, ô promision, ô pacto de no lo pedir, ô excepcion de falsedad, o excepcion de vsura, ô temor, y fuerça.* Ex quo non videtur excluisse omnes alias exceptiones legitimas, imò eas, ac si nominatim expressisset, admisisse, vt quia exceptio in aliquibus casibus expressis à lege inducta habeat locum in alijs similibus non exceptuatis habentibus eandem, vel similem rationem, & omnes censentur excepti, licèt non exprimantur à lege, Casus est notabilis in cap. cùm dilecta vers. *Nos igitur,* ibi, *Eiusdem aquitatis similitudine,* de confirmat. vtili vel inutili, quem extollit Panorm. ibi. numer. 6. & 7. Corset. in singulari verb. *Expensio.* 1. idem Panorm. in capit. ad audientiam. numer. 2. per text. ibi de cleric. non residentib. & ad idem est vulgaris traditio glossæ in l. 1. verb. *Indicari,* vers. Nam sufficit. C. de condict. in deb. quam sequitur Alexandr. consil. 130. numer. 5. libr. 4. Ripa in l. si constante. numer. 81. soluto matrim. Euerardus loco. 9. ab exceptione ad regulam. numer. 5. & cum alijs, vt receptum tradit Couarr. in capit. alma mater. 1. part. §. 11. numero. 15. versic. Tertiò etiam, & quia si lex, quæ aliquas exceptiones, seu defensiones legitimas admitteret, similes excluderet, iniustissima foret, ratioque decidendi careret, cùm eadem ratio respectu omnium versaretur; & ideò idem ius in omnibus esset constituendum, ne constitutio claudicaret.

Neque obstabunt verba dictæ l. 1. ibi, *Que no sea admitida, ni recebida por nuestros juezes ninguna otra excepcion, ni defension,* iunctis verbis sequentibus, ibi, *Y si otra qualquiera excepcion se alegare, no sea recebida, ni el que la alegare sea oido:* quia si rectè considerentur, impossibile est, quòd intelligantur de legitimis exceptionibus, aut defensionibus; quia licèt multoties semel admissæ non proficiant, nunquam tamen admitti prohibentur, neque audientia earum denegatur, vel proponi, seu allegari prohibetur, quia esset contra ius naturale; ideò de friuolis, quæ non solùm sunt excludendæ, sed possunt, ac debent non admitti, lex 1. intelligenda est, vt infrà latè dicendum erit: ergo legitimæ non excluduntur.

Rursus

Rursus non obstabunt verba l. 19. dum sæpè repetit verbum, *Forma*, ex quo deducit Auend. formam indiuiduam dedisse executioni; quia respondetur, verum esse in modo procedendi, non tamen in exceptionibus admittendis, imò potiùs in eo confirmauit dispositionem legum. 1. & 2. præcedentium, dũ dicit *Y alegare excepcion legitimá, conforme á la ley primera y segunda desse titulo.*

11 Ego tamẽ, licèt existimem, veriorem esse hanc posteriorem sententiam, credo tamen, quòd ad veram cognitionem eius vulgaris dubitationis priùs est discutienda noua quędam, & vtilissima dubitatio, an scilicet lex deserit ius exequendi scripturæ publicæ, vel contractui, vel simul scripturæ, & contractui; quia si scripturæ tantùm datum esset ius exequendi, non admitterentur nisi exceptiones quæ opponerentur aduersus solemnitatem scripturæ; sin verò contractui, similiter non admitterentur, nisi quæ respicerent iustitiam contractus: sin vero vtrique scripturæ, & cõtractui exequendi ius concessum esset, omnes exceptiones deberent admitti, quæ tam opponerentur contra scripturã, quàm aduersus contractũ. Et in ea dubitatione securè dicẽdũ est, q̃ via executiua datur in his Regnis nõ solùm cõtractib⁹, neq; solũ scripturis, sed simul scripturis, & contractibus, vt sic detur contractui, qui reducitur ad scripturam, vt probat l. 1. titul. 21. lib. 4. nou. Recopil. dum dicit *Mandamos que contra las obligaciones, y contratos, y compromissos, o sentencias, o otras quale squier escrituras, que tengan aparejada execucion.* ibi, *Cartas y contratos publicos y recados ciertos y obligaciones*, l. 3. ibi, *Por contratos, obligaciones, o sentencias*, atque ex omnibus alijs legibus titul. 21. lib. 4. nouæ Recopilat. apertè deducitur. Quod est summè notandum, quia ius exequendi poterat dari contractui, vel scripturæ, cùm aliud sit contractus, aliud scriptura, veluti continens & contentum, ex Felino in cap. cum venerabilibus de exceptionibus num. 25. & longè differat dari ius exequendi contractui, vel scripturæ, vt colligitur ex adductis ab Angelo & Imola in l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. Paul. in l. fin. de contrit. pecunia, Alexand. in l. si ita stipulatus. 126. §. Grysogonus. ff. de verb. Benedict. de Barcis in tractat. de quarentigia. quæst. 6. & si vni tantùm daretur ius exequẽdi, plurima inconuenientia, atque inæqualitates sequerentur, vt quia contractui, scriptura etiam minus solemnis exequeretur; & dato scripturæ, etiamsi contractus fuisset iniustus, mandaretur executioni, cùm accessorium deberet sequi naturam sui principalis, capit. accessorium de regul. iur. in 6. l. si quis cum debitore vbi gloss. ff. de iureiurãd. quod notauerunt elegãter Roderic. Suar. in l. post rem iudicatam in declaratione legis Regni in 2. part. §. sed pro euidentia. numer. 24. Benedict. de Barcis in dicta quæst. 6. Felin. in dicto capit. venerabilibus, atque benè probatur ex his, quæ tradunt Iaff. in dicto. §. Grysogonus. num. 48. & latissime Tiraquell. de iure constitut. limitat. 7. num. 24. & sequentis: ideò prudentissimi Legislatores ex vtroque simul, iustitia contractus, & solẽnitate scripturæ composuerunt ius exequendi. Qui nouus discursus non solùm à prædictis legibus Regni deducitur, sed à cæteris omnibus, qui de via executiua meminerunt, probatur.

Sed quamuis leges Regni simul considerauerunt iustitiam contractus, & solemnitem scripturæ, vt ex his duobus capitibus formaretur ius exequendi, recte tamen senserunt, quòd in verbis scripturarum in modum se obligandi, & promittendi difficultates plures poterant excitari, dubitando, an esset necessarium in scriptura verbum, *Promitto*, & clausula guarentigia, aliaque plura, quæ magis superficiem contractus, quam substantiam ad formandum ius exequendi respiciebãt: ideò decreuerunt, q̃ òd quomodocunque quis obligare se voluisset, existeret obligatus, atque eius obligationis scriptura exequeretur, dando cõtractui eam vim, ac potestatem, vt à tempore, quo creatur, & in scripturã deducitur, nascatur ex eo ius exequendi liquidum, verum, & in esse productum.

Et cùm creationi iuris exequendi dedissent tempus, ac formam, resolutioni, atque extinctioni eiusdem iuris dandam esse necessarium putauerunt, si quidem creatio præsupponat resolutionem, & omnis res per quoscũque causas nascitur, per easdem dissoluatur: ideò exceptiones, quibus resoluendum, & extinguendum, aut excludendum erat, opposuerunt tam scripturæ, quàm contractui, vt constat ex l. 11. titul. 21. lib. 4. quæ exceptiones iuris exequendi resolutiuas his verbis designauit *Saluo paga del deudor, o premissión, o pacto de no pedir o excepcion de falsedad, o excepcion de vsura, o temor, o fuerça*, quæ quidem exceptiones opponuntur tam contractui quam scripturæ, nempe contractui, ibi, *Excepcion de vsura, o temor, o fuerça*, & scripturæ, ibi, *Excepcion de falsedad.* Et cùm legislatores cognouissent, quod licet creatio iuris exequendi formetur tempore, quo cõtractus reducitur ad scripturam, resolutio tamen

eius

eius iuris non solùm poterat causari ex exceptionibus, quæ eodem tempore, quo contractus creatur, nascebantur, sed ex alijs, quæ posteà ex interuallo nasci poterant, veluti ex solutione, ex promissione, vel pacto de nó petendo illud exequendi ius extingui voluerunt, non solùm per exceptiones vtrumque respicientes, & contractum, & scripturam, quæ simul cum contractu nascebantur, sed per aliàs, quæ posteà nascerentur, his verbis, *Paga del deudor, o promission, o pacto de no pedir:* vnde deinceps nescio quo fundamento dubitari possit, an omnes exceptiones legitimæ aduersus executionem admittantur, si quidẽ omnes tam quę nascuntur tẽpore contractus, quàm quæ postea se offerunt, admisse fuerunt.

Ex quà verissimà, atque indubitabili resolutione fortificatur intellectus, quem dedimus ad dictam l. 1. titul. 21. lib. 4. ibi, *Y si otra qualquiera excepciõ se alegare, no sea recebida,* vt intelligatur de friuolis, non verò de legitimis; quia licèt friuolæ certum sit quòd non impediunt viam executiuam, & inde inferatur, quòd lex 1. caret ratione dubitandi, eà tàmen superflua non fuit, sed vtilissima; non enim probat, quod exceptio friuola non impediat executionem, quia hoc esset superfluum sed quòd non admittatur, etiamsi allegetur, ibi, *No sea recebida,* & simul quòd reijciatur, & repellatur, ibi, *Ni el que la opusiere sea oydo,* atque demum quòd statim non obstante allegatione ad veram contractus executionem deueniatur, ibi, *Y no embargante el juez proceda á execucion del tal contrato;* quæ quidem omnia superflua non fuerunt, sed summè necessaria, si quidem quælibet exceptio, etiam quæ venit excludenda, repellenda non est statim, neque audientia deneganda; cùm igitur neque admitti debeat, imò & repellenda sit, & statim contractus exequendus, non est possibile, quòd lex intelligatur in legitima exceptione, quæ admittenda est, & executionem sicut aliæ legitimæ impedire debet.

Ex quo nouiter infero, quòd si exceptiones friuolæ opponãtur, poterit statim iudex, cognito quòd friuolæ sint, eas repellere, & opponentem non audire, neque concedere decem dies, sed statim ad veram contractus executionem deuenire, vt verbis expressis probat lex ibi, *Y no embargante el juez proceda á execucion del tal contrato.* Neque illud durũ est, aut rigurosum, sed iustissimum, & summè conueniens; quia si citatus de remate nõ se opponens potest statim condemnari, maiori ratione condemnabitur, si friuolas opposuerit exceptiones. Ex quibus apertissimè constat, quòd omnes exceptiones legitimæ tam quæ nascuntur tempore contractus, quã quæ ex post facto se offerunt recipientes scripturam, vel contractum, dummodo in decem dies demõstrentur, admittendæ sunt, vt executionem impediant.

Ex quo meritò reprobatur Parlad. qui in lib. 2. rerum quotid. capit. fin. 5. part. §. 11. admittit aliquas exceptiones legitimas, & in eodem. §. numer. 41. vsque ad 54. alias legitimas, & iustissimas reijcit, credens non omnes legitimas esse admittendas. Reprobatur etiã ipse Parlador. dum in dicto. §. 11. numer. 9. facit inter legitimas quandam distinctionem his verbis, *Atque vt apertiùs meam tibi exponam sententiam, summa rei hæc est, hoc que velle Regia illa leges videntur, vt non tantùm aduersus executionem admittamus exceptiones directas, id est, ipsius Henrica legis verbis nominatim comprehensas sed vtiles, i deest, aliasque ex ipsius sententia, atque mente colligi iustè queant,* admittẽs legitimas, directas, & vtiles, dicens, q vtiles sunt etiã legitimæ, vt statim prosequitur ibi, *Etenim legitimæ exceptiones non tantũ dicũtur illæ quas legis verba dictitãt, sed illæ etiã, quæ ex sententia, seu mẽte ipsius cõprehẽdi rectè possunt. l. nominis & rei. §. verbi ff. de verb. sign. verb. inquit, ex legibus sic accipiẽdũ est, tam ex legum sententia, quàm ex verbis.* In quo quidẽ obscurè loquitur, & videtur sibi ipsum impugnare, dum in dicto numer. 9. admittit exceptiones legitimas directas, & vtiles, sub quibus omnes legitimæ comprehenduntur, & statim. numer. 41 cum alijs plures alias legitimas, quæ proueniunt ex mente, & ratione legis, reijcit, & excludit.

12 Sed adhuc habito pro constanti, quòd omnes exceptiones legitimę sunt admittẽdę, est elegantis dubitationis, an ex his exceptionibus, quę vtrumque respiciunt, scripturam, & contractum, & quæ tempore creationis contractus, vel ex post facto nascuntur, omnes indistinctè admittantur, vel illę tantùm, quę naturaliter in eo iudicio breui, ac summario executionis includi possunt, & non aliæ, quæ altiorem indaginem requirunt, atque via ordinaria disceptari, ac terminari debent. Et Parlador. in dicto §. fin. 5. part. §. 11. per totum, agens de his exceptionibus legitimis, postquam plures nominatim admisit, quæ altiorẽ indaginem requirebant, subdit n. 40. illud esse verum, quando requirentes altiorẽ indaginẽ in cõtinenti probãtur, non alias, ex l. 3. §. ibidẽ. ff. ad exhibendũ, & post Bart. Iaſ. & Ant. Canariũ: atq; denique post legẽ Partitæ, Greg. & alios eas existimat probari in cõtinẽti, quę in termino decẽ dierũ probantur.

Cius

Cuius resolutio vt ab origine intelligatur, quantum ad exceptiones requirentes altiorem indaginem, duo tempora distincta considerandasunt. Primum, quando proponuntur. Secundum, quando impediunt. In primo tempore omnes debent admitti, cuiuscunque qualitatis, atque naturæ sint, dummodò friuolæ, impertinentes, aut calumniosæ non appareant. In secundo tamen tempore, scilicet ad impediendum effectum executionis consideratur, an illæ, quæ requirunt altiorem indaginem, in continenti, id est, intra decem dies probentur, nec ne; & si non probantur, nulla est quæstio, sin verò probatæ sint, & ab actore petente executionem non impugnentur, vel si eas contradiceret, nihil probaret, etiam impedire debeant, cùm legitimæ sint, & probatæ, vt quia sola impugnatio actoris, vel earum natura non eas reijciat. Et si actor replicaret, quòd in eius præiudicium exceptiones illę abbreuiantur, vt quia cùm sint actiones ordinariæ, & requirentes altiorem indaginem, in iudicio ordinario includantur, & inde citationes, termini, probationes, conclusiones causarum, atque testium reprobationes abbreuientur, contra naturam iudicij ordinarij, facile respondetur, quòd cũ actor vel non impugnauerit eas, vel impugnationem non probauerit, & reus liquidissimis probationibus se defenderet, curandum non est de futuro actoris euentu qui non spectat ad iudicem, sed de præsenti veritate rei, qui ius exequendi in continenti excludit; si enim exceptio solutionis, vel aliæ legitimæ legis, quæ de sui natura requirunt longam disceptationem, iudiciumq; ordinarium probatæ in termino decemdierum executionem excludunt, cur non cęterę omnes legitimę in eo termino euidenter probatæ eam non excluderent, ignoro.

Sin verò contrà exceptiones ordinarias in continenti à reo probatas actor replicauerit, & ex diuerso probauerit, maioris est dubitationis, quid à iudice sit agendum, & subdistinguendum est; quia si replicatio, & probatio actoris non dirigatur ad excludendas exceptiones rei, sed ad fundandam, seu fortificandam viam executiuam, non ideo excluderet exceptiones, neque ius exequendi reualidabit; quia cúm à principio quando datur mandatum de exequendo, debet esse formatum, liquidum, atque in esse productum, vt notissimum est, meritò in præiudicium rei illud in progressu executionis non fundabit, nec reualidabit; quia licet accessorium in progressu executionis, veluti interesse, & dãmna liquidari possit, adhuc tamen exceptiones requirentes altiorem indaginem, quæ in continenti probantur, non excluderentur, sed potius executionem excluderent, vt quia actor eas directe non impugnauit, neq; petijt excludendas, sed tantùm egit de reualidando iure exequendi.

Sed si actor directè contra exceptiones obiecerit, & simul probauerit, ita quòd probationes interse pugnantes forent, etiam erit subdistinguendum; quia si solum obiecit contrà exceptiones dicendo veras non esse, & tacitè consensisset includi ac ventilari in eo iudicum summario, iudex non obstante quòd de sui natura requirerent altiorem indaginem, causam ex rigore probationum terminauit, proliquidioribus, atque clarioribus reuocando, vel confirmando executionem, in dubioque reo facundo; sin verò actor impugnando rei exceptiones, atque contra eas probando, simul peteret, quòd in eo iudicio non includantur, vt quia requirunt altiorem indaginem, & adhuc liquidissimè probarentur, ita quòd rei probationes euidenter actoris vincerent, iudex pro eis rectè iudicabit reuocando executionem, vt quia sola natura earum exceptionum, de quâ actor oppnit, non eas à iudicio summario excludat, sed in eo, sicut aliæ legitimè includantur. Et si ex aduerso replicetur, quòd in hoc casu actori fieret præiudicium, cùm exceptiones ordinariæ requirentes altiorem indaginem præsupponant defensiones in via ordinaria, cum dilationibus, & terminis competentibus, quæ tolli non possunt, neque restringi, quatenus ad defensionẽ obiicientis sequiruntur, facilè respondetur, quòd cũ actor breuitati termini consentiret, probando, atq; solum obijciendo de natura exceptionum, per eius consensum hæc omnia summouentur, atque veritati statur.

Qui quidem omnes casus ità in se verissimi sunt, quòd nulla indigent probatione. Sed si actor non solùm impugnaueris rei exceptiones, sed simul peteret esse ab eo iudicio summario reijciendas, & in eo non includendas, tanquàm requirentes altiorem indaginẽ in via ordinaria, & quòd super hoc articulo ante omnia pronuncietur, est elegantissimæ dubitationis, an sint ab eo iudicio reijciendę, vel in eo disceptandæ, ac terminandæ, & an priùs super hoc articulo terminetur, vel omisso ad vlteriora procedendum sit. In qua dubitatione, quæ duas continet partes, & à nullo, quem legerim, proponitur, neq; disceptatur, prius discutiemus, an sit exceptiones admittendæ, vel excludendæ, & statim agemus, an is articulus ante omnia terminetur,

vel ad diffinitiuam reseruandus sit. Et quòd sint excludendæ, quando petitur ab actore, ex sequentibus suadetur.

Primò ex parte actionum, seu exceptionum, quæ si de sui natura requirunt altiorem indaginem, certum est, quòd non possunt includi in iudicio summario, & executiuo, siquidem omnis actio & causa regulariter est ordinaria glossa in l. 3. §. fundum, verbor. *In hac actione.* ff. ad exhibendum, quam dicit notandam Auiles. in capit. 2. Præt. gloss. verb. *Casos*, in fine; & ideò debent in ea causa interuenire dilationes iudicij ordinarij, de quibus in l. 1. & in authent. offeratur. C. de litis contestatione. l. prolatam, vbi omnes. C. de sentent. & interlocut. cap. quoniam contra de probationib. c. forus de verb. signif.

Secundò ex parte iudicij, & instantiæ summariæ id apertè constat; quia ea instantia, vel iudicium non potest recipere causas ciuiles requirentes altiorem indaginem, ex his, quæ resoluit Innoc. in capit. qualiter & quando. 2. numer. 5. de accusationib. & ex Baldo in l. ea quidem colum. antepenult. C. de accusationib. dicente, quòd in iudicio inquisitionis, seu correctionis, ex eo quòd summarium est, non agitantur causæ ciuiles, & in iudicio syndicatus aduertit Auiles in cap. 4. Syndicatorum gloss. 1. num. 11. & in iudicio inquisitionis facit glossa notanda in cap. nulli, verb. *Extraordinarium.* 2. quæst. 1. quam sequitur Decius in rubr. de iudicijs. 2. Lectura. num. 7. vbi Ripa. numer. 54. Nauarr. numer. 18. Aretin. in dicto cap. qualiter & quando, Maranta de ordine iudiciorum. 4. part. dist. 10. numer. 5. Iul. Clar. libr. 5. recept. sentent. §. fin. quæst. 3. num. 3.

Sed his non obstantibus etiam pugnante actore recipiendæ sunt in eo iudicio summario omnes exceptiones legitimæ, quantumcumque requirant altiorem indaginem, seu amplissimam cognitionem, & si probentur in progressu executionis, proficerent reo; quòd apertissimè probatur ex his legibus & legijs, atque ex omnibus supradictis. Neque obstabit præiudicium actoris, siquidem duobus remedijs notissimis vti poterit, agere nempe, si fortè condemnetur in secunda instantia, vel etiam in executiua petere, quòd terminus prorrogetur: quia licèt ad petitionem rei non concedatur prorrogatio decem dierum, vt latè tradit Azeued. in l. 2. titul. 21. libr. 4. nouæ Recopilat. numer. 10. vsque ad 13. prorrogatur tamen ad actoris petitionem, vt ibi aduertit. numer. 14. & anteà in l. 1. dicens, quòd terminus actori communis erit: ergo respectu primi temporis, scilicet quando proponuntur, omnes indistinctè legitimæ, etiam requirentes altiorem indaginem admittendæ sunt.

Constito igitur, quòd omnes exceptiones legitimæ admitti debent, etiam quæ requirunt altiorem indaginem, constabit apertè quid sit agendum in secunda dubitatione, an scilicet articulus de admittendis, vel reijciendis ante omnia terminetur, vel sit reseruandas, procedaturque ad vlteriora, vt per sententiam exceptiones excludantur, vel proficiant. In quo quidem articulo videbatur dicendum, quòd ante omnia terminandus sit, neque procedatur ad vlteriora; quia exceptiones transactionis, compromissi, & aliæ similes litis ingressum impediunt, & ideò si de eis excipiatur, de illis ante litis contestationem agendum est. l. fratris. C. de transactionibus. l. postquam liti. C. de pactis, text. in capit. 1. de litis contestat. libr. 6. l. 7. titul. 16. part. 3. l. 5. titul. 10. eadem part. exceptio enim notoria non reseruatur procedendo ad vlteriora, sed ante omnia terminatur, ex opinione Ioann. & Azonis, quam ponit Acurs. in l. 1. gloss. 1. C. de ordine iudiciorum, glossa in cap. 1. de ordine cognitionum, probatusque in l. 11. titul. 3. part. 3. ibi, *E non deue yr adelante con el pleito principal fasta que dé sentencia sobre ellas*, sed hoc est intelligendum in causis ordinarijs, quia in executiuis, & summarijs, vbi facilè prædictæ exceptiones sine longissima dilatione expediri non possent, iustissimè ad vlteriora procedendo reseruantur; non enim suspendi potest instantia executiua. Quod suadetur ex his, quæ tradunt Gregor. in dicta l. 11. Partitæ, & Molina lib. 4. de primogenijs cap. 9. numer. 40. cum alijs, & iterum Greg. in l. 10. titul. 3. part. 6. & facit text. in l. vbi pactum. C. de transact. ibi, *Ante cognitionem causæ*, vbi glossa exponit cognitionem causæ principalis, & Bald. ibi numer. 4. Angel. 6. nisi forsam exceptio, quæ opponeretur fuisset in competentia iurisdictionis, quia etiam in via executiua priùs esset terminanda, tanquã fundamentum instantiæ, ex Paulo in l. 1. numer. 9. C. de ordine iudiciorum, Bart. in l. multum. ff. de condit. & demonstrat. Calcan. cons. 115. num. 4. Maranta de ordine iudiciorum. 4. par. dist. 20. num. 16. Afinius in praxi cap. 8. §. 13. num. 2. & in iudicio inquisitionis, quod est summarium, Innocent. in cap. exhibita de iudicijs, Paz in praxi 8. tempore obijciendi exceptiones peremptorias. numer. 4. & 5.

13 Vltimo, cùm principalis, ac ordinaria excep-

exceptio, quæ contra executionem opponitur, sit solutionis, aduertendum est, quòd regulariter debet probari per scripturam, licet etiam probetur per testes, ex pluribus, quos refert Felician. in 2. tom. de censib. lib. 3. cap. 5. num. 5. vbi in lib. 4. cap. fin. numer. 16. cum alijs agit in qua moneta fiat solutio, sed inter eas quæstiones, quæ circa solutionem in ma-
14 tetia census se offerunt, ea videtur vulgaris, an per tres posteriores solutiones probentur omnes præcedētes & præteritæ. In qua dubitatione Felician. de censib. 2. part. lib. 3. capit. fin. num. 5. vers. *Sed an probatis*, resoluit, quòd secluſa pactione ordinaria, quæ in his cēsibus adijcitur, rectè per eas tres solutiones posteriores probatur factas fuisse præcedentes, ex vulgata. l. quicunque. C. de apochis publicis libr. 10. quam post Padillam, Mascard. Menoch. & alios ibi comprobat, ac cōfirmat; sed eius legis rationem non designat. Quare quæ communiter ab Scribentibus traditur, ea est, quòd quando creditor simpliciter, & absque vlla protestatione circa præteritum recipit tres vltimas annuas præstationes intelligitur præteritis renunciasse, ex eo quòd sibi factæ fuerunt. Ita aduertit Bald. in cap. literæ de dilation. Bart. Alexand. & alij plures, in l. si certis annis. C. de pactis, & ferè omnes in dicta l. quicunque. Ex qua ratione, & decisione infertur, quòd si creditor recipit eas vltimas tres annuas præstationes, præstandum saluum esse ius sibi de præterito competens, non procederet lex illa; quia eo casu ex protestatione facta circa præteritum deficit consensus non petendi præteritas præstationes, quiquidem consensus, atque renunciatio præteritarum præstationem inducitur ex simplici receptione canonis trium annorum. Ita in specie intelligit gloss. in dicta l. quicunque, verb. *Cautionem*, in fine, vbi idem resoluit Lucas de Penna colum. 2. quem sequitur Gabr. consil. 313. num. 5. lib. 2. Mascard. de probat. conclus. 1326. numer. 13. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 139. num. 30. hinc etiam infertur,
15 quòd præsumptio huius legis non habet locū contra tertium, cui factæ non fuerunt tres postremæ solutiones: exemplum dari potest, quando antecessori præteritę præstationes debentur, & successori tres vltimę præstationes factę fuerunt; quia respectu successoris fortis erit præsumptio, respectu verò antecessoris, tertij nempe, nullius momenti. Cuius resolutionis ratio ea considerari potest; quia cum antecessor postremas non receperit solutiones, ex quibus resultat præsumptio, & quasi consensus, atque renunciatio iuris præteriti, & consequenter nulla detur eius renunciatio, neque consensus induci non potest, contra eum ignorantem, & nescientem legis præsumptio, sed demum contra successorem recipientem tres vltimas annuas præstationes, qui quasi consentiendo videtur iuri, atque credito præterito renunciare. Ita in specie resoluit Cathalianus Cota in memorabilibus, verb. *Solutio facta*, in fine, quem referens sequitur notāter Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 139. numer. 32. vbi in specie loquitur. Cui accedit limitatio singularis ad text. in l. locū de in rē verso. ff. de vsuris, quæ probat, q̄ ex annuis prestationibus vniformibus, & causatis per decennium satis inducitur obligatio soluendi pensionem in futurum, vt illa præsumptio tertio nocere non possit, vt aduertit Menoch. dicta præsumpt. 139. num. 32. vbi se refert ad ea, quæ anteà dixerat præsumpt. 131. Quam resolutionem ipse Iacob. Menoch. exemplificat in exactoribus tributorum censuum, vel canonum, vt tres vltimæ solutiones factæ successori non præiudicant antecessori, quominus possit præteritas sibi debitas exigere.

## DE RECOGNITIONE census ab hæredibus censuarij possidentibus, vel non possidentibus hypothecas censuales, seu ab alijs tertijs possessoribus rerum cēsualium præcisſè facienda. Caput XCIX.

### SVMMARIVM.

*Hæres non possessor rerum censualium an teneatur recognoscere censum num. 1. & num. 2. agitur de recognitione tertij possessoris, & an si post recognitionem vendiderit rem censualem, an liberetur. num. 3.*

*Hæres, vel tertius possessor rei censualis recognoscens censum tenetur soluere redditus, tam præteritos, quam futuros, nisi creditor propter negligentiam præteritos non recuperauerit. numer. 4.*

*Recognitio census an præiudicet recognoscenti, & omnibus ab eo causam habentibus, quamuis non appareat de primitiua census constitutione, num. 5. & num. 6. datur distinctio verißima.*

*Et num. 7. limitatur in censu seruatiuo, vel emphyteutico.*

*Recognitio erronea alicuius rei censualis, licèt reperita, an efficiat eam rem censualem. numer. 8.*

*Et numer. 9. traditur benè materia recognitionis erroneæ, & num. 10. materia tacita recognitionis.*

*Vsufructuarius an, & quando teneatur recognoscere censum. n. 11.*

## CAPVT XCIX.

IN hac recognitionis materia, de qua latè egit Felician. libr. 3. de censib. capit. 6. per totum, quæ vulgaris est, licèt necessaria, sequentia tantum conducibilia se offerunt prænotanda.

1 Primum, quòd hæres non possessor rerum censualium recognoscere non tenetur, quia contra hæredem non possessorem, quatenus repræsentat personam defuncti solum datur personalis; sed ea non datur in censu, vt sæpissimè dictum est: ergo censum non recognoscit: sin verò possessor sit, recognoscere tenebitur, non tamen simpliciter, tanquam hæres, sed tanquam possessor hypothecaria. ex l. 1. & 2. C. si vnus ex pluribus.

Neque obstabit, quod Felician. libr. 3. de censib. capit. 6. numer. 1. versic. *sed ego*, crediderit contrarium; quia loquitur præsupposito quòd in censu non solùm datur personalis, sed quòd super sola persona constituitur, & conseruatur, quod omnino falsum est: ergo hæres non possessor non recognoscit.

2 Rursus in censu bona tantum censualia obligata existunt; vt passim in hoc opere probatur, & inde non solum hæredes possessoris, sed & tertij, qui personali non tenentur. l. 1. §. si hæres percepto fundo. ff. ad Trebel. ratione possessionis rei censualis vt recognoscant, conueniuntur, vt latè post plures probat ipse Felician. in dicto capit. 6. per totum: ergo recognitio non fit ratione personalis obligationis, sed hypothecariæ, & realis: ideò hæres non possessor non recognoscit. Accedat, quòd natura recognitionis non est præcissa, sed alternatiua, scilicet vt recognoscatur, vel dimittatur res censualis, vt etiam fatentur omnes, & ipse Felicianus recognoscit: ergo hæres non possessor quia vti non potest alternatiua, recognoscere non debet.

3 Demum recognitio ita fit ratione rei, quòd si tertius possessor nominatim recognoscit, obligando se personaliter, & postea rem alienauerit, non obstante expressa obligatione personali recognitionis per alienationem à censu liberabitur, & onus eius ad possessorem transiret, vt post Paris. & Couarr. probat ipse Felician. dicto libr. 3. capit. 6. numer. 4. versic. *Tertiò inquirendum*, Roderic. de ann. redditib. libr. 2. cap. 9. numer. 56. ergo recognitio non fundatur in personali, sed in reali obligatione: igitur hæres ex sola personali recognoscere non tenebitur, atque consequenter neque hæres, qui nunquam fuit rei censualis possessor, neque possessor, qui desinit possidere, obligati existunt; atque inde tota hæc recognitionis materia reducitur ad possessorem, siue hæredem, siue tertium, vt is alternatiuè compellatur recognoscere censum, aut dimittere rem.

4 In recognitione tamen facta certum est, quòd tenentur non solum futuri, sed & præteriti annuas præstationes soluere recognoscentes, vt quia res ipsa censualis, pro qua recognoscunt, ad vtrumque sit obligata, vt notant Ancharran. consil. 386. colum. 1. Aym. consil. 217. Afflict. decis. Neapolit. 95. Foller. de censib. verb. Huiusmodi. numer. 97. Petr. Surd. decis. 32. numer. 6. & post Rodoan. & alios Felician. in 2. part. de censib. libro. 3. 2. part. capit. fin. in princ. versic. *Aduersum autem tertium possessorem*, nisi creditor eas ob negligentiam non recuperaret, quia sibi imputare debebit, ita quòd pro eis ad tertium accedere non posset, ex l. iure ciuili. ff. de condit. & demonstr. & post Socin. tenet Felician. lib. 3. capit. fin. numer. 3. in fin.

5 Quam recognitionem præiudicare recognoscenti, ac omnibus, qui ab illo causam habent, quamuis non appareat de primitiua census constitutione, resoluunt Guid. Papa, Guillelm. Alciat. Rebuf. Antonius de Padilla, Valasc. Foller. & alij, quos referens sequitur Felician. dicto libr. 3. capit. fin. numer. 4. in princip. Bursat. consilio. 27. numer. 9. & 10. volum. 1. & Achyl. Pedroc. consilio. 39. numero. 161. & 162. Sed hæc propositio falsa semper mihi visa fuit, ex eo quòd census constitutio debet constare verissimo titulo creationis eius, vt notissimum est, sed recognitio non est titulus, sed probatio, vt docet Paul. in l. publici. §. fin. ff. depositi. Alciat. responsorum

lib.

lib. 6. responso 6. numer. 12. Aluar. Vaez de iur. emphyt. quæst. 8. numer. 18. ergo alius titulus creationis vltra recognitionem edendus est; quod, licèt in alio proposito, bene comprobat Roderic. libr. 1. de annuis reditib. quæst. 19. numer. 9. Quamuis enim confessio erronea principaliter propter se facta inducat plenam probationem, donec constiterit de errore, vt aduertit ibi Roderic. numer. 8. cùm tamen creatio, & institutio census sit formalis, non sufficeret sola recognitio ad eius inductionem, maximè cùm non solum sit de substantia, atque essentia census ipsius individua, & specialis creatio, verum in eius constitutione plurima formalia interuenire debeant, & intereà traditionem veri, & integri pretij, vt passim in hoc opere dictum est: ergo ea omnia probari non poterunt interuenisse ex sola recognitione. Imo si secundum eundem Felicianum pretium creationis census debet interuenire in pecunia numerata, & in actu celebrationis contractus, videlicet quod si anticipetur, nulla sit constitutio, vt latissimè id comprobat in capit. de pretio census, apertè sequitur, quòd si non constat de primæua creatione, atq; integri pretij pecuniarij in actu creandi, traditione aliter quàm per recognitionem censuarij, vel tertij possessoris, non probaretur census constitutio. Rursus quando contra Felicianum ipsum fateamur verius esse, quod pro pretio legitimo, integro, & vero, licèt anticipato, creari potest census, adhuc tamen fatendum non est, imò firmiter negandum, quod traditio eius pretij probetur per solam confessionem censuarij, vt latissimè probauimus in capit. an pretium census probetur per solam confessionem censuarij: ergo neque census creatio, cuius substantia, & essentia consistit in vera, & integra pretij traditione, probari poterit per recognitionem; quæ nihil aliud est, quàm quædam confessio præcedentis creationis census, atque pretij traditionis. Demum census constitutio probatur per scripturam creationis, vel ex temporis cursu cum causæ concomitantia, vt diximus in capitibus de censu ex tempore inducendo, & de scriptura conficienda in constitutione census: ergo non sufficeret sola recognitio, quæ licèt in contractibus simpliciter licitis vim habeat confessionis, & inde plurimum operetur in censu, qui simpliciter licitus non est nisi concurrentibus requisitis ad eius creationem formaliter necessarijs, tanquam confessio nihil operatur.

6 Qua tatione in hac dubitatione; quæ regulariter negatiuè est decidenda, hac distinctione vtendum existimaui; quia si recognitio fit simpliciter sine vlla hypothecarum mentione, neque causæ creationis census expressione, sed dicendo, quòd recognoscitur obligatio soluendi annuatim, nulla erit recognitio, imò & plures recognitiones, etiamsi virtute earum longissimo tempore factæ fuissent solutiones; quia eo casu diceretur census ignorantiæ, id est, cuius causa ignoratur, qui tam humanis, quàm diuinis legibus prohibetur. capit. peruenit, de censibus, & latè diximus in capit. de censu ex tempore inducendo sine vlla causæ concomitantia: aut enim causa soluendi exprimitur in recognitione, seu recognitionibus, & virtute earum longissimo tempore census, cuius causa expressa fuit, præstitus est, secundum ea, quæ diximus in capit. de censu inducendo ex temporis cursu cum causæ concomitantia; & in casu si recognitio virtualis repetita ex sola vniformi præstatione per decennium facta inducta obligatio soluendi in futurum formator, vt ibi diximus, à fortiori formetur, si eodem legitimo tempore virtute recognitionis expressi alicuius census præstationes vniformiter fierent, cùm fortior sit expressa, quàm virtualis recognitio.

7 Quod ego limitarem, si causa census, quæ repetitur in præstationibus annuis, aut recognitionibus, de sui natura iusta sit, vt quia dicatur; quòd ex causa census reseruatiui, vel emphyteotici, aut simpliciter ex causa census quidquam præstatur; quia si nominatim exprimeretur causa census consignatiui emptitij ad rationem quatuordecim pro vno constituti, non iustificabitur eius census creatio per plures annuas præstationes; neque etiam per repetitas recognitiones, donec constaret de originaria census creatione, nisi tempus immemoriale sequatur; quia cùm ius commune resistat creationi factæ sine pretio, & alijs requisitis formalibus, necessaria erit immemorialis, vt hæc omnia præcessisse intelligantur; cùm enim eo casu non possit census vocari census ignorantiæ, vt quia in præstationibus exprimatur causa census consignatiui, sed solùm deficiant substantialia eius contractus, nempe pretij traditio, merito ex tanto temporis cursu rectè præcessisse præsumeretur, & præsumpta sufficeret ad census iustitiam, & eadem ratione minori consuetudine soluendi

non iustificaretur, donec de originaria census creatione aliter quàm per eam virtualem, vel expressam recognitionem, seu repetitas recognitiones constaret. Ex quo datur noua, & elegans limitatio ad totam materiam. l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. l. si certis annis. C. de pactis, vt tempus ordinarium, dequo ibi, non sufficiat ad inducendum censum consignatiuum emptiuum, etiamsi annuæ præstationes repetitæ fierent, cum causæ ipsius census concomitantia, atque virtualem, vel etiam expressam recognitionem importarent; quia licèt recognitio habeat vim confessionis expressæ, & ex sola confessione censuarij etiam expressa, & quantumcunque repetita, non probetur pretium interueniſſe, sed sit necessarium, quòd verum, integrum, & legitimum interueniat, & quòd interuentio probetur aliter quam per confessionem censuarij, vt sæpissimè in hoc opere dictum est, & Felicianus securè fatetur, vniformis annua præstatio, etiam longissima, ad inducendum censum consignatiuum non sufficeret, neque consequenter recognitio expressa, nisi constaret de originaria ipsius census creatione. Quod quidem, licèt nouum, notatu dignum, atq; verissimum est.

Sin verò recognitio vnâ, vel plures fierent ratione rei censualis, vt quia causa census reseruatiui, vel emphyteotici quidquam solutum sit, facilius per eam census probaretur; quia cùm prædicti census simpliciter iustissimi sint, atque res immobilis, cuius occasione præstatur, loco sortis succedat, recognitioque vim obtinet confessionis, censum probabit, donec contrarium probetur, etiamsi de creationis originali scriptura non constiterit, & in his censibus reseruatiuo, & consignatiuo intelligendi sunt dicentes, recognitionem præiudicare recognoscenti, & eius hæredibus, omnibusque alijs, qui ab eis titulum, & causam habet, etiamsi non appareat de ipsa census origine, quorum suprà meminimus, atque meminit Felician. libr. 3. capit. 6. de recognitione numer. 4. qui aliter intelligi, neque accipi possunt.

Sed hoc erit limitandum, quando ex scriptura censuali, vel aliter ex probatione legitima constaret, rem illam, cuius occasione census præstatur, vel recognitio, aut plures recognitiones factæ sint, à censu liberam esse, vt quia ex limitibus, seu confinibus, diuersam esse apparuerit, tunc enim

8 recognitio erronea etiam repetita à pluribus eiusdem rei censualis possessoribus, censualem esse non probabitur, neque quidquam, quamuis antiquissima foret, ad census creationem probandam, seu obligationem soluendi eum in futurum efficient, vt probant omnes, qui tenuerunt, recognitionem præiudicare recognoscenti, atque successoribus, qui loquuntur in recognitione non erronea, sed ratione rei censualis facta, vt post Paulum, Alciatum, Valascum, & Menochium aduertit, & se ipsum intelligit Felicianus dicto libr. 3. capit. 6. numer. 4. versic. *Qui omnes in meam videntur sententiam consensisse*, & probat Roderic. de annuis redditib. libr. 1. quæst. 19. numer. 8. & 9. & anteà per eundem Roderic. dicto libr. 1. quæst. 15. numer. 18. & num. 26. & 28.

9 Quæ verissima resolutio inconuincibiliter probatur ex natura erroris, atque confessionis erroneæ, siquidem vbi adest error, ibi ad esse non potest consensus. l. si per errorem in fin. de iurisdict. omnium iudicum, vbi inquit, errorem imperitiam detegere, prout contingit, quando iniustè, ignoranter, vel sine causa recognoscitur census, vt inquit Bald. in l. quidam elogio numer. 16. in fine, versic. *Est autem scientia*. C. de iure deliber. error est applicare animum ad falsum, vnde sicut scientia versatur circa verum, & est verorum, vt in l. si pater de hæred. instit. ita è contrario error circa falsum, & qui per errorem consentit, potius contradicere dicitur, quàm consentire, vt notat per text. ibi idem Bald. in l. error in fine. C. ad l. falsid. refert & sequitur Gregor. Lopez l. 10. titul. 2. part. 4. gloss. 2. verb. *Non consintiria*, & facit elegans dictum eiusdem Bald. in capit. vigilanti numer. 5. ad med. de præscript. vbi inquit, quòd erronea conscientia non damnat quemquam, & allegat. l. regula est. §. qui ignorauit de iur. & facti ignorantia, & quòd erronea confessio tam extra iudicium, quàm in iudicio, nihil noceat, sunt iura expressa, vt in l. non fatetur, & ibi latè Bart. de confess. vbi numer. 1. tenet, etiam in deciforijs litis non nocere confessionem erroneam per text. ibi, & vide l. 5. titul. 13. part. 3. & ibi Gregor. & facit l. nõ id circo. C. de iur. & facti ignorant. vbi, *Cùm nullus sit errantis consensus*; & fere in terminis, quibus loquimur, est text. expressus in l. falsa ibi, *Respondendo id, quod paternum erat, ex maternis esse bonis, nihil egisti*. C. eodem, vbi gloss. fin. dicit, *Nihil egisti, quoad dominium perdendum, vel mutandum, in quo sola*

*voluntas*

*voluntas non sufficit*, & eam sequuntur Bart. Paul. & Iaff. & Paul. numer. 2. & 4. notat, quòd licèt quis ex certa scientia dicat, & confiteatur, quòd res sua est mea, quod per hoc nihilominus non transfert vllum dominium propter talem simplicem falsam cõfessionem, & sequitur, & comprobat ibi Bald. numer. 4. & Salicet. l. cum testamentum. C. eodem, idem notat glossa fin. in dicta l. non id circo gloss. fin. C. de iur. & facti ignorant. vbi expressè notat, quòd confessio erronea & falsa scienter facta non nocet, & sequitur ibi Bart. Bald. & Iaff. & probat ibi satis expressè text. ipse in verbis suprà relatis, ibi, *Cum nullus sit errantis consensus*, & quòd confessio erronea & falsa etiam a sciente facta possit reuocari, & reuocetur per instrumenta, vel per testes, per quos talis error probetur est gloss. expressa in l. de ætate. §. fin. gloss. fin. post med. de interrogat. act. ibi, & ita esse probatur per instrumenta, vel testes, quòd res aliter se habet, & probat late Gregor. Lop. d. l. 5. tit. 13. part. 3. verb. *Probar el yerro*, dicitur autem apertè constare de errore, quando probatur contrarium eius, quòd dictum fuit, vt notat expressè Bart. in l. non fatetur. numer. 4. de confess. & Afflict. decis. 44. numer. 3. & ex multis refert Molina de Hisp. primogen. lib. 2. capit. 8. numer. 37. imò, & scientia, quæ ob errorem fuit lata, & à qua nõ fuit appellatum, reuocatur, si error probabilis postea detegatur, vt in capit. fraternitatis de frid. & malef. ibi, sententiam diuortij per errorem, licet probabilem, non minus esse prolatam de frig. & malef. & ibi notat gloss. ex expressa, verb. per errorem, vbi allegat plura iura idẽ statuentia, & ibi sequitur, & comprobat latè Abb. num. 17. & 18. videndus: & concedenda est talis restitutio, vt est textus expressus in l. fin. in fine. ff. de confess. & est gloss. expressa ita tenens in l. non fatetur, verb. Qui errat, post principium & ex Alexand. & alijs resoluunt optime Gregor. Lop. dicta l. 5. verb. *Inyzio acaba-*, in fine videndus in hoc; & his non relatis resoluit optimè Maur. tract. de restit. in integrum cap. 385. & 386. vbi agit de errore, quæ restitutio maximè procedit in nostro casu, vbi adest enormissima læsio, quo etiam casu subuenitur maiori, vt resoluit idẽ Naua. vbi supra c. 381. Tãdẽ est notissima, & verissima resolutio, q̃ supremi iudices, & supremorum tribunalium debent iudicare secundum veritatem, & sola veritate inspecta, vt notat Bart. in l. AEmilius numer. 5. de minor. & Dec. consil. 200. in fine; & refert, & sequitur Aymon. Crauet. consil. 198. num. 7. & nouissimè Lancellotus tract. templum omnium iudicum in c. 7. de Præside & Senatoribus n. 18.

Et iterum confirmantur præcedentia ex natura ipsa recognitionis per errorem factæ, cuiuscunque iuris fiat recognitio, siue obligationis soluendi in futurum, siue alicui domino, vel iudici se subijciendo; quia nihil operabitur erronea recognitio, vel summissio; neque probat dominium, seu possessionem, respectu illius, in cuius fauorem fiunt, nisi de eius iure & origine euidenter appareat, vt notat Bart. in l. si aliquam rem. ff. de acquirenda possession. & facit text. singularis in capit. peruenit de censibus optimè Matth. de Afflict. omnino videndus, quia singulariter loquitur in proposito in capit. 1. de capitaneo qui euenam vendidit. numer. 12. & quod per huiusmodi recognitionem quando non constat de iure illius, in cuius fauorem fit, non transfertur dominium, neque iurisdictio, facit in proposito quod notat Bart. in l. quod meo colum. fin. versic. *Sed rustici*, ff. de acquirenda possess. dicens, quòd si aliqui se summittant alterius iurisdictioni, non transferunt in eum ius aliquod, quod ipsi non habent; notat Innocent. in capit. dilectus de capellis monachorum, & in capit. olim cl. 3. de restitut. Spoliator. textum in l. colon. C. de agric. & censit. lib. 11. Tiraquel. in tractat. de iure constituti. 2. part. ampliat. 34. numer. 4. optimè Bald. in l. 2. numer. 50. C. de seruitutibus & aqua, vbi dicit, quòd si homines faciant iuramentum fidelitatis, per hunc actum non transferunt possessionem dominij, neque iurisdictionem, si nõ poterant tradere possessionẽ iurisdictionis, quia alius possidebat eos.

Dum tamen duplicem cognitionem consideráuerimus, vnam expressam nominatim recognoscendo, & aliam tacitam ex vniformi annua præstatione pensionis deductam, aduertendum esse necessarium existimaui, quòd inter eas notabilis differentia versatur, diuersæque sunt naturæ, ac potestatis, quia recognitio expressa præsupponit formalem obligationem soluendi in futurum censum; deducta verò ex annua præstatione vniformi nullam futuram promissionem continet, sed tantum pro vna vice solutionis actum probat, hoc est, quòd recognitio expressa respicit totum ius, & principaliter cedit ad obligãdum in futurum; solutio verò pensionis solum respicit terminum elapsum, & actum soluendi dirigit ad liberãdum

Rursus recognitio expressa importat veram, & formalem confessionem futuræ obligationis soluendi censum, censu maiores, atque principaliter propter se factam; tacita verò deducta ex annuis præstationibus solum operatur per functoriam, incidentem, & minus deliberatam confessionem, non propter se, sed neque ad se in futurum obligandum productam, sed solum vt soluendo decursam pensionem ab obligatione soluendi eam se liberaret factam, vt benè considerat Roderic. libr. 1. de annuis redditibus cap. 5. numer. 24. & 27. ex quo benè deducitur ad recognitionem materiæ l. cùm de in rem verso, quod ex annuis præstationibus vniformibus non tam formatur confessio, & recognitio in futurum soluendi, quam præsumptio tituli solemnis stipulationis, & inde numer. 28. aduertit, vtilissimum esse, quod debitores in solutionibus ex professo confiteantur, & recognoscant ideo solvisse, quia deinceps ad soluendum obligati existunt. Et statim in vers. *Poterit autem debitor reddere*, infertur ex eo, quòd condemnatio super pensione nihil infert in futurum, quantum ad ius, & obligationem soluendi ex glos. singulari in authent. de instrument. caut. & fid. §. in his verò insinuent, vbi Angel. numer. 15. & ex Gregor. numer. 4. in l. 115. titul. 18. part. 3. glossi. 1. ponderans etiam Innocentij doctrinam in cap. ex eò Ecclesia Sutrina numer. 2. de causa possess. & proprietat. quæ certè digna sunt ponderatione.

Fit tamen recognitio expressa quoad effectum obligandi quemquam in futurum, non solum ea, quæ fit recognoscendo, sed quæ facta virtualiter censetur, quando emptor rei censualis se nommatim in partem pretij onerauit eius census solutione, quia cùm eo casu principaliter agatur de suscipiendo in se futuram obligationem, verè recognouisse causam dicendum est, vt notanter post Aymon. consil. 212. numer. 7. & 8. resolvit Felician. dicto libr. 3. cap. 6. numer. 61. & benè Petrus Surd. decis. 32. prope fin. & post Petrum Surdum, Roman. Afflict. Guillelm. & Gassan. aduertit Felician. in 2. part. lib. 3. dicto cap. 6. vers. *Sextum verò*, sed illud est intelligendum, quando emptor non solum emit, cum onere census, sed nommatim census quo res ipse onerata, soluere in partem pretij promisit, quia secùs non videtur emisse rem sciens censum imminere, vt quia venditor ad reprehensionem, cæteris scientia non inducere tur recognitionem quam possessor ad recognoscendum, & soluendum compelli possit, imò ad recognoscendum teneretur, nisi eidem emptori aliter quam per certificationem venditoris de censu constaret, vt per Guid. Pap. decis. 24. tenet Felic. in 2. p. lib. 3. c. 6. vers. *Verumtamen decissorum*.

Quæ quidem omnia apertè procedunt in hæredibus possidentibus res censuales, vel possessoribus earum. Vnde quid sit in vsufructuario rei censualis videamus, & non teneri recognoscere censum resolvit Felician. in 2. part. de censib. libr. 3. capit. 6. numer. 4. vers. *sed dubium*, vt quia vsufructuarius certæ rei adeò alieni solutionem non teneatur, ex l. fin. ff. de vsufruct. legat. & resolutione dicentes communem Couarr. & Franc. Marc. atque alijs quos ipse Felician. refert, vbi inuenit. *Nimò stat*, respondit ad obiectionem de l. hactenus. ff. de vsufruct. quod licet vsufructuarius certæ rei teneatur ad onera realia per illum text. hoc in censu non procedit, vt quia non sit onus reale, & quòd etiam in alijs casibus vltra censum non procedit text. ille in oneribus debitis ex priuata conuentione, ex Pinelo de bon. matern. 2. part. numer. 7. vers. *limita quinto*, & cum hoc denique resident. Cuius resolutio, atque discursus mihi verus non videtur, quia licèt ex natura vsus fructus alicuius rei particularis liberè vsufructuarius ad censum non teneatur, imo & ex natura contractus censualis, vt quia bona censualia præter hypothecam non sint censui obligatæ, vt sæpè diximus, ex natura tamen hypothecæ specialis eius rei, cuius vsus fructus relinquitur, legatarius tanquam possessor ad censum teneretur, sicut quilibet alius successor, vel possessor eiusdem rei; cum enim res ipsa censualis specialiter sit hypothecæ subiecta, & ius obligationis, atq; seruitutis ab ea non possit separari, sicut neq; res à causa, notissimum est, quòd testator legando eam non poterit tollere ius creditoris: igitur legatarius ad censum teneretur, & consequenter tanquam possessor ad recognoscendum; quod non tam procederet ex regula l. hactenus, quàm ex peculiari natura census; quæ licèt secundum Felicianum non sit onus reale, receptissimum est, vt sæpissimè diximus, quasi ius seruitutis continere. Ex quo etiam admitti non potest alia Feliciani resolutio in dicto numer. 4. vers. *Quid verò si fructuarius*, vbi agens, an vsufructuarius omnium bonorum mobilium teneatur ad eius alieni solutionem, & ad census præstationem; denique resoluit, in alijs debitis præter censum, non teneri, sed hæredem; in censibus verò obligatum esse, colligitur, ex ea ratione, quia in

censu non sit considerandum, an fructuarius omnium bonorum, vel certæ rei, sed ab sit possessor, vel non rerum censualium, vt quia incertum bona testatoris, quorum vsusfructus relinquitur, censualia ab vsufructuario possideantur, quia cùm non ratione quantitatis bonorum, sed qualitatis eorum, vt quia libera, vel oneribus subiecta sint, obligatio, & ius regulentur, ius, & non quantitas, erit attendendum; non enim soluitur census pro quantitate, sed pro iure: ergo obligatio iuris exigendi censum ab impositione eius producta, attendenda est, non substantia bonorum.

Non etiam admittitur alia Feliciani resolutio in dicto 2. part. lib. 3. capit. fin. numer. 4. vbi cum Panormitano, Socino, & Borbigno Caualc. resolutum, quòd si vsufructuarius pro censu conueniatur, poterit nominare proprietarium, vt recognoscat, & soluat, & sic iudicium euitare, etiamsi contra ipsum ageretur hypothecaria, nisi fuisset vsufructuarius omnium bonorum, quod in versic. Ex quibus infertur, credit procedere in hærede grauato fideicommisso, quandiu hæreditatis lucro fruitur, & in possessore maioratus, marito, prælato, tutore, & curatore, in quibus certè non militat diuersa ratio, neque diuersum ius statuendum est, neque quid aliud cõsiderari debet, quam esse, vel non esse possessores rerum censualium vt quia sint hæredes vsufructuarij, vel fideicommissarij, aut donatarij, si possideant, recognoscere debeãt: sin verò non, nequaquã; quia tota vis ac obligatio recognoscendi pẽdet à possessione rei censualis, quocunque titulo possideatur, siquidem resoluta possessione, resoluitur recognitio, vt suprà diximus.

## DE CESSIONIBVS, quæ à debitoribus fiunt, correis, vel fideiussoribus, soluentibus sortem, vel pensionem censualem. Caput C.

### SVMMARIVM.

*Creditor soluens creditori sortem, & vsuras, an sine cessione actionis cedendas. n. 1.*

*Et an præcedat censum in correo soluente, sed in ipso debitore censuario, quandocunque eius interesset, & in fideiussore, atque tertio possessore, alijsque soluentibus. n. 3.*

*Fideiussori ementi censum an sit cedenda actio contra correos in solidum obligatos, & an emere possit censum. numer. 4. vbi traditur elegans intellectus ad text. in l. 3. C. de dolo, & quando fideiussor possit emere pignora à creditore.*

*Fideiussor emens censum à creditore, vel eum redimens, seu bona censualia, quæ à creditore iure pignoris possidebantur, recuperans, an teneatur ea cum fructibus debitori restituere. num. 5.*

*Fideiussor an emendo pignora à creditore committat dolum, vel illud facere possit. n. 6.*

*Et intellectus ad l. 1. C. de dib. n. 7.*

*Creditor an, & quando teneatur cedere contra se posteriori creditori afferenti sortem cum vsuris. n. 8.*

*Quando secundus creditor habeat ius offerendis, & quomodo verificetur dubitatio. numero 9.*

*Creditor primus an teneatur cedere contra se correo, & fideiussori, & quomodo ea dubitatio. n. 10. & n. 11. traditum nouus intellectus ad text. in l. 2. C. de fideiussoribus.*

*Creditor an teneatur cedere contra se exsortio posteriori. n. 12.*

*Correus correo, & fideiussor fideiussori, quando cõtra se cedere teneãtur, & quomodo exemplificetur ea dubitatio. n. 13.*

*An possessori hypothecæ cedenda sit actio. numero 14.*

*An compossessor compossessori cedere debeat contra se. num. 15.*

*An possessor teneatur fideiussori cedere contra se. num. 16.*

### CAPVT C.

CORREIS, vel fideiussoribus soluentibus sortem, vel pensionem censualem, diuersa modo actio cedenda est; ideo non omnes casus, qui ad materiam cessionis accedunt, sed hi tantum, qui propriè nostræ materiæ censualis sunt, examinandi, ac decidendi erunt.

Et primò, quando correus soluendo creditori sortem, & vsuras, actiones sibi cedendas esse contendit, cessionem fieri debere cõstat, ex his, quæ latè resoluit Felician. libr. 3. de censibus cap. 2. num. 17. Roderic. de ann. redditib.

2 Quod intelligendum est, deducta parte correi soluentis, vt resoluunt Ronchegal. in l reos in princip. num. 41. & 43. ff. de duobus reis, Natta consil. 658. Cephal. consil. 220. num. 11. Petrus Surdus decis. 308. numer. 7. & post gloss. & DD. in l. 1. in fin. C. de duobus reis, Gregor. & alios, resoluit Roderic. libr. 2. de annuis redditibus. quæst. 17. num. 14. & 15.

3 Quòd non solùm procedit in correo soluente, sed etiam in ipso debitore censuario, cuius interest aliquando, vt actiones sibi cedantur, ex his, quæ tradit Bart. in l. 1. §. cum prædium. ff. de pignoribus, & in l. Aristo. quæst. 3. ff. quæ res pignori obligari possunt, & post Bart. aduertit Felician. de cenſib. lib. 3. capit. 2. numer. 17. vbi anteà procedere in fideiussoribus, & in tertio pignoris possessore vrgenter probat, atque deniq; in omnibus soluentibus certum esse defendit ea n. 17. in princip. quod etiam quasi regulariter consuluit Roderic. lib. 2. q. 17. n. 15. ad fin. & quæst. 16. n. 11. & 16.

4 Vidi tamen disceptatum in Regia Pinciana Chancellaria, an fideiussori ementi censum cedenda sit actio contra correos in solidum obligatos: & Felicianus in 2. tomo de censibus lib. 3. capit. 2. numer. 9. in vers. *In num.* 17. & 18. resoluit, quòd fideiussor potest emere nomen debitoris, seu vsus annui redditus, nō tamen rem à debitore pignoratam, intelligēs eo modo text. in l. 1. C. de dolo, nullā tradit rationem differentię inter emptionem annui redditus, & pignorum. Quod etiam in fideiussore emente censum resoluit Roderic. lib. 2. de ann. redditibus. quæst. 9. nu. 5. licet ibi non meminerit de l. 1. C. de dolo, meminit tamen postea in quæst. 13. numer. 3. vbi eam intelligit procedere ea ratione, quia fideiussor certabat ibi de lucro ex infortunio debitoris, atque de acquirendo sibi vili pretio ipsius debitoris prædia, non vero de emptione annui redditus, quorum resolutio vera est, sed ratio differentiæ inter emptionem pignorum, & census, omnino diuersa, scilicet quia fideiussor emēdo censum à creditore nō quidem emit pignora, sed ius percipiēdi cēsum, ideò non succedit regula in censu iure pignoris, sed vero titulo emptionis & venditionis, vt quia titulus emptionis, & cessionis eiusdem effectus sint, & in iure non refert creditorem vendere, seu cedere iura fiscū hi. l. fideiussor de negot. gest. & toto titul. C. de hæred. vel act. vendita, emendo tamen pignora ab eo, qui iure pignoris ea possidebat eodem iure pignoris, non vero titulo emptionis succedere certum est, si quidem cessionarius eodem iure potiatur, quo cedens poterat vti. l. cum secundus. ff. de distract. pignor. l. si potiores. C. de his, qui in priorum creditorum locum succed. ergò mirum non est, si fructuat, ex dicta l. 1. C. de dolo, cum in sortem pignoris semper computentur. l. 1. & 2. C. de pignorat. act. cessio tamen valida sit ex dicta l. 1. C. de dolo, quod nominatim probat text. in l. 45. titul. 13. part. 5. ibi. *Quandoquier que el señor del precio dieſſe lo que pagô, tenudo seria el fiador de se lo deſamparar*: ergo interim dum pretium sibi restituitur, pignora restituere non tenetur, & ita Gregor. in dicta l. 45. verb. *El fiador*, præsupponit esse intelligendam, d. l. 1. C. de dolo, dum subdit simpliciter addendo eam ad l. Partitæ, hæc verba. Adde l. 1. C. de dolo, & ibi DD.

Ex quo infertur ad cognitionem eius dubitationis, quod ad longum explicuit Escobar de ratiocinijs comput. 17. per totam fol. 272. vbi postquam dubitabit, an fideiussor censualis emens censum à creditore, vel eum redimens, seu bona censualia, quæ ē ea

5 ditore iure pignoris possidebantur, recuperans, teneatur ea cum fructibus restituere debitori, ex dicta l. 1. C. de dolo. Denique resoluit teneri, vt quia creditor, cui fideiussor successit, qui ea bona iure pignoris possidebat, eodem iure in fideiussorem ea transtulisset, vt eius resolutio intelligatur, & tantùm procedat, quando fideiussor à creditore pignora emit, quæ iure pignoris possidebat, non tamen quando censum ipsum; quia eo casu nihil debitori restituere tenebitur; neque censum, donec redimatur; neque redditus, quos irrenocabiliter suos fecerat, quia longe diuersum est, emere pignora, vel censum. Primum enim quodammodo prohibetur ex dicta l. 1. C. de dolo. Secundum verò nullo iure prohibitum est. Vnde in cognitione huius differentiæ certe errauit, maleque emptionem census, & pignorum æquiparauit.

6 Infertur etiam non benè DD. deduxisse ex dicta l. 1. fideiussores non posse emere pignora debitori, aliàs teneri ac fide recepta, vt Felician. præsupponit ab ea deduxisse communi voto in 2. part. lib. 3. capit. 2. numer. 9. in versic. In numer. 17. & 18. vbi fatetur, quòd cum eā lege consonāt l. 44. & 45. titul. 13. part. 5. vbi refert Gregorium gloss. 1. ad med. & Ximenez ad concordant. ad eam l. in quo quidem errauerunt DD. quia dicta l. 1. non solū id non prohibet fideiussori, sed nominatim permittit; dummodo oblato sibi pretio pignora restituat, & idem probat dicta l. 45. tit. 13. part. 5.

7 Et quod magis est, non solum dicta l. 1. permittit emptionem pignorum, & irreuocabilem facit, sed in casu, quo pretio fideiussori soluto, ea cum fructibus restituere teneatur, pretium, & redditus antea eidem soluendi sunt, vt probat text. ibi, *oblata quantitate sortis, & usurarum*, in quo lex prima singularis est, quia si fideiussoris emptio nulla & reprobata fuisset, vsuræ sibi non restituerentur: ergo si quantitas sortis, & vsurarum ex dicta l. 1. præstatur, iustissima fuit. Et ratio decidendi eius legis fundatur in eo casu in præceptis iustitiæ commutatiuæ, quæ consistũt in æqualitate, vt quia si per eam l. fuit consultius, ne fidei receptæ gratia de dolo actio posset exerceri, quòd pignora cum fructibus debitori à fideiussore emente ea restituerentur, vt verbis expressis probat lex illa ibi, *Ne fidei recepta gratia de dolo posset actio exerceri.* Iunctis verbis præcedentibus, ibi, *Tibi dominium cum fructibus, quos bona fide percipit, consultius restituet.* E conuerso etiam consultius videretur, quod pretium fideiussori cum redditibus anteà soluatur, ne debitor locuplectaretur cum fideiussoris iactura, atque breuissimo tempore fors fideiussores ex fructuũ perceptione extingueretur, in quo præsupponit lex, quòd fideiussor non successit in pignoribus iure pignoris, si quidem eo casu fructus extinguerent fortem principalem. l. 1 & 2. C. de pignorat. act. sed titulo verò emptionis, & venditionis, dum dicit, si fideiussor à creditore pignora emit, & quòd ideò tanquam bonæ fidei possessor fructus facit suos ibi, *Cum fructibus, quos bona fide percepit*, & adhuc æquitate magna consultius existimauit capit. ne fidei ruptæ gratia de dolo, posset actio exerceri, atque vt in totum inter commutantes æqualitas seruaretur, vnusque cum alterius iactura non locupletaretur, quòd pretium fideiussori cum vsuris antequã pignora cum fructibus restituat; à debitore solnatur, ex quo textu deducta sunt practica totius Regni restituendi debitoribus bona cũ fructibus, præstito prius creditoribus pretio cum redditibus, de quo alibi dicendum erit. Ex quibus constat, quàm male omnes intellexerunt dictam l. 1. C. de dolo.

In hac tamen cessionis materia præter ea, quæ tradit Roderic. lib. 2. de ann. reddit. quæstion. 16. & 17. Felician. de censib. 2. part. lib. 3. ca. 2. per totum examinat septem quæstiones vtiles, & contingibiles, quarum prima est.

An venditor teneatur cedere contra se creditori posteriori offerenti sortem cum vsuris.

Secunda, an primus creditor teneatur cedere contra se correo, & fideiussori.

Tertia, an, & quando creditor teneatur cedere contra se tertio possessori.

Quarta, an correus correo, & fideiussor fideiussori contra se cedere teneatur.

Quinta, an etiam possessori rei hypothecatæ creditor cedere teneatur.

Sexta, an possessor possessori contra se cedere teneatur.

Septima, an possessor teneatur fideiussori cedere contra se. Quæ quidem dubitationes, licèt vtilissimæ sint, atque necessariæ, conuenit, vt Feliciani resolutiones ad nostram censualem materiam applicentur. Vnde in prima 8 quam examinat in versic. *Quo circa*, vsque ad numer. 13. denique resoluit teneri primum creditorem posteriori contra se cedere, nisi possideat hypothecam ante debitum secũdi creditoris: vtroque tamen casu contrarium existimo, ex regula, qua constituitur, quod nunquam cessio intelligitur facta, neque est facienda contra se ipsum, l. si peculium. §. sicut. ff. de peculio legato, Alexand. consil. 149. *Viso processu*, colum. 2. libr. 2. Imò si cessio nocere posset cedenti, neque aquam cedere tenetur. l. in creditore. ff. de euictionibus, ibi, *sine dispendio creditoris*, notatur per gloss. in l. mulier. ff. qui potiores in pignore, quòd etiam probatur ex regula Baldi in l. emptor. C. de hæreditate, vel actione vendita. numer. 2. versic. *Quid ergo*, dicentis, quòd emptor hæreditatis non habet vtilem rei vendicationem contra venditorem possidentem, text. etiam in l. 2. C. de fideiussoribus, vbi cessio non est facienda fideiussori in cedentis præiudicium, Franc. decis. 260. 2. part. per totam, Socin. consil. 206. volum. 2. ex septimo casu. Quod latè explicat Roderic. de ann. reddit. lib. 2. q. 9.

Sed in ea dubitatione aduertendum est, 9 quòd primus creditor duplici modo potest possidere pignora debitoris, vel iure pignoris, tanquam creditor, aut tãquam extraneus tertius nempe, cui à iudice fuerunt in solutũ data, vt tanquam plus offerenti in publica subhastatione addicta. In primo casu rectè verificatur dubitatio; quia cum secundus creditor habeat ius offerendi primò, primusque præcisè teneatur eidem cedere actiones, vt regulariter suprà dictum est, rectè dubitatur, an debeat cedere contra se. In secundo verò casu cum non sit certum, imò dubitatissimum, an secundus creditor habeat ius offerendi primo, & certius sit non habere, vt post longam disceptationem resoluit Felician. de censib. 2. tomo. libr. 3. capit. 2. numer. 14. per totum,

totum, vbi per decem columnas id prosequitur, non benè cadit ea dubitatio, cùm is, qui non habet ius offerendi, non possit petere, quòd sibi cedantur actiones, & quod est magis etiam in casu, quo daretur ius offerendi, nescio, quo fundamento defendit priorem creditorē, secundò debere contra se: si enim primus creditor non est obligatus debitori, contraquem cedenda est actio, sed potius creditor anterior, qui per obligationem secundi desinit esse creditor, vt quia debitum extinguatur, & inde nihil in eo remaneat cessibile: ergo actio, quam non habet, cedenda non est. Neque interest, an prius, vel posterius sit debitum secundi creditoris, cum vtroque casu nihil remaneat cessibile penes primum: ergo contra se cedere tenetur, ideo in casu, quo secundus creditor soluendo primo possessori hypothecarum censualium omnes ab eo hypothecas reciperet, dubitatio non est verificabilis, cùm nihil penes eum, contra quem cedatur actio, remansisset. Sin vero secundus creditor non omnes recuperaret hypothecas, sed penes primum, cui debitum præstiterat, aliqua remaneret, vt quia secundus vnam tantum emerit, sed pro debito acceperit, cum eo casu primus adhuc bona debitoris retineat, non immeritò dubitatur, an vendendo illam contra aliam penes se manentem cedere teneatur, quod est in effectu cedere cōtra se, tanquam contra possessorem hypothecæ censualis.

In qua dubitatione, si eius possessio anterior fuisset, obligationi secundi creditoris nihil cedere debet contra se, vt quia tempore, quo debitum secundi creditoris fuit contractum, bona illa à primo creditore possessa in patrimonio debitoris non essent, neque consequenter secundo creditori obligari potuissent, imò ea primus creditor irreuocabiliter possedisset. Sin verò debitum secundi creditoris, antequam primus possideret bona censualia, contraheretur, cum ad ipsum transirent, affecta obligatione secundi creditoris contra hypothecam manentem penes se cedere tenebitur; & hac distinctione vtitur Felicianus supra. Quod ego dupliciter limitarem, primo quando penes cedentem remansit hypotheca specialis; quia si tradidit secundo creditori bona debitoris specialiter hypothecata, & retinuit aliam sub generali obligatione cōprehēsam, contra eam cedere non tenetur, vt quia in censu non detur generalis, vt suo loco diximus, sed ad debitorem spectat eam male possessam recuperare. Secundo limitatur, quando secundus creditor primo soluit integrum debitum, cuius obligatio prior fuit possessio, vt quia non integrū sed partem eius soluit, & pro residuo aliquā retinuit hypothecā contra eam apud seipsum manentem quidquam cedere non tenetur, vt quia nominatim aliquam solam transtulisset. Quæ quidem omnia ampliarem, siue primus venditor iure pignoris, aut tanquam tertius possessor iudicialis bona censualia ab eo possessa secundo creditori vendidisset, quia cōtra aliam penes se manentem, & consequenter contra se ipsum tenebitur cedere; cum enim vtroque casu possideat rem censui subiectam, etiamsi non iure pignoris, sed alio iustissimo titulo conueniri recte poterit pro censu: ergo & cedendo contra se cedere debet. In quibus casibus rectè procederet resolutio Feliciani in eius prima dubitatione.

10 In secunda tamen, quatenus dubitat, an primus creditor teneatur cedere contra se correo, & fideiussori, resoluit ipse Felician. teneri per text. in l. 2. C. de fideiussoribus, & plures, quos ipse refert in 2. part. lib. 3. cap. 2. num. 15. quia talis dubitatio impossibile est, quod verificetur in simili casibus præcedentibus, scilicet quando penes creditorem vendentem, seu cedentem alia remansit debitoris hypotheca, & simul totum creditum recuperabit; quia eo casu cum contra ipsum, tanquam contra possessorem hypothecæ debitoris detur actio cessibilis, vt quia creditor non sit, sed pro tertio possessore habendus, meritò ad cedendum contra se ipsum teneretur; sed si vel nulla hypotheca debitoris apud eum remansit, vel aliquam pro residuo debiti retinuit, nullam contra se actionem cedere tenebitur, vt quia non eam tanquam tertius, sed tanquam creditor retineat, & veluti creditor contra se ipsum actionem cedere non possit, efficiendo se vno, eodemque tempore creditorem, & debitorem.

11 Ex quo datur nouus, & verus intellectus ad text. in dicta l. 2. C. de fideiussoribus, quæ mihi expressa videtur ad probandum hunc discursum, dum decidit, quòd creditor habens fideiussorem, & pignora, potest fideiussorem conuenire, dummodo in eum ius pignorum transferat; vbi verbum, *Ius pignorum*, est summè ponderandum, vt quia omnia pignora debet cedere fideiussori, sentiens, quod si aliqua retineat, teneretur cedere contra se, tanquam contra eum, qui desinit esse debitor, & possessor remansit, & etiam est notabilis in versic. *sed cùm in alia*, dum subdit, *sed cum in alia quaque causa eadem pignora, vel hypothecas habet obligatas, non prius est compellendus transferre pignus, quàm omne debitum*

*bitum exoluatur*, vbi si vel ex alia causa pignora possideat, vel aliqua pro residuo debiti retineat, non antea tenebitur omnia cedere fideiussori, quàm si omne debitum sibi præstetur; sin verò nõ omnia cedat, sed aliquod retineat, & integrum debitum consequatur, contra se ipsum, tanquam contra pignoris possessorem cedere tenetur. Et ratio differentiæ notissima est; scilicet quia si creditor per solutionem fideiussoris remaneat satisfactus, atque debitum extinctum, & adhuc non ex alia causa pignus retinet, verè possessor est, & non creditor diceretur; ideò tanquam possessor poterit directè conueniri, & contra se ipsum tanquam contra verè possessorem hypothecæ compelli, vt cedat actiones; sin autem vel omnes hypothecas fideiussori tradiderit, vel aliquam ex alia causa, seu pro debiti residuo retineat, cùm adhuc verè creditor sit, debitumque in totum non extinctum, sed ex alia causa, aut primæua debet, meritò prius compellendus non est transferre pignora, neque cedere actiones, quàm omne debitum exoluatur, vt verbis expressis probat dicta l. 2. & cum his declarationibus intelligo Felicianum in resolutione secundæ quæstionis.

12 Tertia quæstio Feliciani est, an creditor teneatur cedere contra se tertio possessori, quam explicat in 2. part. lib. 3. capit. 2. numer. 16. per sex columnas, vbi denique resoluit teneri cum aliquibus declarationibus. Sed eius dubitatio, atque resolutio impossibile est; quod verificetur, quando creditor censualis tertio possessori alicuius hypothecæ, ius percipiendi censum cessisset, cùm eo casu nihil in creditore censuali remaneat penes se cessibile, vt quia statim recepto pretio cessionis & resoluatur debitum, & desinat esse creditor: igitur si nihil remanet penes eũ cuius respectu actio contra ipsum cedatur, neque cedere complectendus est; neque si forsam cesserit actiones, se in cessione pasiuè non comprehenderet; quare ea dubitatio poterit verificari, quando creditor hypothecarum censualium possessor recepto integro debito tertio possessori alterius hypothecæ aliqua retenta cæteras reliquit, atque cessioni transtulit; quia eo casu propriè dubitaretur, an cedere contra se teneretur, & cúm facta sibi debiti solutione, & ab eo hypothecarum cessione adhuc possessa hypothecæ remansisset, nulloque titulo eam, potuisset retinere, aut eam tradere, vel contra ipsum cedere actiones, compellendus est, ne cum aliena iactura locupletetur, atq; sine titulo & forte fructus percipiat. Ad quem casum credo reducenda esse; quæ Felicianus latissimo sermone cumulauit.

13 Quarta dubitatio Feliciani est, an correus correo, & fideiussor fideiussori contra se cedere teneantur, de qua in dicta 2. part. libr. 3. c. 2. num. 17. versic. *Quoad quartum*, cuius dubitationis resolutionem credit pendere ab alterius resolutione, scilicet an correus, vel fideiussor agat in solidum contra correum, seu cõfideiussorem, vel deducta sua parte in qua verisimè resoluit, & deducta sua parte per gloss. in l. vir vxori. §. mulier. ff. ad Veleianũ; & ex Bart. Bald. & alijs, quos ipse refert. Quo præsuppositio resoluit, quòd correus correo, vel fideiussor confideiussori contra se cedere teneãtur. Sed etiam eo casu difficilis videtur verificatio. Et dũ Felicianus existimat prius esse resoluendum, an correus, vel fideiussor in solidum, vel deducta sua parte, agere possint contra correos apertè præsupponit idem esse dubitari, an teneãtur cedere contra se, ac si dubitaretur, an deducere debeant suam partem, si quidem cedendo simpliciter non reducendo eam, videantur cessisse contra se, vel deducatur. Et in hũc sensum verificata dubitatio Feliciani rectè procedit. Ego etiam verificari posse Feliciani dubitationem existimo, quando correus, vel fideiussor virtute cessionis creditoris hypothecam caperent censualem. Atque deducta sua parte pro residuo agerent contra correum, vel confideiussorem; quia si aliter correus, vel confideiussor offerat eisdem quantitatem solutam, tenebitur hypothecam offerenti tradere, aut si maluerit, eam retinere contra se ipsum, tanquam contra possessorem hypothecæ actiones cedere, ne recipiendo quantitatem solutam, & simul retinendo hypothecam, aliquid vltra sortem à se debitam recipiat. Quod nõ violenter deducitur ex dicta l. 2. C. de fideiussoribus.

14 Quinto dubitat Felicianus, an etiam possessori hypothecæ cedenda sit actio, non tamen dicit, a quo, vel contra quem, neque in ea quæstione quidquam resoluit, sed ad sextam dubitationem transit: vnde ea dubitatio resoluenda est ex his, quæ in precedentibus dicta sunt, quãdo creditor, vel correus cedit. Quæ similiter procederent in cessione facta correo, vel confideiussori, quàm in ea, quæ fierit tertio possessori.

15 Sexta dubitatio Feliciani est, an compossessor compossessori contra se cedere teneatur, quam explicuit 2. part. lib. 3. cap. 2. num. 19. versic. *Quoad quintum*. In qua denique resoluit teneri, quod ego intelligo, si compossessor sit ex correis, vel confideiussoribus, quia

quia vel deducit suam partem, vel cedere tenebitur contra se, vt deducatur, vel si com possessor cedēdo quātitatē, pro qua possidet offerenti eam, adhuc alterius rei cēsualis possessor remaneat, quia cùm satisfactis omnino sit, vel tradere tenebitur omnes hypothecas censuales, quarum possessor erat, vel pro ea, quam retineret, contra se ipsum cedere, ex dicta l. 2. C. de fideiussoribus.

16 Septima & vltima dubitatio Feliciani fuit, an possessor teneatur fideiussori cedere contra se, quæ habetur dicto capit. 2. numer. 19. versic. *Post remò*, in qua ponit duas opiniones contrarias, & denique resoluit cum Speculatore, & alijs, debitum esse diuidendum inter possessorem, & fideiussorem, & quòd ita audiuit iudicatum in Regia Pinciana Chancellaria in causa monasterij Carmelitarum, & Ludouici Salaçar: sed ea causa diuersa fuit, vt quia monasterium possidens rem censualem virtute cessionis Ludouicum fideiussorem conueniebat; & quia tanquàm tertius hypothecę possessor, qui emit hypothecam, id facere non potuit, condemnatus fuit. Quomodocunque igitur sit, non videtur eá Feliciani dubitatio verificabilis; quia si possessor alicuius rei censualis fideiussori eam vendiderit, vt quia fideiussor passim pro censu molestetur, licèt vendēdo cedat actiones contra se ipsum, eas non cessisse certum est, cùm non sit correus, neque fideiussor, cuius pars deducenda sit, sed extraneus possessor, qui post quam rem censualē à debitore emit, ne à debitore conueniatur, eam vendidit fideiussori, ex quo cùm possessor desierit esse, liber exiistit, & consequēter nihil penes eum remansit, cuius occasione cedat contra se: ergo dubitatio nō potest verificari, nisi eam verifices in possessore, correo, vel confideiussore, qui cessis actionibus fideiussori soluenti, adhuc retinet rem cēsualem. Qui casus cū similis præcedentibus sit, eisdem regulis, ac legibus iudicandus est.

## DE LIBERTATE redimendi censum sub ea facultate à principio creationis eius contracta. Caput CI.

### SVMMARIVM.

*Censuarius quandocunque voluerit, potest redimere censum pro eodem pretio, quo creatus fuit num. 1. & num. 2. quòd ea facultas non est posita, neq; potest poni in faculeate emptoris, sed venditoris.*

*Pactum, ne possit redimi census, an valeat. num. 3. & quid in pacto, vt intra certum tempus fiat redemptio, & quod transacto redimi non possit. num. 4.*

*Pactum, quo venditor promittit sortem restituere, si non soluat pensionem per biennium, an validum sit. num. 5. & quæ actiones competant vēditori ad redimendum. numer. 6. & an valeat pactum de redimendo censu pro maiori sorte, quàm fuit creatus. n. 7.*

*Ius, & facultas redimendi an aliquo tempore possit præscribi, latè discutitur num. 8. & an valeat pactum inter ciues redimēdi, vel diuidendi inter se censum certo tempore designato. num. 9. & n. 10. traditur, an valeat pactum, quod post quatuor annos debitor teneatur dare nouas hypothecas vel redimere censum, & numer. 11. quid si coheres redimit pro parte, an possit alios coheredes compellere, vt partem redimant.*

## CAPVT CI.

IN capitibus precedentibus huius secūdæ partis egimus de census creatione, atque progressu, vnde in præsenti, & sequentibus agendum est de eius resolutione, & redēptione. Et primò vt clarius procedatur, regula constituitur, qua probatur, censuarium libere posse quandocunque voluerit, redimere censum pro eodem pretio, quo creatus fuit, vt pro regula constituens latè prosequitur Rodericus de annuis redditibus libr. 1. quæst. 6. & probatur in Extrauaganti prima & secunda Martini & Calixti de emptione & vēditione, & in proprio motu Pij V. super forma creandi census, atque in legibus Regni, quæ de censu memineruut. Quæ quidem regula sequentibus modis ampliatur, aç intel ligitur.

1

Primo modo ampliatur, vt ea facultas redi
2 mendi posita non sit, nec vllo modo poni possit in facultate emptoris, sed semper in venditoris libera voluntate. Ex quo si redimēdi facultas poneretur in ementis facultate, contractus esset vsurarius, ex dictis Extrauagantibus prima & secunda, & resoluunt Couarr. lib. 3. variār. capit. 9. num. 4. Soto de iustitiā & iure lib. 6. quæst. 5. artic. 3. concluſ. 1. Ex quo reprobātur, & merito Medina in C. de restitut. capit. de censu redimibili verſic. *Qua de pacto redemptionis*, qui eam pactionem licitam

licitam dixit, dummodo iustum pretium accedat, quam reprobauit Roderic. lib. 2. quæst. 1. numer. 3. vbi num. 19. post Baldum, Guidonem, Cepolam, Tiraquel. & alios comprobat vsurarium esse contractum, in quo ponitur facultas redimendi in voluntate emptoris; & & in num. 2. eiusdem quæstionis formaliter requirit, quòd fors in perpetuum alienetur absque vlla facultate petendi eam, quod antea dixerat lib. 1. quæst. 4. Ex quo nunquam ea libertas, atque facultas redimendi ponitur in voluntate emptoris, sed venditoris.

Secundò ámpliatur; vt quámuis census
3 ematur cum ea pactione, ne venditori liceat eum redimere, nisi post decem annos, vel aliquod certum tempus, ea conditione non obstante possit quandocunque redimi, & extingui ad libitum censuarij, ne detur in lucro emptoris certitudo, & inde vsura proueniat. Defectus enim libertatis redemptionis vsurá arguit, & probat, & contra Extrauagantium primæ & secundæ Martini & Calixti de emptione & venditione præceptum est; ideò vel annullat ea contradictio contractum, vel pro non scripta habetur, vt diximus in cap. de iustitia huius census consignatiui redimibilis.

Amplia etiam, si adijciatur pactum, vt in-
4 tra certum tempus fiat redemptio, & transacto redimi non possit census, quia adhuc quandocunque poterit venditor eum redimere, vel si è conuerso adijciatur pactum negatiuum, quòd census non possit redimi, nisi post certum tempus; quia vtroque casu libera facultas redimendi venditori datur, vt vtrũque comprobat Roderic. de annuis redditibus lib. 1. quæst. 18. numero 1. & ferè per totam quæstionem, & libro 2. quæstione 1. numer. 14. cum alijs, vbi numer. 15. reprobat Felicianum dicentem, nullam versari differẽtiam inter illud pactum affirmatiuum, vel negatiuum; credit enim Roderic. maximam dari, vt quia negatiua pactio potentius neguet, & afficiat, quàm affirmatiua, vt notatur in l. hoc genus de conditi. & demonstrat. Decius in l. 1. ẽolum. 3. C. de pactis. Sed ego credo verissimum dixisse Felicianum, quantum ad iniustitiam contractus, vt ex vtroque pacto, seu conditione efficiatur iniustus, & nulla inter eas pactiones detur differentia. Quamuis enim fortior sit negatiua, quam affirmatiua, eodem modo vitiatur contractus per affirmatiuam, sicut per negatiuam, ideò quoad eum effectum interse non differunt, vt Felicianus existimauit.

Amplia etiam, vt non possit valere pactũ,
5 quo venditor promittit restituere sortem, si per biennium distulerit soluere pensionẽ, vt quia ea conditio non solum in effectu & substantia operetur commissum, sed impediat in directè libertatem redimendi; ideó quamuis Olanus in Concordiaturis litera A. numer. 112. scripsit licitam esse eam pactionem, qua censuarios Regni Nauarræ vti solitos esse affirmat, miraturque, quòd nostrates ea pactione non vtantur, atque in confirmationem suæ opinionis addncit legem municipalem Nauarræ, quam ipse refert in alio proposito in litera A. num. 96. & inde possit inferri, iustam esse eam pactionem, si quidem si fuisset iniusta, à viris Catholicis, atque prudentissimis Regni Nauarræ per legem municipalem non confirmaretur. Ex quorũ confirmatione aliquantulum cessat suspicio, capit. nisi essent viri prouidi de præbend. Tiraquel. loquens in redditibus lib. 2. retractus ad finem. numer. 132. adhuc tamen considerans ab origine iustitiam census, quæ principaliter consistit in facultate redimendi, atq; naturam eius pactionis, quæ restringit eam facultatem, & quodammodo pretium minuit cùm in partem pretij computetur, ex l. fundi partem. ff. de contrahenda emptione, securè dicẽdum est, iniustum efficere contractum, & ab eo esse reijciendam, quod latiús prosequitur Roderic. lib. 2. de ann. redditib. quæst. 1. num. 4. cum alijs, vbi reprobat, & meritò, Medinam, Nauarrũ, & Gutierrez, quos ego propter eorum autoritatem intelligerem in casibus, in quibus in censu commissum datur de quibus egimus in capitibus de commissis: cùm enim pactum commissi iustum sit, etiam iusta erit pactio præcedens.

Iterum etiã amplia, vt ad cã redẽptionem
6 venditori census competant duæ actiones, antiqua descedens ex cõtractu præambulo, informata ad id, quod deducitur in pactum, & altera præscriptis verbis insurgens ex dicto pacto cohærentia contractus, vt in pacto redimendi rem venditam post plures probat eleganter Tiraquel. de retract. conuent. §. 1. gloss. 1. num. 21. quod in quocunque contractu admisit, ex gloss. 1. & communi in l. in bonæ fidei. C. de pactis, quam sequuntur plures per eundem Tiraquell. in dicta gloss. 1. numer. 3. Quæ resolutio ad contractum census consignatiui propriè adaptatur cùm in eo ex natura & lege contractus pactum redimẽdi adiectum sit.

Amplia etiam, & non amplius emptoris
7 census pro redemptione soluendũ sit, quàm venditori datum fuit pro creatione; ex quo si

pactum

pactum inter eos initum sit, quòd cẽsuarius maiorem sortis quantitetem restituat, vel quid aliud faciat, quod eidem onerosum esse possit, pretiumque augere valeat, illicitum erit pactum, & contra iustitiam commutatiuam contractus, & non obstante pactione redemptio pro sola quantitate in pretio, & substantia creationis admittenda sit. Ita resoluunt Conrad. de contract. quæst. 84. concl. 4. Caualin. de vsuris quæst. 51. Couarrub. lib. 3 variar. capit. 9. numer. 4. Dominic. Soto de iust. & iure lib. 6. quæst. 5. art. 3. in prima conclusione, & facit text. in c. illo vos de pignorib. & plures Tiraquel. de retract. conuentionali in præfactione num. 31. vbi numer. 32. & 33. resoluit eandem præsumptionem vsurarum deduci ex pacto contrario, cuius ipse meminit, nempe si paciscantur contrahentes quòd minus pretium restituẽdum sit, quàm ab emptore fuit profectum. Quia ea pactio propriè nuncupatur captiosa liberalitas interpretioni prudentum nimis semper odiosa ex l. cum Aquiliana. ff. de transactionibus, vbi numero 32. ipse Tiraquel. ad id plura refert, & anteà num. 17. alios retulerat impugnantes clausulas inusitatas, & captiosas, fictas, & simulatas, ex quo cessat plurimorum controuersia dubitantium, quòd si in pacto redimendi nullum certum pretium designatum esset, sed simpliciter dictum, quòd venditor quandocunque posset censum redimere, an ea redemptio, quæ in liberum censuarij arbitrium confertur, sit facienda pro iusto valore rei, vel pro pretio à venditore recepto. Cuius dubitationis meminerunt Cagnol. in l. 2. colum. 6. notabili 8. C. de pactis inter emptorem, Tiraquel. de retract. conuent. §. 1 gloss. 3. numer. 2. vt in ea dubitatione non sit amplius insistendum, cum si certum pretium interuenit in creatione, idem interuenire debeat in redemptione. Infertur etiam ex supradicta resolutione, quòd si quis emerit cẽsum creatum ad rationem viginti pro vno, minori quidem pretio, scilicet ad rationem quatuordecim pro quolibet milliario, & ille cẽsus redimatur, nõ poterit recipere secũdus emptor veteris cẽsus, cesionarius nẽpe, residuum illud sortis, quod supereſt, & distat ex quatuordecim ad viginti, sed tantundem cõsequentur ex redemptione quantum præstitit pro acquisitione, & reliquum restituatur censuario, ne secundus emptor cum eius iactura locupletetur, aliquid vltra sortem ab eo profectam recipiens, & censuarius detrimentum patiatur contra iuris præcepta, quæ verant aliquid percipi vltra sortem principalem. Quæ resolutio præterquam quod deducitur ex supradictis, probatur euidenter ex his, quæ latè resoluit Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 18. n. 11. vsq; ad nu. 18. & de retract. conuent. §. 1. gloss. 3. per totam. Et hinc etiam infertur, quod si emptor post quã censum emerit ad rationem quatuordecim pro vno, pretium augeat vsque ad viginti, vt vulgariter fit, maximè à possessoribus primogenitorum, tenebitur venditor in redemptione sortem prioris creationis cum augmento restituere, vt æquale pretium interueniat in creatione, ac in redemptione. Ita eleganter probat Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 18. num. 50. cum alijs. Qui quidem discursus, atque resolutio scilicet quod census redimi non possit maiori pretio, quam à principio creatus fuit, confirmatur ex adductis à Feliciano lib. 1. de censibus capit. 7. num. 14. Michael Salon 2. tom. de iustitia art. 3. contr. 23. col. 1413. Emmanuel Rodriguez in motu proprio Pij V. sexta conditione, dubitationis. Ioann. Lupus de vsuris commentario 2. §. 2. n. 70. Francisc. Milanensis decis. 2. lib. 2. numer. 69. & latiùs id prosequitur Roderic. de annuis redditibus lib. 2. quæst. 1. num. 20. cum alijs, vbi fatetur, quòd pactum illud est contra præceptum negatiuum creandi censum, & quòd ideò in totum annullam contractum.

8 Ampliat etiam, vt neque ea facultas redimẽdi præscriptione extingui possit, ad cuius ampliationis veram cognitionem aduertendũ est, quod inter Scribẽtes fuit controuersum, qua præscriptione extingui posset pactum de retrouendendo; & denique omissis, quæ facilè in hoc adduci poterant, ferè omnes huius dubitationis memores distinguũt, dicentes, quòd si huic pactioni nullum certũ tempus designatum sit, sed simpliciter conuentum, quòd emptor possit restituto pretio venditionis rem venditam redimere, pactum, illud præscribatur triginta annorum spatio. Ita post plures resoluunt Balbus de præscript. 4. part. quintæ partis quæstion. 3. Cagnol. in l. 2. C. de pactis inter emptorem numer. 72. Tiraquel. de retract. conuent. §. 1. gloss. 2. num. 1. vsq; ad num. 5. vbi aliquibus modis id intelligit, & denique in hac specie simplicis facultatis redimendi hæc est vera resolutio, quam uis nonnulli teneant vnicum annum sufficere, vt aduertit Cagnol. suprà numer. 70. sin verò non simpliciter pactum redimendi adiectum sit, sed sub his verbis toties, vel quandocunque, aut perpetuo, merito dubitauerunt Scribentes, an ex eorum verborum adiectione impediatur cursus præscriptionis, vel nihilominus legitima præscriptio

tio facultatem redimendi extinguat, & in ea dubitatione fuerunt tres opiniones penitus diuersæ, ac contrariæ. Prima, quòd sufficiat decennalis præscriptio, cuius autor fuit Aucharranus, quam referunt Iaſſ. in l. petens numer. 10. C. de pactis, & in l. finali ad finem. C. de institution. Andr. Tiraquel. de retract. conuent. §. 1. gloss. 2. numer. 8. Quæ tamen sententia meritò reijcitur, vt ex infra dicendis constabit. Secunda opinio fuit, quòd venditor ex verbis suprà dictis possit quandocunque, etiam transactis triginta, vel quadraginta annis, imò, & nulla obstante præscriptione vti facultate redimendi. Quam amplexi fuerunt plures per Tiraquel. in dicta gloss. 2. numer. 15. cum pluribus alijs, & per Ioann. Lupum de vsuris comment. 2. §. 3. numer. 99. verſic. 1. vbi plurimos huius opinionis sequaces præter Tiraquel. refert. Tertia, & posterior opinio fuit, quòd ea redimendi potestas ex verbis suprà relatis deducta triginta annorum spacio præscribatur, & extincta sit. Quam sequuntur plures maximi nominis viri, de quibus per Tiraquel. in dicta gloss. 2. numer. 7. & per Anton. Gabr. libr. 5. communem opinionem titul. de præscriptionibus conclus. 6. & per Ioann. Lupus in tract. de vsuris commentar. 2. § 3. numer. 99. verſic. *Sed altera & tertia*. Qui quidem eleganter eas opiniones ornauerunt, & explicuerunt, sed non bene ad nostram census speciem adaptantur; quia facultas redimendi censum, qui de sui natura redimibilis est, peculiari quidem, ac naturali conditione præscribi nequit, nec vllo temporis cursu finiri. Quod suadetur euidenter tam ex eo, quòd regulariter facultati liberæ non præscribitur, vt per Anton. Gabr. in dicto lib. 5. titul. de præscriptionibus conclus. 10 quam quod si facultas redimendi censum præscriptione extingueretur, contractus ipse censualis ad eum statum deueniret, à quo incipere non posset, & consequunter ne fæneratitius sit, pactum redimendi in creatione necessarium, & à lege sub intellectum, tanquam de substantia, & iustitia creationis nulla præscriptione extingui posset. Quæ resolutio deducitur ex alia Philippi Decij, & Purpurati in l. petens. C. de pactis, Gerard. in singul. 18. Balb. de præscriptionibus. 4. part. quæst. 3. in fine, Cagnol. in dicta l. 2. C. de pactis inter emptorem numer. 88. Tiraquel. in dicta gloss. 2. num. 33. Gabr. in dicta conclus. 6. numer. 12. dicentium, quod ex contractu reprobato non datur iusta causa præscribendi. Ex quo in censu nulla obstante præscriptione dicendum est, censuarium quandocunque vti posse redemptione ex autoritate eorum, qui secundam opinionem sequuntur. Quam etiam secuti fuerunt plures per Aluar. Valasc. de iure emphyt. quæst. 11. numer. 17. cum alijs, vbi eam constanter defendit. Et hanc sententiam nominatim, & bene prosequitur Roderic. lib. 1. de annuis redditibus quæstion. 17. numer. 76. cum alijs, vbi probat, quod ea facultas redimendi est de necessitate iustitiæ, atque validitatis census, & inseparabilis ab eo contractu, & consequenter imprescriptibilis. Quod altiùs prosequitur, limitat, & intelligit dicto lib. 1. quæst. 19. per totam, & antea dixerat lib. 1. quæst. 6. numer. 44.

9 Sed an huiusmodi pactum de redimendo censu intra certum tempus validum sit inter debitorem, & fideiussorem, seu aliam tertiam personam, vidi semel disceptatum in Regia Pinciana Chancellaria, atque decisum valere. Quod resoluit Felician. de censibus lib. 1. capit. 7. numer. 17. ex quo ipse vtiliter addidit in dicto capite. 7. numer. 5. in 2. part. de censibus aliam quæstionem vtilem, & necessariam, scilicet, an si Petrus accepit in censum redimibilē quingentos aureos, ex quibus mutuauit Fráciſco tercentos, eo pacto, vt quandiu Franciſcus non redderet Petro eam pecuniæ quantitatem, pro illa teneatur redditus per soluere, & denique postquam impugnauit & confirmauit eam pactionem, resoluit valere ex eo, quod in mutuo substineatur, vt quia per eā nihil pacisceus lucretur, sed solum se conseruet indemnem, quod facere potest ex Theologorum & Pontificum sententia, deducta ex capit. peruenit de fideiussoribus, & ex alia, qua iustificatur interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, apud quem fundamenta videri poteritis.

10 Iterum ex prædicta obseruatissimā regulā redimendi censum ad libitum venditoris infertur an valeat conuentio, vt intra quatuor annos teneatur debitor census supponere aliam hypothecam ad maiorem securitatem exactionis census, & quòd non assignata debeat soluere sortem cum vsuris. Quam conuentionem valere, frequentissimamque esse in Regno Valentiæ fatetur Francisc. Garcia de contractibus. 2. part. capit. 4. pagin. 119. Quod tamen impugnat Ludouicus Lopez in instruct. negotiant. lib. 1. capit. 57. verſic. *Resoluteré igitur*, in qua dubitatione Felicianus in 2. part. de censibus libr. 1. capit. 7.

numer.1. & 2. referens Garciam, & Ludouicum Lopez existimat, eam conuentionem nullum vitium contingere, si debitori facile sit præstare nouam hypothecam, vt quia eo casu nullum possit grauamen considerari; sin verò facilè non sit debitori, iniustam, & vsurariam esse conuentionem credit, siquidem peream non solum grauatur, sed eius libertas redimendi restringitur. Cuius Feliciani distinctio, scilicet esse facile, vel difficile debitori dare nouas hypothecas, vt ex ea facilitate, vel difficultate iustificetur, vel iniustum reddatur, pactum redimendi in defectum dandi eas mihi nunquam satisfecit. Non enim pendet iustitia, vel iniustitia eius pactionis à facilitate, vel impossibilitate debitoris, sed à grauamine, à natura, à iustitiaque eius contractus. Cum enim libertas redimendi restringi non possit, neq; debitor grauari, neq; periculum hypothecarum assecurari, valet. Ideò indistincte credo sententiã Francisci Garciæ veram non esse.

11 Demum, si cohæres partẽ census redemit, est dubitationis, an possit compellere cohęredem, vt aliam partẽ redimat. Quod explicuit Felicianus lib.4. de censibus cap. vnico n.10. & latiùs prosequitur in 2.part. lib.4.d.c.vnico eodem n.10. cum alijs, vbi sequitur sententiam Follerij, & Benedicti Bonnij, atque denique resoluit, quòd cohæres conuentus vt redimat partem census, satisfacit præstando cautionem de indemnitate alterius cohæredis, qui aliam partem redemit, ex l.hæres.25. §.idem iuris.ff.famil.erciscundæ. Sed ego credo, neque cohæredem teneri præstare indemnitatem siquidem si cohęres soluat, actionibus à creditore cessis contra cohæredem agere possit, & alias præstandò cautionem quodammodo cohæres oneratur, atque libertas eius infringitur. Ex quibus omnibus aperte constat, quam ampla, atque libera sit potestas censum redimendi.

## DE NATVRA, ATQVE forma redemptionis census consignatiui redimibilis. Caput CII.

## SVMMARIVM.

*Per redemptionem resoluitur census.n.1. & an redemptio habeat vim solutionis.n.2.*

*Redemptio an sit facienda de sorte cum vsuris n.3. & an in pecunia numerata sicut census creatio.n.4.*

*Redemptio census an censeatur facta, ex eo quòd creditor recepit pignora pretiosa.n.5. & quid si per executionem accipiat bona censualia.num.6.*

*Redemptio census an fiat per graduationem vigore sententiæ factam, vel non obstante graduatione peti possit â correis.n.7.*

*Redemptio an fiat per compensationem, & quem effectum operetur compensatio n.8.*

*Redemptio vere & propriè fit per consignationem, oblationem, & depositionem, num.9. & non sufficit confessio depositarij num.10. & depositum debet fieri citato creditore. num.11. atque debet esse integrum.num.12. debet fieri purè, & simpliciter, & non sub conditione.numer.13. debet fieri cum iudicis auctoritate. numer.14. & regulariter debet fieri coram iudice venditoris redimentis, nisi aliud conueniatur. numer.15.*

*Depositum ad redimendum an possit libere reuocari â deponente.nu.16. & an reperiens depositum renuntiet iura redimendi.n.17. & quid si deposita sors pereat.n.18.*

*Si redemptio fiat vsufructuario, an extinguatur vsusfructus census, vel sors sit tradenda vsufructuario.n.19.*

## CAPVT CII.

EGIMVS in capit. præcedenti de facultate libera redimendi censum; vnde in præsenti agendum est de natura redemptionis; & primò aduertendum est, quod aduenientę die redemptionis contractus ipso iure resoluitur ex vi conditionis resolutiuæ, quæ inest creationi, & ex regula vulgari, qua constituitur, quod solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio. Ad quod faciunt præcepta l.commissoriæ, de quibus in l.fin.ff. de l. commissoriæ. C. de pactis inter emptorem & venditorem. l. siquis hac. ff. de rei vendicat. l.38. titul.5. part.5. & similiter faciunt iura, quæ de indiem adiectione meminerunt, vt in toto titul. de indiem adiection. l.40. titul.5. part.5. Quæ quidem iura non impropriè ad nostram casus speciem adaptantur, imo fortiori quidem ratione in censu procedent: quia quamuis in his pactionibus.l.commissoriæ, & adiectionis indiem dubitetur, an ipso iure resoluant contractum, & verius sit, per eas conditiones resolui, vt per gloss. communiter recep-

1

recentiam in l. ab emptione, verb. Cogatis. ff. de pactis, aduertit Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. gloss. 7. numer. 4. & 5. in contractu tamen censuali omnino certius est, in quo cessat dubitatio, quæ in alijs contractibus versatur, scilicet, an conditio resolutiua, quæ datur in his pactionibus legis commissoriæ, & adiectionis in diem, procedat in alijs contractibus, de quo per Tiraquell. dicta gloss. 7. numer. 15. cum alijs, & per Gregor. in l. 38. gloss. *Que sea desfecha*, titul. 5. part. 5. cùm enim ea resolutio contractus ex peculiari, ac propria natura, atque iustitia eiusdem censualis contractus redimibilis proueniat, notissimum est ipso iure dari, & competere censuario; indeque deducitur in eo contractu censuali cessare distinctionem; quam in his pactionibus legis commissoriæ, & adiectionis in diem, atque alijs vim resolutiuam contractus habentibus plures fuerunt distinguentes, an ea pacta verbis directis, vel obliquis, claris, vel dubijs formentur, de quibus per Tiraquell. in dicta gloss. 7. numer. 16. & 17. quia quandocunque, & quomodocunque constiterit censum esse redimibilem, redemptione contractus ipso iure extinguendus erit. Quæ resolutio conducibilis est ad cognitionem eius dubitationis, an scilicet si emptor census consignatiui, vel concedens rem in reseruatiuum illum, seu pensionem reseruatam vendiderit, seu obligauerit, & censuarius sortem redemerit, ipso iure census resoluatur, ita quod resoluto iure dantis resoluatur ius accipientis, & quamuis circa pactum de retrouendendo, & resolutionem contractus emptionis ea sit anceps dubitatio, vt constat ex traditis à Tiraquel. in dicta gloss. 7. ex nume. 3. vsque ad numer. 17. & in specie numer. 6. 7. 11. & 13. & iterum per eundem de retract. conuent. §. 3. gloss. vnica ex princip. maxime ex numer. 8. in hac tamen specie census ea controuersia cessat, cùm in consignatiuo solutione sortis liberetur venditor, & in reseruatiuo adueniente conditione redimendi resoluatur contractus, interimque dum conditio adimpletur, dominium rei censualis subconditione resolutiua in cēsuarium translatum sit, vt diximus in cap. de naturá census reseruatiui, & dicendum erit in cap. de prælatione creditorum censualium, & ita factá redemptione omnes obligationes, pacta, conditiones, submissiones personarum, & iuris translationes resoluuntur, & finiũtur, vt post Bart. & alios resoluit Foller. in práxi censuali, gloss. magna n. 45. Decius cons. 88. valet statutum col. 1. & in l. si filius. ff. si certum petatur, & in cons. 238. proponitur in quinto dubio, Cagnol. in l. 2. q. 5. C. de pactis inter emptorem & venditorem.

2 Ex quo quidem discursu aduertendum est, quòd licèt Felician. in 2. part. de censib. libro. 4. capit. vnico numero. 12. versic. *Qualiter autem probari possit redemptio*, existimet, illud posse iudicari ex his, quæ de probatione solutionis dicta sunt à Mascardo de probationibus conclus. 1319. & à Menochio de præsumptionib. libr. 3. præsumpt. 135. verius tamen est, redemptionem nõ in totum habere locum solutionis, vt quia solutio est præcissa debiti contributio & resolutio, redemptio verò voluntaria; quia offerens sortẽ non debet, quod offert, cùm non possit compelli ad offerendum in princip. institut. de obligationib. ideo solutio est quantum ad resolutionem, non vero quantum ad necessitatem.

3 Sed ân eà redemptio facienda sit de sorte integra cum vsuris totius anni cæpti, vel decursis pro rata, vel sine vsuris, fuerunt tres opiniones penitus diuersæ, ac contrariæ. Prima, quòd sors tántum est restituenda sine vsuris eius anni, dequa per Barbosam, quem post Alexandrum, Veroium, Baldum, Cassanæum, & alios confirmat quinque fundamentis, atque rationibus Felicianus in 2. part. de censibus libr. 3. capit. vnico numer. 7. versic. *Secunda opinio est.* Et eam sententiam esse in puncto iuris testatur Anton. Thesaurus decis. Pedemont. 56. numer. 2. posseque dici communem fatetur ipse Felician. Sed mihi vera nunquam fuit in materia censuali, siquidem donec census redemptione resoluatur, currere debet, aliasque sequeretur, quod omnes facerent redemptionem in fine anni, vt vsuras excusarent, contractusque, qui à principio creatus fuit indiuiduus, eiusque continuus discursus vsque ad redemptionem diuidiretur in effectu, & substantia, cùm pro tempore produceret vsurás, pro alio vero non, stante vna, eademque ratione, atque causa producendi. Secunda enim opinio fuit Guid. Papæ, decis. 271. quem sequitur Boer. decis. 23. numer. 4. dicentis, redimentem teneri soluere sortem cum vsuris totius anni cæpti. Quæ quidem sententia merito reprobatur à Cagnolo in l. 2. C. de pactis inter emptorem, & venditorem. numero. 77. Tiraquell. de retract. conuent. §. 5. gloss. 3. & post Barbosam in l. diuorcio in princip. 2. part. numero. 74. & 75. ff. solut. matrim. aduertit Felician. dicto numer. 7. versic. *Prima ergo opinio*, & me-

& merito quidem Guidonis sententia reprobatur, quia si facta redemptione vsuræ totius anni cæpti soluerentur, certum est, quod emptor census reciperet aliquid vltra sortem principalem, & consequenter committeret vsuram: quare tertia opinio communis & verissima fuit, quòd præstanda sit sors cum vsuris pro rata, quam post Cumanum, Alciatum, Tiraquell. Couar. Roland. Gutierrez, Canalcan. Valasc. Anton. Thesaur. Francis. Milanens. Barbos. & alios sequitur Felician. in dicto numer. 7. versic. *Tertia opinio*, estque tam communis, quam verisima sententia, & fundatur tam in præceptis iustitiæ commutatiuæ, quæ consistunt in æqualitate, quàm in natura ipsius contractus censualis, inquo emptor facit fructus suos, donec sors sibi restituitur, & non minori, nec maiori tempore.

4 Sed an ea redemptio debeat fieri in pecunia numerata, sicut census creatio, explicuit Felician. in 2. part. de censib. libr. 1. cap. 8. numer. 11. per totum, vbi refert Nauarrum, Petrum Surdum, Franciscum Milanensem, quos dicit tenuisse non esse formale, quod redemptio fiat in pecunia numerata, quorum opinionem admittit, quando partes conuentiunt, quod redemptio fiat in alia specie, quam pecunia; secus verò si oppressi necessitate id faciant. Ego vero firmiter credo, resolutionem veram non esse, & conciliationem inutilem fuisse si enim in creatione contractus interuenit pretium in pecunia numerata, ergo in resolutione interuenire debet, vt forma creationis seruetur in resolutione, ex l. de tutella. C. de in integrum restit. l. si ad resoluendum. C. de prædijs minorum, addendo huic considerationi, quod quantitas pretij individua debet esse in actu redemptionis census, sicut & creationis, vt & emptor tantundem integraliter recipiat, & venditor idem in specie & quantitate soluat; & inde nihil in resolutione magis, vel minus detur, vel recipiatur, quàm in creatione datum, vel receptum fuit. Quod enim conciliatio inutilis sit, apertè constat, quia si emptores loco sortis in pecunia quidquam in specie recipere velint, certum est., absque labe vsuræ id efficere posse, siquidem in fauorem venditoris illud faciant, nisi fortè, quod est contingibile, à venditoribus in specie quidquam vltra sortem recipiant, quod nequaquam facere possunt.

5 Exacto credere, m veram non esse resolutionem Feliciani in 2. part. de censib. libr. 1. capit. 10. numer. 20. resoluentis, quod si emptor recipiat à venditore pignora pretiosa vendibilia, auri, seu argenti, vel alterius speciei, censebitur census redemptus, vt quia penes se retineat sortem in specie, quod quidem si, vt supra diximus, actum sit inter partes, vt census redimatur, rectè procedit, sin verò nihil agatur, sed simpliciter à creditore pignora recipiantur, cum recipi possint ad securiorem ex actionem census, vel vt interim, quòd fideiussor præstatur, retineantur, aliaque simili iusta causa, non est dicendum, recepta fuisse, vt census redimeretur, cum solutio & redemptio nominatim facienda & probanda sit, & ita ipse Felicianus se ipsum declarat statim in numer. 21. versic. *Neque ob esse potest*, vbi resoluit, quòd quando emptor census recipit pignora prosecuritate sortis, videtur voluisse, quod census redimatur, secus verò si pignora capiat, vel retineat pro reditibus decursis.

6 Sed circa formam redemptionis vidi dubitatum in Regia Pinciana Chancellaria, an census videatur redemptus, ex eo solo, quod creditori pro reditibus decursis bona censualia per sententiam de remate adiudicata fuerint, an vero etiam non obstante adiudicatione in futurum à debitore censum exigere posse. In qua dubitatione, quæ altius erit repetenda in capit. 108. de possessionibus rerum censualium, quas correi accipiunt, reperio Parlador. libr. 2. rerum quotidianarum capit. fin. 5. part. §. 16. numer. 23. & 24. dicentem, redditum amplius non currere. Cuius contrarium resoluit Boer. decisio. 309. vbi post longam disceptationem concludit, in Senatu Burdegalensi à maiori Senatorum parte decisum fuisse redditus cursum non impediri, ideoque posse creditorem agere pro redditibus futuris aduersus debitorem, aliaque bona ipsius. Quare Felician. in 2. part. de censibus. libro. 1. capit. 10. numer. 21. per totum referens Boer. & Parlador. atque respondens ad Parladorij fundamenta, Boerij partem sequitur: mihi tamen vtraque opinio & Parladorij & Boerij verissima videtur, dummodò concilientur, vt quando creditor non omnes hypothecas censuales, sed vnam tantum pro executione accepit, aduersus alias speciales pro redditibus decursis agere possit, neque census redemptus videatur, licet compensare teneatur fructus cum sorte princi-

principali, si excessiuos receperit, vt equalitas inter eos seruetur, secundum ea, quæ dicenda sunt in capit. 108. de possessionibus creditorum : sin autem omnes hypothecas acceperit, census in futurum extinguatur, & hoc modo intelligatur sententia Parladorij, quam ipse rectè confirmauit, ex Gregorio Lopez, & Aluaro Valasco, licèt ea fundamenta leuissima esse crediderit Felicianus dicto numero. 21. non enim leuia, sed fortissima sunt, non enim Parladorius dubitat, an creditor, qui capit vnam hypothecam, possit agere contra alias, sed an captis omnibus possit agere contra debitorem virtute obligationis generales bonorum : in quo casu resoluit non posse duplici fundamento, vno Gregorij, & altero Aluari Vaez. Gregorij enim est, quòd peremptis bonis censualibus, perimitur census, ex quo benè infert Parlador. quod captis à creditore etiam extinguatur, siquidem eo casu apud venditorem non remaneant hypothecæ speciales, quarum occasione census præstetur, & obligatio generalis non sufficiat, vt verior sententia est. Rursus Aluari Vaez ratio est, quia non potest emptor census agere aduersus venditorem non possidentem bona censualia. Vnde si creditor ea possideat, vt quia per sententiam vltimæ adictionis sibi data fuissent, redemptio census iustè formatur, vt quia in eius creatione hypothecæ tantùm speciales considerentur. Quę quidem fundamenta non potuerunt videri fortissima Feliciano, cùm ipse semper tenuisset, super omnibus bonis generalitèr, imò super sola persona creari posse, & consistere censum. In quo certè lapsus fuit, vt per discursum totius tractatus euidenter constat : quare rectè conciliantur Boer. & Parlador.

Ex quibus etiam venit decidenda alia resolutio Feliciani libr. 3. de censib. capit. 2. numer. 8. dicentis post longam disputationem, quòd creditor, cui per sententiam in concursu creditorum bona pro suo debito fuerunt adiudicata adhuc habebit recursum contra alios correos, seu fideiussores, vel tertios possessores rerum censualium, quod iterum repetit in 2. tomo dicto libr. 3. capit. 2. numer. 6. versic. *In numer.* 8. vbi refert Gutierrez libr. 1. pract. quæst. quæst. 46. à numer. 60. vsque ad 64. à cuius opinione libenter dissentio, dummodo per sententiam transactam in rem iudicatam bona creditori adiudicata sint, etiam si alia specialiter hypothecata sunt ; quia cum ea adiudicatio necessaria sit, pugnanteque creditore sequatur, vim obtinet solutionis, & consequenter redemptionis, atque resolutionis census; ideoque extincto & resoluto non poterit emptor pro eo agere aduersus correos. 7

Quid tamen erit in compensatione, videamus, scilicet an compensatione census redimatur, & videtur quod sic, cùm habeat locum solutionis. l. si debitor. ff. qui potiores in pignore, & melius quàm alibi probatur per Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 3. per totam, imò & ex sententia Ioannis Fabri in. §. in bonæ fidei institut. de actionibus. In omni casu, in quo cessatio solutionis præiudicat, quantum ad pœnam, vsuras, & interesse, compensatio admittitur ipso iure, & loco veræ solutionis habetur, siue iure actionis, siue officio iudicis, etiam priuilegio minoris, seu alio non obstante. Cuius doctrinam sequitur plures referens Tiraquell. in dicta gloss. 3. numer. 8. & 9. & magis in specie Sebast. de Medicis in tract. de compensationibus quæst. 50. 1. part. numer. 1. & plurimi per Ioann. Lupum de vsuris commentar. 2. §. 4. numer. 115. Quæ tamen resolutio Ioannis Fabri, & cæterorum, quamuis generaliter vera sit, in censu tamen non videtur admittenda, quia in eo contractu nulla contrahitur obligatio sortis restituendæ, nec censuarius præcisè ad restitutionem tenetur. Igitur nulla compensatio admittenda est, donec debitor significet creditori se velle redimere censum, & sortem cum debito compensari, alioquin circumuenirentur creditores, qui pecuniam ab eisdem debitam censuarijs otiosam haberent. Ita ingeniosè aduertit Caualinus de vsuris quæst. 43. per totam, Ioann. Lupus de vsuris commentar. 2. §. 4. numer. 115. in fine, quibus accedat, quòd licet compensatio ipso iure fiat, intelligitur tamen, si petatur. l. fin. C. de compensat. gloss. & DD. in l. si constat eodem titulo, & per Tiraquell. in l. si vnquam verb. *Reuertatur*, numero. 13. C. de reuocand. donat. ideò legitimè oppositæ compensatio impediet cursum vsurarum, & non ante oppositionem. De qua quidem compensatione, & an per eam census redimatur, egerunt Roderic. libr. 2. de ann. redditib. quæst. 18. Felician. 2. tom. de censib. libr. 3. capit. vnico numer. 13. versic. *Sed an compensatione*, vbi ad longum prosequitur vsque ad numer. 14. 8

9 Est tamen faciendâ, vt verè & legitimè fiat, per oblationem, consignationem, atque depositionem, vt ad longum scripserunt Caualin. de vsuris quæst. 39. Tiraquell. de retract. conuentionali. §. 4. gloss. 1. per totam, & gloss. 2. in princip. & gloss. 6. 7. & 10. & de retract. lignag §. 1. gloss. 17. numer. 8. & §. 6. gloss. 3. per totam, vbi ad longum explicuit materiam oblationis, consignationis, & depositionis pretij, & post Tiraquell. id scripsit Foller. in praxi censuali, gloss. quæ incipit, *Vt vides*, ferè per totam, & melius, ac latius Ioann. Lup. de vsuris commentar. 2. §. 3. per totum, est tamen in hac consignationis, & oblationis materia notandum, quòd priùs offerenda est creditori sors censualis, quàm consignatio, vel depositio fiat, ex Saliceto in l. 2. in 5. notabili. C. de vsuris, Cagnol. in l. 2. C. de pactis inter emptorem. numer. 113. Tiraquel. de retract. lignag. §. 9. gloss. 3. num.

10 5. Ioan. Lup. in d. §. 3. numer. 105. Et adeo verè est facienda depositio, ita quod non sufficit depositarij confessio, vt post Tiraquell. Ioann. Lup. Menoch. Iosephum Ludouic. & alios aduertit Felician. 2. tom. lib. 3. c. vnico. num. 2.

11 Imo ea depositio debet fieri creditore citato, ex Menoch. de arbitrar casu 232. lib. 2. Ioseph. Ludouic. decis. Perusina. 105. n. 3. Ioan. Lup. de vsuris. §. 4. numer. 4. non vt depositum habeat necesse citationem, sed vt per eã creditor sciat sortem depositam esse ad eã recipiendam cum vsuris.

12 Et huiusmodi depositum de sorte & vsuris debet esse integrum, vt impediatur cursus vsurarum, ex Follerio in praxi censuali. num. 49. Tiraquel. post plures de retract. conuentionali. §. 6. gloss. 4. numer. 23. Francisc. Milanens. decis. 18. Regni Siciliæ. num. 23. vsque ad 28. libr. 2. & post alios Felic. supra num. 3.

13 Vbi in vers. *Quarto requiritur*, aduertit, quod depositum est purè faciendum absque vlla conditione, seu qualitate, ex Bart. Menoch. & aliis.

14 Et similiter est faciendum cum iudicis autoritate, ex Bart. in l. acceptam prope fin. C. de vsuris, Alex. & alijs, per Tiraq. §. 4. glos. 7. n. 11. de retract. conuent.

15 Iudex tamen debet esse venditoris, redimentis nempe censum, vt post Bald. Alexandr. & alios aduertit Ioann. Lup. de vsuris. §. 4. numer. 12. & post eos Felician. dicto numer. 3. vers. Sed coram quo iudice. In quo ego considero, quod cùm censuarius agat de distrahendo contractu, resoluendoque censu, debet sequi forum creditoris ex l. 2. vbi gloss. 6. vbi, & apud quem. Signorol. consil. 162. Tiraquel. lib. 1. retract. §. 8. gloss 5. numer. 2. & post Tiraquel. & Signorol. Roderic. de ann. redditibus libr. 1. quæst. 18. numer. 54. vers. vltimò notabis, totum tamen hoc pendet à conuentione contrahentium.

16 Si tamen debitor deposueris sortem cum vsuris, an libere possit reuocare depositum, & mutare voluntatem redimendi, dubitauerunt plures, & regulariter est dicendum, depositum posse reuocari sortem recuperando, ex l. acceptam, vbi Bart. Salicet. & omnes. C. de vsuris, Tiraquel. dicto. §. 4. gloss. 9. numer. 1. quod est intelligendum antea quam creditor acceptauerit depositum, quia cum per acceptationem debitor liberetur, creditorque ius reuocabile consequatur, merito depositum reuocare non poterit, vt post Tiraquel. & alios aduertit Felician. supra. num. 4. vbi alias refert ad eum casum limitationes.

17 Sed an repetens depositum videatur renunciasse iuri redimendi, explicat benè Felician. supra n. 5. per totum, ad quem vos mitto, quia benè loquitur.

18 Vbi num. 6. resoluit, cuius periculo perire debet sors depositæ, quæ periit.

19 Si tamen redemptio fiat vsufructuario, & nõ proprietario, an extinguatur cẽsus, & vsusfructus eius, vel adhuc sors est tradenda vsufructuario, late disputat Felicianus in 2. part. de censib. lib. 3. cap. vnico num. 15. cum alijs fol. mihi 241. vbi ad longum illud disputat, ac explicat.

## AN REDEMPTIO FIAT per præscriptionem census, & quãto tempore census præscribatur à censuario, vel tertio possessore. Caput. CIII.

### SVMMARIVM.

*Præscriptionis census materia remissiuè demonstratur. n. 1.*

*Census emphyteuticus quo tempore, & quo modo in perpetuum præscribatur, & intellectus ad l. 1. & 2. C. si aduersus creditorem, & ad leges Partitæ, vbi agit de præscriptione emphyteu-*

*Census reseruatiuus, & res censualis quomodo à tertio præscribatur, & intellectus ad l. 1. & 2. C. si aduersus venditionem, & leges partitarum n. 3.*

*Tertius possessor rei censualis an præscribat eam longissimo tempore. numer. 4. & an præscriptio formetur, si adsit pactum de non alienando, vel quælibet alia prohibitio alienationis. numer. 5.*

*Intellectus ad l. 10. tit. 26. part. 4. quæ de præscriptione feudi loquitur. n. 6.*

*Pactum de non alienando rem censui subiectam, an impediat præscriptionem in tertio rei censualis possessore. n. 7.*

*Ius exequendi virtute scripturæ censualis quo tempore præscribatur. n. 8.*

*Intellectus ad l. 63. Tauri. n. 9.*

## CAPVT CIII.

RAEPISSIME contingit censum redimi, & extingui, præscriptione, sicut & solutione & redemptione, vt constat ex his, quæ tradunt Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 9. numer. 13. cum alijs vsque ad numer. 60. & numer. 24. 61. & 63. Felician. in 2. part. de censib. libr. 3. cap. 4. numer. 18. cum alijs, fol. mihi 182. ex quo censuarij, vel tertij possessores sæpissimè obijciunt, extinctum esse censum præscriptione, vt quia possidentes cum titulo, & bona fide res censuales per spatium decem, vel viginti annorum, pensionem censualem non soluissent, in præsenti agendum est de veritate huius resolutionis, quando, & quomodo contingere possit. Ad cuius verissimam resolutionem sequentes casus considerantur, atque decidũtur.

2 Primus in censu emphytheotico, vt quia tertius possessor rei emphytheoticæ, qui eam cum titulo, & bona fide per spatium decem, vel viginti annorum possidet, conuentus à domino directi pro canone & pensione obijcit se emphytheosim præscripsisse, & rem illam à canone liberam esse, vt quia nunquam ipse tertius pensionem soluisset; & in hac specie cum tertius rei emphytheoticæ possessor cum titulo & bona fide possedisset, præscriptione se liberasse à futura solutione constat, ex vulgata regula l. 1. & 2. C. si aduersus creditorem. l. 27. titul. 29. part. 3. l. 39. titul. 13. part. 5. Quæ quidem iura, licèt loquantur in præscriptione hypothecæ, non tamen in eo, quòd hypothecã præscribitur, fundantur, sed ex eo, quod tertius rei possessor cum titulo & bona fide possidisset, & præscribit, procedunt, & ideo ad nostram speciem census perpetui emphytheotici rectè adaptantur, vnde in specie census perpetui resoluit Balb. in tractatu de præscription. 4. part. quartæ partis principalis quæst. 8. numer. 4. in tertio enim possessore cum titulo bona fide præscribitur, & quod magis est, ipse Balb. post speculat. Bartol. & alios in dicta quæst. 3. in principio resoluit, non solum tertium rei emphytheoticæ possessorem, sed & ipsum emphytheotam non soluentem per tempus quadraginta annorum posse præscribere emphytheosim, quod ante ipsum tenuerat Corneus consil. 142. numer. 11. volum. 3. quod certè durum videbatur, cùm emphytheota, cui à domino data fuit res in emphytheosim, habere non possit bonam fidem, habita tamen, præcederet Cornei, cæterorumque resolutio, in casu tamen, quo emphytheota ipse præscribat, id non efficit ex naturali possessione, quam ipse habet, vt malè existimauit Bart. in l. 1. numer. 9. ff. de acquirend. possess. communiter reprobatus à Iaſ. ibi numer. 12. Ripa. 54. Alciato. 30. Couarr. in regul. possessor in initio secundæ partis numer. 4. quia naturalis possessio non sufficit ad præscriptionem. l. adquiritur in fine. ff. de acquirend. rerum dominio, sed dum taxat ciuilis, vt docet gloss. & communiter omnes ibi in l. 3. §. ex contrario. ff. de acquirend. possess. sed verius est prouenire eam præscriptionem contra dominum ab emphytheota causatam in quasi possessione ciuili, quam ipse emphytheota habet iniure emphytheosis; vt quia emphytheota naturaliter, & quasi ciuiliter possideat, secundum veriorem sententiam; & ita contra Bart. resoluit benè Valasc. de iure emphyt. quæst. 8. numer. 30. per totam. Ad rem igitur, si emphytheota ipse potest præscribere censum emphytheoticum, à fortiori totius rei emphytheoticæ possessor cum titulo, & bona fide contra dominum præscriberet, ex dicta l. 1. & 2. cum alijs, C. si aduersus creditorem.

3 Secundus casus consideratur in censu reseruatiuo, vt quia censuarius, cui data fuit res in censum cum reseruatione pensionis, alicui eam dederit, seu aliter alienauerit; quia tertius ille possessor rei censualis cum titulo & bona fide eam præscriberet,

ex ratione dictæ l.1.& 2.C.si aduersus creditorem,& dictarum legum Partitæ;cum enim ipse tertius à domino rei censualis titulum & causam habeat, vt quia dominus eidem rem censualem vendidisset, pensionem ex primæua cõcessione reseruatam præteritam & futuram iustæ præscribit,& ab ea in totum se liberat.

4 Tertius casus principalis verificatur in cẽsu consignatiuo, quotiescunque tertius rei censualis possessor obijcit, se nunquam soluisse pensionem,sed per longissimum temporis spatium cũ titulo & bona fide possedisse rem vt liberam. Quo casum idem quod in præcedentibus resoluunt plures notabiles viri ad similitudinem præscriptionis hypothecarum,ex dicta l.1. & 2. C. si aduersus creditorem,& ex dictis legibus Partitæ. Et denique nominatim id in censu probant Cassan.in consuetudin.Burgund.titul.*Desaensos* §.2.numer.36.Petrus Foller. in praxi censuali verb.*Huiusmodi census super rebus* num.118. Gomez de Leon in centuaria 50. & post Mẽchacam,Balb.& alios Ioann.Gutierr.libr. 1. quæst.ciuil.q.90.nu.3.Felic.de censib.lib.3. cap.4.num.12.

Reperio tamen, quòd Petrus Salaçar de vsu & consuetudine capit.11.numer.56.cum alijs,existimans in censu seruitutem quandá formari,fatetur tertium possessorem præscribere non posse eam seruitutem soluendi censum,nisi per decem annos, retro negauerit soluere pensionem, & ex inde creditor acquieuerit,iuxta doctrinam glossæ in l.qui luminibus.ff.de seruitutibus vrbanorum prædiorum dicentis,in seruitutibus incipere currere præscriptionem à tempore prohibitionis, quam sequuntur fere omnes ibidem in l. 1. C.de seruitutibus & aqua,Menoch. de arbitr. casu 160.n.7.decis.Pedem.245.nu.4. Sed hæc consideratio vera mihi non videtur, tam ex eo, ꝙ vt sæpius diximus cõstitutio nostri census non est verè & proprie seruitus,licet aliquid habeat seruitutis, cũ sit ius reale cohærens inseparabiliter fundo; quã ex ea potissimum ratione,quod glossa in dicta l. qui luminibus loquitur in seruitutibus negatiuis,quæ consistunt in mera facultate, vt in seruitute deducendi aquam de puteo,coquẽdi in furno,& ex alijs similibus, in quibus cũ iure familiaritatis permitti censeantur, mirũ non est si ad hoc,vt ex præscriptione efficiãtur necessaria, & præcisa requiratur domini putei,seu molẽdini prohibitio, vt ex ea prohibitione incipiat currere præscriptio, ꝙ in nostri casus specie omnino cessat,cùm actus exigendi pensionem censualẽ non sit meræ facultatis; sed necessarius:ideò subuertitur argumentum,& inde,licet alia ratione,reprobat Salaçar,Felician.d.lib.3.cap.4.n.12.

Ego tamen fortiùs,& nouiter considerabam aduersus resolutionem Feliciani, quòd cùm in his censuum scripturis semper adijciatur pactum illud de non alienando rem cẽ
5 sualem,negari non potest, nisi quòd ex eo pacto,atque prohibitione alienatio nulla sit, ex l. si creditor. §. fin. de distract. pignorib. cum vulgatis, & quod ideo bona alienata contra prohibitionem, adhuc manent penes alienantem,vt resoluunt Angel.Imola,Bart. Ripa,Ias.& alij,quos referens sequitur Ioan. Gutierr.in dicta l. nemo potest numer. 28. Anton.Gom.in l.40. Tauri num.18.& consequenter si præscriptioni resistit expressa alienationis prohibitio inchoari, nec perfici potest:quia vbi lex inhibet vsucapionem, & præscriptionem:nihil prodest possidenti bona fides. l. vbi lex,cum similibus.ff.de vsucapionib. & latè post plures resoluit Molina lib.4.de Hispan.primogen.capit.10.num.1. per totum,Gomez in l.40. Tauri.numer.90. Neque obstabit, quòd ea prohibitio alienationis proueniat ex contractu, & non ex vltima voluntate,& quod inde non impediat translationem dominij in tertium,ex differẽtia,quam inter eas prohibitiones ex vltimâ voluntate,vel contractu prouenientes assignauerunt Scribentes, de quibus per Ioann. Gutierrez in dicta l. nemo potest numer.25. vsque ad 27.delegat. 1.quia quamuis verum sit,quòd sola prohibitio alienationis proueniens ex contractu non impediat translationem dominij ex l.si ita quis. §. ea lege. ff. de verbor. cum vulgat. nec per consequens præscriptionem; tamen quando cũ prohibitione adest hypotheca, vt in nostra casus specie,vbi non solum hypotheca, sed & ius simul reale cohærens inseparabiliter fundo, formatur translatio dominij; prohibetur ex dicta l. si creditor. §. fin.de distractione pignor.& ita latè aduertit Gutierr.in dicta l. nemo potest.num.28.cum plurimis alijs, vbi in hypotheca censuali id â fortiori comprobat, & consequenter prohibetur præscriptio: si enim lex virtute pacti de non alienando cum hypotheca resistit præscriptioni; ergo non sufficit ordinaria,nec triginta annorũ, sed requiritur immẽmorialis,ex c.1.de præsc.lib.6

Rursus ex natura ipsa prohibitionis alienationis cum hypotheca id apertius constat; si enim prohibita dicta alienatione & dominij translatio impeditur, & alienatio nulla omnino est quoad eum effectum, vt pactioni stetur,ex dicta l.si creditor.§.fin.de distract.

pignor.

pignor. ibi. *Nullam esse venditionem, vt pactioni stetur*: ergo à fortiori & dominij translatio quoad ipsum effectum per præscriptionem impediretur, atque per consequens præscriptio, quæ sub alienationis nomine continetur ex l. alienationis. ff. de verbor. significat. & ita aduertunt Bart. & Bald. per text. ibi in l. 2. C. de vsucapione pro emptore, vbi gloss. verb. *Non potuerunt*, plurima iura refert Bart. etiam in l. filius familias. §. diui numer. 22. delegat. 1. & in l. vbi lex ff. de vsucapionib. & vtrobique Ioann. de Imola gloss. fin. vbi DD. in l. quemadmodum. C. de agricolis & censitis lib. 11. Angel. post Iacob. Butricar. & Cynũ in dicta l. vbi lex, & benè Gregor. Lup. in l. 10. titul. 26. part. 4. vbi glos. verb. *Ni le empece tiempo que fuesse passado*, colum. 3. ad med. referens ad id text. in dicta l. 2. C. de vsucapione pro emptore, pro quo ego pondero

6 text. in dicta l. 10. titul. 26. part. 4. ibi, *Ni le empece tiempo, que fuesse passado, en que huuiesse estado otro algun tenedor del*, vbi tertius possessor feudi in eum translati illud præscribere non potest, ex eo quod prohibitio alienationis ipsius feudi impedit totalem præscriptionem, & de emphyteosi idem dici poterat: ergo ita videtur dicendum in tertio possessore rei censualis; cùm enim alienatio eius ita nulla sit quo adhunc effectum, vt pactioni stetur, vt penes alienantem bona manere cẽseantur, & inde dominus census possit directè agere contra tertium via ordinaria, vel executiua, vt suprà latè dictum est, dicẽdum erit, quod & præscriptio nullius est momẽti quoad eum saltem effectum, vt & tertius via executiua conueniatur.

Pro qua resolutione pondero text. in l. 1. C. si aduersus creditorem, dum in principio probat, quòd hypothecaria præscribitur tẽpore ordinario per tertium rei possessorẽ, & statim in fine subdit, *Præter quam si debitores, vel qui in eorum iura successerunt, obligata rei possessioni incumbant.* Quæ quidem iura præcisse sunt intelligenda, quando res à tertio possessa obligata sunt cum prohibitione alienationis, quia si de simplici hypotheca absq; vlla prohibitione & pacto intelligerentur, procedere non possent, imò forent apertè superflua, & contraria præcedentibus, cùm in præcedentibus de simplici hypotheca loquatur, & ex verbo, *Præterquam si debitores*, diuersum casum in eisdem tertijs possessoribus designare debent, scilicet quando adest hypotheca, & prohibitio alienationis: ergo ex omnibus supradictis apertè constat, quòd ad hoc vt tertius rei censualis possessor præscribat hypothecam ipsius rei censualis, & liberetur ab obligatione soluendi in futurũ, non sufficit præscriptio ordinaria, neque regula l. 1. & 2. C. si aduersus creditorem.

7 Ex qua resolutione, quæ fortissima est, & conuinci non potest, primò infertur, quod quando nostrates communiter teneant l. 63. Tauri, quæ hodie habetur in l. 6. titul. 15. lib. 4. nouæ Recopilat. non corrigere decisionem l. 1. & 2. C. si aduersus creditorem, sed dictam l. 63. procedere respectu principalis debitoris, & ad l. 1. C. si aduersus eum legibus Partitæ procedere respondeant in tertijs possessoribus rerum, vt aduertunt Gomez in dicta l. 63. in fine, Cisontanus, Castel. Palac. Rub. Olan. Gomez de Leon, & Salaçar, quos referens sequitur Ioan. Gutier. in practicis quæstion. lib. 1. quæst. 190. numer. 8. Felician. in dicto lib. 3. de censib. capit. 4. num. 12. adhuc tamen prædictus titulus. C. si aduersus creditorem, neque leges Partitæ procedere non possunt, quando tertius possessor possidet rem hypothecæ speciali subiectam cum pacto de non alienando; quia cum pactum illud efficiat, quòd res à dominio alienantis exire non posset, quo adhunc effectum, vt pactioni staretur, ex dicta l. si creditor. §. fin. de distract. pignor. nec per vllam præscriptionem exire, quamuis quoad alios effectus exeat, & in tertium transferatur.

Secundo infero ad impugnationem Ioan. Gutierrez in dicta quæst. 90. qui quidem in numer. 1. prope finem, ponderans pactum de non alienando ad impediendam præscriptionem, quem ego procedere intelligo, dum modò præscriptio tertij nihil impediat quoad eum effectum, vt stetur pactioni, sicut nec alienatio, cui præscriptio æquiparatur, nihil impediret, ex dicta l. si creditor. §. fin. ibi, *Nullam esse venditionem, vt pactioni stetur*, quia quoad cum effectum, vt stetur pactioni & tertius conueniatur, impossibile est, quod sicut neque quidquã prodest alienatio, prosit etiam aliquid præscriptio. Quid enim importat, habere tertium rei possessorem titulum, & bonam fidem, & non errasse in iure, sed ignorasse factum, vt considerat Gutierrez dicto num. 1. si contra eum titulum, & bonam fidem, atque ignorantiam resistit prohibitio iuris expressa, deducta ex prohibitione homi nis cũ hypotheca, quæ & dominiũ rei ab alienante exire prohibet, & alienationem contra pactum nullam efficit? Nonne videmus, in prohibitionibus alienationum bonorum maioratus tertios rerum possessores, quibus bona conantur præscripsisse, habere titulum, & bonam fidem, ignorantiamque qualitatis

rerum liberam existimantes, & nihilominus ex resistentia testatoris, hominis nempe prohibitione eas præscribere non posse: ergo eadem, imò & maiori ratione nihil obstabit titulus, bona fides, seu ignorantia tertij præscribere volentis contra hominis prohibitionem alienationis.

Tertiò benè infero Ioann. Gutier. in d. q. 90. nu. 1. propefinem ponderasse l. 1. C. si aduersus creditorem ibi, *Præter quam si debitores, vel qui in eorum iura successerunt, obligatæ rei possessioni incumbant*, pro hac nostra sententia, & statim numer. 10. in fine malè, & absq; vllo fundamento respondisse addictam l. 1. q loquitur de possessione actuali, & naturali cùm in effectu, & substantia idem quod & nos libenter fatemur, respondeat, scilicet, q tertius, qui vere, & naturaliter possedit rem hypothecæ subiectam, & prohibitam alienari, rectè conueniatur, & quod tempore ordinario non præscribat. Quare in puncto iuris verissimum existimo, tertium rei censualis possessorem præscribere non posse rem ipsam censualem tempore ordinario, sed necessariam esse immemorialem, vel quadraginta annorum, cum titulo; cùm obstet aduersus eam præscriptionem iuris resistentia.

Quæ quidem omnia intelligenda sunt, quando agitur de præscribenda re censuali, hypotheca scilicet census, inducendaque in totum liberatione à canonis præstatione: 8 sin vero ageretur de præscribendo iure exequendi ex contractu censuali, videtur, quod sufficiant decem anni contra verum creditorem, ex l. 63. Tauri, dum dicit, *El derecho de executar por obligacion personal se prescriua por diez años*, & à fortiori contra tertium rei possessorem; argum. dictæ l. 1. & 2. C. si aduersus creditorem, vt in vero creditore aduertit Parlador. lib. 1. rerum quotidianarū cāpit. 1. §. 12. num. 6. & alijs, & in tertijs possessoribus numer. 8. vbi Parlador. existimat, ius exequendi per decennium, non modo pro præteritis annis, sed etiam pro futuris præscriptione decem annorum omnino extinctum esse, ex eo quod cùm ius illud exequendi proueniat ex contractu, in qua principio interposita fuit, vnica stipulatio tantum, sufficeret vnica tantum præscriptio, ex glossa notanda in l. cum notissimi. §. in his. C. de præscriptionib⁹ triginta, vel quadraginta annorū, & ex his, quæ latè reijcit Balb. de præscript. 4. part. quartæ partis principalis quæst. 4. in princip. Boer. & Gomez, quos ipse Parlador. refert.

Ego tamen contra Parlador. considerabam regularem praxim huius Regni; quàm ferè omnes Regnicolæ tradiderunt, scilicet, quod ius exequendi præscribatur per decennium, quantum ad annuas præstationes præteritas, non verò quantum ad futuras, & sub eorum censura existimo verius, quod ius exequendi proueniens ex contractu censuali non præscribatur, nisi tēpore triginta annorum. Quod ad sensum patet, quia de iure communi eo tantùm tempore præscribebatur, vt tradunt plures per Anton. Gom. in dicta l. 63. in principio. vbi cæteri glossatores, id aduertunt Parladorum post Bald. Balb. & Maranta. libr. 11. rerum quotidianarum, capit. 1. §. 11. numer. 12. ergo quamuis posteà l. 63. Tauri tempus illud triginta annorum ad decennium restrixerit, intelligenda est in obligatione momentanea, & quæ vnico tantùm actu solutionis extingitur, vt constat ibi, *El derecho de executar por obligacion*, non vero in iure exequendi resultante ex contractu, non momentaneo, sed perpetuo, tractúque successiuum habente, in quo quidem annuatim nascitur pro qualibet annua præstatione verum ius exequendi, & inde non vnicum exequendi ius præscriberetur, sed plurima exequendi iura; ergo si possumus intelligere l. 63. sine violentia, sine correctione, propriè, & verè, vt de vnico iure exequendi intelligitur, & ea interpretatio sumenda erit. Rursus exequendi ius proueniens ex contractu censuali non vere dici potest ius exequendi, de quo loquitur l. 63. Tauri: quia dicta l. 63. loquitur de iure exequendi proueniens ex obligatione personali dum dicit: *El derecho de executar por obligacio personal*, veluti ius omne, quod contrahitur, & formatur ex regularibus obligationibus, in quibus, principalior obligatio est personalis, & hypothecaria accessoria: quod quidem ius præscribi per decennium contra ius commune, probat dicta l. ibi, *Se prescriua por diez años*: & ideo non debet extendi ad ius exequendi proueniens ex obligatione successiua, & perpetua, non principaliter personali, sed potius reali, vt quia principalior sit hypothecaria irregularis, ius nempe reale, & accessoria personalis, quia in ea, & de iure communi requiritur, sicut antea tempus triginta annorum, & ex natura contractus, à fortiori id suadetur, cum annuatim vnicum, & plenū, ius exequendi formetur; ideò licet non his considerationibus l. 63. Tauri non intelligitur, nec procedit in iure exequendi, quod prouenit ex obligatione reali, probat Dueñas regula 6. limitatione 1. Auend. de exequend. mandat. 2. part. capit. 30. numer. 12. &

Parlad.

Parisdor.lib.1.capit.1.§.15.numer.17.Quæ quidem sententia in puncto iuris verissima est, licèt praxis Regni eam aliter acceperit vt scilicet ius exequendi præscribatur per decennium quoad præteritas præstationes, & non quoad futuras.

In hac tamen præscriptionis materia an sufficiat vnica præscriptio, vel sint necessariæ tot præscriptiones, quot annuæ præstationes, & à quo tempore incipiat contra tertium currere præscriptio, an à tempore, quo principalis debitor cessauit soluere pensionẽ vel à tempore, quo tertius possidet rem ipsam censualem, dicendum erit latè in capite sequenti.

## AN IN PRAESCRIbenda obligatione soluendi in futurum censum, necessariæ sint tot præscriptiones, quot præstationes, vel vnica præscriptio sufficiat. Caput CIIII.

## SVMMARIVM.

*Annuæ præstationes procedentes ex contractu, vel vltima voluntate, quomodo præscribantur & an sit necessaria tot præscriptiones, quot præstationes, late discutitur num.1. & per totum vsque ad fin.*

*Opinio Aluari Vaez Lusitani aducitur & reijcitur.n.2.*

*Traditur noua, & elegans consideratio, atque resolutio circa præscriptionem annuarũ præstationum procedentes ex contractu, vel ex vltima voluntate. numer. 3. vsque ad finem capitis.*

### CAPVT CIIII.

IN capitibus præcedentibus egimus de præscriptione obligationis censualis in futurum inducẽda à censuario, vel tertio rei censualis possessore, atque simul de præscribendo iure exequendi, quod ex ipsa scriptura censuali nascitur: vnde in præsenti necessario agendum est, an ad eam obligationem soluendi censum in futurum præscribendam, necessariæ sint tot præscriptiones, quot annuæ præstationes, vel vnica tantùm præscriptio sufficiat.

1 Ad primum accedendo, nescio, quo fundamento ductus Guillelmus Benedict. in cap. Raynuntius, verb. *Et vxorem nomine Adalasiam*, numer. 6. scripsit passiuè, & actiuè præscriptionem acquiri, & extingui, vt de acquisitione in futurum diximus in capit. de censu ex consuetudine inducendo, & de resolutione dicendum erit in præsenti. Et primò aduertendum est in hac dubitatione, communem esse, & receptam distinctionem, quod aut loquimur in annuis præstationibus præcedentibus ex contractu, aut debitis ex vltima voluntate, si procedunt ex contractibus, existimant Scribentes communiter sufficere vnam præscriptionem triginta annorum, tam pro primo, quàm pro sequentibus annis in futurum, ad extinguendam in totum obligationem soluendi censum; quia eo casu vnica formatur à principio stipulatio, & vnica nascitur actio, & obligatio soluendi in perpetuum. Nec sunt tot obligationes, quot annuæ præstationes. l. Stichum, aut Pamphylum. §. stipulatio. ff. de verbor. l. Senatus. 35. §. fin. ff. de donat. causa mortis, ac proinde vnica sufficit præscriptio pro præteritis, & futuris, quod similiter Scribentes comprobant, ex l. eos. C. de vsuris, & canonistæ ex cap. de quarta de præscriptionibus: sin verò debentur ex vltima voluntate, existimant tot esse necessaria præscriptiones, quot annuæ præstationes; quia sunt plurima legata, scilicet legatum pro primo anno purum pro sequẽti conditionale. l. cum in annos. ff. quando dies legati cedat. l. si in singulos. 4. ff. de annuis legatis, & ideò mirum non est, si pro primo tantùm anno formetur præscriptio, & non prosequentibus, quorum dies nõ venit, ex l. cedere diem de verbor. & ex l. cũ notissimi. §. illud. C. de præscript. triginta, vel quadraginta annorum; & denique his considerationibus hanc distinctionem inter contractus, & vltimas voluntates tenuit glos. in l. cùm notissimi. §. in his verb. cuiusque anni, vbi post diuersas opiniones Martini, & Vulgarini eam conciliationem elegit, & fuit opinio Azonis in summa eodem titul. colum. 1. numer. 6. Iacob. Butrigarij in quæst. fin. glos. fin. in l. de pupillo. §. si in pluribus. ff. de noui operis nuntiatione, vbi Bartol. quæstion. 2. Alexand. numer. 3. Cuman. columna 2. dicẽs hanc esse magis communem opinionem, Imola, Roman. Alexand. & Iass. in dicta l. Stichum. §. stipulatio; Fulgos. dicens hanc magis communem sententiam in dicta l. cùm notissimi. §. in his, Corneus. consil. 22. nu. 23.

vol. 3. Quam etiam distinctionem dicentes verissimam & communem, sequuntur Balb. de præscript. 4. part. quartæ partis principalis, quæst. 4. per totam, Gigas de pens. quæst. 83. Iass. consil. 7. lib. 1. Panormitan. Ioann. Andr. & alij in capit. auditis de præscriptionibus & benè Anton. Gomez 1. tomo variarum capit. 11. numer. 45. versic. *Quartus effectus*, Ioann. Parlador. rerum quotidianarum lib. 1. capit. 1. §. 5. numer. 7. latissimè Valasc. consult. 49. num. 1. & per totam, Felician. de censib. 2. part. lib. 4. cap. vnico numer. 14. vbi plurimos referunt.

E conuerso etiam contrà prædictam communem distinctionem tenuit Martin. glossator antiquus, quem sequuntur vltramontani dicentes absque vlla distinctione, an proueniant ex contractu, vel ex vltima voluntate, esse necessarias tot præscriptiones, quot præstationes, vt in quolibet anno requiratur vnica præscriptio. Quod tenuerunt Iacob. de Arenis. Petrus Cynus, & Alberic. Rayner. in dicta l. de pupillo. §. si in plucibus. ff. de *noui operis nunciatione*, vbi Iass. num. 2. Paul. Castrens. dicens magis communem sententiam in l. plures apochis. C. de fide instrument. numer. 6. & eleganter Anton. de Butr. in capit. prouenit de censib. colum. penult. Pro qua sententia ponderant text. in dicto §. in his, dum agens de præscriptione annuæ præstationis, æquiparans prouenientes ex contractu, & ex vltima voluntate, dicit, *In his etiam promissionibus, vel legatis, vel alijs obligationibus, quæ dationem per singulos annos, vel menses, aut aliquod singulare tempus continent, subdit in decisione, sed ab initio cuiuscunque anni, vel mensis, vel alterius singularis temporis computari, manifestum est.* Secundò aduertunt, quòd in contractibus, licèt prima obligatio pura sit, pro sequentibus tamen annis idem est, vt ad sensum patet, sed donec veniat dies creationis, non incipit currere præscriptio. l. cùm notissimi. §. illud. C. de præscriptionibus triginta, vel quadraginta annorum. l. 1. in fine. C. de annali exceptione: ergo annuæ præstationes futuræ, donec cesserint, præscribi non possunt. Hanc sententiam denique tenent Salicetus in dicto. §. in his, Boerius quæst. 406. & iterum quæst. 336. & dicens communem Stephanus Aufrer. quæst. Tolosana 342. per text. quem existimant expressum in dicto. §. in his, dum æquiparat annuas præstationes prouenientes ex contractu, vel ex vltima voluntate, & hanc opinionem esse magis communem, & in iudicando & consulendo sequendam testatur Guid. Pap. in quæst. 406. col. 2.

2 Inter eas tamen opiniones diuersas reperio, quòd Aluar. Vaez Lusitan. consultat. 49 per totam, explicans, quomodo præscribantur annuæ præstationes præteritæ, & futuræ, procedentes ex contractu, vel ex vltima voluntate, referens prædictas citra, & vltramontanorum opiniones, denique num. 6. 7. & 8. designat nouam opinionem, dicens, quod sufficiat vnica præscriptio triginta annorum ad liberandum debitorem in perpetuum ab annuis præstationibus, ex contractu, vel vltima voluntate procedentibus. Et primò ponderat regulam. l. in omnibus, & l. sicut in rem C. de præscript. triginta, vel quadraginta annorũ, quæ in actionibus personalibus generaliter & absolutè triginta annos designat absque vlla distinctione, an sint actiones merè personales, vel annuæ præstationes, procedentes ex contractu, vel vltima voluntate. Secundò considerat, quòd sicut obligatio soluendi censum in futurum vnica præscriptione formatur, secundum formam traditam à Doctoribus, in l. cùm de in rem verso. ff. de vsuris, & in capit. peruenit de censib. nisi non est, si vnica præscriptione formata, & inducta extinguatur, cum omnes res, per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur, & maximè cùm præscriptio fauorabilior sit ad liberandum, quàm ad obligandum. Et demum aduertunt, quod si propter exordium obligationis potest agi, vt debitor condemnetur, non solum ad præteritas, sed ad futuras præstationes, ex l. 1. C. de fide commiss. quod eadem ratione contra ipsum exordium obligationis idem operabitur in extinguendo longissimi temporis cursus. Ex quibus iam constat, quam difficilis sit huius nostræ disceptationes resolutio.

3 Vnde in ea varietate opinionem ausus sum designare nouam quidem, & iuridicam distinctionẽ, scilicet, quod in omnibus annuis præstationibus tam ex contractu, quàm ex vltima voluntate, si accessoriæ, & minus principales sint ad aliam priorem obligationem principalem, quæ ex pactis, vel forte certa formata fuit, præscripta obligatione principali vnica præscriptione triginta annorum, accessoriè in præteritum, & futurum præscribantur, vt quia extinguatur præscriptione principium & origo obligationis, à qua cæteræ omnes accessoriè pendent, eodem modo, ac si solutione, vel redemptione principalis obligatio tolleretur. Exemplum dari potest huius primæ partis nostræ distinctionis in censu, qui quidem certa forte creatur, & formatur, atque in eo contrahitur vnica & principalior obligatio soluendi censum, &

plu-

plures annuæ præstationes accessoriè in futurum nascituræ, in quo si præscribitur obligatio principalis, mirum non est; si accessoriè extinguantur. Et quia exemplum istud ad præstationes prouenientes ex contractu refertur, similiter hæc prima pars nostræ distinctionis exemplificatur in vltima voluntate, vt quando in testamento fit alicui donatio simplex, vel remuneratoria, seu testator quid quasi debitum iussit soluere, & interim dum res traditur, vel præstatur, voluit, quòd quid annuum præstaretur vniformiter, secundum ea, quæ diximus in capit. de censu testamentario; in quo etiam casu, cùm ex testamento formetur principalis quædam obligatio, & promissio pro sorte debita, vel pro donatione simplici, vel remuneratoria, facta, & annuæ præstationes inde prouenientes accessoriæ sint, præscripta obligatione testamentaria censuali principali, extinguerentur etiam annuæ præstationes ab ea pendentes, secundum nouam opinionem Aluari Vaez in dicta consultatione 49. numer. 6. quæ sic potest intelligi, & verificari: sin verò annuæ præstationes de per se principales sint, vt quia non sunt accessoriæ, nec correspectiuæ ad alium contractum, seu obligationem principaliorem, nec ad aliquam sortem, seu pretium, pro quo promitterentur, sed quælibet est vnica obligatio principalis à se ipsa pendens, & annuatim formata; & in hac specie siue proueniant ex contractu, siue ex vltima voluntate, quælibet annua præstatio, quę de per se principalis est, requirit vnicam perfectam præscriptionem, cùm eo casu tot obligationes non sint, quot prestationes, & consequenter tot prescriptiones ad summouendas necessariæ sint, & in his intelligitur, & verificari potest opinio vltramontanorum supra relata. Exemplum dari potest in donatione, seu promissione alimẽterum ád vitam vnius, vel plurimorum ex fundo, vel de fundo, ex contractu, vel ex testamento facta. Quæ quidem promissio, seu donatio tempore quo fit, non parit vnicam; sed plurimas vniformes, & de perse principales producit annuas obligationes, & in his procedentibus ex contractu, vel ex vltima voluntate, necessariæ sunt tot præscriptiones, quot annuæ prestationes; quia cùm nulla sit à principio principalior obligatio contracta pro certa sorte, ad quam annuæ prestationes respectum habeant, & correspondentiam, quâ prescripta accessorię soluendi obligationes extinguãtur, sed plures formentur obligationes de per se; argument. l. cùm in annos. ff. quando dies legati cedat. l. si in singulos. 4. ff. de annuis legatis, tot erunt præscriptiones necessariæ, quot prestationes: & in hoc casu debet intelligi resolutio tam vltramontanorũ, quàm citramontanorum dicentium, in annuis præstationibus ex vltima voluntate prouenientibus, necessarias esse tot præscriptiones, quot præstationes, vt quia sint plura legata, & plures annuæ obligationes. Ita deducitur eleganter ex Aymon. Crauet. in tractat. de antiquitat. temporum 4. part. numer. 182. Corneo consil. 22. colum. 1. vol. Inm. 2. Hanc enim nouam, & elegantem resolutionem, vt nulla fiat distinctio inter contractus, & vltimas voluntates, sed inter principales de perse, & accessorias annuas prestationes ad aliam principaliorem obligationem deduxi ex Paulo Castrensi in l. plures apochis numer. 6. ad fin. C. de fide instrumentor. dicit enim Paulus: *Nam interdum obligatio annuæ est principalis, non respectiua respectu alterius obligationis, & procedit. Quod dixi interdum non est principalis sed respectiua, puta prestatio vsurarum propter obligationem sortis, & stando per triginta annos, quòd non petant sortem nec tu solues vsuras, præscribis obligationi sortis, quæ est principalis, & in consequentiam annuæ obligationæ vsurarum tam pro omnibus præteritis, quàm pro futuris annis, vt in l. eos in principio. C. de vsuris, & ita loquitur ibi text. & sic non fatit contra Martinum, cuius opinio loquatur & debet intelligi in annua prestatione, non respectiua ad aliam principaliorem; sed æquè principalem, vt si ex causa donationis te obligasti mihi ad dandum quolibet anno decem.* Hęc sunt notatu dignissima verba Pauli Castrensis, cuius & Pauli resolutionem in effectu tradunt Iacobus Butricarius in dicta l. cùm notissimi. §. in his, quæst. fin. vbi Bald. in fine, & rectè, eam ponderauit Anton. Gomez dicto 2. tom. variar. capit. 11. numer. 45. prope finẽ vers. *Vel aliter, & secundò, & verius.* Pro qua verissima resolutione pondero text. notandum, quem meritò Paulus Castrensis ponderauit in l. eos 26. C. de vsuris, dum dicit, *Eos, qui à principali actione per exceptionem triginta, vel quadraginta annorum, siue personali, siue hypothecaria ceciderunt, iubemus non posse super vsuris, vel fructibus præteriti temporis, aliquã mouere quæstionẽ.* Vbi Iustinianus ex eo quod principalis obligatio præscriptione extincta fuit, annuas præstationes præteritas, & futuras præscriptas esse constituit, reddens rationem in fine dicens *Principali enim actione non subsistente satis superuacuum est, super vsuris, vel fructibus adhuc iudicem cognoscere.* Non enim Iustinianus cõsiderauerit, quod annuæ præstationes procederent ex contractu, vel

ex

ex vltima voluntate; sed quòd forent accessoriæ, & correspectiuæ ad aliam principaliorem obligationem, vel quod de per se fuissent principales. Secundò, imò & nouiter intelligo, & pondero pro hac sententia text. in dicta l. cùm notissimi. §. in his. C. de præscriptione triginta, vel quadraginta annorum, dũ æquiparans cõtractus, & vltimas voluntates, subdit; *sed abinitio cuiusque anni, vel mensis, vel alterius singularis temporis computari, manifestum est.* Quem textum expressum esse pro vltramontanorum opinione, & cabilari, néque responderi posse aduertit Aluar. Vaez in dicta consultatione 49. numer. 6. versic. *Caterum superior*, vt ille text. intelligatur, vt probet, quod sufficiat vnica præscriptio triginta annorum, & quod ea præscriptio incipiat currere abinitio cuiusque anni, vel mensis, vel alterius singularis temporis, à quo cessatum est in solutione, vt ex inde cæpta continuetur, & perficiatur, per triginta annos, ex gloss. ibidem, quæ sic respondet post Bart. & communem Anton. Gom. in dicto num. 45. prope finem; Parlador. dicto libro 1. capit. 1. §. 15. num. 7. prope finem; dicere enim text. in dicto §. in his, quòd incipiat currere præscriptio abinitio cuiusque anni, vel mensis, quo cessatum est in solutione, nõ est dicere, quòd necessariæ sint tot præscriptiones, quod præstationes, sed q̃ ea præscriptio, quę necessaria est incipiat currere ab eo tẽpore, cum ab eo qui cessat in solutione, & secundũ hunc intellectum debemus intelligere, quòd in dicto §. in his præstationes annuæ de per se non fuerunt principales, sed accessoriæ ad aliam obligationem principaliorem, vt videtur sentire text. ibi. *In his etiam promissionibus vel legatis, vel alijs obligationibus, quæ dationem per singulos annos, vel menses, aut aliquod singulare tempus continent*: ergo si obligationes, de quibus ibi, sub se continent dationem per singulos annos, accessoriæ sunt ad aliam principaliorem obligationem, & consequenter quamuis proueniant ex contractu, vel ex vltima voluntate, ibi, *Promissionibus, vel legatis*, præscriptio, quæ incipere debet à tempore cessationis cuiuslibet anni, vel mẽsis, quo solutio facienda est, vnica sufficiet, vt quiã principali obligatione præscripta, accessoriæ extinguãtur, sicut in dicta l. eos, etsi vt aliqui, & malè crediderunt text. in d. §. in his, intelligẽdus sit, vt sint necessariæ tot præscriptiones, q̃ præstationes violãdo verba, ibi, *Sed abinitio cuiuscunq; anni, vel mensis*, præcisè intelligendus esset in annuis præstationibus, non correspectiuis, & accessorijs, sed per se principalioribus, quarum quælibet de per se requirit vnicam, plenam, & formatam præscriptionem. Quod ego in illo text. probari non existimo, sed verius, quod suprà dictum est.

Tertiò pro hac nostra verissima resolutione intelligo nouiter, & pondero text. in dicta l. cũ notissimi. §. illud, qui quidem text. dum probat præscriptiones triginta, vel quadraginta annorum, quæ personalibus, vel hypothecarijs actionibus opponuntur, initium accipere post conditionis exitum, vel institutæ diei certæ, vel incertæ lapsum, intelligendus est in contractibus, vel vltimis, voluntatibus quæ non successiuam, & perpetuam obligationẽ soluendi continent, nec plures annuas præstationes, sed vnicam tantum obligationem, & præstationem præsupponunt, quæ vnica præscriptione extinguenda est; quo casu certum erit, quòd ea præscriptio inciperet currere à die, quo cessit dies obligationis vel conditio adimpletur, cum antea nihil sit, quod prę scribatur; & sic ad nostram speciem præscriptionis plurimarum obligationũ trahendus non est, & si forsam trahatur, quòd à tempore, quo cessit dies obligationis, curras præscriptio etiam annuarum præstationum intelligendus erit eo modo, quo suprà dictum est, scilicet quòd si agatur de præscriptione annuarum prę stationũ, ex eo quod principalior obligatio præscripta sit, sufficiet vnica præscriptio, quæ currere incipiat à tempore, quo cessatum est: sin verò de præscribendis annuis præstationibus de per se principalioribus sint necessariæ tot præscriptiones, quot præstationes.

Sed quamuis hæc nostra distinctio, & resolutio inter principaliorem, & accessorias obligationes soluendi prouenientes ex contractu, vel ex vltima voluntate, iuridica, & verissima sit; patitur tamen magnam difficultatem, scilicet quòd annuæ præstationes principales de per se, nunquã, vel rarò prę scriberentur, cum sit procedere in infinitum, dari tot præscriptiones, quot præstationes. Et denique, licèt prę teritę prę scribi possent, futuræ tamen nunquam præscriberentur. Ideò ne detur res imprę scriptibilis, cum regulariter quæcunque præscribi possit respõdendum est huic fortissimæ obiectione. Et satisfactio ea potest considerari, quòd detur in eo casu præscriptio immemorialis, aut centenaria, vel quadraginta annorũ, cum aliquo titulo, saltem vt aiunt, colorato, sicut admittitur in omnibus casibus, in quibus regulariter non datur; quia ea prę scriptio nunquam censetur excluſa, vt ego dixi in l. 41. Tauri; hoc enim medium ad eam obiectionem consideraui

ráuit Boerius decis. 136. in fin. & post Bart. Guid. Boer. & alios aduertit Aluar. Vaez in dicta consultat. 49. numer. 9. Ex quibus infertur ad intellectum cuiusdam resolutionis Ioannis de Platea. C. de excoctor. & militaris annonæ lib. 12. vbi concludit aduersus futuram præstationem annonæ præscribi non posse, vt procedat ex eo, quia cùm annona ciuilis ad instar vsusfructus reguletur, quamuis ex contractu constituatur, apertè constat, quòd cùm eius annonæ ciuilis præstationes, seu solutiones principales sint de per se, non sufficiat vnica præscriptio, sed tot requirantur, quot annuæ præstationes erunt: argum. text. in l. si vsusfructus alternis. ff. quibus modis vsusfructus amittatur; & in specie annonæ ciuilis ita resoluit Emmanuel Castro in rubrica. C. de annonis ciuilibus numer. 45 & sic non negat Platea omnem præscriptionem immemorialem centenariam, vel quadrâginta annorum cum titulo, seu ordinariam, quæ in his præstationibus annuis principalioribus de per se non procedit. Intelligitur etiam huiusmodi Benedict. in capit. Raynuntius, quem in principio huius capitis retulimus, dum fatetur, annuas præstationes futuras præscribi non posse, vt intelligatur in annuis præstationibus de per se principalioribus, & an præscriptione ordinaria non immemoriali, centenaria, vel quadraginta annorũ. Quæ quidem omnia de præscriptione à fortiori procedunt in tertio, vt notat Parlador. rerum quotidian. §. 1. & latè diximus in capit. præcedenti.

De secundo verò cásu, scilicet, quando incipiat currere præscriptio à tertio rei censualis possessore, dicendum erit in cap. sequenti.

# AN PRAESCRIPTIO tertij possessoris rerum cẽsualium currere incipiat à tempore, quo principalis debitor soluere cessauit, vel à quo tertius ipse possessor est. Cap. CV.

## SVMMARIVM.

*Præscriptio census contra tertium rei censualis possessorem, an incipiat currere à tempore, quo principalis debitor soluere cessauit, vel à quo tertius ipse possessor est, nouiter, & vtiliter discutitur. num. 1.*

*Impedito iuri impedimento, an, & quando currat præscriptio. n. 2.*

*Solutio pensionis an extinguat obligationem respectu creditoris, & fideiussoris simul, & an solutione hypotheca extinguatur. n. 3.*

*Restitutio quando detur contra legitimè impeditum agere, ita vt impedimentum eum non excusset, sed restituatur. n. 4.*

*Præscriptionem currere contra ignorantes incorporalibus, vel incorporalibus iuribus, quando possit. num. 5.*

*Et quando scientia in præscriptione requiratur. num. 6.*

*Præscriptio regulariter incipit currere ab eo tempore, quo cessatum est in solutione, & quomodo hoc intelligatur. num. 7.*

## CAPVT CV.

IN capitibus præcedentibus egimus de præscriptione obligationis soluendi pensionem annuam in futurum; vnde in præsenti agẽdũ est, à quo tẽpore incipiat currere ea præscriptio à tertio possessore rei censualis prætensa, an à tempore, quo principalis debitor cessauit in solutione, vel ab eo, quo tertius possidet rem censualem; & videtur dicendum, quod incipiat currere contra dominum census à tempore, quo principalis debitor soluere cessauit; & hoc ex consilio Alexandri, quem omnes ad eius dubitationis decisionem ponderant in consilio, nempe 58. lib. 5. in fine, resoluit enim Alexander, quòd cum actio hypothecaria non detur cõtra tertiur possessorem, nisi excusso debitore principali, non currit creditori tempus illud præscriptionis, nisi post eam excussionem, & consequenter postquam agere potest creditor aduersus tertium rei possessorem, & inducit ad id text. in capit. quia diuersitatem de concessione præbendę. Neque obstat inquit Alexander, si dicatur, quòd sua culpa, & negligentia non potuit agere contra tertium, cùm potuisset breuiter agere contra principalem, & illum excuttere, & quòd ideò sibi imputet, si non fecererit; quia respondet, quòd licet impedimentum culpa impediti processerit, tamen adhuc non ei currit præscriptio, ex dicto capite, quia diuersitatem. Cuius Alexand. resolutionem sequuntur Afflict. decisione Neapolitana 139. col. 3. Ioan. Crot. in l. si is qui pro emptore numer. 57. de vsucapionibus, & eam latè confirmat Andreas Tiraquel. de præscriptionibus. §. 1. gloss. 7. ex num.

num. 2. vsque ad finem; quàm vnico verbo sequitur Parlador. lib. 1. rerum quotidianarũ capit. 1. §. in fine, & denique pro hac Alexandri opinione ponderat Felicianus quinque fundamenta in libro 3. de censibus capit. 4. numer. 12. versic. *Cui resolutioni coniuncta est*, licèt eam sententiam non sequatur. Ex qua resolutione Alexandri videbatur in nostri casus specie dicendum, quòd cùm creditor, dominus nempe census, non facta excussione debitoris principalis quodammodo sit impeditus agere aduersus tertium rei possessorem non possit aduersus ipsum currere præscriptio, nisi à tempore, quo facta excussione illa tertium liberè possit conuenire, ex vulgata regula l. 1. C. de annali exceptione cum similibus.

Sed contra sententiam Alexandri receptior longè videtur præscriptionem incohari, & incipere ab eo die, quo tertius rei censualis possessor rem ipsam cum titulo & bona fide cæpit possidere, etiamsi ex parte debitoris census cessatum non sit in solutione, vt quia & ipse libenter & integrè soluit annuatim, & creditor sine lite vlla pacificè quidem percipit pensionem. Quam resolutionem veriorem existimauerunt Aymon. Crauet. consil. 148. & consil. 165. Balb. de præscriptionibus. 4. part. quartæ partis principalis quæst. 3. numer. 6. Negusant. de pignor. 2. membro sextæ partis colum. 3. versic. *Secundò quæritur* Gregor. Lupus in l. 27. titul. 29. part. 3. & post Speculatorem; Henric. Cuman. Dec. Socin. Pariſ. Roland. à Valle, & alios existimat veriorem sententiam Felician. in dicto libro 3. capit. 14. num. 12. versic. *Secunda opinio est*, vsque ad finem, vbi quinque fundamentis comprobat eam sententiam, respondens ad ea, quæ in contrarium adduxerat; & quidem prædicta fundamenta Feliciani, imò & satisfactiones ad contraria in eum finem tendunt, vt probet, quòd cùm creditor, dominus nempe census, maximè hodie, tanta renuntiatione beneficij excussionis nullo modo sit impeditus, quominus agere possit contra fideiussores, vel tertios rerum hypothecæ subiectarum possessores, vt quia facilè possit impedimentum remouere, dici non possit, quòd contra ipsum, tanquam contra legitimè impeditum non currat præscriptio. Fortificatque Felician. prædictam resolutionem ex natura contractus censualis, dicens, quòd cùm dominus cẽsus etiam nulla facta excussione possit agere hypothecaria contra tertios rei possessores, vt nos suprà latè diximus in capitibus de hypothecis censuum, necessaria non est excussio principalis debitoris, vt tertius sit conueniendus; & consequenter quòd cùm dominus census nullo iuris impedimento sit agere impeditus, poterit aduersus ipsum præscriptio inchoari, & formari à tempore, quo tertius cæpit possidere rem censualem, & non ab eo, quo debitor cessauit in solutione. Qua consideratione eam sententiam & legendo, & iudicando, & consulendo veriorem esse fatetur, neque de ea posse dubitari credit, & iterum eam sequitur Felician. in 2. part. de censib. lib. 3. cap. 4. numer. 19. vbi refert Hieronym. Laurent. de cis. 49. n. 4. & Pinel. in authent. nisi tricennali, n. 4. C. de bon. matern.

Mihi tamen altiùs consideranti rem hanc, atque rigorem huius secundæ durissimę opinionis, fateor libenter Alexandrum errasse in fundamento prioris sententiæ, scilicèt dum resoluit, quòd quia debitor principalis impeditus est iuris impedimento, ne possit ante excussionem conuenire tertios rei possessores, contra ipsum currere præscriptio non possit, tanquàm contra legitimè impeditum quia cum certum sit, nullam esse necessariam excussionem, impedimentum deficere constat, & inde corruit fundamẽtum Alexandri; atque ideò meritò eum reprobauerunt Scribentes omnes suprà relati, & præter eos elegãter Pinel. in authentic. Nisi tricennale numer. 48. per totum. C. de bonis maternis, dicens virum illum alioqui doctissimum errasse, & forsam affectione cãusæ consulendo deceptum fuisse; sed non fateor, nec fateri potest, Alexandrum omnino errasse in sententia, sed verum dixisse, & procedere posse, quando prius est facienda legitima excussio, quàm tertius conueniatur, vt contingere potest in aliqua obligatione, quæ renuntiationem excussionis non continet, vel quæ talis naturæ est, vt quamuis renuncietur excussio, adhuc legitimè facienda sit, vt in obligatione conditionali, vel indemnitate, seu alia simili: quo quidem casu cùm excussio sit priùs facienda, & ita creditor principalis respectu tertij, tanquàm impedito iuris impedimento currere non potest. Ita præsupponunt omnes suprà relati, qui Alexandrum reprobauerunt, & nominatim Tiraquel. in dicto tractatu de præscriptionibus. §. 1. gloss. 7. numer. 2.

Imo quod magis est, in hac nostrã censuali materia, in qua non loquitur Alexander, veriorem existimo priorem opinionem, quã ex Alexandro omnes in præscriptione hypothecæ regularis deduxerunt, & ex sequentibus nouiter pensitatis considerationibus sequendam esse. Primò considero in domino

census

census impedimentum iuris legitimum, ex quo contra ipsum nulla potest currere præscriptio, non quidem excusionis, vt considerauit Alexander, sed longè iustius, & fortius, nempe quod si censuarius post alienationem rei censualis annuatim pacificè soluit censum tempore decem, viginti, vel triginta annorum, & dominus ignorans alienationem, sponte, absque vllo iudicis præcepto recipiens pensionem, satisfactus maneat, apertè ex multiplici capite reperitur, impeditus agere contra tertium. Primò, ex capite solutionis, vt quia solutione pensionis eidem factæ tollitur omnis obligatio debitoris, vt vulgaria iura probant, imò & respectu eius pensionis omnis hypotheca l. soluitur, cum sequenti. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur; gloss. verbor. *Actione*, in l. intelligere. C. de luitione pignoris, quod respectu solutæ pensionis verum credit in specie nostræ pensionis Felician. in dicto libr. 3. capit. 4. numer. 12. versic. *Neque etiam obstat*, imò & non solum debitor soluendo pensionem se ipsum liberat ab eius solutione, sed & etiam correos & fideiussores liberos esse constat. l. solutionem. ff. de solutionibus. l. soluendi. ff. de negot. gest. & traditur in l. Modestinus. ff. eodem titulo de solutionibus: ergo nullo modo, neque casu percepta pensione potest dominus census pro ea conuenire censuarium, neque tertium rei censualis possessorem, aut fideiussorem legitimo iuris impedimento, quod ipse submouere non potest, impeditur diceretur, & consequenter impossibile est, quòd contra ipsum legitimè impeditum currat præscriptio ex regula l. 1. C. de annali exceptione; quam Scribentes deducunt ex authent. nisi tricenale. C. de bonis maternis.

§ Quod etiam fortificatur, quia impedimentum domini census, quod ab eo submoueri non potest, non est facti, vt succedat regula dicentium, non excusari, sed dari restitutionem ex causa, vt post Bart. Bald. & alios resoluit Pinel. in authent. nisi tricenale numer. 42. C. de bonis maternis. Sed est quoddam iuris legitimum impedimentum, cum, vt suprà diximus, soluendo censuarius, liberat se, & correos, atque fideiussores, atque consequenter ex regulis iuris non potest dominus eos conuenire, & ideò legitimè impeditus est. Inquo casu omnes demundo dixerunt excusare impedimentum, & non currere impedito præscriptionem, ex regula dictæ l. 1. C. de annali exceptione cum vulgatis; & in fortiori casu facit textus notandus, quem etiam Alexander ponderauit in cap. quia diuersitatem de concessione præbendæ, vbi Episcopum suspensum excusat iuris impedimentum, etiamsi eius origo proueniat ex culpa impediti, cum absque culpa non poterat ibi Episcopus suspendi, vt eleganter post plures resoluit Pinel. in dicta authent. nisi tricenale. numer. 46. dicens, quod culpa Episcopi in eo text. non fuit ordinata ad casum impedimenti, & quod ibi eum legitimè excusabit. Quod ex Decio, Aymone, Alexandro, & alijs vtiliter comprobat: ergo à fortiori in nostri casus specie iuris impedimenti dominum census ipse excusabit, cum neque vlla culpa in eo intercueniat, neque vllo modo percipiendo pensionem possit agere pro ea contra correos & fideiussores, & cõsequenter eidem legitimè impedito non curreret præscriptio.

Et si forsam ingeniosè replicetur, quod quamuis dominus percipiendo pensionem impeditus sit petere eam tali impedimento iuris, quod ab eo non potest amoueri, tamen non est impeditus agere contra tertios rerum censualium possessores hypothecaris ad rei cognoscendum; cùm etiam percepta à censuario pensione possit illud, quandocunque voluerit contra tertios petere, vt ad sensum patet, & diximus in capitibus præcedentibus; quia in censu per solutionem pensionis non extinguatur, neque resoluatur hypotheca censualis in futurum, ex l. ita soluitur cum sequenti. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, loquuntur in debito momentaneo hypothecario, quod resoluitur, & extinguitur vnica solutione: ergo si non extinguatur hypotheca, & dominus census hypothecaria, quando voluerit agere, potest contra tertium, impeditus dici non potest, quominus agat, & consequenter contra ipsum rectè curreret præscriptio hypothecæ, etiamsi alienationem eiusdem rei censualis ignoret, cùm certum sit præscriptionem currere contra ignorantes. l. finali circa finem. C. de præscriptione longi temporis, & latè tradit Balb. de præscriptionib. 4. part. quartæ partis principalis, quæst. 28. vbi regulam illam constituit. Huic fortissimæ obiectioni facilè respondendum est, quòd contra dominum ignorantem

alienationem rei censualis neque currere potest præscriptio; neque est negandum legitimè fuisse impeditum. Et primò aduertendum est, quòd quamuis regulariter verum sit, præscriptionem currere contra ignorantem inter alias limitationes, quæ ad eam regulam designantur, ea principalior est, vt procedat in rebus corporalibus, non verò in incorporalibus, veluti seruitutibus, aut iure percipiendi pensionem annuam. Quod quidem vel est ius reale seruitutis cohærens fundo inseparabiliter, vel ius incorporale, vt diximus in capitibus præcedentibus, & ad sensum patet: in quibus enim incorporalibus iuribus regula omnino contraria constituitur, quod in eorum præscriptione, scientia, & patientia eius, contra quem præscribitur, interueniat, quia cùm in ea præscriptione quasi possessio sit necessaria, & ea sine scientia, & patientia aduersarij non causetur, scientiam formaliter requiri constat. Ita aduerterunt omnes per text. ibi in l. 1. C. de seruitutibus & aqua, & tradit in specie Balb. in dicta quæst. 28. numer. 5. & eleganter prosequitur Iosephus Mascard. in tractat. de probat. conclus. 1220. numer. 38. & 39. vbi numer. 40. post plures rationem communem reddit, dicens hanc esse verissimam, & omnino tenendam sententiam, & Parlador. rerum quotidianarum capit. 1. §. 7. & 8. vbi agit de præscriptione rerum incorporalium: ergo si in nostri casus specie requiritur scientia, & patientia, ignorantia domini, legitimum impedimentum erit, ve contra ipsum currere non possit præscriptio.

§ Rursus, quando scit ius sibi competere, ignorat factum, ex quo sibi competat, non currit contra eum ignorantem facti præscriptio, vt limitando regulam supradictam intelligit eleganter Petrus de Perusio in tractat. 4. Episcopalis cap. 2. ad fin. intelligens eo modo dictam l. fin. C. de præscriptione longi temporis, quem refert, & sequitur Philippus Corneus cons. 338. videtur in præsenti consultatione circa finem, vol. 1. ergo Dominus census, qui licet habeat scientiam iuris sui e[x] hypotheca censuali scripturæ; ignorat [a] factum alienationis rei censualis [ex] qua alienatione causatur sibi ius [exi]gendi, vel annuam pensionem, vel recognitionem, & nascitur exercitium sui iuris, non præiudicabitur præscriptione tertij possessoris.

Tertio considero regulam, quod præscriptio currat contra ignorantem, vt intelligatur de ignorante quodammodo negligente, vt quia aliquam causam habet non ignorandi, veluti dominus rei, contra quem præscribitur, qui cùm scire debet statum rei suæ, ignorat tertij possessionem, vel in tertio creditore, cui res alienata hypothecæ subiecta est, qui cùm tempore debiti transacto deberet scire statum rei in tertium translatæ, neglexerit petere debitum, & supinè, atque negligenter ignorauit alienationem. In quo casu mirum non est, si ignorantia culpabilis sit, & præscriptionem non excludat, vt deducitur ex dicta l. fin. & ex aliquibus scribentibus ibidem: sin verò creditor omnino ignorans est alienationis rei hypothecæ subiectæ, neque vllam causam habet non ignorandi, vt dominus census, qui non debet existimare, quod censuarius, qui pacifice semper soluit contra pactum scripturæ censualis rem alienauit, nec alienationem ignorando potest dici negligens, cùm ignoret illud, quod iniuste factum est, & fieri non poterat, durissimum esset contra eum currere præscriptioni, & iustissimum haberi pro legitime impedito, vt aduersus eum nullo modo currat, & consequenter ex omnibus supradictis satisfactum remanet forti obiectioni, quam considerauimus, scilicet, quod cùm dominus census possit contra tertium agere hypothecaria, vt recognoscat, licet integre pensio soluta sit, non diceretur impeditus, quominus agat, & quod ideo contra ipsum recte potest currere præscriptioni, qui, cùm in nostri casus specie ignorantia excludit præscriptionem, vt bene dictum est, impeditus iuris impedimento legitimè diceretur, vt præscriptio sibi non noceat, & consequenter non incipere[t] eo casu currere præscriptio à tempore, quo tertius possidet, sed ab eo, quo cessatum est in solutione principalis debitoris.

Secundò, & principaliter pro hac nostrâ verissima resolutione considero, quòd hodie in scriptura censuali semper adijcitur pactum illud de non alienando, quod quidem iustissimum est, vt scripsimus in peculiari capite eius pacti; & cum hypotheca speciali census, est omnino certum, quod alienatio rei censualis in tertium facta virtute eius pacti de non alienando, & nulla est, & quoad hunc effectum, vt pactioni stetur, non transfertur dominium in prædictum tertium, sed remanet penes debitorem alienantem, vt probat nominatim text. in l. si creditor. §. fin. de distract. pignor. ibi, *Nullam esse venditionem, vt pactioni stetur*, & late diximus in capitibus præcedentibus de hypothecis censuum:

ergo

ergo tertius rei censualis possessor, in quem res illa translata non fuit quoad hunc effectum, vt domino census præiudicaretur, nullo modo præscribere eam potest, nisi à tempore, quo dominus census sciat, & consentiat, vel debitor cessauerit in solutione, quo tempore astringitur dominus ipse agere contra hypothecas, & quærere possessores earum.

17 Tertio pondero regulam verissimam in præscriptione, & maximè annuarum præstationum, scilicet, quòd præscriptio non incipit currere, nisi ab eo tempore, quo cessatum est in solutione. l. cum notissimi. §. in his. C. de præscript. triginta, vel quadraginta annorum. Sed si debitor census pacificè per tempus viginti, aut triginta annorum soluit pensionem, & similiter dominus census eodem tempore pacificè percipit eam, dici non potest, quod cessatum fuit in solutione, cùm principalis debitor soluat: ergo præscriptio, non à tempore, quo tertius possidet, sed ab eo, quo cessatum est in solutione, currere inciperet, nec contra hoc fortissimum fundamentum concludenter respondit Felicianus libr. 3. de censib. capit. 4. numer. 12. versic. *Præterea non obstat*, text. in dicta. l. cùm notissimi, imò si rectè consideretur Felicianus, tenet expressè nostram sententiam, quia denique resoluit, quod text. in dicto. §. in his, loquitur, quando agitur de præscribendo in totum annuo reddito, quia tunc existimat incipere currere præscriptionem à die, quo cessatum est in solutione, credit tamen, quod in ea dubitatione, quam ipse explicat, non agitur de præscribendo prorsus, & omnino censu, sed solum de excludenda actione hypothecaria, ne locum habeat aduersus tertium rei possessorem manere in ipso censu: ergo in casu, quo agitur de præscribendo omnino censum, fatetur, præscriptionem incipere currere à die, quo cessatum est in solutione, & consequenter text. in d. §. in his expressus est. Nec intelligo, quomodo potest sustineri distinctio Feliciani ad dictum. §. in his, quia agi non potest de præscribenda hypotheca à tertio possessa, quin simul non agatur deliberanda omnino ea hypotheca à solutione census, & consequenter de extinguendo omnino censu præscriptione tertij possessoris. Demum text. in d. §. in his cabilari non potest.

Quartò considerandum est fortissimum, ideſt, crudelissimum inconueniens huius præscriptionis, scilicet, quod sine vllo facto, seu negligentia domini census, in eius maximum præiudicium extingueretur, vt puta, quia debitor pacificè soluens per viginti, triginta, vel quadraginta annorum tempus, posset alienare omnia bona censualia, & ex post facto tertij possessores obijcere contra dominum, iustissimè ignorantem alienationem, præscriptionem. Ex quo sequeretur peremptio, & extinctio census, cùm hypothecæ eximantur, & liberentur ab eo, absurdum equidem magnum, & nouus, atque iniustus modus redemptionis, quo facilè venditores vterentur, vt hæredes ipsorum à censu liberi manerent, cùm certum sit, quòd vel repudiantes hæreditatem, vel non possidentes hypothecas censuales liberi existant, vt post Couarr. & alios diximus in capitibus de hypothecis censuum, ergo ne sequatur illud inconueniens, & absurdum maximum, incipere debet currere præscriptio à tempore, quo cessatum est in solutione.

Quintò pro hac nostra sententia non violenter, sed propriè considero quinque fundamenta, quæ referuntur à Feliciano pro contraria sententia in dicto libr. 3. cap. 4. numer. 12. versic. *Secunda opinio est*: dirigit enim Felicianus prædicta omnia fundamenta ad probandum, quòd dominus census non est impeditus agere contra tertium rei possessorem, vt quia possit facilè remouere impedimentum agendo libere contra tertios, quando voluerit, & quod ideò tanquam contra non impeditum currere potest præscriptio; & nihil aliud probant, neque præsupponunt prædicta fundamenta, vt ex eisdem constat, sed vt supradicta omnia euidenter probant, ita legitimè impeditus est iuris impedimento, vt nec illud possit remouere, cum respectu pensionis censualis soluendo debitor eam, omnes lib erentur, & respectu hypothecaria ex ignorantia alienationis impeditus sit: ergo cessantibus fundamentis Feliciani cessabit eius resolutio, & fundamenta pro hac nostra sententia retorqueri possunt.

Vnde licet non his fundamentis, hanc nostram resolutionem tradit Petrus Follet. in praxi censuali, verb. *Huiusmodi census super rebus*, nume. 117. dicens, quòd si tempore alienationis hypothecæ nullam creditor habuit scientiam alienationis, quòd in dubio præsumitur ex l. verius. ff. de probat. aduersus illum nulla currat præscriptio, sin verò sciret, & tacuerit, legi imè contra ipsum inducatur. Quod in effectu, & substantia est dicere, quod donec ex parte domini census ignorantis alienationem, detur negligentia agendi contra tertios, non curret præscriptio, & quòd si detur aliqua

scientiæ alienationes, currere incipiat, imo & nostra resolutio benignior est respectu tertij possessoris, dum solum requirimus, cessatum esse in solutione à debitore; vt inde dominus census inquirere debeat hypothecas, & si non inquirat negligens sit, vt ex eo tempore iuste possit contra eum incipere præscriptio.

Neque etiam obstabit, quòd Felicianus in dicto numero.12.versic. *Secunda opinio*, referat pro sua sententia plures Doctores; quia si omnes ab eo relati considerentur, non improbant directè nostram sententiam, sed reprobant fundamentum, quo Alexander in dicto consil.58.volum.5. in fine eam fundauit, scilicet impedimentum excussionis non factæ contra principalem debitorem; quod quidem, cum hodiè excussio renuncietur, existimauerunt non esse legitimum impedimentum, in quo quidem verum dixerunt, iuris impedimentum nouiter pensitatum, & consideratum, quod suprà designauimus. Neque supradicti Scribentes considerauerunt, vt ex eisdem constat, nec si considerarent, potuissent tenere eam sententiam absque maximo iuris errore: ergo si scribentes reprobant sententiam Alexandri ex falsitate fundamenti, ipsam directè non impugnant. Ex quibus, sub letoris censura existimo hanc sententiam, vt præscriptio contra dominum census incipiat correre à die, quo cessatum est in solutione, & non à tempore, quo tertius possidet rem censualem, & verissimam, & omnino tenendã in iudicando & consulendo credo.

# DE PERSONIS, QVÆ possunt facere redemptionem, & quibus facienda est. Cap.CVI.

## SVMMARIVM.

*Debitores censuales, & eius hæredes creditoribus, vel eorum hæredibus possunt facere redemptionem, & idem dicendum est in tertijs possessoribus rerum censualium, vel fideiussoribus. num.1.*

*Tutores seu curatores, aut prælati, an, & quando facere possint redemptionem, & quando ipsis facienda sit n.2.*

*Pretium redemptionis tutori traditum si pereat, an liberetur censuarius, & quando soluendo tutoribus consequatur plenam, pleniorem, vel plenissimam liberationem n.3.*

*Redemptio an sit faciẽda emptori veteris census, seu primo venditori n.4.*

*Hæredes censuarij possunt liberè redimere censum num.5. & quid in quolibet extraneo, & qualiter intelligatur.n.6.*

*Vsufructuarius omnium bonorum, vel particularis certæ rei, an possit redimere censum. nu.7. & quid in fidei commissario grauato de restituenda hæreditate.nu.8. & quid in maioratus possessore.n.9.*

## CAPVT CVI.

REDEMPTIO census fieri debet, & facienda est personis legitimis, quæ liberè possint, & soluere, & recipere solutionem, atque soluendo, vel recipiendo sortem, debitum census extinguere. l. si reus paratus. ff. de procuratoribus, de quo per Tiraquel. de retract. lignag. §. 9. gloss. 3. numer. 4. ideo regula tam actiuè, quam passiuè est constituenda, vt omnes, qui soluendo extinguere possunt debitum, valeant redimere censum. Et his omnibus, quibus debitum solui potest, redemptio legitimè fiat, cùm redemptio sit liberatio ab obligatione, quæ per legitimam personam personis etiam legitimis facienda est: ideò cùm ferè impossibile sit, casus omnes, quibus personæ legitimæ soluere, vel recipere possint debitum, ad aliquos frequentiores accedamus.

1 Et primò debitores censuales, vel eius hæredes, creditoribus, vel eorum hæredibus facere possunt redemptionem, siquidem & alij soluere, alij verò recipere quidquam valeant, quod non indiget iuris probatione, cùm sint personæ principales, quæ censum creauerũt, & resoluunt, & idem dicendum est in tertijs possessoribus rerum censualium, seu fideiussoribus possidentibus vel non hypothecas, qui libere poterunt censum redimere se liberando, imò & multoties cessiones petendo, vt diximus in capitibus præcedentibus.

2 Secundus casus contingere potest in tutoribus, curatoribus, seu prælatis, qui sæpissimè faciũt redẽptiones, imò & quã primũ possunt; tenentur minorum bona à censibus liberare. In quibus actiuè & passiuè dubitatur, an possint cẽsum redimere & redimẽtes omnino liberare. Quę dubitatio cõtinet duas partes, scilicet, an possint redimere censum minorum, & an eis tanquam legitimis administrato-

nistratoribus possit fieri redemptio. Circa primum reperio Felicianum lib. 4. de censib. cap. vnico numer. 4. resoluentem, redemptionem factam ab eo, cui alienare prohibitum est, inanem, & inutilem esse ex ea ratione, quòd redemptio sit alienatio, vt ipse anteà dixerat; & quod ideò prohibita sit tutori, vel curatori absque iuris solemnitate; arg. l. fin. C. de rebus alienis. Exquo infert, quòd redemptio facta à tutore, curatore, prælato, seu administratore absque iuris solemnitate in alienationibus necessaria non valet, in quo præsupponit casum, quo tutor redimit censum à minore debitum, & statim subdit hæc verba: *Neque ex illa impediri cursus redditus annui*; in quo videtur præsupponere casum, quo redemptio facta sit tutori, diuersum equidem à priore, & ideò confusè loquitur, maxime quia statim reassumit casum antecedentem, scilicet quando tutor facit redemptionem, & subdit hæc verba; *Quoniam redemptio alienatio est iuris ad percipiendos reddit⁹ competentis, quod inter immobilia computatur*, sentiens apertè, quòd quia per redemptionem quasi alienatur ius percipiendi censum, non sit facienda redemptio sine iudicis autoritate; vtroque tamen casu & actiuè, & passiuè, Feliciani sententia periclitatur: quia & curator potest facere redemptionem census à minore debiti, & eidem facta redemptio eius census, qui minori debetur, legitima est. In primo enim casu, scilicet, quando tutor facit redemptionem sine iuris solemnitate, reperio, Rodericum libr. 2. de annuis redditibus quæst. 15. numer. 78. cum alijs, qui merito reprobat Felicianum, dicit enim in numer. 80. quod quamuis qui recipit solutionem, videatur quodammodò alienare. §. nunc admonendi instit. quibus alienare licet, vel noni huiusmodi tamen alienatio neque tutori, neque curatori prohibetur, vtrique enim rectè soluitur. l. quod si fortè. §. 1. l. solutam. ff. de solutionibus. Sed hoc fundamentum Roderici contra Felicianum non respicit hanc priorem partem, scilicet an tutor possit facere redemptionem, sed secundam, scilicet, an eidem possit fieri redemptio, atque sortem census recipere valeat, de qua infra dicendum est; ideò non benè Rodericus ex eo fundamento reprobat Felicianum, subdit tamen alia fundamenta fortiora, dicens, quòd cùm debitor redimit censum, resoluitur contractus inuito creditore, & inde redemptio alienatio nō est, sed resolutio; igitur tutor, vel curator eam facere potest. Vltimò subdit n. 81. quòd prohibitio alienationis nō pertinet ad necessariam alienationem. l. alienationis cum vulgatis. ff. familiæ erciscundæ, sicut est redemptio: ergo sub ea prohibitione redemptio non potest cōtineri; & num. 82. id comprobat ex l. 1. C. quādo decreto opus non est, & ex alijs ab eo relatis, quibus accedat, quod redemptio non solū non est alienatio, sed potiùs liberatio, & consequenter resolutio alienationis, quæ quodāmodo à minore creando censum contracta fuit: ergo ad liberandum minorem, eiusq; bona per actum redemptionis ab obligatione cē suali eximenda, nulla iuris solemnitas necessaria est; si enim tutor, curator, vel prælatus, quam primum potuerint, tenentur censum redimere, bonaq; minorū à cē su liberare; quod faciendo non solum non alienant, sed ab alienatione bona liberant: ergo ex natura sui officij debent facere redemptionem; ideo nulla alia solemnitas iuris necessaria est.

3 Prosequitur enim Rodericus materiam, & numer. 83. resoluit, quòd si pretium redditus tutori, aut curatori solutum eorum negligentia, vel fragilitate pereat, potest minor restitui contra receptionem, iuxta textum in dicto. §. admonendi, versic. *Ex contrario*, in quo Rodericus transit ad priorem casum Feliciani, quem explicat num. 3. per totum, scilicet quando soluens tutori, vel curatori consequatur plenam, pleniorem, vel plenissimam securitatem, liberam scilicet à restitutione, & distinguit inter eas liberationes, dicens, quòd debitor consequitur plenā liberationē, quando soluit pupillo, vel minori, absque tutoris, vel curatoris autoritate, si pecunia extat; quoniā debitori exceptio de dolo datur aduersus minorē, dicto. §. at ex cōtrario, & pleniorem, quando soluit tutori, aut curatori, vt quia prout eo casu liberetur, nisi peremptā, aut perditā pecunia minor vtatur contra solutionem restitutionis beneficio, ex l. Iucius. §. tutela; & ex alijs ab eo relatis; atque denique plenissimam, non subiectam restitutioni, quando ex iudicis præcepto, & autoritate tutori, vel curatori soluit. l. ait prætor. §. permittitur. ff. de minoribus cū alijs ab eo adductis. Quam distinctionem prosequitur per totum num. 3. atque deniq; statuit tres propositiones, quas confirmat. Prima, quòd redemptio facta pupillo, vel minori, inutilis est. Secunda, quòd facta tutori, vel curatori, valida sit, licèt aduersus eam minor restituatur. Tertia, quòd facta tutori, vel curatori, cum iudicis autoritate, ac licentia, omnino legitima, atque valida est, & ab omni restitutionis beneficio aliena. In prima verum dicit. In secunda & tertia reducendas est ad vnicam tantum propositionem, scilicet, quòd soluens tutori, vel

curatori, consequatur omnimodam liberationem, vt quia personæ legitimæ fiat solutio, & inde aduersus solutionem restitutio non detur, etiam si facta non sit iudicis autoritate & licentia. Quam sententiam tenuerunt Cagnolus in l. 2. C. de pactis inter emptorem & venditorem. numer. 39. Francisc. Milanensis. decis. 18. Regni Siciliæ, Symoncel. de decretis, titul. 8. numer. 119. decisio Rotæ Florentinæ 1. num. 38. & elegantèr Martinus Monterus decis. 1. Regni Aragoniæ fere per totam, maximè numer. 3. Mauricius de restitut. cap. 176. Menchaca, & alij, quos referens sequitur Caldas Pereira in l. si curatorem vers. læsio. num. 60. Vincent. de Franch. decis. 206. numer. 16. & alijs. Et quamuis Felician. in 2. part. de censib. lib. 4. capit. vnico. numer. 8. versic. *In num.* 3. adhuc teneat, & confirmet suam sententiam, diligenterque procuret respondere ad fundamenta Martini Monteri, in puncto iuris verius existimo, debitorem soluentem tutori, vel curatori omninò liberari, licèt cum Feliciano videatur tenere Symoncelo dicto libr. 2. titul. 7. numer. 2. fateor tamen securiùs facere debitores, si cum iudicis autoritate tutoribus, vel curatoribus censum redimendo sortem præstarent, vt aduertit Roderic. libr. 2. quæst. 15. numer. 83. quòd quidem cùm facilè sit faciendum consulo.

4 Expedito quidem Feliciano ab hác difficultate, explicat aliam dubitationem, quam dicit contingibilem, scilicet, an redemptio facienda sit venditori veteris census, quando vendidit sine cessione actionis, an eiusdem veteris census emptori. Et pro vēditore ponderat, quòd in iuribus incorporalibus dominium non transfertur sine cessione ex l. emptor. l. qui tibi. C. de hæredit. vel actione vendita, pro emptore etiam ponderat, quòd etiamsi cessio facta non sit, emptor habet vtiles actiones, dicta l. emptor, & l. penult. C. de hæreditate, vel actione vendita, cum alijs, & quòd ideò emptor absque cessione poterit agere aduersus tertios pignorum possessores l. si à creditore. C. de hæreditate, vel actione vendita, cum alijs, & quòd ideò emptor absque cessione poterit agere aduersus tertios pignorū possessores. l. si à creditore. C. de hæreditate, vel actione vendita. Vnde in versic. *Sed omnem difficultatem*, resoluit quæstionem vx decii. l. 3. C. de nouationibus. Ego quidē existimo, inutilem esse quæstionē, & eius discursum, si quidē nulla reperiatur emptio veteris census, in qua vendito iure percipiendi censum actiones non cedantur. Sed si forsam reperiatur, quòd rarò accideret, distinctio Feliciani deducta ex l. 3. C. de nouationibus, adhuc non procederet, neq; posset verificari; quia licet in venditione census deficiat actionis cessio, certum est, quòd redimens censum recuperat creationis scripturam: ergo impossibile est, quòd ignoret ad quem census pertineat, emptorem scilicet, vel alium. Et consequenter ea dubitatio, quam Felicianus proponit, cui scilicet facienda sit redemptio an venditori veteris census, vel emptori eius, verificabilis non est.

5 Hæredes etiam redimere posse cēsum certum est, ex l. si pactum. C. de probationibus. Quod latissimè intelligit, & resoluit Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glos. 6. per totam, & Foller. in praxi cēsuali glos. in verb. *Vt vides*, nu. 26. cum alijs, etiamsi ab vno ex pluribus hæredibus redēptio fiat, ex Paulo cons. 221. lib. 1. & cons. 74. lib. 2. Ias. in l. stipulationes non diuiduntur, colum. 13. de verb. Boer. decis. 251. Tiraquel. latè in dicto. §. 1. glos. 6. numer. 30. cum alijs, vbi aliquibus modis intelligit.

6 Imò & si quilibet extraneus offerat sortē cum vsuris, redemptio erit admittenda ex l. soluendo. ff. de negot. gestis. l. si pro me de solutionib. l. cum & post limin. ibi, *Oblatum pretium à te, vel alio.* C. de captiuis, & post limin. reuersis. l. decem. §. 1. vers. *Sed quid si ignoranti.* ff. de solut. & quæ tradit elegantèr Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. numer. 255. Quod quidem intelligendum est, quando extraneus non vult sibi cedi ius exigendi pensionem in futurum, sed solum agit de redimendo censum, & de extinguendo obligationem, atque liberando ab ea censuatium. Quo casu verissimum est, quòd redemptio ab extraneo fieri potest, cùm solutio importet naturalem & veram liberationem, & ideò procedant iura supradicta. Sin verò extraneus agat decessione actionis sibi in futurum facienda contra censuarium, cùm eo casu redemptio non sit debitoris liberatio, sed potius mutatio creditoris, vt in effectu conuertatur in emptionem veteris census, ad cuius solutionem censuarius tenebatur, etiamque facta solutione teneretur, non erit ea redemptio pugnante creditore admittenda, neque extraneus vllum consequendi ius cessionis habebit. Quæ resolutio, & conciliatio deducitur ex Caualino de vsuris. quæst. 45. per totam, & adhuc casum sunt reducenda, quæ tradit Tiraquell. in dicta glos. 9. numer. 255. cum alijs, & plura ad id conducibilia videri possunt per eundem Caualinū de vsuris.

quæst.

q.46.per totã,& per Roder.lib.2.de ann. redditib.lib.2.q.16.per totam.

5 Qui quidem Rodericus dicto lib.2.quæst. 15. numer. 84. dubitat, an ab vsufructuario omnium bonorum redemptio fieri possit per debitorem. Quæ dubitatio non est benè proposita; quia si per debitorem, quomodo ab vsufructuario; ideo debuerat proponere dubitationem vno ex duobus modis. Primo, an vsufructuario omnium bonorum redemptio census fieri possit per debitorem. Secundo, an ipse vsusfructuarius eam liberè faciat creditori, cum non sit compatibile, fieri ab vsufructuario per debitorem, & quantum colligere potui à Roderico, illud dubitat, an vsufructuario fieri possit redemptio per debitorem, dum resoluit, quod vsufructuarius potest recipere solutionem, & debitũ extinguere, ex l.vxori me.ff.de vsufructu legato, & ex Petro Surdo consil.162.numer.14.libr.2. & quòd in eum transeunt actiones actiuæ, ex Oldraldo & Couarr.quod intelligit, dummodo recipiat sortem nomine proprietarij, & non suo proprio, siquidem nomine proprio neque directas, neque vtiles actiones habeat, nisi pro vsufructu tantum, ex Caualcano, quem ipse refert. Quod confirmat vsque ad numer.85.& numer.86. id benè extendit ad vsumfructuarium particularem, quod in fine intelligit, dummodo vsufructuarius prius cautionem præstiterit, cùm anteà non dicatur procurator nomine proprietarij, neque eius nomine actiones exerceat, ex l.1. C. de vsufructu: in quo quidem discursu verum resoluit; quia cum vsufructuarius alicuius rei restituere debeat sortem census successori in proprietate, licèt eam possit recipere, facereque redemptionem, iustissimum tamen est, quòd sors libera, & secura existat. Vnde in casu contrario, scilicet quando vsufructuarius redimit censum super bonis, quorũ vsum fructum percipit, constitutum, videamus, an nomine proprio id facere possit. Et an sortem recuperet ab hærede proprietarij. Et securè videtur dicendum, quòd cùm vsufructuarius ad onera census, pensionem nempe soluendã teneatur, redimendo censum, sortem à proprietario recuperabit, non vsuras, nisi forte censum emerit, actionesque sibi contra proprietarium, sicut alteri emptori extraneo cederentur.

8 Quod etiam efficere poterit fideicommissarius grauatus de restituenda hæreditate; quia cùm ante restitutionem dominus sit redditus annui. l. fin. §. sin autem subconditione. C. de caducis tollendis; facta sibi redemptione recipere poterit sortem, & censuarium liberare; vt Roderic. aduertit dicta quæst. 15. numero. 87. dummodo cautionem præstet; quamuis enim prohibitus sit alienare bona restitutioni subiecta, redimẽdo tamen nihil alienat; sed ex natura & lege contractus eum resoluit. Et si replicetur, quod redemptio dicitur alienatio, vt quia ius exigendi pensionem per redemptionem extinguatur, & quodammodo alienetur, erit tamen alienatio impropria & necessaria, quę nõ comprehenditur subprohibitione alienationis, vt latè comprobat Roderic. ex num.78. cum alijs. Et similiter in casu contrario, scilicet emendo fideicommissarius censum, super bonis restitutioni subiectis consignatum, poterit actionibus cessis sortem ab imponentis hæredibus recuperare, vt in maioratus posse-
9 sore redimente censum suo loco diximus; sicut enim maioratus possessori potest census redimi ipsequè recipere sortem, dummodo statim deponatur, vt in alium census subrogetur, secundum ea, quæ dixit Molina libr.2. c. 10.num.6.& Rodericus dicto libr. 2. quæst. 15.num.89.ita maioratus possessor, qui redimit censum, sortem ab hęredibus prædecessoris recuperabit, vt benè diximus in dicto capite.

Exquo ad maritum infert Rodericus num. 88.& 90.ad prælatum,& 91. ad executorem testamenti, vt hi omnes, qui directè non possunt alienare, possint redimendo, & sortem recipiendo resoluere censum, & à fortiori liberando bona ab obligatione censuali id facere poterunt.

## DE CENSVS REDEMPtione in totum, vel pro parte facienda. Caput CVII.

### SVMMARIVM.

*Creditor an, & quando compellatur recipere partẽ sortis.*

*Particularem solutionem.n.1.& nu.12.vbi traditus intellectus ad lege quidam existimauerunt.ff. si certum petatur.*

*Socius an possit redimere partem molendini, seu alterius rei, quam cum socio dedit alicui cum pacto retrouendi, & intellectus doctrina Bartoli.n.2.& 13.*

*Pactum redimendi an contineat rem tradi, & sic diuiduum, vel indiuiduum.n.3.& 14.*

*Redemptio & solutio partis an debeat continere tantam commoditatem, sicut totum respectu totius. n. 4. & 15.*

*Census constitutio an contineat plures partium venditiones, vnam scilicet pro quolibet millario, vel vnicam tantum pro integra sorte. nu. 5. & 9. & 16.*

*Redemptio ex sua natura diuidua est, tamen ex natura materiæ, quàm ex effectu redemptionis num. 10.*

*Facultas redimendi censum est quædam gratia à Pontificibus venditoribus concessa, ideo extenditur, vt pro parte fieri possit. n. 11.*

*Redemptio census an sit in totum facienda, quando emptor aliàs non esset censum empturus. nu. 6. & 17.*

*Pactum, quòd redemptio non admittatur pro parte, an validum sit num. 7. & num. 18. vbi traditur intellectus ad l. tutor. 41. §. Lutius titius ff. de vsuris.*

*Census redemptio an sit in totum facienda vel pro parte admitatur. n. 8.*

*Heres censuari an possit pro parte redimere censum. n. 19.*

*An pactum sit validum quo censuarius obligatur ad redimendum integrum censum, & quod pro parte redimere non possit. numero. 20.*

*An pactum quo censuarius ad redimendum integrum censum obligatur, iuramento firmetur. num. 21.*

## CAPVT CVII.

DIXIMVS in capite præcedenti liberam redimendi censum facultatem concessam esse censuario cum aliquibus extensionibus & restrictionibus. Vnde in præsenti agendum est, an in totum sit facienda redemptio, vel si fiat pro parte, admittatur etiam creditore pugnante. Quæ dubitatio vulgaris est, & multoties contingit, quamuis à nullo, quem legerim, vt oportuerat, discussa, & intellecta sit. Inqua dubitatione dicendum videbatur, quod redemptio pro parte admittenda non sit, sed in totum fieri debeat, aliàs possit creditor eam legitime recusare.

1 Quod ex sequentibus suadetur. Primo ex vulgata regula iuris, qua constituitur, quod creditor non possit compelli recipere particularem solutionem, deducta ex Iuliano in l. quidam existimauerunt. 21. ff. si certum petatur, & ex Vlpiano in l. qui pignori. 19. ff. de pignoribus, vbi interpretes idem pro regula constituerunt, & melius Duenas regula. 158. & Socinus regula. 55. Cuius regulæ ratio est, quia peculiaris solutio plurima secum affert incommoda, vt nominatim probat Iurisconsultus in l. planè. ff. familiæ erciscundæ, ibi, *Quia sapè & solutio & exactio partium non minima incommoda habet.* Idem probat Vlpian. in l. cum hi 8. §. causæ. ff. de transact. ibi, *Et minutatim singulos conuenire difficile ei sit*, & iterum ipse Vlpian. in l. solent. 3. ff. de alimentis, & cibarijs legatis, ibi, *Quæ quia minimè eis sunt, ad nihilum perducuntur*: ergo nec cēsuarius poterat compellere creditorem, vt partem sortis recipiat.

2 Secundò iubatur ea sententia ex resolutione Bart. in consil. 195. *Angelotus*, dicentis, quòd Angelotus, & Andræolus dederunt Catherinæ medietatem alicuius molendini, pro certa quantitate pecuniæ cum pacto redimendi, & quòd vnus eorum volens redimere partem, iustè nō fuit admissus, eo quod datio molendini fuit facta pro vna pretij quantitate per l. quod autem. §. cùm l. sequenti. ff. de indiē adiectione. Cuius Bartoli doctrinam, & consilium, licèt corruptē, refert Foller. in praxi cēsuali gloss. verb. vt vides. n. 37. & ante ipsum idem Bart. consilium refert, & explicat Tiraq. de retract. lignag. §. 23. glos. 1. num. 6. vsque ad num. 8. ergo eadem ratione censuarius nō est admittendus ad redemptionem cēsus pro parte.

3 Tertiò fortificat eam sententiam, quod pactum redimendi continet rem tradi l. 1. l. exēpto de actionib. empti. l. si traditio. C. eod. l. in conuentionibus in fine de verbor. obligat. rem autem tradi est quid indiuiduum. l. stipulationes nō diuiduntur in principio de verbor. oblig. & vtrumque comprobat Tiraquel. in dicto. §. 23. glos. 1. numer. 13. ergo redemptio diuidi non potest, nec pro parte fieri, vt in indiuiduo post moderniores explicat Sarmiento libr. 6. Selectar. interpretat. capit. 16. per totum circa explicationem. l. 2. §. & harum. ff. de verb.

4 Quarto facit pro hac sententia, quia non datur tanta vtilitas, & æstimatio rei in parte respectu partis, quanta in toto respectu totius. l. siquis aliam de solutionibus. l. fundus ille de contrah. empt. l. melius. §. infundo delegat. 2. ergo ne sequatur emptori census damnum vllum ex particulari sortis solutione in totum redemptio facienda est, & pro parte non admittenda. Quod argumentum fortificatur ex traditis per Tiraq. in d. §. 23. n. 14. 15. & 16. & per Foller. in dicta glossa censuali numer. 37.

5 Quintò considerandum est pro hac opinione, quòd in specie creationis census, quam-

nis

uis plures annuæ præstationes vniformes virtualiter & effectiuè formẽtur, vnica tantùm emptio & venditio iuris percipiendi pensionem annuam contrahitur, vt diximus in capitibus de natura & iustitia census consignatiui: ergo similiter resolutio & redemptio vnica tantum, & indiuidua debet esse. Quod fundamentum confirmatur ex doctrina Bartoli in l. scire debemus in principio, versic. Cuius vtilitatis ff. de verb. obligat. dicentis; quod vbi agitur de resolutione contractus venditio plurium rerum vnico pretio facta cẽsetur vna venditio. Cuius doctrinam post Alexãd. & alios sequitur Tiraquel. in dicto §. 23. glos. 1. numer. 4. & 5. & numer. 11. & 12. vbi post Raphael. Cuman. idem confirmat: ergo si vnica contrahitur emptio in census creatione, vnica resolutione & redemptione extinguendum est contractus.

6 Sextò, & vrgenter eâ sententia fortificatur, ex eo quod emptor census ius percipiendi pensionem non emisset, nisi totus & integer census sibi venderetur; vt quia pretium illud ad emptionẽ eius, vel alterius cẽsus destinatum habeat. Quæ ratione in totum fieri debet, ex doctrina l. si quis aliam. ff. de solut. & l. si stipulatus, §. qui fundum. ff. de contrahẽd. empt. & ex his, quæ post plures tradit Tiraquel. in dicto §. 23. glos. 1. numer. 3. 4. & 5. & facit text. in l. cum eiusdem. §. interdum. ff. de ædilitio edicto; per quem id comprobat Tiraq. in dicta glos. n. 20. & 21. referens Dec. consil. 421. colum. 1. ergo eadem consideratio habenda est in census redemptione; vt non fiat pro parte, ex eo, quia verisimiliter intelligitur, quòd emptor aliàs censum non emeret.

7 Septimò & finaliter facit pro hac sententia fortissimus text. in l. tutor. 41. §. Lucius Titius. ff. de vsuris, vbi Iurisconsultus Modestinus respondet, quòd cùm Lucius Titius centum deberet, & vsuras alicuius temporis, si minus consignaret vsuras partis consignatæ, non excusabit. Qui text. videtur omnino decidere eam dubitationem, & ita per eum textum in specie census id constanter tenuit dominus Francisc. Sarmient. in libr. 7. Select. interpretat. capit. 1. numer. 27. quæ fundamẽta satis vrgent pro hac opinione, quam etiam sequitur Francisc. Garf. Spino, & alij relati à Feliciano lib. 1. capit. 8. num. 16. Emmanuel Rodriguez. in explicat. motus proprij in 6. requisito dubit. 4. Ioannes Baptist. de vsuris commentar. 2. §. 2. numer. 71. & post Iacob. de Graffatè disputat. atque resoluit Roderic. an reddit. lib. 1. q. 18. n. 35. vsque ad nu. 39. vbi alia refert fundamenta.

8 Sed adhuc his nouissimis fundamentis nõ obstantibus, neuiter adductis, & consideratis, contrariam sententiam veriorem existimamus, & ex sequentibus firmiter defendimus. Primò, ex eo quòd censuales contractus ex primæua ipsorum natura diuiduè cõtrahi cæperunt, emendo scilicet vnumquodlibet milliare pro viginti, vel minus, secundũ temporis vsum, & eorum contractuũ frequẽtiam, vt constat ex Extrauaganti prima & secunda de emptione & venditione. Vnde ex cõsequẽtia necessaria à causa efficienti deducta ab eisdem Extrauagantium Pontificibus redemptio pro parte fuit admissa, cùm naturaliter omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur, ex vulgata regula nihil tam naturale de regula iuris.

9 Secũdò id fortificatur ex eo, quod in creatione huius contractus censualis, quamuis vnica emptio & venditio totius iuris pensionem annuam percipiendi possit considerari, vt quinto fundamento contrario scripsimus; in effectu tamen & substantia plures contrahuntur, & formantur, scilicet vna pro quolibet milliario, vt in creatione præsupponunt Pontifices in dictis Extrauagantibus prima & secunda de emptione & venditione. Et hoc euidenti ratione, quia licèt vnicõ pretio & contextu præstationes annuæ vendantur, & inde vnica emptio & venditio contrahi videatur, & vnicum tãtum pretium expressum sit, ex his, quæ per text. in l. cum eiusdem. ff. de ædilicio edict. resoluit Tiraquel. in dicto §. 23. glos. 1. numer. 11. & 12. & nos in quinto fundamento scripsimus, nihil tamen hæ considerationes obstabunt, quominus verè in effectu & substantia plures annuæ præstationis emptiones contractæ censeantur, argum. l. si plura mancipia. §. fin. ff. de ædilicio edict. & eorum, quæ tradit Tiraquel. de retract. lignag. §. 23. glos. 1. numer. 17. vsque ad 20. & Ioann. Matienço in l. 7. titul. 11. libr. 5. nouæ Recopilat. glos. 7. num. 27. cum alijs, maxime cum in ea census creatione partes sint quotitatiuæ similes, & æquales, atque eiusdem naturæ, commoditatis, & æquitatis, ac respectu quantitatis diuiduæ. Quia in eo casu sine dubio procedit resolutio dicentium plures diuiduos contractus formari. Ergo si plures contractus formantur, & venditiones diuiduæ contrahuntur, mirum non est, quòd ea, quæ conrrahitur vnico pretio, pro parte distrahi, & resolui possit. Nam huic veritati obstabit, quòd in venditione plurium rerum vnico pretio facta, vnica tantum emptione formetur. De quo plura per Matiençó

in dicta gloss. 7. numer. 20. vsque ad 26. vt inde inferatur, quòd vna tantùm res retrouendi non possit. Quia ea omnia procedunt ex diuersitate pretij qualitatis, bonitatis, atque naturæ cuiuslibet rei, ne si vna creatio retrouendatur, vel retrahatur, incommoditas, & inæqualitas emptoris sequatur; & ideo ad nostram emptionẽ & venditionẽ census non adaptantur. Quia in ea datur inæqualitas, & identitas, atque indiuiduitas tam pretij, quã commoditatis, & tam respectu partis, quam respectu totius. Vnde plures diuiduæ venditiones & distractiones considerantur. Si enim vna emptio redditus plurium milliarum resoluitur; atque diuiditur in plures emptiones, & venditiones ex natura ipsius contractus: ergo & vna facultas redimendi censum multiplicabitur in plures facultates redemptionis, vt sit distractus eiusdem naturę, cuius fuit contractus, ex regul. nihil tam naturale de regul. iur. l. qui fundum. §. qui bona fide. ff. de emptore.

10 Tertiò facit pro hac sententiá, quia hæc census redemptio diuidua est, tam ex natura materiæ, quàm ex effectu redemptionis. Ex natura materiæ, quia rem diuiduam cõtinet, reditus scilicet, qui diuidi possunt, sicut vsusfructus. l. 4. §. fin. l. stipulationes non diuiduntur de verbor. ex effectu etiam, quia solutione partis liberatio pro ea contingere potest absque totius corruptione. Quæ considerationes efficiunt rem diuiduam. l. 2. §. & harum de verbor. & probat elegãter Sarmient. lib. 6. Selectar. interpretat. capit. 16. ex principio: ergo si materia diuidua est, tam natura, quam effectu, non corrumpetur substantia contractus ex diuisione per partis redemptionem inducta. l. 1. §. si vsusfructus. ff. ad l. falcid. l. 2. §. fin. de vsufructu.

11 Quarto ea sententia suadetur ex eo, quod redimendi facultas est mera gratia à Pontificibus venditori census concessa, vt constat ex prima Extrauaganti de emptione & venditione, ibi, *Semper, & in ipsis contractibus data fuit facultas, atque gratia.* Et in secunda Extrauaganti, ibi, *Illorum vendentium fauore*, Sed vbique gratiam & fauores conuenit ampliari, ex vulgata regula iuris: ergo ex natura gratię & fauoris apertissimè deducitur, quòd Pontifices essentialiter dederunt censuario liberam facultatem redimendi censum pro parte, & quod aliter non satisfacit causæ efficienti Extrauagantium, nec voluntati Pontificum in eis virtualiter desiderantium, quod censuarius quandocunque, & quomodocunque velit, censum redimere admittatur.

Quintò, & finaliter eam sententiam probant Pontifices in dictis Extrauagantibus prima & secunda de emptione & venditione, dum Martinus Quintus subdit, *In toto, vel in parte*, & Calixtus Tertius, *In toto, vel in parte.* Quæ verba formalia non solum sunt in substantia redimendi, sed etiam in qualitate redemptionis, vt pro parte fieri possit. Vnde hanc sententiam probat Archiepiscopus Florentinus de vsuris. 3. part. §. 14. Syluester. verb. vsura in princip. quæst. 12. & melius omnibus eam defendit, atque per decem columnas ingeniosa & solida fundamenta refert, & considerat Pizarro ad ordinationes de Guadalupe gloss. verb. *En todo, o en parte*, per totã, Soto de iustitia & iure libro 6. quæst. 5. artic. fin. Gutierrez lib. 2. pract. quæst. 174. Azeuedo in l. 1. titul. 15. lib. 5. nouæ Recopil. num. 5. Felician. lib. 1. capit. 8. numer. 16. Nauar. in capit. 1. 14. quæstion. 2. numer. 85. & iterum post alios Felician. 2. part. fol. 57. numer. 12.

Quã verissimã sententia retenta non obstant fundamenta in contrarium adducta, quibus ex sequentibus respondetur. Primò ad regulam de l. quidam æstimauerunt. ff. si cert. petat. scilicet, quod creditor non possit 12 compelli recipere particularem solutionem. Satisfactio notissima est, quòd in pluribus casibus restringitur, quia ad nostram speciẽ census adaptantur. Primò, quando agitur de libertate consequenda. l. cùm hæres. §. si duo de statu liberis, vt in redemptione contingit, cùm ex ea censuarij à seruitute soluendi pensionem liberentur. Secundò, quando agitur de vitando distractione prædiorum, agricolorum, & similium personarum, quæ occasione debiti tributi fieri prætenditur l. placet. C. de collatione fundorum patrimonialium lib. 11. Iterum & tertio, quando agitur de libertate pignoris, ex l. fin. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, sicut in redemptione videmus. Ex qua bona censualia liberantur pro parte, qua census redimitur. Item si debitor ad integram census redẽptionem, seu alterius debiti solutionem impotens est, vt quia totalem redemptionem facere nequeat. Quia de æquitate iudex compellet creditorem, vt partem sortes recipiat, ex dicta l. quidam æstimauerunt, iunctã secunda lectura glossæ, ibi, & tradunt Iass. & alij; Fanus de pignoribus. 3. part. quintæ partis numer. 25. Quod quidem propriè verificatur in specie redemptionis census, in qua absque maximo grauamine censuarij, atque bonorum eius dispendio integralem redemptionem facere nequit. Ex quo ab est libertas, quæ iustificat cõtractum,

causa

ciaſa nempe finalis, ex quâ permiſsi fuerunt contractus cenſuales redimibiles, & ſimiliter deficit facultas ad libitum redimẽdi cenſum, quam reſpectu partis, ſicut totius ſortis, Pontifices cenſuario conceſſerunt & formaliter, & eſſentialiter, atque præciſsè induxerunt, ſentientes id ex eo procedere; quia præterquam quòd iuſtitia cenſus principaliter conſiſtit in facultate redimendi, obligatio natura & effectu diuidua eſt; & ideò ex partis ſolutione pars extinguitur, & aboletur, ex dicta l. 2. §. & harum de verbor. obligationibus & quæ tradit Sarmiento lib. 6. Sellectar. capit. 17. ad id rectè conducunt, probaturque in l. cui vſusfructus. ff. de vſufructu legato. Quæ omnia ad cenſum rectè adaptantur, cuius contractus ex natura materiæ, & obligationis diuiduus eſt, & quantitas ſortis eius tãtam reſpectu partis, quantam totius affert vtilitatem. Item etiam regula ſupradicta in cenſuali contractu ab Extrauagãtibus ſuprà relatis meritò reſtringitur. In quibus Pontifices conſiderantes omnia, quæ ſupradicta ſunt, & forſam alia quam plurima nobis incognita, adhuc in eo cenſus contractu decreuerunt, quod ex ſolutione partis pretij, vel ſortis creationis extinguatur pro parte obligatio. Vnde cùm in ſpecie id Pontifices decreuerint, non obſtauit regula iuris, qua conſtituitur, quòd creditor non poſsit compellere recipere debiti partem.

83 Secundò minus obſtat Bartoli conſilium 195. pro ſecundo fundamento contrario adductum. Quia præterquam, quòd intelligi debet ex his, quæ tradit Tiraquel. de retract. lignag. §. 23. gloſſ. 1. numer. 6. cum alijs, reſpõdetur, quòd Bartolus & ſequaces loquuntur, quando ex pacto de retrouendendo cum defuncto facto velit hæres redimere partem fundi. Quia tunc non tenebitur emptor retrouendere, niſi totum cum damno afficiatur emptor partem eius fundi retrouendendo, ex l. melius. §. in fundo de legat. 2. & notat Bald. conſil. 384. *Duæſunt*, col. 2. lib. 1. & conſil. 32. lib. 2. & in l. ſi quis aliã. ff. de ſolut. l. fundus ille, cum gloſſa. ff. de contrahend. empt. nos verò loquimur in cenſu, cuius redemptio præterquam quod eſt diuidua natura & effectu, & ideò per partes fieri poteſt, non magis præiudicat emptori particularis, quam integralis, vt ſuprà diximus. Ideò mirum non eſt, ſi cenſuarius, vel eius hæres pro parte redimere poſsit cenſum, ita nominatim reſpondet ad conſilium Bartoli Follerius in praxi cenſuali gloſſ. magna num. 37. ad finem, quamuis in hæredibus cenſuarij teneat, quòd licèt poſsit vnuſquiſque redimere partem cenſus ad ipſum pertinentem, non tamẽ reſpectu alterius partis eximetur, & obligatione ſoluendi penſionem nec bona hæreditaria ab eo poſſeſſa in totum liberabũtur. Sed adhuc pro reliqua parte cenſus hypothecæ ſubiecta manebuat. Quod confirmat Foller. ex Bald. in l. ſi pater. C. de collat. & ex Bart. Bald. Salicet. & alijs. in l. 3. C. de negotijs geſtis. Pro cuius reſolutione facit text. in l. communi 7. in princip. ibi, *Alioquin præſtatio vectigalis confundetur*. ff. communi diuidũdo, vbi gloſſ. verb. *Confundetur*, & faciunt, quæ tradit eleganter Afflict. deciſ. 153. *Venditur*, maximè numer. 4. & quæ dicenda ſunt in cap. de hypothecis cenſuum.

14 Tertiò minus obſtat dicere, quod pactum redimendi cenſum continet rem tradi, & quod ideò eſt indiuiduum. Quia facilè reſpõdetur, quòd quamuis id verum ſit, conuentio tamen redimendi cenſum diuidua eſt, tam natura, quam effectu, & ipſa redemptio quatenus continet ſortis præſtationem, meritò diuidi poteſt per partes; non enim redemptio continet rem indiuiduam tradi, ſed diuiduam ſolui. Ideò de traditione rei diuiduæ ad ſolutionem ſortis diuiduæ non benè infertur.

15 Ad quartum fundamentum ſimiliter reſpondetur, debere intelligi in reuenditione fundi, vt in præcedenti ſatisfactione probauimus, in qua reuenditione non datur tanta vtilitas, ſeu æſtimatio partis reſpectu partis, quãta datur in toto reſpectu totius. Vnde in cenſu diuerſum eſſe debet, cùm eius conſtitutio ſicut & redemptio natura & effectu ſit diuiduã, & tanta in parte reſpectu partis, quanta in toto reſpectu totius detur vtilitas, atque commoditas, & identitas.

16 Ad quintum argumentum contrariũ præterquam quod ſatisfactum remanet in his, quæ diximus in fundamentis noſtræ opinionis, vbi probauimus plures contractus emptionis & venditionis in cenſus creatione formari, facilè reſpondetur, quòd licèt vnica emptio & venditio contraheretur, cùm tamẽ natura & effectu diuidua ſit, vt ſæpius diximus, diuidi poteſt à cenſuario, redimendo cẽſum pro parte.

17 Ad ſextum fundamentum contrarium cõfirmatum ex locis Tiraquel. reſpondetur ex eiuſdem reſolutione, quòd debet intelligi in rebus quarum diuiſio præiudiciales eſſet, & minorẽ vtilitatem contineret in parte, quam in toto, cùm eo caſu ſi emptor viriſimiliter non emeret, niſi totum, iuſtum ſit, quòd venditor totum, & non partem reuendere compellatur. Quæ conſideratio in cenſu non procedit ex effectu, & natura redemptionis, quæ

diuidua

diuidua est, & eiusdem vtilitatis in parte, cuius in toto. Et quia si pactum expressum non redimendi, nisi integrum censum, libertatem redemptionis in parte non impedit, vt infrà dicendum erit, neque tacitum, & sub intellectum deductum à voluntate emptoris nolentis recipere partem redemptionis.

18 Septimò non obstat fortissimum Modestini responsum in l. tutor. 41. §. Lucius Titius. ff. de vsuris, cuius autoritate motus Sarmiento in libr. 7. Selectar. capit. 1. numer. 27. securè fatetur, validum esse pactum, quòd census pro parte redimdi non possit, imò & absque vlla pactione emptorem ad id non esse compellendum; quia ad eum textum respondet Alciatus intelligi debere, vt ex eo procedat, quod debitum erat vsurarium. In quo vsuræ per stipulationem sub ea conditione debitæ erant, si non soluerit illa decem, promittis vsuras, vt in l. lecta. ff. si cert. petatur. Ex quo existimat indiuiduum effici illud, quod alias ex propria natura diuiduum erat, quasi conditio, quæ formalis, & indiuidua est, indiuiduũ debitum efficiat, vt ex l. cui fundus. ff de condit. & demonstrat. constat, vt in pœnâ probatur in l. 2. §. fin. l. in euictione circa finem eodem titul. Hæc est Alciati sententia & interpretatio addictum. §. Lucius Titius, quæ priùs fuit Raphaelis Fulgosij ibidem. Quorum intellectus ad eum textum sustineri non potest ex sequentibus. Primò conuincitur, quia ex Modestino in dicto §. Lucius non constat conditionaliter fuisse cõceptam stipulationem, scilicet si non solueris intrà decem menses, vsuras præstabis, imò nec cõstat de vlla stipulationis cõceptione, sed tãtum cõtractum videtur fuisse debitum cum vsuris, vt denotant verba text. ibi, *Lucius Titius cum centum, & vsuras aliquanti temporis deberet*, quasi debitum illud à principio non sub vlla conditionis conceptione, sed pure contracta fuisset, vt Alciatus existimauit; ideò reijcitur eius intellectus. Secundò submouetur, dum præsupponit indiuiduam effici solutionem debiti pecuniarij propter vsurarum adiectionem contra l. cum aliter. l. idé iuris. ff. de compensationibus. l. si constat. l. etiam. C. eodem titul. Tertiò reijcitur, ex eo quod credit conditionem, obquam debent, vsuræ naturam debiti contracti mutare, & interuetere. In quo fallitur Alciatus, quia quãuis in dicta l. lecta ea conditio, propterquam debentur vsuræ, nuncupetur, & habeatur pro conditione, verè tamen & in totum conditio non est, cùm tacitè de iure insit ex naturâ vsurarum, vt quia vsuræ non debeantur, nisi quando cessatum sit in solutione debiti in diê contracti, vt in dictâ l. lectâ. Quãrtò & fortissimè intellectus Alciati in specie nostri contractus censualis impugnatur ex eo, quod si in specie dicti §. Lucius conditio, vt pro parte extingui debitum nequeat, vt in totum fiat solutio, debitorem astringat, eâ ratione, quod est indiuidua, notissimum est ad nostrũ contractum non posse adaptari responsum d. §. Lucius, cùm redimendi cõditio in eo adiecta, natura & effectu diuidua sit, vt suprà latè probauimus, & infra dicendum erit. Ideo eum intellectum Alciati eleganter impugnauit Sarmiento in lib. 6. selectarum interpretationum cap. 16. per totum, maximè ex numer. 3. cum alijs. Vnde verus intellectus ad text. in dicto §. Lucius deducitur ex vulgata regula iuris, qua constituitur, quòd inuito creditore debitori non licet particulãrem facere solutionem, quæ probatur in l. Iulianus. 13. §. offerri de actionib. & obligat. l. obligatione. C. de solutionibus. Quæ quidem regula limitatur â Pomponio in dicto §. Lucius, nisi aliud conuentum sit. Vnde seclusa conuentione probat Pomponius prædictã regulam, & ex ea infert ad decisionem dicti §. vt ex oblatione partis debiti liquidi nec vsuræ eius partis, quæ offertur, excusentur. Quæ quidem regula in aliquibus casibus nõ procedit, qui proprié ad nostram census speciem adaptantur, quorum meminibus suprà numer. 13. vt in pecuniâ pro libertate dãndâ, seu consequenda, & in redemptione pignoris nihil obstabit responsum Modestini, imò intelligendo ab origine Modestinum, potest rectè ponderari pro hac nostra sententia, quia si ex lege & pactione contractus potest creditor compelli recipere debiti partem, vt probat ibi, *Si non hac lege mutua pecunia data est, vt liceret, & particulatim quod acceptum est, exoluere*, & redemptio census pro parte ex natura & lege contractus censualis fieri potest, vt constat ex Extrauaganti Martini & Calixti, & ex alijs suprà relatis, merito dicendum est, non solùm eam census redemptionẽ pro parte fieri posse, sed & ad nostram sententiam probari in d. §. Lucius.

19 Ex quo impugnatur, & meritò Rodericus lib. 1. quæst. 18. num. 36. vbi ex antecedentibus deducit cõclusionẽ, q̃ census pro parte redimi non potest, nisi aliud inter cõtrahẽtes conueniatur, ampliãs eam ad hæredes, vt neque pro parte redimere possint censum; si enim ex natura ipsius contractus redimibilis est pro parte, & similiter ea redimendi facultas in hęredibus æquior, & iustior est, vt quia pro parte tãtũ repræsentẽt personã defuncti, pro parte redimere posse cẽsũ certissimũ est.

Sed

20 Sed an pactum adijci possit, quo censuarius obligetur ad redimendum integrum censum & quo pro parte redimi non possit, explicuit Felician. lib. 1. capit. 8. numer. 16. versic. *Quinta conditio est*, vbi resoluit, non valere simile pactum, & posteà in 2. part. dicto libr. 1. capit. 8. numer. 12. illud repetit, & pro parte affirmatiua refert Molinam, Ioannem Lupũ, Emanuelẽ Rodriguez, Francisc. Milanens. atque denique in vers. *Post longam verò disputationem*, refert Michaelem Solen. Ioannem Gutierez, & alios dicentes, quod si pretium accedat in census creatione, opulẽtius quam ad rationem quatuordecim pro vno, valebit pactum, vt quia pretio possit iustificari, quod ipse libenter sequitur in versic. *Igitur saltem*, ego tamen credo, quòd cum census vel sit redimibilis, vel perpetuus, si non accedat pretium census irredimibilis, poterit non obstãte pacto redimi, vt quia facultas redimendi sit de natura & substantia contractus. Ex quo reperio, quòd ipse Felician. in 2. part. libr. 1. capit. 8. numer. 14. intrepidè resoluit, quòd huic beneficio redimendi pro parte non potest renunciari, neque renunciatum cẽsetur, etiam accedente pacto, vt pro parte redimi non valeat, cum facultas redimendi in fauorem publicum inducta sit: ergo si renunciationem inutilem esse existimauit, à fortiori pactum inutile & inane esse præsupponit.

21 Iuramento tamen posse confirmari simile pactum, resoluit statim numer. 15. vbi nume. 16. per totum illud ampliat, vt neque iuramẽtum illud possit ab Episcopo relaxari. Quod ego verum non credo; quia si pactum, seu renunciatio impediens liberam redimendi facultatem, contra substantiam contractus est, licèt absque relaxatione non possit impugnari, relaxari tamen poterit, ac debet simile iuramentum, vt non obstante pactione relaxetur.

# DE POSSESSIONIBVS, quas correi, seu fideiussores pro sorte, vel pensione censuali bonorum debitoris accipiunt, & an per eas census redimatur. Caput CVIII.

## SVMMARIVM.

*Creditores censuales, correi, vel fideiussores, qui accipiunt possessiones rerum censualium pro redditibus decursis, an verè sint domini, & fructus suos faciant num. 1.*

*Possessores an teneãtur stare locationi factæ per debitorem n. 2.*

*Et an teneantur restituere fructus, vel compensare in sortem. n. 3.*

*Bona censualia, quæ adiudicãtur in publica subhastatione, an efficiantur capientium statim ingressu, vel si nulla intercedat, intra quantũ tempus in eos transferatur dominium. numero 4.*

*Et quid in pignore iudiciali, vel conuentionali. num. 5.*

*Secundus creditor, quando vtitur contra primum iure offerendi, an soluere teneatur sortem integram, & primus compensare fructus, vel quomodo hoc intelligatur. n. 6.*

*Restitutio fructuum, quæ iubetur fieri in supremis tribunalibus, an sit restitutio gratia, vel iustitia n. 7.*

*Creditor, cui in publica subhastatione bona fuerunt addicta, si ab eo auferantur, an possit iterum agere aduersus debitores, vel fideiussores. num. 8.*

*Debitor, qui consensit, vt creditor acciperet bona censualia, vel ea dimisit, an possit iterum ea recuperare. n. 9.*

## CAPVT CVII.

CREDITORES censuales, correi, vel fideiussores, cessis actionibus multoties bona censualia per executionem pro redditibus decursis accipiunt, possident, atque eorum fructus percipiũt, & inde transactis aliquibus annis lites inter eos & debitores excitantur, tam circa bonorum recuperationem, quàm circa fructuum compensationem; vnde quamuis Parlador. lib. 2. rerũ quotidianarum 5. part. §. 13 *De addictione*, & §. 16. *De remedijs retrahentis bona ab executoribus addicta*, aliqua non contemnenda tradiderit, non tamen proprie, vt necessarium est, ad nostram materiam census adaptantur.

1 Vnde videamus primò, quo iure, quoque dominio, ac potestate creditores, correi, vel fideiussores, qui bona censualia pro redditibus iudicialiter capiunt, in eis succedant; & videtur dicendum, quòd tanquam domini titulo venditionis iudicialis, ex l. 1. C. si in causam iudicati pignus distractum sit. l. si ob causam iudicati. ff. de euictionibus, & eorum, quæ latè tradit Pinelus in l. 2. C. de rescind.

2. part. capit. 1. numer. 26. Lasarte de gabellis cap. 7. num. 55.

Sed contrarium videtur tenuisse Felician. in 2. part. de censibus lib. 3. capit. 4. numer. 14. in versic. *Prima regula*, vbi resoluit, quod creditor, qui per sententiam vltimæ addictionis consecutus est possessionem iudicialem, non succedit in plenum ius, sed tantum intentã.

2 Ex quo infert teneri stare locationi factæ per debitorem, & similiter quod ex ea possessione solum retinet bona in pignus iudiciale, atque ideo non facit fructus suos, sed cum re ipsa eos debitori soluenti pretium cum vsuris restituere tenetur. In quo certè Felicianus errauit, quia similes possessores titulo vẽditionis iudicialis, & vere domini sunt, vt supra diximus, & fructus suos faciunt, tãquam titulo, & bona fide possidentes, ex l. ex diuerso. ff. de rei vendicatione. capit. grauis de restitutione spoliat. cum materia.

Neque obstabunt illationes Feliciani; quia ad primam respondetur, quod si possidens iudicialiter teneatur stare locationi debitoris non ideo procedit, quòd dominus verè non sit, sed quia succedit quasi emendo per iudicis sententiam, vt quia omnis ille, qui succedit per sententiam iudicis, teneatur stare locationi debitoris, ex celebri sententia Baldi in capit. quoniam frequenter §. vltim. in fine vt lite non contestata, quam extollit Iass. in l. diuorcio. numer. 55. soluto matrimonio, decis. Pedemont. 82. n. 6. Carrocius de locatione 4. p. rubr. de successore. q. 6. & 7. num. 5. Petr. Surd. decis. Mantuana 46. n. 2. & 30.

Minus etiam obstat secunda illatio Feli-
3 ciani dicentis, quòd is possessor iudicialis tenetur debitori restituere bona cum fructibus, præstita ab eo sorte cum vsuris; quia ea resolutionis dubitatio, quæ frequens, & vilissima est, non ita breuiter expediri potest, quod ipse Felicianus antea in dicta 2. part. libr. 1. capit. 55. ex principio eam latissimè explicans, in tres casus diuersos non diuisit. Vnde examinemus casus Feliciani, vt ab origine veritas cognoscatur, & primus est, quando res in causam executionis adijcitur
4 in publica subhastatione, alij, quam creditori. In quo numer. 3. existimat, non posse rescindi addictionem, nisi prætextu læsionis vltra dimidiam, & intra quadriennium, ex Carrocio, Didaco Perez, & alijs, quos ipse refert, quod ea potissimum ratione tenet, quia ea addictio loco veræ venditionis iudicialis habetur, ex Pinelo in l. 2. 2. part. capit. 2. num. 26. Lasarte de gabellis capit. 7. numer. 55. & ideo & dominium transfertur in emptorem, & fructus, quos percipit, restituere non tenetur. Quod etiam post Lasarte dicto capit. 7. numer. 54. existimat verum esse, non solum quando extraneo, sed etiam quando ipsi creditori res addicitur, dummodo in publica subhastatione tanquam pluris licitanti adijciatur, existimans publicam subhastationẽ principaliter esse considerandam, & cum hoc denique residet. In quo quidem verum dicit, sed erit limitandam, si accedat enormissima læsio, quæ intra triginta annos poterit intentari, ex l. fin. titul. fin. part. 6. quod in censu sepissimè contingit; quia cum pro censu passim capiantur bona censualia, quæ sunt maximi valoris, in quibus semper enormissima læsio datur, semper res censualis reuocabitur cum fructibus præstita sorte executionis cum vsuris, imo crederem in censu non esse necessariam enormissimam, vel enormẽ læsionem, sicut requiritur in venditionibus iudicialibus pro alijs debitis non cẽsualibus, sed sufficere, quòd creditor quomodocunq; locupletetur cum iactura debitoris, vel aliquid vltra pẽsionem sibi debitam recipiat, quia cùm nihil vltra pensionem directè, vel indirectè possit recipere, si fructus maiores pensione capiat, diceretur committere vsuram aliquid recipiendo vltra sortem principalem, ideò licet in addictione iudiciali formetur vera emptio, non ideo emptor fructus excessiuè suos facit, neque debitorem quocũque tempore bona censualia petere volẽtem à petitione excludit, cum de iniustitia, quæ resultat ex perceptione excessiua fructuum, per quã in effectu recipit aliquid vltra sortẽ, agere quandocunque liceat debitori, si enim ex titulo creationis census, in quo vera venditio formatur, nihil vltra pensionem recipiẽdum est: ergo neque ex venditione iudiciali, licèt vera venditio sit, nihil vltra pensionem recipiendum erit, cum vtroque casu non tam consideretur titulus contractus, quàm iusta correspondentia de pensione ad sortem quæ directè, vel indirectè excedi non potest, sed vt iustitia contractus; atque æqualitas inter commutantes seruetur, semper est in censu consideranda; ideò practica receptissima Regni, quæ in regularibus emptionibus & venditionibus seruatur, in censu absque vlla læsione ex sola natura contractus, & pretij indiuiduitate atq; correspondẽtia, & equãlitate de pensione ad sortem à forriori procedit. Quod ex eo iterum suadetur, quia si creditor vltra pensionẽ sortis quidquã ex fructibus rei cẽsualiũ percipit, in sortẽ illud cõputare debere ex cõtractu æqualitate certũ est, vt quia pretiũ sit indiuiduũ: ergo quilibet excessus consideratur.

Secun-

5 Secundus casus Feliciani est, quando ipsi creditori res ipsa addicitur in publica subastatione pro debito iuxta decisionem Vlpiani in l. à Diuo Pio §. si pignora. ff. de re iudicata. In quo Felicianus in 2. part. lib. 1. capit. 3. num. 5. resoluit, quòd nostris temporibus obtinuit, vt liceat quandocunque debitori rem cum fructibus retrahere, soluta sorte, expensis, & vsuris ad rationem quatuordecim, vel 18. pro vno, quod existimat originè sumpsisse, atque procedere ex eo, quòd addictio in eo casu habet vim pignoris iudicialis, ex Iaff. Gomezio, Platea, Negusantio, & alijs, quos ipse refert, vt quia pignus iudiciale dicatur illud in cuius possessionem actor mittitur pro executione sententiæ, vel instrumenti, ex quo infert duo. Primum, quòd in pignore iudiciali quandocunque debitor offerat debitum, recuperabit pignus, ex l. properandum. §. sin autem reus. §. de iudicijs. Secundum, quòd fructus percepti ex pignore, vel imputantur in sortem principalem, vel restituuntur debitori, ex l. 1. & 2. C. de distract. pignor. & denique ponderat l. 2. C. de dolo l. 44. & 45. titul. 13. part. 5. & cum hoc denique residet; sed licèt in hoc casu differat Felician. in resolutione à præcedenti, non tamen differt in specie, nisi in eo tantum, quòd creditori, vel alij extraneo fiat addictio quasi extraneo facta, sit vera emptio, creditori vero pignorátio, de quo certè meritò dubito; quia si addictio facta etiam interpositæ personæ vera emptio & venditio est, licèt persona à creditore interponatur, vt probat Lasarte de decima cap. 13. num. 19. vbi agit de clausula illa *Cum beneficio de trasspasso*, maiori quidem ratione diceretur vera emptio, quæ facta fuit creditori, vt quia esse emptionem, vel pignorationem non consistat in identitate vel differentia personarum, sed in ipsa originaria natura contractus. Etsi rectè consideretur, magis accedit pignorationi addictio facta extraneo, quàm quæ fit creditori, siquidem extraneo iure poterat pignorari, creditori vero non obstante vsuræ suspicione. Vnde praxis, quam Felicianus post Matiençum, Padillam, Parladorium, & alios indubitabilem esse credit, non ex eo procedere existimo, quòd in eo casu pignoratio contrahatur, sed quia licèt vera emptio & venditio sit, cum tamen creditor nó possit recipere fructus excessiuos vltra sortem, vel eos restituit, vel in sortem cóputat. Quæ ratio iustitiam & æqualitatem, in qua cessus fundatur, præsupponit; quia quocunque titulo pignus creditori adijciatur, vel iure pignoris, vel titulo venditionis iudicialis, debet dari æqualis correspondentia de pensione ad sortem, & è conuerso; vt ita nihil recipiatur vltra sortem: ergo in censu nulla differentia constituenda est inter addictionem extraneo, vel creditori factam titulo venditionis iudicialis, vel fictæ pignorationis.

Tertius, & vltimus casus Feliciani est, quando addictio fit non creditori, sed personæ ab eo interpositæ. In qua specie dicto libr. 1. cap. 3. num. 6. in 2. part. resoluit, quod quamuis secundum Lasarte formetur vera emptio, poterit tamen censuarius quandocunq; voluerit, rem addictam in publica subastatione etiam cum fructibus recuperare, vt quia non tam vera emptio secundum Lasarte, quàm pignoratio contrahatur. Cuius resolutio in censu verissima est, sed non ex fundamentis Feliciani, cum si vtroque casu & titulo bona fide à creditore possideantur, cùm fructibus restituenda sint, vt suprà diximus, vt quia restitutio fructuum non ratione fundetur in titulo contractus, quàm in eius iustitia, quæ à correspondentia de pensione ad sortem in quantitate principaliter pendet. Ex quibus omnibus deducitur, quòd censuarius quandocunque voluerit, poterit à creditore bona censualia sibi in publica subastatione addicta cum fructibus restituta sorte, expensis, & vsuris, recuperare, nulla facta distinctione quadrienij, vel longioris temporis, neque læsionis enormissimæ, seu enormis, sed solùm considerando naturam contractus, qui non patitur, vt aliquid directè, vel indirectè vltra sortem recipiatur. Et quæ resolutio deducitur, quod licet possit & æqualitas contractibus regulariter emptionis & venditionis vera sit, in censu tamen non procedit.

6 Secundò infertur, quòd æqualitas, & æqualitatis huius restitutionis non solum procedit, quando censuarius à creditore renocat addictionem, sed quando secundus creditor offerendo primi sortem cum vsuris eam renocationem interuenit, vt resoluit Felician. dicto cap. 3. num. 7. vers. *Occurrit autem*, in quo aperte præsupponit, quod restitutio non respicia personam renocantis addictionem, sed iustitiam eius, & æqualitatem, atque correspondentiam fructuum ad sortem, neque similiter respicit titulum addictionis, sed eandem correspondentiam, & æqualitatem, quod clariùs resoluit num. 8. dum reddens rationem præcipuæ Regni censet deduci ex celebri rescripto Diocleciani in l. curabit. l. de actionib. empti, dicens, quòd sicut antea dixerat in libr. 1. cap. 13. num. 13. & resoluit Barbosa in l. de diuisione num. 14. & 38. ff. soluto matrim. lex illa, & æqualitas iustitiæ commutatiuæ postulat, vt qui commodum ex re aliena percipit, eius cómodi

nec de compensatione præfiet, cùm enim creditor commodum sentiret ex pecunia debitoris, & è conuerso debitor ex re creditoris, meritò vt inter eos, atque alios commutantes res propias seruetur æqualitas, & æquitas iustitiæ commutatiuæ, vnus fructus & alius redditus restituere tenetur, vt verbis expressis probat Felicianus: ergo apertè præsupponit, quòd in omni casu hoc procedere debet, & maximè in censu, vbi non solum ex præceptis iustitiæ commutatiuæ seruari debet æqualitas, sed ex natura contractus censualis, ita formaliter seruanda est, quòd directè, neque indirectè excedi possit. Vnde si rectè consideretur Felicianus, sibi ipsi in hoc contrariatur, licèt in dicto numer. 8. verum dicat.

7 Tertiò etiàm infertur ad intelligentiá resolutionis Couarrubiæ libr. 2. variar. capit. 11. numer. 3. versic. *Quod si subastat*, dicit enim, quòd in supremis tribunalibus non fit fructuum restitutio ea ratione, quòd ex gratia potius quàm ex iustitia fiat, & quod in restitutione gratiæ non veniunt fructus, vt probant plures per Felician. dicta 2. part. capit. 8. numer. 2. Quæ quidem sententia in censu nó procedit ex omnibus supradictis, vt quia semper non solum ex gratia, sed ex rigore iustitiæ fiat fructuum restitutio.

Quibus sic vtiliter explicitis reuertamur ad principium nostræ dubitationis principalis, scilicet, an possessores rerum censualium verè domini sint, & fructus suos faciant, & dicendum est, verè dominos esse, neque fructus legitimæ sorti correspondentes restituere debere, sed tantùm excessiuos, & hoc magis ex natura contractus censualis, qui respectu excessus non eos veros dominos facit, quam ex titulo venditionis iudicialis, cuius autoritate verè domini sunt.

8 Est tamen vtilissimæ dubitationis quid erit dicendum, si creditori bona censualia in publica subastatione addicta fuerunt, & posteà ab eo per alios anteriores, & potiores creditores auferũtur, an creditor, à quo abdicantur, iterum actione primæua agere possit aduersus debitores, correos, vel fideiussores, sicut autea poterat, vel primitiua actio extincta sit, & nouiter exempto contra debitorem principalem, & eius hæredes de euictione tantum agat. Et videtur dicendum, quòd creditor actione primæua, & non posteriori exempto agere possit, ex eo, quòd cum reuocabiliter bona sibi data fuissent, resoluta addictione, atque possessione reuertitur causa ad primæuum statum, vt quia ex mente & intentione partium, atque legis dispositione actio contra eum non fuit sublata, argum. l. Tirius. ff. de iure fisci. l. si creditor. ff. de solutionibus. Pro qua sententia, quamuis alia poterant adduci, tamen considerando naturam addictionis, quæ sicut emptio & venditio importat translationẽ dominij, atque vera emptio & venditio est, prioremque contractum resoluit, securius est dicendum, quod per eá census, & eius hypotecæ resoluantur, atque prior obligatio extinguatur, ita quod amplius non reuiuiscat, neque actione primæua, sed nouiter exempto agi possit, per textum expressum in l. eleganter. 24. ff. de pignoratitia actione, vbi in nostris terminis creditor impetrauit à iudice, vt pignus veniret, & consequeretur creditum, vel possideret iure dominij, posteà euictum fuit ab anterioribus creditoribus, quæsitum fuit, an prima pignoratitia contraria agere posset, & respondet illam finitam esse, & à prima obligatione recessum videri, & vtili actione ex empto posteriori ad id, quod deest, vel interest, agi posse, vt in quantitate debiti quæ deest, satisfiat. Ad idem facit text. etiam in l. si prædium. 4. C. de euictio. vbi idem omnino statutum est, & etiam clarius in l. si plus. 74. versic. *Et si iusta*. ff. de euictio. quàm ad hoc adducit Decius consil. 449. numer. 39. & text. in l. si ob causam 13. in fine. C. eodem. Secundò idem etiam tradit Bart. in dicta l. eleganter numer. 2. vbi per illum text. hoc deducit notabile inter alia, quod re euicta non agitur primæua actione, sed posteriori vtili ex empto. Nec obstat doctrina Negusant. de pignoribus. 6. part. 1. memb. numer. 4. vbi in simili casu, si creditor obligetur emptori de euictione, determinat secuta euictione emptori creditorem habere primeuam actionem, & illam interea in suspenso fuisse, quasi sub conditione tacita, si pignus venditum non euincatur. Quoniam respondeo, quòd nullo iure sano fundatur Negusantius, & contra illum etiam illo casu tenuit famosissimus Carolus Ruyn. vt ipse refert, & de vtraque opinione cõsultus Decius in hoc adhæret Ruyno, vt patet apud Decium consil. 449. *Visis duobus consilijs excellentissimorum*, & num. 37. 38. & 39. Præterea in receptione insolutum multo maiori ratione procedunt superiora ex dicta l. eleganter, ibi, *Quemadmodum si pro soluto res data fuisset*. dicta l. si prædium. 4. C. de euictionibus, quæ non recipiunt aliam interpretationem, gloss. in dicta l. eleganter verb. Pro soluto, vbi Bart. numer. 1. & in l. si quis aliam. 46, atque eleganter id comprobat Petrus Surd. decis. 113. ex numer. 2. vbi numer. 3. aduertit, quod si res data insolutũ

euin-

ciniceretur, non posset creditor redire ad primæuam actionem. Quod confirmat. n. 4. & 5. neque in hoc contradicit Negusant. supra, imò expressè admittit, quibus addendus est Cepola cautela. 123. *Si aliquis*, Salicet. num. 4. & Angelus in l. libera. C. de sententijs & interlocutionibus, & ita casus erit citra omnem difficultatem. Neque obstabit text. in dicta l. libera, quia procedit, quando res pro alia re datur in solutum; nos verò quando res datur pro quantitate. Quam conciliationem tradit glos. in d. l. eleganter, vbi Bart. num. 4. & in d. l. si quis aliam, n. 2. post medium vers. *Tertio casu*, & rationem assignat Bart. in dicta l. eleganter num. 4. scilicet, quia quando res datur pro quantitate, contrahitur vera emptio, ideo liberatur venditor tradendo rem, licet non faciat emptorem dominum irrevocabilem. l. ex empto. in princip. ff. de actio. empti; sed quando datur species pro specie, vt in d. l. libera, non potest dici emptio, sed permutatio, vel contractus innominatus, in quo præcisse requiritur, quòd res fiat accipientis pleno iure dominij. l. fin. ff. de condict. ob causam. l. 1. C. de rerum permutatione. Quibus accedat. l. 4. C. de fideiussoribus, vbi fideiussores primi cõtractus nouatione secuta ex sequenti obligatione non posse conueniri, nisi expresse in secundo obligati quoq; sint, probatur, & l. si cũ ermes. C. locati, vbi fideiussor in prima cõductione nõ tenetur in secunda. Ex quibus apertè constat, actione primę ua in hoc casu agi nõ posse, sed nouiori exempto.

9 Demum ex supradictis infertur ad cognitionem veritatis eius dubitationis, quam late Felicianus explicuit in 2. part. libr. 3. cap. 4. n. 20. vbi denique resoluit, tertium possessorem rei censualis, qui vt pareret iudicato, elegit rem dimittere creditori, pœnitere posse, & rem ipsam repetere, ac censum recognoscere; mouetur enim ex eo, quia cùm creditor actione hypothecaria consequatur prædium, illud possidet iure pignoris, atque consequenter quandocunque restituere tenetur, ex l. si fundus. §. creditor. ff. de pignoribus, & ex Bart. sententia in l. 1. §. cum prædiũ. ff. de pignoribus. Ex quo infert, quod sententia in actione hypothecaria ita concipitur, vt debitor soluat, aut rem dimittat tenendã iure pignoris. Sed eius resolutio in censu mihi vera non videtur, vt quia quando contra tertiũ agitur ad recognoscendum, vel rem dimittendã virtute sententię, in cuius executione creditori res addicitur, non agitur, vt dictum est, hypothecaria, neq; fundus hypothecę iure possidetur, sed titulo venditionis iudicialis. Cui sententiæ, licet debitor parere possit, retinendo rem, & censum recognoscendo; si tamen eam dimittat, & creditori per sententiam addicatur, verum dominum effici certũ est, & consequenter non poterit debitor dimittens pœnitere, atque rem dimissam recuperare: procederet tamen resolutio Feliciani, quando creditor actione ordinaria hypothecaria agit cõtra tertium ad recognoscendum, & debitor rẽ dimittit; quia cùm eo casu iure pignoris possideatur, eam postea poterit recuperare.

## DE TERTIIS OPPOSITORIBUS, qui pro suo interesse, vel coadiuuando se opponunt executionibus, seu possessionibus creditorum. Cap. CIX.

## SVMMARIVM.

*Tertius oppositor executioni dicens, se præferendum esse, an efficiat causam ordinariam, & intellectus ad l. 41. tit. 4. lib. 3. Recop. & an eo casu sit necessaria cautio. n. 2. & an statim debeat docere de iure suo, vel procedat lex illa fauore dotis. n. 3.*

*An sit necessaria saltẽ summaria cognitio, & probatio, vel sufficiat sola oppositio. n. 4.*

*Tertius oppositor post sententiam, quæ vocatur de trãce ad impediendã venditionem bonorũ, quomodò admittatur, & impediat, & an sententia præstita cautione exequatur. n. 5.*

*Tertius oppositor non solum post executionem, sed possessionem bonorum creditori datã, quomodo admittatur, & an habeat reuocatoriam, & quãdo detur hac reuocatoria. n. 6. & n. 7. traditur, quid erit, quando tertio res addicitur, pendente concursu creditorum.*

*Tertius qui se opponit coadiuuando causam principalis, quomodo admittatur, & in quo statu negotium accipere debeat. n. 8.*

### CAPVT CIX.

EXECVTIONIBVS, quę virtute scripturę censualis quotidie fiunt, sępissime, vt impediantur, tertij pro suo interesse se opponunt, dicentes, eas fore reuocandas, quorum oppositio iustificatur ex triplici capite. Primo, ex causis, atque exceptionibus; secundo ex parte se opponentium,

vt quia verè eorum ignorsit executionem reuocari. Tertio ex modo, atque facultate se opponendi, quorum duo priora capita examinanda non sunt in præsenti, vt quia de exceptionibus, quibus executio impediatur, suo loco dictum sit, & de interesse oppositoris ex ipsa causæ naturæ euidenter constare possit: igitur de tertio capite agendo sequentes casus considerantur, ac decidunter.

1 Primus, quádo statim facta executione tertius se oponit, dicendo esse reuocandá, & ipse pro certa quantitate præferendus. In qua specie credo, impediri statim executionem, & causam effici ordinariam, ex l. 41. tit. 4. lib. 3. nouæ Recopilat. quæ quidem lex, licet loquatur in muliere pro dote se opponente aduersus executionem in bonis mariti factam regulariter in omni casu procedit, & ad omnes personas extenditur, quæ tanquam tertij se opponere solent, vt de iure cõmuni prouatur in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudicata, vbi Iaff. n. 16.

2 Etiam sine vlla tertij cautione, quia eo cãsu neque est qui cautionem recipiat, nec vlla possessio impeditur, vt eleganter resoluit Innocent. in cap. veniens 2. n. 1. Bald. n. 6. Abbas 6. Felin. 9. vbi id procedi aduertit, vbi possessio nõ est penes partes, Bart. in l. penult. ff. de petit. hæredit. dicit communem Couarr. cap. 16. pract. num. 3. versic. *Secundus casus*, dicit communiorem Minsingerius, centuria 3. obseruat. 73. Lancelot. de attentatis. 2. p. cap. 12. ampliat. 14. nu. 15. Parlador. lib. 2. rer. quotid. 5. part. §. 11. num. 59. vbi aduertit, quod anteaquam audiatur tertius, non habet necesse docere de iure suo, vt antea requirebatur per text. in d. capit. veniens de testib. & quod statim cum se opponit, impedienda est via executiua, & ordinariè procedendum, ex d. l. 41.

Sed statim n. 62. se ipsum impugnare videtur, dum resoluit, quod si tertius se opponens
3 executioni non probauerit per instrumẽtum liquidum de iure suo, instrumenta liquida & publica cæterorum creditorum exequenda erunt, & bona in causam executionis capiẽda, ex l. à diuo Pio §. si super rebus, in quo præsupponit, quod casus legis 41. specialis est in muliere pro dote, quod in effectu resoluit Ioan. Gutier. in l. nemo potest n. 396. delegat. 1. Sed Azebedus in dicta l. 41. hoc non sequitur, sed firmiter tenet, quòd statim causa regulariter in omnibus per oppositionem fiat ordinaria, dicens ita communiter practicari. Cuius resolutio verissima est, neque percipio, qua ratione Parlad. & Gutier. contrarium tenuissent, si quidem l. 41. non solum specialis non est pro dote mulieris, sed generalis respectu omnium se opponẽtium, dum dicit, *Se opusiere la muger por su dote, ô otras personas*, quæ solum requirit oppositionem, sine vlla summaria cognitione, vt requirebatur in dicto cap. veniẽs, & in distinctè efficit causam ordinariam, etiã ante summariam cognitionem, vel probationem ex sola simplici oppositione, dum dicit, *Se opusiere la muger por su dote, o otras personas, no se mande dar informacion sumaria, sino que reciban luego a prueua con termino ordinario à los opositores en via ordinaria*. Nota verbum, *O otras personas*, quæ non solum mulierem, sed omnes opositores comprehẽdit, & sequens verbum, *No se mande dar informacion sumaria*, vbi omnino excluditur cognitio, seu probatio, quantũcunque summaria sit. Et demum verba, *Sino que reciban luego a prueua*, quæ causam efficiunt ordinariam, & ne dubitaretur de termino, an deberet dari summarius, vel ordinarius, concludit lex dicens, *Cõ termino ordinario a los opositores en via ordinaria*. Ex quo indubium reuocari non potest, neque amplius dubitari, an requiratur summaria cognitio, vel per solam oppositionem causa fiat ordinaria. Quod adeo verum est, vt causa per oppositionẽ ordinariã effecta, etiãsi tertius de suo iure nihil doceat, non reualidabitur executio; quãuis enim inter petentem executionem, & se opponentẽ magis, vel minus constare possit de iure, vt quia creditor exequendo producat scripturam, & tertius se opponẽdo non aliter doceat de iure suo, quã per oppositionẽ, lex tamen 41. solum consideráuit, quod nullus eorum habebat possessionem bonorũ debitoris, sed vterq; actionem tantum, licet vnus per scripturam, & alter per solam oppositionẽ, & quod ideo licet in probatione actionis petens executionem præferatur, in possessione tamen ante adiudicationẽ nullus præfertur, sed possessio bonorũ debitoris vacans est, & cõsequenter vterq; agat de cõfirmãdo actionẽ per sententiã, atq; ideò iustè causa fiat ordinaria.

Ex quo intelligitur sententia dicentium, quòd tertius, qui pro suo interesse curat impedire executionem, sufficit, si summariè, vel se implerè doceat de iure suo, Abbas in dicto cap. veniens col. 4. in vers. *Nunc restat*, Cardin. consil. 7. incipit, *Causa fratrum omnium*, Speculator in titul. de officio iudicis in §. postremo, Bart. in l. à Diuo Pio. §. si super rebus in princip. Felin. in cap. super vers. *Ad hoc vt testius*, de re iudicata, Petr. Surd. consil. 181. num. 22. colum. 172. ad finem, vt scilicet nulla summaria, neque semiplena probatio, seu cognitio, atque iuris iustificatio sit necessaria, vt executio impediatur, & via ordinaria agendum sit, sed quod statim facta tertij

o ppo-

oppositione, & terminus ordinarius designetur, & causa ordinaria ex sola oppositione facta sit.

Secundus casus contingit, quando tertius se opponit post sententiam, quæ vocatur *de remate*, ad impediendam eius executionem, ne scilicet bona vendantur, & eorum possessio creditori detur. Et in hac specie videtur dicendum, quòd sententia *de remate*, etiam appellatione pendente sit exequenda, neque impediatur eius executio per tertij oppositionem, dummodo præstetur non solum ordinaria fideiussio legis Toleti, sed cautio, de qua in l. is, à quo. ff. de rei vendicat. Ex qua lege Couar. c. 14. pract. n. 4. tenet, neque discussionem causæ, neque sententiæ in ea latæ executionem propter oppositionem tertij impediri, sed quod præstita cautione sententia exequenda est. Quod quandocunque executio prætenditur super eadem re, super qua fuit lata sententia, notauerunt ex eo textu Andr. Gail lib. 1. obseruat. cap. 70. nu. 22. Menoch. cons. 488. n. 7. Barbosa in l. si alienam num. 18. soluto matrim. Gregor. in l. 11. tit. 14. part. 4. glos. 1.

Sed licèt respectu debitoris ea sententia vera sit, respectu tamen tertij procedere non potest; quia text. in l. is, à quo, practicatur, quando executio fit in eadem re, in qua fuit lata sententia, & alter ex litigantibus possidebat. Quo casu præstita cautione executio non suspenditur; at verò quando tertius se opponit executioni sententiæ de remate, virtute cuius creditor possessionem bonorum debitoris nondum ceperat, potest dici respectu possessoris & tertij possessio vacans; ideo succedit decisio text. in dicto cap. veniés, vbi quia possessio erat vacans à nullo ex litigantibus habita, executio suspenditur, etiam præstita cautione. Quæ resolutio scilicet, quod quando possessio vacat, suspendatur executio etiá præstita cautione, tenent Innocent. in dicto cap. veniens n. 1. vbi Bald. Abb. & álij, Couar. Minsinger. & Lancelot. supra, Zucard. in l. fin. num 331. 374. 380. C. de edicto Diui Adriani tollendo, Menoch. de adipiscend. remed. 4. num. 573. Petr. Surd. cons. 214. num 12. ad finem, fol. 321. Ad cuius resolutionis veram cognitionem est text. notandus in dicto cap. veniens, vbi quia de canatus vacuat, vt admonet Abb. ibi numer. 7. & Innocent. in cap. cum super num. 6. vers. sed quidem de re iudicata: ideo propter oppositionem tertij fuit impedita executio sententiæ inter alios latæ, ad idem facit text. in l. penult. ff. de peti. hæredit. vt ibi considerat Bart. ideo enim ibi executio non suspenditur, sed cautionem præstare sufficit, cùm saluares sit ei, qui in executione tardior venerat, & ideò executio fit taliter, quòd alteri non præiudicet, vbi autem fieret præiudicium, vt quia possessio esset vacans, secus dicendum esset. Proqua opinione pulchram rationem perpendit Innocent. quia quando possessio vacat, interest tertij, ne ab alio occupetur, cùm facilius possit suam consequi possessionem vacantem, quàm quando est capta vt in l. fin. C. de edict. Diui Adriani tollend. sed quando alius est in possessione, tunc tertij non magis interest, possessionem esse penes vnum, vel penes alium; quia ita poterit possessionem auocare ab vno, prout ab alio, & ideo cautio sufficit, vt in dicta l. si is, à quo. Cuius est hæc vera interpretatio. Et Innocentium in dicto secundo casu, quãdo possessio vacat ex prędicta ratione, indistinctè sequuntur omnes, vt patet ex Bart. in l. à Diuo Pio. §. si super rebus n. 3. & ibi Ias. n. 16. dicenti cum Innocentio transire omnes, Zasio. n. 5. ff. de rei vendicat. & est communis omnium distinctio, teste Couar. in pract. cap. 16. num. 2. vers. *Istandem*, Abbas. num. 8. & Felin. 9. in cap. veniens de testib. idem Abb. & Felin. in cap. cùm super de re iudicata, Bart. rectè explicans in l. penult. ff. de petit. hæred. Mohedan. decis. Rotæ 86. & 98. Vincent. de Franc. decis. 161. numer. 12. Bantius de nullitate tit. quis possit dicere de nullitatib. num. 23. Menoch. de adipiscend. remed. 4. n. 573. Personalis de adipiscend. n. 394. Misinge. obseru. centu. 3. obseruat. 73. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 26. n. 14. in fin. & apud omnes receptissimum est.

Quæ quidé omnia à fortiori procederent, si cum oppositione aduersus sententiam nondum executioni mandatam simul appellatio interponatur; quia etiam prestita cautione nõ exequeretur sententia, vt deducitur ex Speculatore in tit. de suplicatione. §. ante penult. & eo nõ relato Mõterroso in praxi in 5. tract. de *Chancellarias*, tit. *Del segundo processo*, per appellationem. c. 2 fol. 83. Paez in praxi 1. tom. 6. part. cap. 2. cuilibet enim tertio liberũ est pro suo interesse à sententia inter alios lata appellare, dummodo in appellatione causam sui interesse alleget, & ipsam summariè probet. l. à sentẽtia. l. si proluforio, & ibi Bart. ff. de appellationibus. Innocent. & Abbas. n. 6 Felin. num. 5. in dicto cap. veniens, Innocent. numer. 1. Abbas. 13. Felin. 11. in capit. cum super de re iudicata, Couarrub. cap. 15. pract. numer. 5. Monterus in decis. de Aragon. 42. numer. 97. cuius appellationis effectus est, vt executio quoad ipsum tertium appellantem suspendatur, ex dicto capit. super de re iu-

reiudicãra, vbi Innocent. Abbas, Felin. & omnes, Franc. Biuius decis. 291. numer. 6. etiamsi principales appellare nequirent; quia adhuc tertius appellare poterit, imo & etiam vbi causa principalis committeretur cum clausula appellatione remota, Felin. in dicto cap. veniens num. 5. de testibus, Gutierr. in l. nemo potest. num. 388. delegat. 1. & in supplicatione idem resoluunt Paez. 1. tom. 6. part. cap. 2. num. 9. & post tres sententias tradit Couar. dicto cap. 15. pract. n. 9. maximè si possessio vacans est, vt doctè aduertit Achylles personal. de adipiscẽda. n. 340. & ex n. 334. de quo bene Surd. cons. 266. numer. 17. & num. 22. & cons. 271. num. 55.

6 Tertius casus contingere potest, quãdo tertius se opponit, non solum post sententiam, sed post executionem eius, atque possessionem bonorum debitoris creditori factam, petendo reuocationem eius, & quòd sibi bona tradantur. Quo quidem casu duplici modo tertius agere potest, vel appellatione interposita apud superiorem, petendo sententiam reuocari, vel agendo reuocatoria possessionis datæ creditori, tanquam antiquior, & potior creditor; & in his duobus casibus etiam nullã præstita possessoris cautione, non reuocatur executio, neq; eius possessio, donec superior reuocet sententiam & possessionem, vt quia contra titulo iudiciali possidentem agatur, & à possessione ante reuocationem sentẽtiæ de remate amouendus non sit, vt in fortiori casu possunt ponderari d. l. is, a quo, & omnia supradicta. Et text. in l. si ob causam iudicati de euictionibus, & quæ diximus, & dicenda erũt in capitibus de venditione iudiciali, & de reuocatoria.

7 Quod tamẽ intelligendum est, nisi facto creditorum concursu sentẽtia de remate exequatur, & creditori possessio bonorum debitoris detur: quia tertius se opponens admittitur, & possessio reuocatur. Textus est notandus in l. pupillus. ff. quæ in fraudem creditorum, ibi, *Quoniam alij creditores sua negligentia expensum ferre debent*: ergo quando datur concursus, & consequenter nulla negligentia, solutio reuocari potest, & statim ibi, *Quia ius ciuile vigilantibus scriptum est*; non enim potest vigilare creditor dato concursu creditorum; & clariùs in principio eius legis, vbi loquens, quando datur concursus, scilicet quando fit solutio per gratificationem, decidit, solutionem reuocari. Idem probat text. in l. qui autem. 6. vers. Qui vero bona possessa eod. tit. vbi reddens textus rationem concursus subdit, *Cùm iam conditio omnium creditorũ pari facta est*, text. notandus in l. & si non expedierit. §. si pupillus cũm §. sequenti de bonis auctoritate iudicis possidẽdis, vbi postquã text. ille posuit regulã l. pupillus in §. quod si vtroque designauit casum concursus, & in eo decidit, quod creditor, qui facto concursu quidquam recuperauit, illud cum alijs communicare tenebitur, vbi glos. verb. *Communicãdum*, idem resoluit, & facit l. 3. tit. 27. part. 3. quæ loquens de executione sententiæ etiam post executionem admittit tertium potiora iura habentem, ibi, *O que auia derecho en ella*, text. etiam in l. 9. tit. 15. part. 5. quæ post quam designauit regulam. l. pupillus loquens in eo debitore, qui metu creditorum bona dimisit, subdit hæc verba: *Mas si la paga fuesse despues que fue fecha la entrega, à que desamparasse sus bienes, quier lo fizi esse de su voluntad, quier por premio del juzgador, estonces bien le podrian demandar los otros deudores al que huuiesse recebido, e deue ser tornada y ajuntada con los otros bienes, que desamparò, è deuenlo parar todo entre los deudores, en la manera que diximos.* Vbi Greg. glos. 1. 2. & 3. & fuit doctrina Baldi post Oldrald. in l. fin. §. & si præfatam in fine. C. de iure deliberandi, & Baldum sequitur Gregor. in l. 7. titul. 6. part. 6. verb. *Que las deudas*, prope finem, vbi inducit doctrinam Angeli, idem Gregor. in l. 11. tit. 14. part. 5. in princip. & ad hoc ponderat l. 3. titul. 27. part. 3.

Sed si creditor, cui etiam pendente concursu datur possessio bonorum debitoris, vel debitum recuperat, dederit fideiussores de standо iuri, & restituendo quando sibi iussum fuerit, excusabitur à restitutione eius, quod recepit, vt quia hic sit effectus fideiussionis, scilicet quod intelligatur pecuniã extare, Paul. cons. 289. alias 285. vol. 1. Vincẽt. de Franch. decis. 75. n. 9. 1. p.

8 Quæ quidem omnia intelligenda sunt in tertio oppositore, qui agit de alio excludendo, & se includendo, ac præferendo; sin verò tertius se oppoſuerit coadiuuãdo causã principalis debitoris cõtra aliũ oppositorẽ, vel oppositores, aduertẽdũ est, quòd semper debet accipere causã in eo statu, in quo se opponit. Hæc est receptissima sententia, de qua per Couarr. pract. quæst. cap. 13. & 14. Iosephus Ludouicus decis. Perusina. 26. num. 25. pro quo est text. in cap. fin. in fine vt lite pendente lib. 6. & late Petrus Surdus decis. 60. n. 6. & decis. 147. num. 6.

De

# DE INOPE DEBITORE census, qui vel petit dilationem ad soluendum, quæ vocatur, *esperas*, vel rē censualem de relinquit offerendo eam creditori, vel censum extinguere vult, dando bona in solutū ęstimata. Cap. CX.

## SVMMARIVM.

*Censuarius inops effectus quando possit petere dilationem moratoriam ad soluendum, de qua in l. quoties, & in l. vniuersa. C. de precibus imperatori offerendis. nn. 1. & n. 2. traditur sententia Roderici, & in num. 3. exemplificatur in censu emphyteutico, & n. 4. quid dicendum sit in censu reseruatiuo, & quid in consignatiuo traditur. n. 5.*

*Censuarius inops an possit dimittere rem censualem creditori, etiamsi censum recognouisset, latē, ac eleganter resoluitur. n. 6. vbi rectē intelligitur Felician. Traditur verus intellectus ad l. si quis argentum. §. si verō. C. de donationibus. n. 7.*

*Censuarius inops an possit se liberare à censu dando bona creditoribus æstimata, discutitur late n. 8. & n. 13.*

*An aliud pro alio inuito creditore solui possit. num. 9.*

*An emphyteuta possit dare intellectum creditoribus rem in emphyteosim concessam. n. 10.*

*An censuarius census reseruatiui, possit dare redditoribus rem censualem in solutum. num. 11. & quid dicendum in censu consignatiuo perpetuo redimibili, seu ad vitam. n. 12.*

*Pactum nequis possit soluere debitum per dationem rei censualis intellectum an sit validum. num. 14.*

*An, ad soluendum censuarius creditoribus in rebus hypothecatis sit necessaria solemnitates, authent. hoc nisi debitor. C. de solutionibus n. 15. & quid si cum iuramento sit renuntiatum beneficium dictæ authentice. n. 16.*

## CAPVT CX.

1 DEBITOR censuarius inops effectus multoties petit dilationē moratoriam ad soluendum, de qua in l. quoties, & in l. vniuersa. C. de precibus imperat. offerend. & in l. 32. & 33. tit. 18. l. 4. tit. 24. part. 3. quam dilationem in censu non esse concedendam, tenet Bened. Bon. in tractat. de censib. art. 75. nu. 108. & eam sententiam sequitur Pyrrhus ad Consuetudines Aureliæ tit. de executione ex locato cap. 18. quam sententiā dixerunt confirmari ex glos. in l. cum fructuarius. ff. de vsufructu, per quam Speculator, Pyrrhus, & Masuerius relati à Rebufo in tract. de literis dilatorijs art. 1. glos. 1. n. 21. dixerunt, quòd in oneribus personalibus nō prodest moratoria dilatio; facit etiam, quod in pensionibus domorum non admittitur ea moratoria dilatio; ex Boer. decis. 296. Marc. Ant. Cucusin tract. de moratoria præscript. n. 10.

Contrariam tamen sententiam tenet Felician. in tract. de censibus, 2. part. lib. 3. cap. fin. in fin. vers. *Antea quàm verò hinc discedam*, vbi postquam eam proposuit dubitationem, resoluit, quòd licèt Doctores in dicta l. quoties teneant, dilationem à Principe debitori concessam, non impedire cursum vsurarum, fatentur tamen eum impedire, quoad hunc effectum, ne ipsa dilatione pendente debitor possit pro vsuris conueniri. In quo præsuppo nit, quòd licèt dilatio suspendat vsurarum exactionem, non tamen interim resoluit cursum earum, sed finita dilatione poterit debitor cō ueniri pro vsuris præteritis, sicut pro futuris. Pro quo refert Marc. Ant. Cucum in d. tract. n. 148. & retentā hac opinione respondet ad glossam & Speculatorem, quòd nihil dicunt, neq; probant, & ad resolutionē Pyrrhi, quòd loquitur attenta Consuetudine Aureliæ, & cum hoc denique residet.

2 Reperio tamen, quòd Roderic. de ann. redditib. lib. 3. q. 9. ex n. 16. cum alijs vsque ad finem, non solum credit dilationem moratoriā procedere in cēsu, sed quod magis est, defendit, pendente dilatione resolui cursum vsurarum, ita quod amplius peti non possint vsuræ, quæ eo tempore currere potuerunt; quia hoc dilationis rescriptum existimat non continere simpliciter inducias compulsionis, sed debiti vsurarij resolutionem pro tempore dilationis, quod defendit ingeniosè, si verum dixisset.

Vnde considerando originariam census naturam, existimo sequentes casus considerandos, ac distinguendos esse. Primus in censu

emphytheoticō, in quo quidem cùm non solum ex partium conuentione, sed ex natura contractus, atque pœna tacita, vel expressa commissi, pensio annuatim soluenda sit, ita quòd cessans soluere pensionem incidit in cō missum, non prodest emphytheotę contra dominum moratoria dilatio, vt Pyrrhus in oneribus personalibus aduertit; esset enim iniquissimum, quòd emphytheota fructibus rerum vteretur, & pensionem soluere differret, neque dominus directi verè creditor dici potest, vt dicendum erit in cap. de concursu creditorum, cuius ratione procedit resolutio Boerij decis. 296. Marc. Ant. Cuc. de morat. præscript. num. 100. dicentium, quod moratoria dilatio non habet locum in pensionibus domorum, quos in hoc sequitur Felic. 2. part. lib. 3. in fine libri. Cum enim dominus pensionis propter non solutionem eius possit eijcere conductorem, non concurrit cum cæteris creditoribus ad se prę iudicandum ex moratoria dilatione.

Quod tamen intelligendum, ac limitandū est, quando emphytheota, vel dominus pensionis concurrit, vt creditor pro pensionibus decursis. Ex quibus verum, atq; liquidum debitum est formatum; quia eo casu cum vere creditores sint debiti mōetanei, neq; quidquam agant de iure successiuo emphytheosis, dilatio eis, sicut cæteris creditoribus præiudicabit.

4 Secundus casus contingere potest in censu reseruatiuo, in quo si eius qualitatis sit, vt in eo admittatur pœna commissi, idem sine dubio quod in emphytheosi dicendum erit: sin verò naturam reseruatiui non excedat, quamuis vtrumque dominium trāsferatur in censuarium, & inde censuarius rei censualis vere dominus sit, solamque pensionem soluere teneatur, neque possit ab eo propter non solutionem eius res auocari, cūm tamen ea translatio dominij fiat subconditione resolutiua contractus, vt in cap. de concursu creditorum dicendum est, veniente casu resolutionis propter non solutionem pensionis ob paupertatem dominus census absque vlla dilatione recuperare poterit rem extra creditorum concursum, licèt respectu præteritæ pensionis, ex qua debitum liquidum formatur, dilatione præiudicetur.

5 Tertius casus consideratur in censu consignatiuo, de quo egerunt inter se pugnantes Felician. & Roderic. & ad eius dubitationis clariorem intelligentiam, atque cæterorum censuum verisimam cognitionem, aduertendum est, quod casu, quo dilatio domino census præiudicaret, non efficeret præiudicium respectu sortis; siquidem sors in perpetuum alienatur, neque vnquam repeti potest à censuario, nec vllo tempore, donec voluerit census redimere, est restituēda: ergo si dominus census respectu sortis creditor non est, in ea dilatione tanquam creditor non comprehenditur, siquidem maiorem dilationem cōtinet, atque concedit natura ipsa redemptionis census, quam ipsa Regia dilatio: igitur si dilatio non respicit sortē, sed in sua natura respectu sortis manet: ergo suspensio dilationis vsuras tantum respiceret, & consequenter si eas suspendit, sicut aliud quodcunque debitum, impossibile est, quòd pendente dilatione resoluantur, sed quod tantum suspendantur, vt trā facto tempore dilationis etiā præteritę, sicut futurę peti possint, ex resolutione Marc. Ant. Cuc. quam Felicianus iustissimè sequitur, & contra Rodericum d. lib. 3. q. 9. n. 21. qui sentit eam dilationem continere non solum indicias moratorias, sed veram & formalem debiti principalis dilationē, in quo certè lapsus fuit, siquidem non sortis, sed vsurarum tantum dilationem respicit; est enim diuersum differri debiti solutionem, vel resolui & extingui; quando enim differtur transacto tempore peti potest; sin vero resoluatur, nunquam. Cum igitur natura moratoriæ dilationis sit tantum differre: ergo debitum formatum, & in esse productum, quod verè peti potest, differt; nō vero quod ex sua natura in aliquod tempus collatum est, atque naturaliter differtur: ergo dilatio non respectu sortis, sed vsurarum procedit: si enim sors viuit: ergo vsuras producit, & consequenter pro tempore dilationis currere debent, licèt non petantur; non enim potest dari sors sine vsuris: igitur dilatio vsurarum tantum suspendit, non extinguit. Quod confirmatur ex tribus fundamentis relatis à Roderico d. q. 9. n. 18. 19. & 20. quibus nō respondet, & sic eum vincere debent. Qui quidem nu. 25. & 26. modernum Parisiensem, & Carrocium, atq; Boerium refert, atque aliquibus modis illud limitat, ac intelligit.

6 Secundus verò casus principalis, in quo debitor inops potest liberari à cēsus solutione, contingit, quando rem ipsam censualem dimittit creditori, quod an sibi facere liceat, videamus. Et Felicianus in 2. par. de censib. lib. 1. cap. 4. n. 1. vers. *Rursus omnes* in fine resolūit, per textum in l. cum fructuarius. ff. de vsu fructu, & post Bursatū cons. 224. vol. 4. quod si obligatio census respiceret fructus rerum censualium, & propter eos pensio præstaretur, posset debitor quandocunque voluerit, dimittere rem, & cedendo satisfacere. In quo apertè præsupponit, posse bona

libere

libere cedere, quia quamuis ipse in dicto cap. 4. ex princip. late disputet, an in censu vendatur fructus, vel ius percipiendi, vtroque tamen casu soluitur pensio ratione fructuum, & ideò bona debent esse de sui natura fructifera, & fructus maiores, vel correspondentes pensioni; & similiter peremptis rebus censualibus extinguitur census, vt de vnoquoq; in suo capite peculiari actum fuit: ergo censuarius dimittendo rem satisfacit, cui accedat, quod solum venditur ius percipiendi pensionem ex fructibus rei censualis absq; vlla obligatione personali effectiua, præstando tantũ cõsensum, vt ex fructibus pẽsio percipiatur; aliàs propter non præstationem fructuum capitur persona censuarij, vt hæc omnia ad longum probauimus suis capitibus: ergo censuarius satisfacit dimittendo rem. Qui quidem discursus, atque resolutio deducitur à Felicia no in d. 2. p. lib. 3. c. vlt. n. 1. vers. *Sed ego cõtrà*, in fine vers. vbi resoluit, quòd si possessor cõueniatur actione hypothecaria, satisfacit dimittendo rem affectam onere census, ex his, quæ obseruat schola communis in l. 1. & 2. C. si vnus ex pluribus, quod si verum credit in hypotheca regulari, à fortiori in irregulari huius contractus censualis. Idem etiam in effectu resoluit Roderic. de ann. redditib. libr. 2. quæst. 9. numer. 68. ad medium; agit enim in dicto numer. 68. per totum de quæstione illa, an debitor census possit compellere creditorem vt fundum pro censu hypothecatum in solutum accipiat, & post longam disputationem distinguit tres casus. Primus, quando redditus debetur limitatim ratione fundi, in quo credit, quod censuarius etiam tertius possessor, qui ratione eius fundi recognouit censum, liberabitur cedendo fundum; arg. l. filius familias. §. apud Marcelum delegat. 1. ibi, *Bene erit legatarius audiendus, si velit totum fundum præstare*; dicit enim, quod cum eo casu onus reale sit, & à re ipsa originem habeat, debitor liberatur eam creditori cedendo, ex Bald. in l. creditor. 2. ff. si cert. petat. sicut possessor liberatur re obligata perempta, arg. l. grege. l. lex vectigale. l. cum tabernam in princip. ff. de pignoribus; qui quidem discursus & resolutio ad nostram materiam censualem rectè adaptatur; quia cùm census limitatim ratione rei censualis, atque fructuum eius debeatur, & præstetur, quædamque irregularis hypotheca náturam habens seruitutis in eo contrahatur, meritò dimittendo eam, cuius occasione obligatus existit, debitor liberatur. Secundus casus, in quo Rodericus exemplificat quæstionem, est, quando redditus constituitur principaliter super persona, & simul super aliquo fundo, atque generaliter super omnibus bonis. In quo resoluit, debitorem non satisfacere dimittendo rem creditori, vt quia persona principaliter obligetur, atque cætera bona existant obligata, ex Belluga in Speculo Principum rubric. 41. numer. 43. quod fortificat ex eo, quia perempta re censuali, credit censum non extingui. In qua resolutione, licet videatur tenere, quòd in censu consignatiuo redimibili non satisfaciat censuarius dimittendo rem, illud tamen tenet præsuppositio, quod in censu principalis obligatio est personalis, & quod potest consistere census super sola persona, vel generaliter super omnibus bonis, & similiter, quod peremptis rebus censualibus non resoluitur census. In quibus propositionibus lapsus fuit, vt quia prædictæ propositiones veræ non sint, imò veriores contrariæ, vt suis locis latissimè probauimus.

7 Neque obstabit satisfactio, quam ipse tradit ad l. si quis argentum. §. si vero. C. de donationibus, dicens, quod loquitur in redditu ex donatione debito, & specialiter fauore donatoris, ex Bald. in princip. illius legis, & Barb. quem refert Tiraquel. libr. 1. retract. §. 34. glos. 1. quia textus ille si rectè consideretur, neque probat nostram sententiam, neque consequenter satisfactione indigebat. Non probat, quia casus dissimilis est, & ratio diuersa; nos enim agimus quando censuarius, qui super certo fundo constituit censum, vel tertius possessor eiusdem fundi satisfacit dimittendo illum; textus vero in dicto. §. si vero, quando ex possessionibus generice redditus certus fuit donatus, nulla designata possessione, ex qua præstaretur; vt constat ibi, *Ex possessionibus donauerit, non tamen nominat possessionum edixerit*, ergo casus dissimilis est, & ratio diuersa. Rursus quando redditus certus ex possessionibus generice relinquitur, & inde tenetur donans certum designare, agitur de assignatione redditus super certo fundo; quando verò constituto censu super certo fundo censuarius illum dimittere creditori prætendit, non agitur de assignando, sed de dimittendo: ergo casus dissimilis est. Demum in §. si verò compellitur donans certum fundum assignare; in nostro verò casu censuarius dimittit fundum designatum: igitur male textus ille ponderatur ad probandum, quod censuarius satisfacit dimittendo fundum, si quidem illum sponte non dimittat, sed compulsus designet, ratificãs potius cõstitutionẽ redditus, quam recusans eius solutionẽ. Secluso tamen textu in d. §. si vero, verissimum est, cẽsuariũ

satisfacere dimittendo fundum censuale.

Neque etiam obstat, vt obijcit Rodericus n.68.in princip.quod emphytheota domino inuito rem emphytheoticam renunciare non potest,ex l.2.ibi,*Si dominus voluerit*,C.de iure emphyt.& per Tiraquel ab eo relatũ; quia licet hoc verum esset, de quo alibi dictũ fuit, ad censum tamen consignatiuum non adaptatur; quia emphytheota non liberatur nisi tota reperempta,censuarius verò sic, licèt pro parte primatur,vt suo loco diximus. Rursus, emphytheoticus contractus pro quacunque etiam minima pensione creatur;ideo quantũcunq; fructus deficiant, dummodo res in totum non pereat rectè conseruatur;census verò tam reseruatiuus,quàm consignatiuus, & eius substantia,atq; iustitia à correspondentia fructuum percipiendorum pendet:ideò sicut re censuali effecta in fructifera extinguitur, & resoluitur census,eodem modo, imo & à fortiori, satisfaceret censuarius dimittendo rem censualem. Quare non bene de emphytheota ad censuarium argumentatur Rodericus,maximè quia dicta l.2.C.de iure emphyt. non impedit emphytheotam rẽ emphytheoticam renunciare, neq; de hac renunciatione vllum verbum continet;quia verba ibi, *Si dominus voluerit*, licèt ex non implemento conditionum concedant domino facultatem repellendi emphytheotam,non tamen emphytheotæ negant libertatem renunciandi rem, imo text.ille eam nominatim concedit; quia si per non implementum conditionum ab eo posse auocari probat, & inde possit emphytheota indirecte non adimplendo priuari, poterit etiam rem dimittere,imò & esset euidẽs dimittendi cautela non adimplere conditiones. Ex quibus constat fundamenta Roderici periclitari,& firmum remanet, quod cẽsuarius dimittendo rem creditori satisfacit; si enim tertius rei censualis possessor alternatiue tenetur recognoscere censum,vel dimittere rem:ergo iustè remittit eam,& consequenter remissio, quæ non fundatur in priuilegio personæ,sed in natura contractus, in censuario similiter procedit: quare hoc remedium,licèt fateamur non obseruari,iustissimum, & obseruandum est.

8 Tertius casus Roderici est,quando censuarius non se liberare procurat dimittẽdo rem, neq; petendo moratoriam cautionem, sed bona censualia creditoribus in solutum dando, in quo quidem casu existimat Roder. id fieri non posse, sed quod cæteris creditoribus cũ oneribus census bona tradantur; & quod ita praxi receptum est.Ad cuius resolutionis veram cognitionem aduertendum est, regulariter aliud pro alio inuito creditore solui non posse l.2.§.mutuidatio.ff.si cert.petat. l.cum à quo.ff.de solutionibus,de qua latè,ac elegãter egerunt Ant.Thesaur. decis. 153. Pedemont.per totam,Ioan.Gutierr.de iuram. confirmat.cap.29.per totum, vbi referunt plures Doctores,tam exteros, quàm nostrates, qui de hac regula meminerunt,eam aliquibus modis explicantes.Iustinianus tamen veteris iuris asperitatem destruere volens, constituit in authent.hoc nisi debitor.C.de solut. & in authent.de fideiussor.§.quod autem; quòd si creditor pecuniam,aurum,vel argentum, seu pretiosa mobilia non habeat, offerendo bona stabilia creditoribus,ab eorum debitis liberẽtur.Quod etiam comprobat l.3.tit.14.part.5. ad quorum iurium intellectum, & vt iure procedere possint,necessarium est, quod præcedant requisita,de quibus per Ioan.Gutierr.in dicto cap.29.& per decis.Pedemont.supra relatam,& per Baeçam de inope debitore cap.1 num.46.cum sequentib.Hieron.Laur.decis. 132.per totam,habetur in 3.tom. decisionum fol.130.elegantissime Ioseph.Ludouic. decis.64.in 2.tom.decisionum fol.165. Pedemont.decis.133.& 147.2.p. Surd.decis.113. & 259.& 163.vbi aliqua traduntur, quæ omittuntur ex industria,vt ad census materiam nominatim accedamus, in qua sequentes casus proponuntur.

9

10 Primus in censu emphytheotico, in quo dicendum est,quod emphytheota nõ potest dare creditoribus in solutum rem in emphytheosim concessam; quia cum eiusrei nullum habeat directum dominium,nec inter eius bona in concursum creditorum connumerẽtur, sed dominus directi possit rem emphytheoticam ex non solutione pensionis vendicare, imo & ipsa res per non solutionem pensionis, aut alienationem ad dominum reuertatur, & inde cæteris omnibus creditoribus etiam anterioribus, in ea re dominus præferendus sit, merito eisdem creditoribus in solutum eam nõ dabit,vt ad sensum patet, & cõstat ex his, quæ in capite sequenti dicenda erunt.

11 Secundus casus consideratur in censu reseruatiuo, in quo quidem etiam videtur dicendum, quòd censuarius aduenientе concursu creditorum non possit rem censualem eisdem in solutum dare; quia licèt verum sit, quòd in censuarium transferatur vtrumque dominium,tam vtile,quàm directum, & inde inferatur, quòd res censualis inter bona censuarij facto concursu creditorum connumerari debeat, cùm tamen ea concursu facto quodammodo resoluatur contractus,

vt

vt quia sub conditione resolutiua à principio formetur resolutio, facit, vt nec bona censuarij æstimentur, nec in concursum veniant creditorum, nec consequenter cum ad dominum ex resolutione proueniant, possit censuarius ea dare creditoribus insolutum, ex his, quæ etiam dicenda erunt circa censum reseruatiuum in capite sequenti, & nominatim, licet vnico verbo, quòd in censu reseruatiuo non admittatur remedium bonorum æstimatorum, probat Felician. fol. 200. col. 2. ad fin. vide ibi.

12 Tertius casus verificatur in censu consignatiuo perpetuo redimibili, seu ad vitam, vt quando dominus census cum alijs creditoribus agit de exigenda sorte census cum vsuris, & censuarius non habens pecuniam, aurum argentum, nec alia bona pretiosa immobilia, offerendo bona stabilia censualia, vel non censualia creditoribus conatur ab ipsorum debitis se liberare, dando eisdem prædicta bona æstimata in solutum; & in hac specie à fortiori procedere videtur dispositio text. in authent. hoc nisi debitor. C. de solut. vt scilicet censuarius dando prædicta bona in solutum, satisfaciat, secundũ ea, quæ resoluunt decis. Pedemont. 153. & Ioannes Gutier. de iuram. confirmat. capit. 29. est enim in censu consignatiuo quædam peculiaris ratio, scilicet, cum in eo non contrahatur principaliter obligatio personalis, sed realis, imò & ius quoddam reale cohærens inseparabiliter fundo censuali, & onus reale habens originem principaliter à re ipsa, certum est, quod dando censuarius, vel cedendo rem ipsam censualem liberatur. Ita elegãter resoluit Bald. in l. creditor. 2. ff. si cert. petatur, dicens, quod si aliquod onus reale sit, quod habeat originem à re ipsa debitor eius oneris liberabitur rem ipsam creditori cedendo. Cuius resolutionem tanquam elegantem sequitur Andr. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 6. numer. 21. vbi ex numer. 20. referendo plures alios id comprobat, & ex ipsa natura contractus apertè suadetur. Si enim in censu contrahitur emptio & venditio, non ipsius rei censualis, sed iuris percipiendi pensionem annuam ex fructibus eiusdem. Et hæc est principalior obligatio, atque personalis, si accedat, vel inutilis sit, vel saltem accessoria, quis dubitare poterit, quin censuarius rem ipsam cedendo liberetur. Rursus si res ipsa censuali perempta, vel infructifera effecta census ipse extinguatur, vt suo loco latissimè probauimus: ergo principalior obligatio, atq; actio erit in rem, & consequenter re cessa, vel data in solutum censuarius liberauitur. Demum si censuarius non obligat principaliter personam, nec census super tota persona consignari potest, vt suis locis latissimè diximus; & inde præcisse infertur, quod debitum censuale non concernit totum censuarij patrimonium præsens, & futurum, sed tantum respuit bona censualia, quasi sit onus reale habens originem à re ipsa censuali annexum, & cohærens inseparabiliter eidem: ergo dando censuarius rem ipsam principaliter censui obligatam, & strictam, meritò liberabitur, & ita vidi non semel iudicatum in Regia Pinciana Chancellaria. Vnde hanc sententiam, licèt non his considerationibus probant Azebedo in l. fin. titul. 21. libr. 4. nouæ Recopilat. num. 133. Felician. in 2. p. de censib. lib. 3. cap. 5. num. 15. numer. fin. vbi num 16. infert, quod si bona insolutum data, & adiudicata æstimata posteà euincantur, extinguitur hypotheca, & non cõpetit actio primæua, quæ fuit extincta, sed solum vtilis actio ex empto, siue à parte, siue à iudice data fuerint; atq; ideo liberari fideiussores. Quod non ita contingeret, nisi per eam dationem redemptio vera formaretur. Et in vers. *Quare* consulit, vt protestetur, quod re euicta sibi maneat integra, & illæsa actio primitiua, ex glossa in l. eleganter. ff. de pignorat. act. & ex Bart. Bald. Salicet. Corneo, & Petro Surdo, quos ipse refert, & ipse Bald. per text. ibi in l. si quis argentum. §. si verò. C. de donat. & alij per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 6. n. 20. Burs. at. consil. 84. n. 9. lib. 1.

13 Ex quo credo non benè dixisse, Rodericũ lib. 2. de ann. red. quæst. 9. nu. 68. dum tenet, quod census neque redimi, neque extingui posse per dationem bonorum æstimatorum, dicens, ita in Regia Pinciana Chancellaria iudicatum fuisse, & antea lib. 1. quæst. 18. numer. 50. quod etiam tenuit Gutierr. in libr. 1. pract. quæst. 46. num. 16. quem refert, & sequitur Felician. in 2. part. lib. 1. cap. 8. num. 11. versic. *Contrarium tamen*; quia posteà, vt dictum est, mutato consilio, licet breuiter, nostram sententiam tenet Felician. dicta 2. part. lib. 3. capit. 5. numer. 15. ad med. & constat ex Paulo consil. 41. vltra ea, quæ superius libr. 2. quem & alios refert Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 6. num. 1. Cæteri enim non benè cognouerunt naturã census; distat enim longissimè à natura cæterorum contractuum, vt suprà diximus.

Pro qua sententia ego pondero vltra naturam contractus censualis eius naturalem resolutionem; quamuis enim creatio census cõsignatiui regulariter ex pecunia faciendo fit, tamen ex alijs rerum speciebus dummodo legitimum pretium accedat, formari potest,

late suo loco diximus. Ex quo infertur, quod modus resolutionis debet correspondere actui creationis, vt ita succedat regula, quod omnis res per easdem causas, quibus nascitur, resoluatur. Ex quo minor de prædictis Scribentibus, qui tenuerunt ex pretio legitimo in speciebus constituto creari posse censum, & negauerũt, resolui, ac redimi posse per dationem bonorum æstimatorũ; cùm non solum liberatio & redemptio fauorabilior sit creationi, sed nullam habeat, sicut creatio, iuris resistẽtiam. Et inde, & verior & iustior sit hæc resolutio, mul tumque fortificat libertatem redimendi. Ex quo Pontifices censum iustificauerunt.

Vnde ex ea sententia sequentia notabilia inferuntur. Primum, non bene in censu admitti resolutionem Ferrariæ responso libelli actionis hypothecariæ verb. *Exceptionem solutionis* numer. 64. dicentis valere pactum,
14 nequis possit soluere debitum datione insolutum; quem sequitur Carrocius in tract. de obligat. 2. part. quæst. 10. num. 1. & alij relati à Thesauro decis. Pedemontana 153. numer. 13. quia præterquam quod Ferrara & Carrocius contrarium tenuisse videantur, ex sola libertate redemptionis in censu, vbi longe maior libertas redimendi datur, à fortiori procederet. Neque admittitur distinctio Feliciani in 2. part. lib. 3. cap. 5. num. 1. in princ. distinguentis inter debitores pascisentes in carceribus, vel extra carceres; quia vtroque casu non obstante pacto libere in bonis æstimatis posset facere redemptionem.

Secũdo, & nouiter infero adeò veram esse
15 in censu hanc sententiam, vt quamuis in alijs contractibus necessarium sit, quod interueniant & concurrant requisita suprà relata, vt procedat remedium dandi bona æstimata, & inter ea quòd censuarius pauper sit, neque possit ex alijs, bonis soluere debita, in censu tamen id non requiratur, sed sufficere, quod vel bona specialiter hypothecata sufficiant, vel quod censuario volente ea æstimata detur; cum enim possit dimittere do ea creditoribus se liberare, vt supra diximus: ergo & dãdo legitimè æstimata eisdẽ se liberabit; quia totum pendet à possessione hypothecarum, atque eorum substantia, & existentia, nulla habita consideratione ad alia bona, vt ex de natura seruitutis, & consequenter de natura census; qui de seruitute multum participat.

Et si vt ego semper existimaui, hoc beneficium in censu magis ex natura contractus, atque libertate redimendi, quam ex authẽt. hoc nisi debitor debitoribus con petat, non erit necessarium, quod requisita eius authentica simul concurrant, scilicet deficere pecuniam debitori, & quod creditor ex bonis debitoris rem, quem maluerit, elligere valeat, & quòd debitor de euictione caueat, atque denum quod emptores earum rerum non reperiantur. Primum quidem necessarium non est, si quidem censuarius cedere, ac demittere possit rem censualem, vt suprà diximus. Secundum similiter, scilicet, elligere meliorem rem, etiam in terminis dictæ authenticæ non obseruatur, ex l. 3. tit. 14. part. 5. ibi. *A bien vista del juzgador*, quæ excludit electionem, vt aduertit Gregor. in dicta l. Partitæ, verb. *Del juzgador* Gutier. de iurament. confirmat. capit. 29. nu. 3. versic. *Hodie est aduertendum*, & à fortiori non requiritur in censu. Tertium quidem, scilicet quod debitor caueat de euictione, non etiam à principio est necessarium; quamuis res censualis, quæ datur, debeat esse censuarij. Demum vltimum requisitum, scilicet vt emptores non reperiantur, etiam non requiritur, si quidem quocunque casu censuario liceat dimittere rem, imo & tertium de cautione etiam in terminis dictæ authenticæ non procederet; quando censuarius ita pauper esset, vt fideiussores non posset reperire, quia eo casu sufficeret eius iuramentum, ex Bart. in l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cautionibus, cum alijs relatis à decis. Pedemont. 70. n. 5. gloss. in authent. de fideiussorib. §. quod autem. verb. *Dare possit*, vbi Batt. sub num. 8. Vincent. Carroc. in tract. de oblationibus. 2. part. quæst. 10. num. 17. imò & cautio iuratoria præstari non debet de iudicis officio, sed tantum parte petente, ex glossa celebri in l. vniuersa verb. *Præbeatur*, ib. *Demum si aduersarius postulet*. C. de precibus Imperatori offerendis, cum pluribus, quæ in eius confirmationem tradit Hyppolytus in rubrica de fide iussoribus, num. 144. Ioan. Gutier. in l. nemo potest num. 433. maximè si personæ, quæ præstare volunt cautionem iuratoriam, honestæ sint, & in dignitate constitutæ; quia admittuntur ad eam præstandam. l. quoties. C. de dignitatibus lib. 12. vbi notant DD. decis. Pedemont. 70. numer. 3. Carrocius vbi suprà quæst. 10. numer. 45. qui licèt referat Iulium Clarum in §. fin. quæst. 46. versic. *Sciasautẽ*, contrarium practicari dicentem; tamẽ Iulius Clarus non loquitur in cautione iuratoria dãdam causa ciuili, sed præstanda in causa criminali. Vnde nõ obstat, neque ex vna ad aliam, tanquam à diuersis potest fieri illatio. l. Papinianus exuli de ministeriis. l. inter stipulantem. §. sacram. de verbor. ibi, *Sed hæc diuersa sunt.*

Quia

16 Quid tamen erit dicendum, quando in contractu censuali accedit iuramentum, an cesset beneficium authent. hoc nisi debitor, & videtur quod sic: cùm ille, qui iurat, teneatur præcisse ad factum, gloss. in l. si pecuniam ff. de condit. causa data, verb. *Necesse habeas*, ibi, *Vt quia iurasti*, cum alijs, quos refert, & sequitur Decius ibi, Gutierr. dicto capit. 29. numer. 6. Vincent. de Franchis decis. 81. vbi alios refert. Contrarium tamē, scilicet, quod remedium authenticæ hoc nisi debitor non excludatur per iuramentum, tenent Cephal. consil. 195. lib. 2. Iosephus Ludouicus decis. 64. num. 8. vbi alios referunt. Quas opiniones contrarias cōciliabat quidam Aduocatus in hunc modum, vt ex solo iuramento ad corrobationem contractus non renuncietur beneficio dictæ authenticæ, vt quia iuramentū sit stricti iuris, & non extēdatur, ex doctrina Bart. & sequacium in authent. sacramenta puberum, col. 2. C. si aduersus venditionem, dicentis, quod iuramentum, de quo ibi, solum facit minorē maiorem, non tamen tollit aliud impedimentum. Quam sententiam esse communē notat Paulus ibi num. 10. Tellus Ferdinand. in l. 17. Tauri numer. 108. & in muliere nupta iurāte alienationem rei dotalis Alciat. in cap. cum contingat. nu. 130. de iureiurand. Corneus in dicta authent. sacramenta puberum. num. 30. Tellus dicto num. 108. Quod intelligit ibi num. 111. quādo renunciatio fuit specialis; & similiter iuramentum speciale. Quod in terminis dictæ authent. hoc nisi limitat, & intelligit Anton. Thesaur. decis. 153. num. 14. Vincentius Carrocius supra quæst. 10. num. 78. & nominatim Vincent. de Frāch. decis. 81. Gutierr. dicto cap. 29. Anton. Thesaur. decis. 153. qui omnes distinguunt inter iuramentum confirmans renunciationem specialem, vel generalem: imò & in censu accedente iuramento sub censura Sanctæ matris Ecclesiæ defendi potest, quod adhuc procedat beneficium dictæ authenticæ, non tam ex eius potestate, quàm ex natura ipsius census, qui habet naturalem conditionem, atque facultatem redimendi, & quomodocunque obligationem extinguendi, & peremptis rebus extinguitur, atque ideo iuramentum rebus sic stantibus intelligendum est, capit. veniens. cap. clericus de iure iurando, Ripa in l. 2. §. mutui datio. numer. 28. ff. si cert. petatur.

# CAPUT CX.

## DE PRÆLATIONE creditorum censualium interse, vel cum alijs non censualibus creditoribus. Caput CXI.

## SVMMARIVM.

*Prior tempore potior esse in iure ex regula vulgari in prælatione creditorum. num. 1.*

*Dominus emphytheosis an præferatur in re emphytheotica cæteris creditoribus etiam anterioribus. n. 2.*

*Creditor habens tacitam priorem, an præferatur posterioribus habentibus expressam posteriorē vel ê conuerso. n. 3.*

*Dominus emphytheosis an præferatur mulieri, vel fisco, etiam anterioribus creditoribus. numer. 4.*

*Resoluto iure dantis resoluitur ius accipientis, regulariter traditur. n. 5.*

*Prior hypotheca præfertur posteriori, etiamsi prior sit generalis, & posterior specialis. numer. 6.*

*Dominus census reseruatiui an præferatur cæteris omnibus creditoribus posterioribus. numer. 7.*

*Resolutio pensionis, quæ fit in creatione census reseruatiui quid operetur. n. 8.*

*Dominus census reseruatiui, an præferatur omnibus creditoribus etiam anterioribus. numer. 9.*

*Intellectus ad l. in rebus. C. de iure dotium noui, ter traditur. n. 10.*

*Creditor census consignatiui an præferatur omnibus creditoribus etiam anterioribus, discutitur. n. 11.*

## CAPVT CXI.

FELICIANVS de censibus lib. 3. cap. 5. per totum scripsis latè materiā prælationis creditorū, designans regulam cum ampliationibus, vt prior creditor præferatur posteriori. Cuius resolutionis, licèt in ordinarijs hypothecis, ac prælationibus earū viles sint, ad nostram census speciem non adaptantur; ideò cùm prælatio creditorum ex natura cuiusque census, & eius contractus aperriùs cognoscatur, sequentes casus circa cuiuslibet census naturā proprij considerādi, ac decidendi sunt.

Primus

2 Primus in censu emphytheotico, scilicet quando dominus emphytheosis cæteris creditoribus emphytheotæ præferri conatur, etsi creditores posteriores sint, certum est, præferendum esse; quia cùm in emphytheosi hypotheca legalis formetur, imò & fortiùs cæteris regularibus, vt diximus in capite de hypothecis censuum, succedit regula, qui prior est tempore, potior debet esse in iure, regula qui prior de regulis iuris lib. 6. l. quoties vtriusque. ff. eodem titul. l. prior in princip. l. qui valneum. ff. qui potiores in pignore. l. 27. & 29. tit. 13. p. 5. Et si ex aduersu replicetur, quod in scriptura emphytheosis nũ
3 quam res ipsa data in emphytheosim expressè subijcitur hypothecæ, sed quod tacitè ex natura rei, & contractus hypotheca tacita manet, & quòd inde hypotheca tacita erit, atque consequenter non præferenda expressis posterioribus, respondetur facilè, adeò veram esse regulam supradictam. l. potior vt creditor prior habens tacitam hypothecam posteriori habenti expressam præferatur. l 11. C. si per publicam pensitationem l. hac ædictali. §. is illud. C. de secund. nuptijs. l. 1. C. de alie. gerend. & resoluit Negusant. de pignoribus. 2. membro num. 10. ampliat. 14. Ripa in l. priuilegia. num. 5. C. de priuilegijs creditorum, Ioann. Matienço in l. 7. titul. 16. lib. 5. nouæ Recopilat. gloss. 5. num. 10. & quamuis quod durum est, hypotheca tacita anterior præferatur posteriori etiam expressè, quando actus ille ex quo nascitur tacita hypotheca anterior, reducitur ad scripturam, vt considerauit Felician. lib. 3. de censib. cap. 5. num. 9. adhuc ad nostram speciem prælatio adaptatur cum hypotheca, quæ tacite, vel expressè formatur in contractu emphytheosis, semper reducitur ad scripturam, cùm sit de substãtia huius contractus emphytheotici, quòd in scriptis contrahatur, vt diximus latè in capit. de scriptura conficienda in cõstitutione census: ergo vtroque casu, vel quando res in emphytheosim cõcessa expressa hypothecæ subijcitur, vel quando tacitè ex natura rei, & contractus actus formatur, præfertur ex ea dominus census cæteris omnibus creditoribus posterioribus expressam etiam hypothecam habentibus.

4 Quę resolutio ãmpliatur, etiamsi posteriores creditores sint omnino priuilegiati, veluti fiscus, aut mulier pro dote, seu alij, qui regulariter præferũtur anterioribus creditoribus tacitam hypothecam habentibus; quia cùm dominus emphytheosis non solum fundetur in prioritate hypothecæ, sed in dominio directo, quod resoluitur, & ad ipsam reuertitur, ex alienatione rei emphytheoticę, vel ex alia simili causa, vt infra dicendum erit, certũ est, quod omnibus fisco, mulieri, atq; cæteris in re, cuius verè dominus est, præferendus erit, cùm si rectè causa consideretur in re ipsa emphytheotica, quæ non est emphytheotæ, sed domini, cõcursus creditorum non detur, sed ipse dominus ex non implemento conditionum contractus possit rem ipsam auocare, & vendicare, & concursus præsupponat bona ipsius emphytheotæ debitoris, & nõ alterius tertij, domini nempe emphytheosis.

5 Si enim certum est, quòd resoluto iure dantis resoluitur ius accipientis, ex l. lex vectigali fundo. ff. de pignor. l. 3. ff. quibus modis pignus vel hypotheca soluitur cap. 1. §. rursus de controuersia inuestituræ, & latè, ac elegãter resoluit Andr. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. nume. 70. cum alijs præcedentibus & sequentibus, Pinel in l. 1. C. de bonis maternis 3. part. ex num. 72. cum alijs, & latè Felician. de censib. lib. 2. cap. 4. nume. 13. prope finem cum alijs, decis. Pedemont. 156. nu. 14. & latè de hac resolutione agit Ioann. Garc. in titul. de hypothecis post contractum, qui habetur post tractatum de expensis, vbi latè cõprobant, quod resoluto feudo, vel emphytheosi resoluitur seruitus à vassallo, vel emphytheotæ constituta, seu quælibet obligatio cõtracta, & quod dominus directi ad onera, seu obligationes medio tempore contractas non tenetur: ergo resoluta emphytheosis per concursum creditorum, vt quia contra domini voluntatem in tertium transire non potest; ita contractus ipse resoluitur, vt in ea re emphytheotica dominus directi cæteris omnibus creditoribus posterioribus etiã priuilegiatis præferatur.

6 Sin verò creditores anteriores essent; vt potest exemplificari in creditoribus, qui antea quàm emphytheota rem in emphytheosim recepisset, cum eo contraxerunt, & ipsius emphytheotæ bona generaliter habent obligata, præsentia, & futura, & nonnulla specialiter. Quo casu inter dominum emphytheosis, & priores creditores emphytheotæ, eis potest agitari circa prælationem, dicendo creditores, quòd cùm omnia emphytheotæ bona præsentia, & futura, generaliter obligata habeant, in ea generali obligatione continetur res emphytheotica postea quæsita, & è conuerso dominus obijciendo, quòd cùm in emphytheotam non transferatur, nisi tãtum vtile dominium, & naturalis possessio directa & ciuili possessione penes eum manente, impossibile est, quòd res illa emphytheotica quæ nunquam à dominio concedẽtis exiuit,

dedu-

deducatur in conuentum creditorum ipsius emphyteotæ, nec comprehendatur sub obligatione generali bonorum omnium præsentium, & futurorum. In qua dubitatione breuiter resoluendum est, dominium directi cæteris omnibus creditoribus etiam anterioribus tacitam, vel expressam hypothecam habentibus, quamuis priuilegia, tum præferendam esse, quia licèt regulariter verum sit, quòd prior hypotheca præfertur posteriori, etiamsi prior generalis sit. l. 2. ff. qui potiores in pignore. l. si generaliter. C. eodem titul. & resoluunt Ripa in dicta l. priuilegia. numer. 7 ampliat. 5. Negusant. in dicto 2. membro numer. 14. tamen illud intelligitur in bonis debitoris, quorum vtrumque dominium, tam vtile, quàm directum ad ipsum spectat, vt ex dicta l. 2. constat ibi, subdit enim Vlpianus: *Qui generaliter bona debitoris pignori accepit:* verba enim, *Bona debitoris*, in bonis proprijs debitoris verificantur; & consequenter verificari non possunt in bonis emphyteoticis, quæ inter eius bona non connumerantur, sed extra patrimonium eius sunt, cum propria sint domini directi; & inde quamuis bona in futurum quæsita regulariter comprehendantur sub hypotheca generali bonorum, vt post Bart. & communem aduertit Gregor. in l. 27. tit. 13. part. 5. gloss. 1. per totam tamen non cõprehenditur res post obligationem generalẽ in emphyteosim concessa, quæ debitoris propria non efficitur.

7 Secundus verò casus consideratur in cẽsu reseruatiuo, vt quando plures creditores concurrunt ad bona censuarij, & dominus census cæteris omnibus posterioribus præferendus esse conatur; quo casu prælationem habere constat ex eo, quod in eo contractu censuali hypotheca non solum tacita, sed expressa formatur eius rei, quæ datur in censum, tam ex natura ipsius cõtractus, vt quia de fundo, vel ex fundo pensio reseruatur, & promittitur. Quo casu cõtrahitur vera hypotheca, vt latè diximus in capite de censu ex fundo, vel de fundo creando, circa intellectum l. fin. ff. de contrahend. empt. quam quod semper nominatim, & expresse in scriptura res ipsa censualis non solum hypothecæ subijcitur, sed prohibetur alienari, & hypothecari, vt ad sensum patet, & consequenter prior hypotheca expressa censualis, mirum non est, si posterioribus præferatur ex regula l. potior, cum vulgatis, imò vt suprà diximus, si sola tacita hypotheca in eo censu contraheretur, cum tamen ea tacita hypotheca in scriptis reducatur, pro expressa haberi constat.

8 Præterea in eo censu reseruatiuo considerari debet, quod eius conditio & natura est resolutiua cõtractus, vt quia res cõcedituri in cẽsum cum reseruatione pẽsionis annuæ, sub ea scilicet conditione, vt pensio vniformiter annuatim soluatur. Quæ conditio ita naturaliter connexa est dationi rei in censum, vt licet non suspendat perfectionem actus; nec translationem vtriusque dominij in censuarium, quia contractus dicitur purus, & dominium statim transfertur, capit. constitutus de relig. domib. aduenientẽ tamen in bonis cẽsuarij concursu creditorum, qui in re censuali, ex qua pensio fuit reseruata, præferri velint, ex natura ipsa contractus in fauorem domini concedentis rem in censum census ipse quasi resoluitur, & quodãmodo quoad effectũ scilicet resolutionis cõditionalis existimatur vt inde dominus census cæteris omnibus creditoribus in ea re præferatur; reseruatio enim pensionis ex natura ipsius reseruationis licèt nihil iuris de nouo tribuat reseruanti in re censuali, tamen conseruat sibi ius, quod habet in ipsa re tempore creationis, ac si dictũ esset, quod in eo statu ius illud permaneret, vt eleganter post Ruyn. Socin. & Aymon. resoluit Menoch. consil. 319. num. 22. vol. 4. & elegantius consil. 341. num. 17. cum alijs, vbi notanter explicat, quando reseruatio ius antiquum conseruet, & quando quidquam de nouo tribuat, explicat etiam Ioann. Gars. de nobilit. gloss. 8. n. 12. vbi in princ. dictę glossæ agens de reseruatione proprietatis finita causa possessoria aduertit, quod reseruatio alicuius iuris, quamuis nominatim non fiat ab ipso iure censetur facta, vt quia ius ipsum reseruet, & conseruet reseruanti, ius, quod habet in re: ergo concursu creditorum aduenientẽ dominus census præfertur in re propria, vt quia censuarius in præiudicium reseruantis pensionis rem cẽsualem obligare non possit, ad similitudinem reseruationis beneficiorum à Papa factæ, quod quidem operatur, vt non possint beneficia reseruata vniri, vel conferri ab alio, quàm ab ipso Pontifice. Quod procedit virtute reseruationis, vt in specie vnionis decidit Rota decis. 4. in tit. de reb. Eccles. non alienandis, & post Cardin. Zauarel. & Garciam Lupum resoluit Menoch. cons. 294 num. 5. Atque denique cùm res, ex qua pensio reseruatur, in præiudicium pensionis reseruatæ libera debeat esse ab omni onere, vt resoluit Garcia Lup. de pensionibus quæst. 17. Gigas in eodem tract. quæst. 58. 59. & 90. Philippus Dec. cõsil. 156. & post alios Flamin. Paris. lib. 6. de resignat. beneficiorũ q. 2. n. 135 à fortiori dominus census cæteris omnibus creditoribus in reseruatione præferẽdus est;

cùm

cùm obligationes censuarij nihil sibi nocere potuissent.

9 Sin verò creditores anteriores essent, vt quia censuarius antequam recepisset rem in censum, omnia bona sua, tam præsentia, quã futura, generaliter obligaret, videbatur dicendum, domino census præferendos esse; quia cum censuarius efficiatur verus dominus rei censualis, dicto cap. constitutus de religios. domib. & inde res illa censualis, quæ in futurum ad ipsius patrimonium prouenit, inter eius bona connumeretur; videtur quòd succedat regula l. 2. ff. qui potiores in pignore probantis, quòd generalis hypotheca anterior præferatur speciali posteriori; verba enim illius legis ibi, *Qui generaliter bona debitoris pignori accepit*, censualia quæ debitoris sunt, cõprehendunt; differunt enim eo casu census emphyteoticus & reseruatiuus, vt quia cùm ex emphyteotico non transferatur dominiũ directum in emphyteotam bona concessa in emphyteosim post obligationem generalẽ omnium bonorum præsentium & futurorum in obligatione generali præcedenti non veniant; cùm verò ex censuali contractu in censuarium vtrumque dominium, tam vtile, quã directum transferatur, in generali anteriori obligatione bona censualia postea quæsita cõprehensa videantur; & ideo in hoc casu dominus census nullam videtur habere prælationem.

Sed adhuc eo casu si naturam reseruationis pensionis, quam supra designauimus, consideremus, & fateatur, vt fatendum est, dato concursu creditorum, quasi resolui contractum, saltem quoad hunc effectum, vt dominus census recuperet rem, præferaturque cæteris creditoribus, eamque liberam ab omni onere cẽsuarij, consequenter certum erit, quòd dominium in ipsum translatum reuocabile iudicabitur, sicut multoties iniure cõtingit; vt quia qui verè domini sunt, vt maritus in dote, atq; in bonis constante matrimonio quæsitis possessor maioratus in eius bonis, licèt habeant reuocabile dominiũ, verè tamen domini sunt, & reuocabile dicetur, vt quia in præiudicium eius, cui bona sunt restituenda, nihil efficere possunt. Ergo reuocato dominio, resolutoque contractu per concursum creditorum, mirum non sit, si ad similitudinem emphyteosis, vt in casu præcedenti dominus census cæteris omnibus, etiã anterioribus creditoribus præferatur.

Imò & fortificando præcedentia aduertendum est, quòd in ea dubitatione, an ex non solutione canonis res incidat in commissum, grauissimi Doctores resoluunt incidere, non solum emphyteotam, sed & censuarium, vt diximus in cap. de constitutione commissi in censu admittenda; quorum resolutio, licèt in censu admittenda regulariter non sit, vt quia commissum regulariter non procedat in censu, vt ibi late probauimus, poterit tamen procedere, & verificari in nostri casus specie, scilicet quando censuarius ita cessauit in solutione pensionis, vt eam nullo tempore soluere possit, vt quia factus sit concursus creditorũ, & creditores anteriores petierint rem ipsam censualem; quo casu cùm censuarius cesset in solutione, non solum per biennium, aut triennium, sed omni tempore in futurum, & res ipsa censualis extaret, quodammodò per nõ solutionem resoluatur contractus, & dominus census in re ipsa præferendus erit. Ita intelligo Baldi resolutionem in cons. 177. vol. 3. dicentem, communem esse traditionem, licèt admittens commissum in censu non sustineatur; quatenus tamen probat, vt censuarius effectus non soluendo cadat à iure suo, verisimum dixit. Pro quo etiam pondero text. si rectè intelligatur, notandum in l. in rebus. C. de iure dotium, dum in rebus dotalibus ex tantibus concedit mulieri rei vendicationem, vt ille text. ex eo procedat, quia licèt maritus constante matrimonio verè dominus dotis sit, cũ tamen soluto dominium illud resoluatur, & ad vxorem reuertatur, vt quia dos pro onaribus matrimonij eo cõstante in maritum transferatur, & eo soluto cessante causa soluendi dotis resoluatur, mulier ipsa tanquam verè domina bonorum extantium ea bona rei vindicando cæteris omnibus creditoribus, etiam anterioribus præferatur, de cuius l. in rebus intellectu latè dixi in capit. de censu creando à marito constante matrimonio super rebus vxoris: ergo eadem ratione dominus census, qui quasi reuocabiliter subconditione resolutiua contractus dedit rem in censum, dato concursu creditorum, cæteris omnibus, etiam anterioribus præferendus erit.

Considero etiam pro hac sententiã, quòd indatione rei immobilis in censu vulgariter adijciuntur conditiones commissi non alienãdi, non diuidendi bona, ingrediendi propria autoritate possessionem, & aliæ similes. Quas conditiones ex partium conuentione in censu reseruatiuo validas esse constat, vt diximus in capitibus de conditione commissi, & conditione non alienandi. De quo vide Molin. de contractib. 2. p. disput. 381. col. 4. fol. 829. ergo ex his conditionibus magis afficitur res ipsa censualis, quam ex omni hypotheca, etiã anteriori; quia si datur commissum ex alienatione,

tione, vel non solutione, resoluitur cõtractus si alienatio prohibetur, nulla fieri potest, quæ dominium transferat in accipientem, quoad hunc saltem effectum, vt pactioni stetur: ergo ex vtroque casu, vel ex ea contractus resolutione, vel ex non translatione dominij in aliũ in præiudicium domini census cæteris omnibus creditoribus præferendus est.

Rursus quamuis fateamur, quod bona censualia post obligationem generalem censuarij bonorum omnium præsentium & futurorum precepta comprehendantur sub ea præcedenti generali obligatione. Intelligendum est, vt sub ea contineantur ad effectum, vt creditor ex fructibus rei censualis possit debitum exigere, donec contractus ex concursu creditorum resoluatur; non tamen quòd res ipsa facto concursu creditorũ vendatur ad satisfactionem eorum in præiudicium domini census, cùm ad ipsum eo casu reuertatur, vel etiam est intelligendum, vt præcedens obligatio generalis posteriori obligationi censuali speciali cum clausulis cõmissi, & de non alienando, atque precarij, & alijs similibus præferatur; & ita in secũdo creditore habente ius hypothecæ cum clausula constituti, seu precarij, quod præferatur etiam anterioribus, decisum fuit in consil. Pedemon. vt constat ex decis. 183. per totam: ergo ex omni parte, aut resolutionis contractus, aut natura ipsius præfertur dominus census cæteris omnibus creditoribus anterioribus.

Considero etiam, quòd si dominus census cæteros omnes creditores anteriores non excluderet, euidẽter fraudaretur, & contractus claudicaret, vt quia existente re censuali propria ipsius, ex qua pẽsionem reseruauit, nulla sibi pensio præstaretur, contra præcepta naturalia, quæ prohibent nequis locupletetur cum iactura aliena, & contra præcepta iustitiæ commutatiuæ, quæ consistunt in æqualitate, cùm esset maxima inæqualitas, quòd extante re propria penes alium, pensio domino non præstetur, quando res ipsa perijt, perire censum iustum est. Quando verò extat contra omne naturæ præceptum, videtur quòd concedens eam cum expressa reseruatione pensionis, atque pacto soluendi eam, contra pactum ipsum à creditoribus sibi auferatur. Nonne certissimum est, quòd in datione cuiuscunque rei meæ possum ego adijcere quæcunque pacta resolutiua contractus, & quod ea pacta omnino seruanda sunt, etiam à tertijs, cum quibus inita non fuerunt: ergo ex natura contractus, ex vi resolutionis, atque pacti, dominus rei censualis cæteris omnibus creditoribus præferendus erit.

Demum considero, quòd in censu reseruatiuo dominus nullum pretium pro re censuali recepit præter pensionem ab eo reseruatam sibi annuatim soluendam: ergo si pensio, quæ loco pretij succedit, non præstetur, resoluendus est contractus ex non solutione pretij, in quo differt cõsignatiuus à reseruatiuo censu, quia cum in consignatiuo pretium integrum censuarius recipiat tempore creationis, omnino purus, & perfectus est contractus, & consequenter ex non solutione pensionis, cùm sors integra percipiatur, & irreuocabiliter alienet non resoluitur, accedatque natura ipsa census reseruatiui, non est emptione venditio, aut vera permutatio, sed quoddam pactum nudum rei traditione vestitum, vt diximus latè in capit. de natura census reseruatiui: ergo traditio illa, qua vestitur pactum illud, si pactum non seruetur, resoluenda est, & res ipsa censualis ad concedentem reuerteretur. Quæ resolutio à fortiori procederet, si forsam dominus census non recuperando rem censualem, sed potius creditores eam vẽdendo, non haberet, vnde sortem census perciperet; quia eo casu sine dubio, atque difficultate eam recuperabit; argument. text. notã dissimi in dicta l. in rebus. C. de iure dotium, secundum lecturam, & intellectum Acursij ibidem dicentis, mulierem pro dote recuperanda saltem habere vtilem rei vendicationem, etiam pro bonis æstimatis, vt scilicet quando maritus non est soluendo possit ea bona rei vendicare. Cuius Acursij resolutio communis est, vt latè diximus in cap. de censu creando à marito constante matrimonio super rebus vxoris, & propriè ad nostram speciem adaptatur, cùm sit dominium dotis resoluatur soluto matrimonio, & ad vxorem reuertatur, vt inde competat rei vendicatio, census etiam reseruatiuus ex eius natura & virtute pacti cessante omnino solutione pẽ pensionis in futurum etiam resoluatur, & res ipsa ad dominum concedentem reuertatur.

Vltimò considerabam, quod cùm dominiũ rei cẽsualis transferatur in censuariũ, de cuius bonis formatur cõcursus, poterit adcreditores anteriores res censualis transire cum onere pensionis reseruatæ: quo casu omnibus prouideretur, & creditoribus, & domino census.

Tertius, & mãgis contingibilis casus figuratur in censum consignatiuo; in quo quidem dicendum videtur, quod census ille consignatiuus, qui continet expressam hypothe-

eam,

eam, & obligationem bonorum venditoris cẽsus, præferatur omnibus creditoribus posterioribus tacitam, vel expressam hypothecam habentibus, ex regula. C. qui prior de regul. iuris lib. 6. l. quoties vtriusque. ff. eod. l. qui valneum in princip. l. potior in princip. ff. qui potiores in pignore. l. distractis, & l. sequentis C. de pignoribus. l. 27. & 29. tit. 13. par. 5. quæ regula procedit, vt etiam prior creditor censualis præferatur fisco & mulieri in dote, alijs q; priuilegiatis creditoribus, vt latè probat Felician. d. lib. 3. de cenſib. c. 5. per totum, vbi n. 18. vers. Decimo ampliatur, extendit eam regulam, vt non solum præferatur pro sorte census, sed & pro vsuris, annuis nempe præstationibus futuris, etiamsi medio tempore contractæ sint obligationes, ex l. lucius, quæ notanda est. ff. qui potiores in pignore habeãtur, & quãtum ad posteriores creditores hæc est verissima resolutio.

Quantum verò ad anteriores, an cẽsuarius eisdem præferatur ex regula præcedenti, qua priores posterioribus præferuntur, præferendum esse anterioribus creditorem censualem posteriorem dicendum est. Quæ regula & vera, & communis existimatur, licet sequentibus modis nouiter pensitatis limitetur. Primo modo limitatur in omnibus casibus, in quibus in censu cõsignatiuo admittitur commissum, vt in censu consignatiuo perpetuo, inquo ex partium conuentione plures commissum admiserunt, ex l. 68. Tauri, & ex his, quæ circã eius intellectum diximus in cap. de commisso in censu admittendo, vel etiam in censu consignatiuo redimibili ad rationem viginti pro vno constituto, & creato, secundum ea, quæ diximus in cap. de commisso in censu admittendo; cum enim quando commissum admittitur, habeat contractus censualis conditionẽ formalem resolutiuam eius, resoluto per commissum, clarum est, quòd censuarius cæteris omnibus creditoribus in bonis censualibus præferendus erit, secundum ea, quę suprà diximus in specie census emphyteotici.

Secundò limitatur, quotiescunque creditor censualis habet instrumentum de actuali numeratione pecuniæ, & priores creditores solum habent instrumenta confessata; quo casu censuarius cæteris omnibus etiam anterioribus præferendus est. l. Titius. ff. quæ res pignori obligari possunt. l. diuersi verb. Data, iuncta glos. ibi, C. qui potiores in pignore, & post Bald. Angel. Cathel. Cota, Gregor. Tiraq. & alios Felic. de cens. lib. 3. c. 5. n. 24. Ioan. Gutier. de iurament. confirmat. 3. p. c. 15. nu. 21. quamuis Ioan. Matiençó in l. 7. tit. 10. lib. 5. nouæ Recopilat. glos. 5. contrarium, & malè sentiat, dicens nihil interesse, an instrumentum contineat numerationem, an verò solam confessionem.

Tertiò, & nouiter limitari posse videbatur prædicta regula, quoties in scriptura censualis adiectum esset constitutum, & precarium, vt quia venditor se nomine emptoris constituit se possidere, & precario habere bona censualia; quo casu certum est, quòd in emptorem transtulit possessionem prædictarum rerum, ex qua possessione mirum non est, si creditoribus, etiam anterioribus non habentibus precariam, aut constitutum præferatur. Ita ferè in specie resoluit Gratus responso 63. nu. 33. 2. p. & deducitur ex Tiraq. de iure constitut. in 1. p. n. 12. & 35. & limitatione 14. num. 7. & post Negusant. & Menoch. decis. Pedemont. 136. per totam, vbi n. 6. & 7. cum sequentibus id deducitur.

FINIS.

# INDEX OMNIVM RERUM, ac sententiarum maxime notabiliu quæ in hoc libro de Censibus continentur, ordine alphabetico digestus.

## A.


ABLATIVVS absolutus inducit conditionem, & formam. cap. 37. num. 6. & continuatur discursus vsque ad numerum. 25. folio. 92. & capit. 48. numero. 3. folio. 201.

Abas vel prælatus monasterij essem pti, quando possit consentire, atque prorrogare iurisdictionem Episcopi, vel facere conditionem monasterij deteriorem. cap. 78. numer. 6. & 11. fol. 190.

Actus voluntarij non inducunt necessitatem, neque extenduntur vltra agentis intentionem. capit. 70. numero. 9. folio. 18.

Actus inutilis, & invallidus, quando operetur ad emptionem actus vallidi. cap. 36. numer. 11. fol. 89.

Actus creationis census in effectu & substantia diuiduus est, & reduci potest ad partes. cap. 26. nu. 2. fol. 90.

Actiones, seu nomina debitorum, an inter mobilia, vel immobilia connumerentur, seu constituant tertiam spetiem bonorum. capit. 38. numero. 1. folio. 99.

Actio criminis stelionatus an competat quando emptor succurrí potest per actionem ex contractu. capit. 53. numer. 9. fol. 128.

Actiones ad res immobiles competentes an computentur inter immobilia bona. cap. 56. num. 16. fol. 135.

Actiones, seu facultates ad emendum bona immobilia, quæ præcisse emendæ sunt, an computentur inter immobilia bona. capit. 56. numero. 20. & 21. folio. 135.

Actiones, quo modo; & quando confundantur per succesio-

nem. capit. 95. numer. 4. folio. 228.

Actiones quando confundantur, & an procedat tantum respectu personarum debitoris, & creditoris, vel simul respectu correorum vtriusque, ita quod correus succedendo, agere possit, contra alios, vel contra ipsum agi, vt quia successio habeatur pro solutione. cap. 95. nu. 5. fol. 228.

Actio, & passio sunt incompatibilia in vno subiecto, & successio habetur pro solutione. cap. 95. n. 6. fol. 228.

Actiones non confunduntur per successionem quando hæres conficit inuentarium. cap. 95. nu. 7. fol. 228.

Actiones an sint cedendæ correo soluenti creditori sortem, & vsuras. capit. 109. numer. 1. & an intelligatur deducta parte correi soluentis. numero. 2. folio. 245.

Actiones, an cedendæ sint non solum correo soluenti, sed ipsi debitori censuario, vel alijs soluentibus. cap. 100. numer. 3. fol. 245.

Actio an sit cedenda fideiussori ementi censum contra correos in solidum obligatos, & an emere possit censum. cap. 100. nu. 4. fol. 245.

Actio an sit cedenda possessori hypothecæ. cap. 100. numer. 14. fol. 247.

Actio an sit cedenda a possessore. capit. 100. numer. 15. folio. 247.

Actionem, an teneatur cedere possessor contra se, fideiussori. cap. 100. nu. 16. fol. 247.

Alienatio an sit de natura emptionis, & venditionis. capit. 17. numero. 6. & 17. folio. 43. & 45.

Alimenta, & ius alimentorum an vendi possint, & iusti, propter in certitudinem contractus. capit. 20. numero. 3. folio. 51.

Alimenti, an præstanda sint a creditoribus debitoribus captis pro re censuale. cap. 35. numer. 10. & an idem dicendum sit in possessoribus maioratum. num. 11. fol. 128.

Alienationis maioratus cessante causa, cessat ipsius alienationis permissio. cap. 65. numer. 3. fol. 166.

Alienatione prohibita generaliter, alienatio rerum vsus fructus prohibita est. cap. 68. numer. 15. fol. 174.

Alienatione prohibita an prohibeatur translatio dominij. cap. 76. n. 2. fol. 185.

Alienatio rerum ecclesiæ facta contra formam iuris etiam si ecclesiæ vtilis sit, an existere possit. capit. 76. numero. 9. folio. 187.

Alienatio rerum minores, seu constitutio census, quibus solemnitatibus iuris præcedentibus facienda sit, & an vtilitas requiratur.

tur, cap. 81. numer. 6. per totum, fol. 197.
Albornoz intellectus ad legem. 68. Tauri discutitur, & reijcitur. capit. 90. numero. 9. folio. 217.
Albari Baez Lusitani opinio adducitur, & reijcitur. cap. 104. num. 2. fol. 254.
Annue præstationes ad inducendam obligationem in futurum debent esse causatæ, & non simplices, neque in solo temporis cursu fundare, & obiectio contraria soluitur cap. 5. num. 4. & 5. fol. 12.
Antonius Gomez impugnatur. ca. 74. num. 4. fol. 182.
Arbores an, & quando habeantur inter immobilia, & super eis, vel fructibus earum possit census consistere, cap. 56. numer. 15. fol. 134.
Archiepiscopus habet maiorem iurisditionem in subditos sui suffraganei, quam Episcopus in exemptis. capit. 78. numer. 16. fol. 190.
Assecuratio periculi census ad vitam, an pro pecunia fieri possit. capit. 21. numero. 1. folio. 53.
Assecuratio vitæ ex qua census ad vitam iustificatur, an possit fieri cum ipso venditore census in continenti, vel ex interuallo. capit. 21. numer. 4. & 5. cum alijs. fol. 53.
Assecuratio in continenti, vel ex interuallo quando sit valida, & ratio differentiæ inter eas. cap. 21. num. 14. cum sequentibus. fol. 54. & 55.
Auri vel argenti appellatione quando comprehendatur pecunia. capit. 39. numero. 4. folio. 100.
Auri vel argenti materia quando possit dici pecunia. cap. 39. num. 7. fol. 100.
Auri, vel argenti materia, licet propie non possit dici pecunia, sed massa, & metalum, in valore tamen, & extimatione idem sunt. capit. 39. numero. 8. folio. 100.

## B.

BARTOLI doctrina in consilio. 195. explicatur. capit. 107. numer. 2. & 13. fol. 260. & 262.
Bona quæ subijciuntur hypothecæ ad securitatem census solum obligatur, non vero venduntur, capit. 17. numero. 3. folio. 43.
Bona super quibus nominatim constituitur census, an vendita, vel obligata censeantur. capit. 17. numero. 4. & 7. fol. 43.
Bona semouentia, veluti oues boues, & similia an possint dari in censum reseruatiuum. cap. 49. numer. 6. & sequentibus fol. 121.

Bona inseparabilia solo, & corporibus cohærentia si considerentur separatim a solo non sunt bona vere immobilia soli, se incorporalia, & imbisibilia, si tamen recte considerentur pro immobilibus habentur. capit. 52. numero. 10. & 13. folio. 126.

Bona mobilia præciosa an inter immobilia connumerentur. cap. 56. num. 24. f. 135.

Bona super quibus census consignatur debent esse fructifera de sua natura, & fructus maiores, vel correspondentis pensioni. capit. 58. numero. 18. folio. 140.

Bona super quibus census consignatur debent esse stabilia, & existentia. cap. 58. numer. 19. fol. 140.

Bona censualia an possint vendi, vel dari in censum reseruatibum. capit. 61. numer. 5. fol. 151.

Bona maioratus semel legitime alienata an in perpetuum alienabilia sint. capit. 65. numer. 1. fol. 165. & alia vide in verba maioratus, & in verbo res.

Bona communia vniuersitatis vsui publico destinata qualia sunt. capit. 68. numero. 1. folio. 169.

Bona communia vniuersitatis vsui publico destinata, an sint propia vniuersitatis quoad dominium. capit. 68. numero. 2. folio. 196.

Bona publica alienari nequeuntica. 68. num. 2. vers. quod ex eo. fol. 170.

Bona ciuitatis, quæ vocantur (propios de concejos) qualia sint. capit. 68. numero. 5. folio. 170.

Bona ciuitatis supradicta, an sint propia vniuersitatis, quoad dominium. capit. 68. numer. 6. fol. 170.

Bonorum prædictorum ciuitatis diuersæ speties numerantur. capit. 68. numero. 7. folio. 171.

Bona communia an dicantur esse in seruitute populorum. cap. 68. num. 13. fol. 173.

Bona ecclesiarum an possint alienari censibus, vel hypothecis subijci concurrentibus iuribus, & solemnitatibus, & causis iustissimis. capit. 76. numero. 4. folio. 188.

Bona ecclesiæ collegialis, cathredalis, & hospitalis, vel alterius loci pij, an requirant solemnitatem formaliter ad alienationem. capit. 76. numero. 5. folio. 186.

Bona patrimonialia clericorum ad cuius titulum ordinantur an possit dari in censum, vel super eo census constitui. cap. 77. num. 6. fol. 188.

Bona profectitia quando possint dari in censum, seu alienari a patre. cap. 80. numer. 1. fol. 194.

Bona profectitia quando possint

dari in censum seu alienari a filio cap. 80. n. 2. fol. 194.
Bona profectitia quando a patre, vel a filio possint subijci hypothecæ, vel censui consignatibo. cap. 80. numero. 3. folio. 194.
Bona profectitia quando possint dari in censum reseruatibum, vel hypothecæ subijci, vel alienari. cap. 80. numero. 4. folio. 194.
Bona aduentitia quando possint a patre, vel a filio subijci hypothecæ, vel censui consignatibo a patre. capit. 80. numero. 5. & quando a filio. numer. 6. fol. 195.
Bona castrensia quando possint subijci hypothecæ, vel censui consignatiuo a patre, vel a filio. capit. 80. numer. 7. fol. 195.
Bona quasi castrensia, quando possint subijci hypothecæ, vel censui consignatibo a patre, vel a filio. cap. 80. numero. 8. folio. 195.
Bona super quibus census constituitur, an dicantur vendita, & dominium eorum translatum in emptorem census, vel remaneat pœnes censualem. capit. 89. numer. 11. fol. 213.
Bonorum censualium dominium non transfertur in emptorem census, etiam ex pactione censuali. cap. 89. numer. 12. fol. 213.
Bona censualia, quæ in publica subhastatione adiudicantur, an efficiantur capientium, si contingat læsio, vel si nulla interueniat, intra quantum tempus, in eos transferatur dominium. capit. 108. numero. 4. fol. 263. & quid in pignore iuditiali, vel conuentionali. num. 5. ibidem.
Bona censualia an possint dari in solutum ab emphytheuta censuario, reseruatiuo, vel consignatiuo. capit. 110. numero. 10. & 11. 12. quam folio. 268. & 269.

## C.

CAVSA spetialis alegan-da, & prouanda est, & quæ ex ea causa immediata, & specifica annuæ præstationes fuerunt factæ. capit. 6. numero. 7. & 6. fol. 15.
Causari accipitur pro titulo, sed pro causa immediata, contra Salicetum, & Alexand. cap. 6. n. 7. fol. 15.
Canonis præstatio sola causata, inducit subiectionem. cap. 6. num. 8. fol. 15.
Casus fortituitus in solitus, & inopinatus, quis dicatur remissiue. capit. 60. numero. 15. fol. 149.
Causa publica quæ sic, explicatur. c. 62. num. 19. f. 155.

Cauſſa finalis vel impulſiba quæ dicatur, & quando ommiſsio earum vitiet gratiam. cap. 62. numer. 22. fol. 156. & cap. 63. numer. 15. fol. 159.

Cauſſa quæ naratur in ſuplicatione verà debet eſſe, ne cauſetur vitium ſubreptionis. cap. 63. nu. 14. fol. 158.

Cauſſæ impulſiuæ omiſsio, quid operetur, & quæ ſit fundata iniure, vel ſtilo, & an ea poſsit dici finalis. cap. 63. numer. 17. fol. 159.

Caſus fortiutus per emptionis rei cenſualis, quando excuſſet cenſuarium. cap. 60. numer. 13. fol. 149.

Cenſus ſignificat extimationem patrimonij, & deſcriptionem facultatum ciuium. capit. 1. numer. 1. fol. 1.

Cenſum ageri ſignificat nomina, & facultates ſingulorum ciuium Romanorum recenſere. libr. 1. capit. 1. numero. 4. folio. 1.

Cenſoris vnde dicantur. lib. 1. cap. 1. num. 5. fol. 1.

Cenſus ſumitur pro ſubſtantia ipſius patrimonij, lib. 1. cap. 1. num. 8. fol. 1.

Cenſus adiectiuè aceptus, quid ſignificet. ibidem numero. 9. folio. 2.

Cenſus vſurpatur pro codice, in quo bona cenſualia deſcribuntur. ibidem numero. 10. fol. 2.

Cenſus ſignificatio propior, implicatur. ibid. num. 12.

Cenſus ſignificat vſuras pupillaris quæ debentur a tutoribus, & curatoribus. libr. 1. capit. 2. numero. 1. folio. 2.

Cenſus nomine comprehenduntur reditus, quia depoſitaris probeniuntur. ibidem numer. 2. fol. 2.

Cenſus ex ſententia, & tranſaxtione creatur. capit. 2. numero. 7. fol. 3.

Cenſus conſtituitur ex pœna conuentionali, adiecta facto hominis, vel dactioni quantitatis, vel traditioni certæ ſpetiei. capit. 1. numero. 8. folio. 3.

Cenſus formatur ex dote promiſſa, non ſoluta. cap. 2. numero. 11. fol. 3.

Cenſus dicitur quem vaſſalli, ſolariegui dominis præſtant. cap. 2. n. 12. fol. 3.

Cenſus formatur ex teſtamento. ca. 2. num. 14. fol. 3.

Cenſus inducitur ex tempore, cum cauſæ concomitantia. cap. 2. n. 15. fol. 3.

Cenſus, quando ſumitur pro iuribus regalibus, quæ vulgo vocantur (juros) & qua ratione inter ſe differant. cap. 2. n. 14. fol. 5.

Cenſus ſumitur pro priuilegio percipiendi aliquid annuatim, ex iuribus regalibus, veluti de rentas Reales, & cap. 2. numero. 25. fol. 5.

Census accipitur pro tributo, & in quo differat a censu. capit. 2. numero. 26. folio. 5.

Census accipitur pro tributis pechos Reales. cap.20. numer.27. fol.5.

Census iuræ, & propiæ diuiditur in reseruatiuum, & consignatibum. capit.2. numer. 29. & 30 f.6.

Census ex temporis cursu sine concomitantia causæ, quando possit induci. capit. 5. numero. 1. cum sequentibus. folio. 12.

Census quem soluunt vassalli, quomodo formetur, & an sit de substantia creationis, quod detur terra vulgo (poblacion) cap.12.numer.1. 2. & 3. fol.32.

Censuarius solariegus an possit de relinquere solum cum edificijs, & secum portare bona mobilia. capit. 12. numero. 4. & 5. fol. 32. & 33.

Census præsumitur perpeturis ex natura contractus emptionis, & venditionis. capit. 18. numero. 5. folio. 47.

Census redimibilis an aliquo modo possit dici perpetuus, contra Lasarte. cap.18.numer.8. fol. 47.

Census constitutus sub ea conditione ne liceat venditori redimeri eum nisi per decem annos, an valeat, capit. 19. numero. 4. 5. vsque ad 8.fol. 48.

Census redimibilis ad vnam, vel plurimum vitas constitutus, an sit vallidus. cap. 20. numer.1.fol. 51.

Census ad vitam plurimorum, quãdo creari possit. cap.20. numer.6. fol.52.

Census personalis in dubio præsumitur, vt quia in dubio minimum est sequendum, & an in dubio præsumatur, reseruatibus, vel consignatibus, an emphytheoticus, & quid quando soluitur aliquid nomine census. capit. 22. numero.18. 19. 20. & 21. fol. 58.

Census realis vel personalis, quando iudicatur ex conceptione defundo vel ex fundo ad alimenta. capit. 24. numero. 1.fol. 62.

Censualis contractus, an præsumatur in dubio, & refertur affirmatiba sententia. cap.22.n.3.fol. 56.

Census defundo, vel ex fundo ex causa alimentorum relictus, vel promissus, an inducant hypothecam, & sit realis, vel personalis. capit. 24. numero. 2. folio. 62.

Census inducitur ex conceptione defundo, vel ex fundo facta in testamento ex causa alimentorũ. cap.24.n.6.fo.63.

Censum realem, vel personalem quando inducat promissio sola defundo, vel ex fundo, non ex causa alimentorum, sed simpliciter facta.cap.24.n.12.f.64.

Census an possit creari ex suppremaspecie pretij naturalis,c.27.n.4.f.69.

Census constitutus minori pretio quam legali, an ex temporis antiquitate iustificetur. ca.28.n.9. & 10.f.72.

Census, qui creatur ex pretio rei immobilis venditæ, an sit verè census, vel emphitheosis, aut emptio & venditio cum pacto legis curabit de emptionibus empti. ca.30.n.1.f.75.

Census qui creatur ex pretio rei immobilis venditæ, an sit iustus, & eius iustitia latè discutitur.ca.30.n.2 & 3.f.75.

Census minori pretio quam ad rationem quatuor decim pro vno constitutus an sit nullus. c.32. n.8.f.79.

Census minori pretio constitutus quam ad rationem quatuor decim pro vno, an confirmetur, si venditor vellit agnoscere contractum.c.32.n.16.fol.80. Et quid si iurauerit contractum. ibidem n.17. & an possit emptor patere quam sibi restituatur sors, vel stetur contractui.ibid.n.18.& an taxatio pretij procedat contra minorem.n.19. & an successor impugnet censum minori pretio cõstitutum.n.20.f.80.

Cessio actionis pro minori pretio facta, an & quando vallida sit, ca.34.n.12.f.82.

Census noui creatio, an propius quam veteris venditio accedat ad inter vsurium, vel in vtroq; versetur, eadem ratio. cap.34.num.18. fol.83.

Censum nouum constituens, dicitur quasi conducens vsum sortis vendens vero veterem non, & ratio differentiæ. cap.34.num.16. fol.83.

Census noui creatio non recepit aumegtum, neque diminutionẽ, quantumcumque venditor inops sit, & quid in venditione veteris census.c.34.n.16.f.83.

Censu vendito minori pretio quas fuit creatus ad quem pertineat excessus legitimi pretij, an ad emptorem, venditorem, seu deitorem.c.34.n.39.f.85.

Census, vide verbum exceptio, & verb. reseruatiuis, & verb.consignatus,& verb.emphytheosis.

Censuarius volens vti remedio restitutionis contractus, haber aliud scilicet eductionis ad legitimam quantitatem. cap.35.num.14 fol.87.

Cessio actionis minori pretio facta quam auge designatur, non est in totum nulle, sed ad statum iustitiæ reducitur. cap.36. num.19. fol.89.

Census creatus ex debito, an sit nullus

lus in foro concientiæ. c.38. n.6. & 16.f.97.& 98.
Census quando creari posit pro reditibus decursis. cap.38. num. 11. fol.88.
Census creatio quando promittitur pecunia,& datur species tantum, vel species, & pecunia simul, an vallida sit.c.38.n.18.f.99.
Census an posit constitui alio titulo quam emptionis seu venditionis.cap.40.n.5.cum sequentibus & n.19.f.102.& 103.
Census iniustus confirmatus sint entia an per temporis cursum possit corrobari.cap.41.num.3.& 4. fol.104.
Census iniusti reductio facta per sententiam,vel sine sententia,an tractu temporis posit fortificari. c.41.n.4.f.104.
Census emphytheoticus, reseruatibus,vel consignatibus,an & quãdo iustè constituatur ex transactione.cap.42.num.1.& sequenti fol.104.
Cesio actionis an sit facienda in cõtinenti,vel sufficiat,si fiat ex interuallo.cap.43.num.3.& 17.f.105.& 107.
Census pecuniarius ad vitam , vel perpetuus,an reducantur.c.46.n. 18.f.115.
Census an perimatur , per emptare censuali , vel obligatio soluendi pensionem in futurum. c.50.n.2. & 14.f.120.& 121.
Census an creari posit super sola persona censuari. cap.50.n.3.5.& 15.f.121.& 122.
Census an creari posit super rebus quæ licet non sint immobilia soli,sunt tamen simpliciter immobilia,c.51.n.1.f.123.
Census an posit creari , & formari super molendinis.cap.51.n.8. vsque ad decimum tertium. fol. 124.
Census an posit formari ex rebus solo coherentibus inseparabiliter.cap.52.n.9.10.& sequentibus fol.126.
Census an posit consignari, vel reseruari super piscibus, aut ex piscipus,qui sunt in lacu.c.52.nu.15. fol.126.
Censuarius si capiatur pro debito censuali,an sit alendus à creditoribus.c.53.n.10.& 11.f.128.
Census quando posit reseruari ex alio censu reseruatiuo. ca.54.n.1. fol.129.
Censuarius , an posit dare in censum rem sibi datam cum reseruatione pensionis, facundo scilicet secundum censuarium.c.54.n.2. fol.129.
Census pecunia emptus an posit super officijs reipublicæ consignari.c.55.n.6.& 7.traditur sententia affirmatiba,& n.8.& 9.contraria fundamenta diluuntur.fo.132. & 133.
Census an posit consignari super fructibus pendentibus. c.56.n.1. 2.& 3.& 4.f.133.& 134.
Census an super insulis,vel nauibus consistat. cap.56.num.6.& 7.fol. 134.
Census an consistat in nauibus.cap. 56.num.

56. numero.8. cum sequentibus. fol.134.

Census an possit consistere super actionibus ad res immobiles cõpetentibus.cap.56.n.14. & 15. vsque ad decimum nonum, & in eo negatiue resoluitur.fol.134. & fol.135.

Census an possit creari super actionibus,& facultatibus emendi bona immobilia. cap. 56.n.20. & 21. fol.135.

Census an possit consistere super piscibus qui sunt in lacu.c.56.nu, 23.fol.135.

Census an super bonis mobilibus præciosis creari possit.c.56.num. 24.fo.136.

Census an possit creari super aliquo edificio, cuius parietes sine ecmẽto,& calce sunt. c.56.nu.28.f.136.

Census an possit constitui super columnis domibus affixis,aut cæteris rebus positis,vt perpetuo maneant.c.56.n.26.f.136.

Census an possit constitui super domo exemptibili, quæ solo affixa non est, aut si affixa continuo eximi potest.c.56.n.27.f.136.

Census an possit constitui in bonis mobilibus, vel semouentibus, quæ alicui fundo deseruiunt, veluti serui bobes,& alia bona similia.c.56.n.19.f.136.

Census an consignandus hic, super certis bonis nominatim designatis,vel sufficiat si consignetur super omnibus bonis generaliter. c.57.n.5.& 6.in principio, & resoluitur in vers. sed is. fol.136. & 137.

Censuarius an quod ad modo dicatur priuari liuertate.c.58.n.3.& 28 fol.139.& 141.

Census an perimatur perempta re, subiecti hypothecæ. c.58.nu.6.& fol.139.& n.31.f.141.

Census an debeat consignari super rebus iure immobilibus.c.58.n.8. fol.139.& n.39.f.142.

Census an creari possit super re mobili. c.58.n.11.f.139.& nu.36.f.142.

Census personalis an licitus sit, secũdum motum propium Pij V. ca. 58.n.12.f.139.& n.24.f.140. & nu. 27.fol.142.

Census consignatio super rebus immobilibus, an principaliter fiat in emptores per venditoris vtilitatem. c.58.n.13.f.139.& num.38. fol.142.

Census an possit exigi a constituente commisso tertio possessore rei vel eius hæredibus. cap.58. num. 15.fol.139.& num.46.fol.142.

Census super bonis mobilibus consignari non potest. c.58.num.20. fol.140.

Census redimibilis super sola persona dari non potest. cap. 58. num. 22.fol.140.

Censuarius an possit dimittere rem censualem. cap.59.nu.14.fol.145.

Census constitutuus super re, quæ omnino sufficit ad pensionem, an suplendus sit ex alijs bonis censuarij. cap.60.num.3.& 9. f.147. & 148.

Censuarius si ex ponte reedificauerit rem censualem peremptam, an

an census reuiuiscat. cap.60. nu. 14. cum sequent. f.149.
Censuarius cuius culpa res censuales perijt, an teneatur ad reedificationem. c.60.n.19.f.149.
Census consignatio an consistat super reous alienis. cap.61. numer.3. fol.150.
Censuarius qui cabillosus super rebus subiectis hypothecæ censum consignabit ad quid teneatur. ca. 61.num.8 fol.151.
Census consignatio an in dubio iudicatur facta super propietate, vsufructu, vel commoditate. cap. 62.num.9.fol.153.
Census quando consistat super bonis maioratus, qui habent expræ sam prohibitionem alienationis, & quid operetur in eo cassu facultas regia. cap.62. numer.10. fol.153.
Cessio an sit facienda in continenti, vel possit fieri ex interuallo. ca. 65.num.9.fol.166.
Census quando creari possit ex bonis, vel super bonis emphyteoticis.c.67.num.1.f.168.
Census an possit constitui super bonis vniuersitatis quæ vsui publico destinata sunt absque regia licentia, vel cum illa. cap.68.num. 3.fol.170.
Census consignatibus super superficie durabit tantum quantum superficies, & perempta superficie extingueretur.c.69.n.7.f.175.
Census creatio super superficie si perimatur, census extinguatur. cap. 69.num.8.fol.175.
Census an possit creari, vel reseruari super, vel ex vsu, & auitatione. ca. 72.num.1.fol.178.
Census an, & quando super re communi consistat cap.74.numer.1. fol.181.
Census quando consignari possit super bonis (constante matrimonio) quæsitis.c.75.n.1.f.185.
Census creatio de re, vel super re ad dignitatem pertinente, an requirat consensum capitu, vel sufficiat licentia Episcopi, vel Archiepiscopi.c.76.n.6.f.186.
Census an, & quando consistat in fructibus beneficiorum. cap.77. num.3.fol.188.
Censuarius, an possit retraheri pensionem censualem a domino véditam. cap.88.n.4.fol.211.
Censuarius census consignatiui, habeat ius retractus sanguinis vel communitatis. cap.88.nu.5. fol. 211.
Census redimibiles contractus, purus est, licet habeat pactum redimendi.cap.91.n.3.fol.218.
Cedere an quis teneatur vide in verbo actionis, in verbo, fideiussor, & in verbo creditor.
Census constitutio an contineat pluris partium venditiones, vnã scilicet, pro quodlibet milliario, vel vni cantantum pro integra sorte.c.107.n.5,9.& 16.fol.260.& 262.
Censuarius reseruatiui census, an possit dare hereditoribus rem cẽsualem in solutum. cap.10. & 11. & quid in censu consignatiuo perpe-

perpetuo redimibili seu ad vitã. num.12.fol.269.

Ciuitas an possit censum reseruatibum constituere super bonis illius vsui publico destinatus, vel possit rẽ in eum censum recipere.cap.68.n.4.fol.170.

Ciuitates quando possint censum creare super commoditatibus iurisdictionis.cap.68.n.8.fol.171.

Ciuitates quando possint super cõmoditatibus terminorum censum constituere. cap.68.n.11.fol. 172.

Ciuitates quando possint censum constituere super emolumentis terminorum,qui subiacent iurisdictioni dominorum regni.cap. 68.num.12.fol.173.

Clerici cõprehenduntur designatione pretij census facta a lege regia.cap.32.n.10.fol.79.

Clericus in realibus an possit conueniri coram iudice Layco. cap.78. n.13.&.26.fol.190.

Consignatibus census an probetur ex decemnali præstatione vniformi cum causæ concomitantia. cap. 6.n.2.& 3.fol. 14.&. quid requiratur ad istius census inductionem.

Consuetudine soluendi vertute tituli inualidi fauore tantum soluendis an inducatur census, cap. 7.n.1.& 2.& quidem censu testamentario.n.3.fol.16.& 17.

Contractus natura semper est considerãda.cap.14.n.12.fol.37.

Consignatiui census origo,& iustitia in genere perpetui, redimibilis, seu ad vitam explicatur.cap. 16.n.1.& per totum.fol.40.

Consignatibus census in genere an licitus sit.cap. 16.n.2.fol.41. & an mutuum occultetur in eo.n. 11.ibidem.fol.41.

Consuetudo an possit approuare cẽsum consignatibum in foro conscientiæ.c.16 n.20.f.42.

Consignatibus census perpetuus iustificatur ex perpetuitate, vt quia in eo defficiat certitudo lucri. ca. 18.num.1.& 2.fol.42.

Consignatibus census quando præsumatur in dubio redimibilis vel perpetuus.c.18.n.3.f.46.

Confessio repetita in annuis præstationibus quid operetur.cap.18.n. 4.fol.47.

Consignatibum censum redimibilem plures dixerum iustum, facultate redimendi, & alios contra.cap 19.num.1. & 2.fol.47. & resoluitur affirmatiue. ibidem n. 3.fol.48.

Contractus qui potest fieri cum pluribus,an possit fieri cum vno, & sit licitus. cap.21. numer. 5. & 9. fol.53.

Colonia perpetua seu locatio ad longum tempus. cap.22.num.4. fol.56.

Contractus natura prouatur ex nomine dato a partibus eidem, vel ex nomine repetito per partes in solutionibus per confessionem earum,vel ex verbis enuntiatibis cap. 22.numero. 5. & 6. 7.quam fol.56.

Contractus substantiæ, & essentiæ mul-

multoties consideratur prius quam nomen. cap.22.n.12.13. & 14.fol.57.

Contractus natura prouatur ex coniecturis, vt quando pensio præstatui ocasione, alicuius rei immobilis, vel quando adest aliqua consuetudo inductiua, vel interpretatiba. cap.22.n.17.fol.57.

Contractus præcedentis renouatio quando inducatur.cap.22.n.26. fol.58.

Conditio seu grauamem adiectum creationi census quando minuat,vel augeat, pretium,& quo modo intelligatur.cap.28.n.14. fol.72.

Contractus simulatio an præsumatur ex promisione facta a venditore disoluendis collectibus seu oneribus.cap.28.n.5.fol.72.

Conditiones minuentes pretium legale an in totum annullant contractum vel in totum reijciãtur.cap.28.n.7.fol.72.

Consuetudo an possit efficere quã census minori pretio quam a lege designatum est constituatur, & an sufficiat consuetudo ordinaria vel in memorialis.cap.32. n.11.12. & 13.fol.79.

Consuetudo omnis,seu præscriptio excluditur ad iustificandum censum minori pretio constitutum. cap.32.n.15.fol.80.

Consignatibus census ad vitam cõstitui non potest pro duabus vitis sed pro vna tantum. cap.33.n. 4. & constituti antea pro vitis plurimorum reducendi sunt , ad duas tantum vitas. cap.33.n.4.& 5.fol.81.

Consignatibus census ad vitam cõstitutus maiori pretio , quã ad rationem septem pro vno ad illud, pretium reducendus est.cap.33. n.6.fol.81.

Consignatiui census ad vitam constituendi sunt, in peccunia numerata. cap.23.n.3.fol.81.

Consignatibus , census illegitimo pretio cõstitutus an rescindatur remedio.l. 2. C. de rescindenda venditione , vel in totum sit nullus seu reducendus.cap.36.nu.1. fol.88.

Contractus indibiduus pro parte annullari, & pro parte sustineri non potest.cap.36.n.7.fol.88.

Consignatibus census perpetuus, illegitimo pretio constitutus, reducendus est , etiam contradicẽte emptore.cap.36.n.3.fol.191.

Contractus simulatio multipliciter deducitur , & an deducatur quãdo loco pecunię datur merces. cap.27.n.8.& 27.fol.90.95.

Consignatibus,vel reseruatibus census quando possint creari ex auro vel argento, & differentia inter aurum, & argentum designatur. cap.39.n.1.& 2.fol.99.

Consignatibus census an possint creari in sententia hoc modo, vt declaretur præcessisse legitimam consuetudinem.cap.40.n. 3.fol.101.

Consigatibus census redimibiles an constitui possint per sententiam condemnatoriam , sub ea con-

conditione, vt certa quantitas, vel fors præstetur, & interim, quod non præstatur, saluatur, quid annuatim. cap. 4. n. 4. & sequent. fol. 101.

Conditio in debiti non obstat contra sententias obstat tantum, conditio sine causa. cap. 41. n. 5. fol. 104. quod procedit etiam si sententia fuisset antiquissima ibidem. n. 6.

Confessio dedo se recepta præcedente vera dotis traditione, excludit omnem simulationem. cap. 43. n. 15. fol. 107.

Confessio censualis de receptione integri pretij an prouet veram eius traditionem, vel sit necessaria alia prouatio. cap. 45. n. 1. cum sequentib. fol. 110.

Confessio partium denumeratione peccuniæ, an probet, naturalem numerationem an sit relebamem ab onore probandi, & an in totum præiudicet confitenti. cap. 45. num. 1. & 13. fol. 110. & 111.

Confessio venditoris nominis seu actionis an, & quando prouet veram receptionem pretij. cap. 45. num. 2. fol. 110. & numer. 14. fol. 111.

Confessio depositarij an prouet veram numerationem depositi. cap. 45. num. 3. & 15. folio. 110. & 111.

Confessio creditoris de receptione peccuniæ a fideiussore an sufficiat, vt fideiussor agere possit de exceptione contra deuitorem. cap. 45. num. 4. & 16. folio. 110. & 112.

Confessio dotis receptę a marito facta an, & quando probet veram dotis receptionem in prejuditium mariti, vel creditoris, & quid si confessio sit iurata. cap. 45. n. 5. & 17. fol. 110. & 112.

Confessio receptionis mutui quę uis regulariter excludatur per exceptionem peccuniæ non numeratæ, si tamen renuntietur an confessio præiudicet confitenti. cap. 45. n. 6. & 18. fol. 110. & 112.

Confessioni an stetui in contractibus suspectis vel prohibitis, vel vltra confessionem requiratur alia prouatio. cap. 45. num. 11. fol. 111.

Confessio in contractibus censualibus, aut aliter prohibtis de receptione integri pretij an prouer verum receptionem si excedant alię coniecturę. cap. 45. nu. fin. fol. 112.

Contractus potius habet præsumptionem veritatis, & bonę fidei quam simulationis, nisi in materia, suspecta, in qua fauore animę presumitur simulatus donec probetur iustus. cap. 45. num. 8. fol. 111.

Confessione ex partium dicentium prędcessisse vel interueniisse licentiam an prouet ipsa licentia. cap. 45. n. 10. fol. 111.

Consignatibus census an possit esse frumentarius, & quando, & qua ratione sit reducendus ad peccuniam. cap. 46. n. 9. & 10. & nouissi-

uissima ratio traditur,& nu.12. agitur de reductione census antiquissimi,& num.13. ampliatur, etiam si a principio pensio frumentaria non resultet excessiua in quantitate.fol.114.

Consignatibus census quibus nomine videatur perpetuus in effectu, & substantia redimibilis reducendus venit.cap.46.num.16. fol.115.

Contractus iustificatur ex dubio euentu valoris rei.cap.47.n.2.13. 14.& 15.fol. 115.& 116.

Contractus quando habeat firmitatem vel mutationem late explicatur.cap.47.num.13.14.& 15. fol.116.& 117.

Consignatiui census perpetui quorum pensio cõstituta fuit in frumento reducantur ad peccuniã. cap.47.n.5.vsq; ad 11.fol.116.

Consignatibus census præcisse creãdus est, & super certis rebus immobilibus tam ex propio motu Pij V.quam ea extrauagantibus, & iure regio.cap.50.n.1.& 2.4.& 6.vsq; ad finem.fol.121.

Consignatibus census creandus est super rebus immobilibus de sui natura fructiferis. cap.53.n.2. & 3.cum sequent.fol.127.

Consignatibus cẽsus an possit creari, & constitui super alio : reseruatiuo.cap.54.n.4.fol.130.

Consignatibus census an possit super alio consignatiuo perpetuo constitui , & an is census inter immobilia connumeretur. cap. 54.n.5.fol.130.

Consignatibus census an super alio consignatiuo, consignari possit. cap.54. nu.6. vsq; ad finem. cap. fol.130.

Consignatibus census an inter immobilia bona connumeretur. cap.54.n.6.fol.130.

Consignatibus census redimibilis an aliquo modo possit dici perpetuus.cap.54.n.9.& per totum. fol.131.

Consignatibus censns vel reseruatibus non potest creari neque sustineri super dignitatibus quæ vendi non possunt. cap.55.n.1. fol.131.per totum.

Consignatibus vel reseruatibus census an possint constitui super dignitatibus de sui natura fructiferis veluti rectoria, & tabellionatus.cap.55.n.2.fol.131.

Columne domibus afixæ, an inter mobilia bona existimentur. cap. 56.n.26.fol.136.

Consignatio expetiales super certis rebus iustior est,tã ex parte emptoris venditorisque ipsius consignationis. cap. 57.nu.8. in medio.fol.137.

Consignatibus cẽsus an possit creari super sola persona censuarij,& negatiue resoluitur.cap.58.num. 16.fol.139.

Consignatibus census perpetuus verificari non potest super sola persona.cap.58.n.21.fol.140.

Conditio redificandi domum censualem destructam, an sustineatur in censum. cap.60.num.12. fol.149.

Con-

Cenceſsio rei in cenſum, an prior vel poſterior ſuſtinenda ſit. cap. 61. n.2.fol.150.

Confeſsio partis an prouationem inducat ad prouandam narratibam facultatis regię ad imponendum cenſum ſuper bonis maioratus.cap.63.n.24.fol.160.

Conſignatibus cenſus,an poſsit cõſiſtere ſuper fructibus beneficiornm vel præuendarum. cap.77. n.2.fol.188.

Confraternitates an ſint locapia,vel religioſſa, aut ſecularia, & quomodo valeat eorum bonorum alienatio ſine ordinari ſcientia vel cum ea.cap.78.n.1.fol.189.

Conuentio per quam quis conſentit in iudicem alias propium cuius iuriſdictio poterat declinari, an & quando valeat.cap.78.n.5. & 18.fol.190.

Conſanguineorum conſenſus quãdo ſit neceſſarius in alienatione bonorum infantis. cap.81.num. 3.fol.196.

Contractus verbum quando vſurpetur pro ſcriptura ipſa contractus. cap.84. nu.2.& 10.fol.201. & 202.

Conditio formã inducit,& quomodo intelligatur. cap.84.n.3.& 11. fol.201.& 202.

Contrahentes poſſunt compelli ad reducendum contractum in ſcriptis.cap.84.n.7.fol.202.

Conditio non alienandi rem cenſualem , an & quando ſuſtineatur in cenſum.cap.85.nu.1.& 5. fol.203.& 204.

Conditio non alienandi rem emphytheoticam quid operetur remiſsiue.cap.85.n.1.fol.203.

Conditio an ſit pars pretij. cap.85. n.2.fol.204.

Conditio non alienandi ſeu retractus iuſtificet conditionem contractus. cap.86.nume.3.& 8.fol. 207.

Contractus cognoſcitur, an ſit emphytheoſis vel emptio ex quãtitate penſionis,& pretij.cap.89.nu. 6.fol.213.

Commiſſum in cenſu emphytheotico quando permiti poſsit.cap. 90.nume.2.fol.215.

Commiſſum quando concedatur in cenſu conſignatiuo,perpetuo vel redimibili. cap.90.nu.3. fol. 115.

Commiſſum quando admitatur in cenſu reſeruatiuo. cap.90.num. 4.fol.216.

Commiſſum an præſuponat dominium rei conceſſe, maneri penes concedentem.cap.90.n.5. & 80. fol.216.

Commiſſum an procedat in cenſu teſtamentario perpetuo vel redimibili.cap.90.nume.10.folio. 217.

Commiſſum ceſſat in qnocumque cenſu,ſi ex conſuetudine non vſitatur.cap.90.n.11.fol.217.

Commiſſum ceſſat ſe dominus cenſus receperit voluntarie penſionem decurſam. cap.90.numer. 12.fol.217.

Commiſſum an commitantur, & quis in illud incurrat per ſolam caduci-

caducitatem absque vla sententia declaratoria. cap. 91. numer. 1. fol. 218.

Contractus conditionalis an resoluatur adueniente conditione, vel non ad implendo vno ex contrahentibus. cap. 91. numer. 2. fol. 218.

Conditio portandi pensionem ad certum locum emptoris, expensis debitoris an & quando in censu consignatiuo redimibili sustineatur. cap. 92. num. 4. & 6. fol. 220. & 221.

Correi deuendi in solidum, an possint accedere in censu, & an obligatio videatur multiplicata contra naturam census. capit. 94. numero. 1. folio. 224.

Correi in solidum obligati respectu creditoris non sunt neque possunt esse fideiussores, sed principales debitores quamuis constet peccuniam in vnius vtilitatem fuisse conuersam. capit. 94. numero. 2. folio. 224.

Correi debendi an habeant interse beneficium diuisionis, & quid iure regio. cap. 94. numer. 3. fol. 224.

Correorum respectu consideratur peccuniam fuisse conuersam in vtilitatem vnius, ex correis licet non consideretur respectu creditoris, & inter ipsos multum operatur. capit. 94. numero. 4. folio. 225.

Correo obligato ex interualo, quid operetur respectu creditoris, & consideratur resolutio Guillelmi de Cumano. capit. 94. numero. 5. fol. 225.

Correi debendi licet in scriptura nominatim non renuntiauerint beneficium diuisionis, an a lege talis renuntiatio facta sit. capit. 94. numer. 6. fol. 225.

Correi an habeant beneficium expensarum. capit. 94. numer. 7. fol. 225.

Correis, an proficiat liberatio vnius facta creditori exponte. capit. 94. uumer. 16. folio. 227.

Correus correo quando contra se cedere teneatur. cap. 100. nu. 13. fol. 247.

Creditor an possit elligere quemlibet ex correis, & quemlibet ex hypothæcis, & an prius debenire debeat ad expetiales hypotheeas, quam ad cætera bona generaliter obligata, & quid in censu. capit. 94. numer. 8. fol. 225.

Creditor qui habet pignus, an possit capere personam debitoris. capit. 94. numer. 9. folio. 225.

Creditor qui egit contra vnum ex correis an etiam lite pendente possit agere contra alios, & quid si in processu creditorum bona sint sibi adiudicata. cap. 94. num. 11. fol. 225.

Creditor ex pluribus hypothecis, an posſit elligere meliorem ad ſuum debitum conſequendum. capit. 94. numero. 10. folio. 225.

Creditor an teneatur computare in ſorte principali quod recipit ab vno ex correis. cap. 94. num. 17. fol. 227.

Creditor an, & quando teneatur cedere contra ſe poſteriori creditori offerenti ſortem cum vſuris. capit. 100. numer. 8, folio. 246.

Creditor ſecundus an habeat ius offerendi, & quomodo verificetur dubitatio. cap. 100. numer. 9. fol. 246.

Creditor primus an teneatur contra ſe cedere correo, & fideiuſſori, & quomodo verificetur ea dubitatio. capit. 100. numer. 10. fol. 246.

Creditor an teneatur cedere contra ſe tertio poſſeſſori. cap. 100. num. 12. fol. 247.

Correus correo quando contra ſe cedere teneatur. cap. 100. num. 13. fol 247.

Creditores cenſuales correi, vel fideiuſſores qui accipiunt poſſeſſionem rerum cenſualium, pro creditibus diuerſis an iure ſint domini, & fructus ſuos faciant. capit. 108. numer. 1. fol. 263.

Creditor ſecundus quando vtitur contra primum iure offerendi, an ſoluere teneatur ſortem integram, & primum compenſare fructus, vel quomodo hoc intelligatur. capit. 108. numer. 6. fol. 264.

Creditor cui in publica ſubhaſtatione bona fuerunt ad dicta, ſi ab eo auferantur an poſsit iterum agere aduerſus debitores vel fideiuſſores. cap. 108. numer. 8. fol. 264.

Creditor prior tempore potior eſt in iure ex regula bulgari in prælatione creditorum. cap. 111. num. 1. fol 270.

Creditor habens tacitam hypothecam priorem an præferatur poſterioribus, habentibus expreſſam poſteriorem, vel econuerſo. cap. 111. num. 3. fol. 270.

Creditor cenſus conſignatiui an præferatur omnibus creditoribus, etiam anterioribus. cap. 111. num. 11. fol. 272.

## D.

DEVS eſt vniuerſi operis principium effectiuum eau ſaq; cauſarum, & in omni ſcientia principium eſt expectandum. num. 1.

Deſcriptio perſonarum Romæ ſolebat fieri, vt ſtatus diſtingueretur ad effectum ſoluendi tributa, ſub. 1. capit. numero. 6. fol. 1.

Deſcriptio prædicta habet aliquas ſignificationes, & effectus. ibidem. num.

Decimæ iure diuino debitæ, nomine

ne census intelliguntur. cap. 2. n. 9. fol. 3.

Debitum, an per decemnium præscribatur. capit. 5. numer. 6. folio. 13.

Decima, seu gabella quando debeatur ex censu reseruatiuo. cap. 15. numer. 8. fol. 39. & cui gabellario debeatur, & quid in venditionibus conditionalibus. 162. num. 13.

Debitor obligatur restituere mutuum in genere, quod non procedit in censu. cap. 16. num. 3. & 12. fol. 41.

Decimæ vel aniuersaria, quæ promittuntur, vel debentur ex fundo, vel de fundo an inducat hypothecam. capit. 24. num. 10. fol. 63.

Debitor hæreditarius conuenitur hæreditatis petitione veluti iuris possessor. cap. 26. num. 5. & 14. fol. 66. & 68.

Deceptio an considerati possit inter species infirmi, medij, & supremi pretij naturalis. cap. 27. nu. 5. fol. 69.

Deceptio inter latitudinem iusti pretij si notabilis sit an substinea tur. cap. 27. num. 8. cum sequent. fol. 70.

Debitor redimendo censum an satisfaciat si dederit pretium emptionis. capit. 34. numer. 4. folio. 85.

Debitum succesibum, & perpetuũ veluti ius alimentorum an sit quid immobile. cap. 38. numer. 2. fol. 97.

Debitum ex quo census creatur debet esse legitimum certum, & liquidum tanquam pretium rei. capit. 38. numer. 19. & 20. folio. 99.

Debitum præcedens an possit transfundi in aliam causam. cap. 38. n. fin. fol. 99.

Debitor an possit condebnari, vt quandiu, non paruerit sententiæ soluat vsuras. cap. 40. numer. 12. fol. 102.

Debitor an possit condebnari ad inter esse vbi ex mora ipsius ius creditoris non est factum deterius. cap. 40. numer. 17. folio. 103.

Decima vide verbum gabella decimandi ius quid immobile reputatur, & inde datur in censum reseruatibum ad quam super eo consignatibus designari potest, quod extenditur ad tertias dominorum. cap. 52. num. 5. fol. 125.

Debitores pauperes qui ex fructibus rerum censualium solbere nequeunt, nisi pane sudoris sepriuent, an liberentur absolutione. cap. 53. numer. 4. in medio fol. 127.

Debitor censuarius an in carceretur. cap. 59. nu. 13. fol. 145. & quomodo intelligatur.

Debitor censuarius conuentus, si nominauerit, vel obtulerit fructus rerum censualium, an satisfaciat creditori, & persona capiẽda non sit. cap. 59. numer. 13 vers. quare. fol. 145.

Debitor in quibus casibus propijs expensis teneatur pẽsionem portare ad locum creditoris. cap.92. num.2.fol.220.

Debitor pensionis census reseruatiui perpetui, vel redimibilis tenetur suis expensis portare pensionem ad locum creditoris. capit. 92. numero. 3. folio. 220.

Debitor si in locum fideiussoris bona immobilia offerat,an excutiatur a fideiussore. cap. 98. num.8. fol.239.

Depositum ad redimendum censum debet fieri citato creditore, integrum, pure, & eum alijs requisitis relatis. cap.22.num.11.& 12.& sequent.fol.251.

Depositum ad redimendum, an possit libere reuocari a deponente.cap.102. numer.16. & an repetens depositum renuntiet iurare dimendi.numer.17. & quid si deposita sors pereat. numer. 18. fol.151.

Debitor, qui consentit, vt creditor acciperet bona censualia, vel ea dimisit an possit iterum ea recuperare. cap.108. numer.9. fol. 265.

Dilligentia facta ante venditionem census vt legitimevendatur quid operetur. cap.34. numer.37. fol. 81.

Differentia inter creationem noui census, & venditionem veteris potius est verbalis quam realis. capit. 34. numer. 24. fol. 84.

Distractus dicitur quando per actus retro similes contractus resoluitur. capit. 93. numer. 12. fol. 223.

Dominus recipiens a vassallo fundum in pignus, percipiens fructus an teneatur compensare.ca. 10.num.16.& 17.fol.28.29.

Dominium vtile an transferatur in emphyteutam. cap. 11. num.9. 10. quam fol.31.

Dominus concedens rem in emphytheosim an in se dominium directum retineat.cap.11.num.11. & 12.fol.31.

Dominus vassallorum an possit expellere vassallos a solo.cap.12.nu. 6.fol.33.

Dominium transfertur in censuarium in censu reseruatiuo ad vitam,pro tempore quo durat census. cap.14. numer.2. 3. & 4. fol. 37.

Dominium vtile,& naturalis possessio transfertur ex locatione simplici,vel ad longum tempus.cap. 15.num.3.fol.38.

Donatio omnium bonorum an in totum sit nulla,vel reducenda ad legitimam quantitatem. capit. 36.numer.11.fol.89. & numer.29. fol.90.

Donatio quæ reuocatur propter natiuitatem filiorum, an in totum sit nulla, vel reducatur ad legitimam quantitatem. capit. 36. numer. 12. fol. 89. numer.21. fol. 91.

Donatio excedens quinquoaginta solidos sine insinuatione facta

facta, an sit reducenda ad legitimam quantitatem. cap.36.num. 16.fol.89.

Dominium directum,& verum, an detur in rebus mobilibus, & an eisdem formetur contractus emphytheoticus. capit. 48. numer. 2. cum sequentibus. folio. 118.

Dominium tam vtile quam directum transfertur in censuarium ex natura census reseruatiui. capit. 49. numero. 4. folio. 120.

Dominium seu vera possessio an detur in iuribus in corporalibus. cap.52. numer. 10. & 13. fol. 126.

Domus exemptibilis quæ solo affixa non est, an inter immobilia connumeretur. cap.56. num.27. fol.136.

Domus destructa, an domus amplius nuncupetur,maximi quando habetur respectus ad vsumfructum. capit 60. numer.5.fol. 147.

Dominus emphytheosis, quando possit censum creare, vel consignare ex re, vel super re semel concessa in emphytheosim. capit.67. numer.2. fol. 168.

Domini, nempe Ducis, Comites, & alij an habeant dominium in terminis ciuitatum, vel sint ipsius vniuersitatis. capit. 68. numero. 12. folio. 173.

Dominus soli,qui in superficie non habet dominium,non poterit super ea censum consignare. cap. 69.num.4.fol.175.

Dominium an possit esse pœnes aliquem, qui non habeat administrationem bonorum. cap.75.nu. 6.fol.184.

Dominium rerum dotalium constante matrimonio, an sit pœnes maritum vel vxorem.cap.79.nu. 5.& 6.fol.192.

Dominus emphytheosis an habeat ius retractus contra venditionem emphytheotæ. cap.87.nu. 1.fol.208.

Dominus directi quando habeat ius retractus dominij vtilis. capit. 87. numero. 2. folio. 208.

Dominij participans intelligitur habere,partem illius rei.cap.87.nu. 6.fol.209.

Dominus census quando habeat ius retractus ex lege societatis per totum, & exiure sanguinis. cap.87.num.8.fol.209.

Dominij appellatione an veniat vtile tantum,vel vtrumque, scilicet directum,& vtile. cap.88.num.2. fol.210.

Dominium rei censualis concessæ, cum pacto redimendi censum, & conditione quod interim non transferatur an nihilominus translatum sit ex die conuentionis. capit. 89. numer. 3. fol. 212.

Dominus emphytheosis an præferatur in re emphytheotica cæteris creditoribus, etiam anteriori-

rioribus. capit. III. numer. 2. fol. 270.

Dominus emphytheosis an præferatur mulieri, vel fisco etiam anterioribus creditoribus. cap. III. nu. 4. fol 270.

Dominus census reseruatiui an præferatur cæteris omnibus creditoribus posterioribus. cap. III. num. 7. fol. 271.

Dominus census reseruatiui, an præferatur omnibus creditoribus etiam anterioribus. capit. III. numero. 9. folio. 271.

Dubia, & in certa an existimentur perpetua. cap. 54. numer. 9. fol. 130.

## E.

ECCLESIA nouiter ædificata in solo antiquitus per empto, an retineat priuilegia veteris. cap. 60. num. 15. fol. 149.

Ecclesia an sit restituenda contra alienationem nullam, vel alienatio nulla sit absque restitutione. capit. 76. numero. 8. fol. 186.

Ecclesiæ bona non possunt subijci hypothecæ speciali, poterunt tamen generali obligari. cap. 57. numer. 10. per totum. fol. 137.

Emphytheosis, sub nomine census comprehenditur, & in quo differt ab eo. capit. 2. numer. 28. fol. 6.

Emphytheosis constitutione, non venditur res, sed datur cum reseruatione pensionis annuæ. capit. II. numero. 5. & 6. fol. 30.

Emphytheosis contractu an pro substantia eius reseruanda sit minima pensio, vel maxima. capit. II. numero. 7. folio. 30.

Emphytheosis quando in dubio præsumatur seu census Colonia, seu locatio ad longum tempus. capit. 22. numer. 1. fol. 55.

Emphytheosis an possit induci sine scriptura quæ vocatur præsumpta. capit. 22. numer. 2. folio. 56.

Emphytheosis probatur ex quantitate fructum, & pensionis, & quod pensio regulariter est minima, licet possit esse magna. ca. 22. num. 11. fol. 56. vbi consideratur differentia inter hos contractus.

Emphytheosis pro minima pensione sustinetur. cap. 35. num. 5. fol. 87. & 10. fol. 88.

Emphytheosis concessa vltra generationem vtrum in totum annulletur, vel reducenda sit ad gradus permissos. cap. 36. numer. 11. fol. 89.

Emphytheosis cuius pensio excessiua est, an reducatur ad iustitiam. cap. 46. num. 4. fol. 113.

Emphytheosis ad cuius substantiam, & essentiam, requirit bona immo-

immobilia soli, ex quibus formetur & constituatur. cap. 48. num. 1. 2. & 3. fol. 118.

Emphytheosis præsuponit manere directum dominium pœnes concedentem rem in emphytheosim, ideo in rebus mobilibus talis contractus formari non potest: cum in his rebus non detur concursus vtriusque dominij. cap. 48 numer. 2. fol. 118. & impugnatur ibid.

Emphytheosis an presuponat perpetuitatem eius rei quæ datur in emphytheosim. cap. 48. nu. 5. 6. & 7. fol. 119.

Emphytheosis an perimatur peremptare quæ datur in emphytheosim. cap. 48. num. 9. & sequentib. fol. 119.

Emphytheosis, quod requirat bona sterilia, quomodo intelligatur. c. 53. numer. 1. vers. quibus accedat. fol. 127.

Emphytheosis vel census super re sterili an sit contra præcepta iustitiæ commutatiuæ. cap. 53. num. 1. fol. 127.

Emphytheosis an extinguatur in totum vel in parte, peremptare in emphytheosim concessa. capit. 60. numer. 1. fol. 146. & 6. folio. 148.

Emphytheosis dominus an pro pensione possit agere hypothecaria, via executiua, vel rei vendicatione. cap. 96. num. 3. & an procedat si emphytheota pro canone obligauit omnia bona numer. 4. & quid si tertius accipit rem cum onere soluendi pensionem. nu. 5. fol. 231.

Emphytheota an possit sub emphytheoticare, & efficere secundum emphytheotam. cap. 54. num. 2. fol. 129. vers. & quamuis.

Emphytheotica res an detur ad culturam, plantationem, & meliorationem, & quomodo hoc intelligatur. cap. 44. num. 2. cum sequentib. fol. 119.

Emphytheotici census diffinitio, & plura de eius essentia. cap. 11. nu. 1. 2. 3. & 4. fol. 30.

Emphytheoticus census an possit esse frumentarius. cap. 46. nu. 3. & 4. fol. 113.

Emphytheoticus census quoad substantiam, & essentiam eius, necessario requirit bona immobilia soli. cap. 52. numer. 9. folio. 126.

Emphytheoticus census, & reseruatibus quomodo, & quo tempore præscribantur, & plura circa præscriptionem. cap. 103. num. 2. cum sequentibus, cætera vide in verb. præscriptio. folio. 252.

Emphytheota quando possit rem dare in censum, vel sub emphytheoticare aut super ea censum, vel seruitutem constituere. cap. 67 num. 3. fol. 168.

Emphytheota, & feudatarius, licet tantum habeant vtile dominiū, in eo ius retractus habent. cap. 68. numer. 10. vers. ex quo. folio. 172.

Emphytheota an habeat ius retractus

tractus communitatis, quam dominus vendiderit proprietatem. cap.88.n.1.fol.210.

Emphytheota, & omnes qui ad vitam rem habent, an possint ad vitam fructus rei locare. cap.77.n.4.fol.88.

Emphytheota an possit dare creditoribus in solutum rem concessam in emphytheosim. cap. 110. n.10.fol.268.

Emere an liceat censum valentem mille pro centum. cap.34. num. 23.fol.83.

Emi an possit seu vendi minori pretio quam a principio fuit constitutus census ad vitam vnius vel duorum. cap.34. numer. 28. fol. 85.

Emptio & venditio verè formatur in censu consignatiuo perpetuo redimibili, seu ad vitam. cap. 17. num.1.fol.43.

Emptio & venditio proprius formatur in venditione veteris census. cap.34.n.2.fol.81.

Emptio & venditio vel datio in solutum, an formetur in creatione census pro debito legitime contracto. capit.38.numero.4.folio. 97.

Emptio & venditio formatur in census creatione, & quid vendatur vel ematur in ea. cap.58.num.12. fol.195.

Emptio & venditio in censu vere formatur. cap.59.numer.1.folio. 148.

Emptio & venditio verbum an comprehendat alios contractus. cap. 93.n.1.fol.222.

Emptionem an, & quando faciat estimatio fundi dotalis marito dati. cap.79.n.2.fol.191.

Emptionis & venditionis contractus natura est vt perfecto contractu periculum sit emptoris. c. 60.n.5.fol.147.

Emptor in censu an pensionem recipiat, & lucrum sentiat ex re aliena. cap.16.numer.5. & 14.fol. 41.

Emptor qui sit, verum pretium rei venditæ, non habet remedium restitutionis contractus per læsionem. cap.34. numero.21. fol. 83.

Emptor census consignatiui qui scire debet pretium legale, an possit agere remedio læsionis. cap. 36.num.5.fol.88.

Emptor census debet diligenter inquirere an fructus rerum censualium sufficiant ad pensionem, & alimenta censualia, alias sibi præiudicat. cap.53.num.5. & sequentib.fol.128.

Emptor an teneatur stare locationi quando res fuit hypothecata. ca. 85.num.6.fol.204.

Emptores rerum defuncti an satisfaciant soluendo testamentario. cap.64.num.13.fol.164.

Emptores rerum monasterij an teneantur probare pretium conuersum fuisse in eius vtilitatem. cap.64.num.14.fol.165.

Episcopus rogatus audire causas iurisdictionem in exemptum exercere potest, & quomodo hoc intelli-

telligatur. cap.78.numer.9.& 22. fol.190.

Episcopus non potest interponere authoritatem suam, in facto exépti,& volentis. cap.78. num.17. fol.90.

Exceptiones legitimæ quando admittantur ad impediendum executionem,& an omnes quæ lege Regia.tit.21.lib.4. nouæ Recopilationis exprimuntur, admittendæ sint. cap.98. numer.10. fol. 239.

Exceptiones quæ requirunt altiorem indaginem an admittendæ sint in via executiua. cap.98. nu. 12.fol.248.

Exceptiones solutionis, vel aliæ legitimæ quomodo probentur,& admittantur ad impediendam viam executiuam. cap.98. num. 13.fol.248.

Excusio est quidam iuris rigor, qui non tangit bonam fidem:sed extrinsecus ventilatur. cap.96. nu. 10.fol.232.

Excusio an faciẽda sit quando reus principalis non est soluendo, vel absentatur & non potest cõmodi conueniri.cap.96.num.12.fol. 133.

Exemptiones Romani Põtificis debẽt inuiolabili obseruari, & ideo alienationibus bonorũ,exemptorum, non est necessaria licẽtia ordinarij; sed sufficit generalis, vel prouincialis ordinis: aut saltem Nuntij generalis Hispaniæ. cap.78.n.3.fol.189.

Exempti a iurisdictione ordinaria ecclesiastica an & quando contrahendo possint renuntiare exemptioni, & iterum se contrahẽdo submittere iurisdictione ordinarij.cap.78.n.4.fol.189.

Exemptionis priuilegium an respiciat priuatam vtilitatem exempti,& an eidem vtilitati possint renuntiari. cap.78.numer.11.& 24. fol.190.

Exemptus sine licentia superioris, an possit sibi eligere cõfessorem, illiq; se subijcere. cap.78.n.10.& 23.fol.190.

Exemptus an possit renũtiare exẽptioni & quando hoc procedat. cap.78.n.4 fol.190.

Exemptus ex vi exemptionis efficitur non subditus Episcopi,& immediate subijcitur Papæ.cap.78. n.15.fol.190.

Executio pro debitis vniuersitatis an possit fieri in bonis quę pertinent in communi ad commoditatem singulorum vel in bonis singulorum.cap.68.nume.16.fol. 174.

Executio an in bonis monasterij exempti, possit fieri per iudicem Laycum; & quomodo hoc intelligatur.cap.78.num.12.& 25.fol. 190.

Executio faciẽda est aliquando, per auxilium brachij secularis. cap. 98.n.5.fol.238.

Executionem petere quæ personæ possint vel contra quas personas petenda sit. cap.98.numer.5.fol. 238.

Executionis materia in tres diuiditur

tur partes, in quibus continentur sex: in quibus Parladorius diuisit tractui executionis. cap. 98. n. 1. fol. 238.

Executores Meri, seu Mixti qui sint, & quod eorum officium. cap. 98. n. 5. fol. 238.

Exequendi ius an sit datum scripturæ publicæ, vel contractui, vel simul scripturæ, & contractui. ca. 98. n. 11. fol. 240.

Expensas in rebus emphytheoticis vel censualibus factas, quando repetere possint emphytheota vel cessionarius si res ab eisdem abdicatur per conditionem cõmissi. cap. 91. n. 5. fol. 219.

Expensæ quoties debentur, an possint recuperari absq; fructuum compensatione. cap. 91. nu. 6. fol. 219.

Exequendi ius virtute scripturæ cẽsualis quo tempore præscribatur. cap. 103. n. 8. fol. 258.

Extrauagantes cõstitutiones obseruantur in iuditijs: & sunt inuiolabiliter custodiendæ. cap. 17. nu. 2. fol. 43.

Extrauagantes Martini & Calixti, & cæteræ omnes seruandæ omnino sunt tanq; leges Pontificiæ. cap. 58. n. 17. fol. 139.

F.

FACIENDA ex interuallo, an in continenti facta valeant, & è contra. cap. 43. n. 4. fol. 105. & n. 31. fol. 108.

Facultas regia an iustificetur ex sola voluntate regis, vel sit necessaria causa publica vel euidens vtilitas ipsius maioratus. cap. 62. n. 11. vbi intelligũtur resolutiones Molinæ, fol. 153.

Facultas regia ad constituendum censum super bonis maioratus, an possit concedi non solũ quando adest prohibitio expressa alienationis, sed quando simul accedit alia, qua testator prohibet ne petentur ad id regię facultates. ca. 62. n. 12. vbi ad longum interpretantur rationis Molinæ. folio. 154.

Facultas ad constituendum censum super bonis maioratus, an concedatur quando non solum, adest prohibitio alienationis expressa, & alia ne scilicet petatur, sed pœna priuationis imponitur successori eam petenti. cap. 62. nu. 13. fol. 154.

Facultas regia ad constituendum censum super bonis maioratus, an possit concedi quando simul cum dictis clausulis prohibendi alienationem non petendi facultatem, atq; priuandi successoris petentes eam, ad sunt clausulæ derogatoriæ expetiales vel generales prædictę facultatis. cap. 62. n. 14. fol. 154.

Facultas regia ad constituendum censum super bonis maioratus, an possit concedi quando non solũ adiectæ fuerint omnes clausulæ præcedentes, sed attestatore excluditur omnis causa quęcũq; sit,

sit, vel contingere aut excogitari possit, non tamen excludit nominatin publica, & vtilissima maioratur. cap.62.numer.15.fol. 155.

Facultas regia ad cõstituendum censum super bonis maioratus, an possit concedi quando solum adsunt dictæ prohibitiones pœni, & clausulę derogatoriæ, & excluditur omnis causa, sed nominatim excluſa est publica, & vtilissima maioratus.ca.62.n.16.& 17. 18.quam.fol.155.

Facultatis regię interpretatione, an sit facienda mentio dictarum prohibitionem pœnarũ, & clausarum, vt facultas quę concedi tur liberetur a subceptione. cap. 62.n.21.fol.156.

Facultas regia an possit postea concedi ad bona maioratus alienanda,vel censibus subijcienda: non obstantibus prædictis clausilis & prohibitionibus,si ipse possit eximi in facultate regia ad instituẽdum maioratum: & virtute eius instituatur cum eiusdem clausulis,& an Regis talli casu concedere possit prædictam facultatem. cap.62.n.20.fol.55.

Facultatem regiam ad constituendum censum super bonis maioratus, an tertia persona petere possit.cap.63.n.2.fol.157.

Facultas regia ad imponendum cẽsum super bonis maioratus, an possit peti ab vxore possessoris maioratus ex aliqua causa. ca.63. n.3.fol.157.

Facultas regia constituendi census super bonis maioratus, vt concedatur necessarium est quod bona libera defficiant, & quod id probetur.cap.63.n.12.fol.158.

Facultas regia vt concedatur constituendi census super bonis maioratus, necessarium est, quod probetur reditus bonorum maioratus, non sufficere ad debita soluenda.cap.63.n.13 fol.158.

Facultas regię requisita ad imponendum censum super bonis maioratus an supleantur per clausulam motu propio ex certa sciẽtia, ac de plenitudine potestatis. cap. 63.n.25.26. vbi traditur late virtus atq; potentia earum clausularum.fol.160.& 161.

Fundus ex peccuuia matrimoniali emptus an matrimonialis sit. ca. 60.n.26.fol.149.

Feliciani intellectus ad textum in l.3.§.fin.de ann.leg. refellitur.c. 3.n.19.fol.8.

Feliciani doctrina intelligitur. cap. 14.n.11.fol.37.

Feliciani resolutiones explicatur, & an venditor vel possessor rei censualis conueniri debeatur. cap.23. numer.11.12.& 13. fol. 60. &.61.

Fœudum consuetum dari in masculos tantum si detur in masculos & fœminas reducitur, vt potius valeat quam per ea.cap.36.num. 18.fol.89.

Fœudum licet regulariter consistat in rebus vere immobilibus, consistere etiam potest in his quę licet

cet iure immobilia nõ sint, sunt tamen cohærentia solo. cap. 52. n. 8. fol. 226.

Fœudatarius an possit secundũ fœudatarium efficere ca. 54. n. 2. vers. quamuis. fol 129.

Fœdum licet regulariter non consistat nisi super rebus immobilibus soli, consistit etiam super cẽsu. cap. 54. n. 8. fol. 130.

Fœudatarius, an possit rem fœudalem alienare vel dari in censum. cap. 66. n. 4. fol. 167.

Fœudatarius, an possit sub in fœudare siue domini consensu. cap. 66. n. 2. fol. 167.

Fœudatarius an possit super re fœudali censum consignare. cap. 66. n. 3. & 4. fol. 167.

Fœudatarius an possit super re fœudali constituere hypothecam, vel seruitutem. cap. 66. numer. 4. fol. 167.

Fœudi dominus an possit, rem fœudalem dare in censum, vel super ea censum constituere. cap. 66. n. 5. & 26. fol. 168.

Fœudum an sit beneficium, & habeatur pro seruitute. cap. 66. nu. 7. fol. 168.

Fiscus an sit priuilegiatus, vel non in terminis legis cum de in rem verso. ff. de vsuris. c. 8. n. 21. fol. 23.

Finis an sit considerandus vel status præsens. cap. 54. numer. 9. fol. 131.

Fideiussores, an, & quando accedere possint in contractu censuali. ca. 58. nnmer. 14. fol. 139. & num. 39. fol. 142.

Fideiussores an accedant in cẽsu, & possint capi, & in carcerari. cap. 59. n. 5. & 12. fol. 143. & 145.

Fideiussor qui diu stetur in obligatione potest compellere debitorem vt ab ea liberet eum. cap. 65. nu. 4. fol. 166.

Fidei commissarius consentiens vt fundus per fidei commissum, sibi relictus vendatur pro soluendis debitis testatoris nihilominus pe tent agere ad pretium. cap. 65. n. 6. fol. 166.

Fideiusionis cõtractus non solum est iustus, sed explurimorum sen tentia, quilibet debere naturali, & sub peccato mortali, fide vibe re tenetur. cap. 97. numer. 2. fol. 134.

Fideiusio regulariter valet respectu cuiuslibet obligationis. cap. 97. n. 2. fol. 234.

Fideiussores, an possint accedere in contractui censuali late discutitur. cap. 97. n. 4. & 6. fol. 234.

Fideiussores dotium non dantur, & quare. cap. 97. n. 5. fol. 234.

Fideiussores debẽt esse idonei facultate, & facilitate, & an nobiter dandi sint, si veteri fiant non soluendo. cap. 97. n. 7. fol. 235.

Fideiussoria obligatio an principalis sit: an accessoria, & an possit esse sine principali. cap. 97. num. 8. & quid in hypothæca. numer. 9. fol. 235.

Fideiussoris qui tenentut dare bona sua an satisfaciat obligando bona sua, si idonea sunt. cap. 97. n. 10. fol. 235.

Fideiussores nobos, an teneatur debitor census dare, quando veteris fuerint non soluendo. cap.97. n. 11. fol.235.
Fideiussores nobos dare, an sit onere sum. cap.97. numer.12. folio. 235.
Fideiussores nobi an dandi sint in censu, quando veteres fuint, non soluēdo, si id promitatur in scriptura censuali. cap.97. numer.13. fol.235,
Fideiussores nobos dare condemnatus an si dedit pauperes satisfaciat.cap.97.n.14.fol.236.
Fideiussorū aprobatores, qui vocantur (abonadores) quando, & quo modo, & quando accedere possint in censu. cap.97.uumer.15. fol.236.
Fideiussores censum, vel aprobatores eorum an in solidum, vel pro parte conueniantur. c.97.n. 17.fol.236.
Fideiussor, an possit aliquid recipere pro fideiusione. cap.97.n.18. fol.236.
Fideiussor, an possit compellere creditorem, vt cum liberet offerendo alium idoneum. cap.97.n.19. fol.237.
Fideiussor, an possit compellere creditorem, vt cum liberet, vel hypothecas si aliquid receperit. ca.97. n.20.fol.237.
Fideiussor principalis obligationis an liberetur ex eo quod dominus census capit, principalem obligatum, & in ea executione cepit fideiussorem (vulgo de saneamiēto) cap.97.n.21.fol.237.
Fideiussor an noua obligatione liberetur. cap.97.numer.22. folio. 237.
Fideiussor qui diu stetit in obligatione censuali an & quando possit compellere debitorem vt cum liberet a fideiusione.cap.97.nu.23. fol.237.
Fideiussorum aprobatoribus datis, an sit, facienda prius excussio in bonis principalis, etiam si excussio renuntiata fuerit. cap.97. nu. 16.fol.236.
Fideiussores (de saneamiento) quando sint dandi in via executiba. cap.98.n.7.fol.238.
Fideiussores (bulgo de saneamiento) an cesent, si in locum illorum bona immobilia offerantur. cap. 98.nume.8.& quid, si dicta bona offerantur prouato per testes esse sua.cap.98.n.9.fol.239.
Fideiussor, an possit emere pignora a creditore. cap.100.numer.4. fol.245.
Fideiussor emens censum a creditore vel cum redimens, seu bona censualia quæ creditore iure pignoris possidebantur recuperans an teneatur ea restituere debitori cum fructibus. cap.100.nume. 5.fol.245.
Fideiussor, an emendo pignora a creditore commitat dolum, vel illud facere possint. cap.100.num. 6.fol.245.
Fideiussor fideiussori an cedere teneatur. cap.100.n.13.fol.247.
Fictio brebis manus, de qua lex singularia

gularia.ff.si certum pettatur quo modo procedat cap.17. num.20. folio.45.
Fideiussor, an pro peccunia possit fideiubere.cap.21.n.2.fol.53.
Formę omissio,an annullet contractum.cap.36.n.6.fol.88.
Forma mutata substantia eius mutatur, & quomodo hæc propossito intelligatur. cap.39. numer. 6.fol.100.
Forma mutata an mutetur eius substantia.cap.66.n.1.vers. quæ sententia.fol.146.
Forma omnino est ad implenda, & actus contra illam,est nullus. ca. 43.n.1.& 16.fol.105.& 107.
Forma omnino ad implenda est, & actus contra formam annullatur. cap. 84. numer.3. ad finem fol.201.
Frumētarij antiquissimi census per legem reducti fuerunt ad peccuniam.cap.5.n.14.fol.13.
Fructus dotis retardatę si excedatur onera matrimonij, an in ex censu computentur in sortem. ca.1. n.8.9.& 10.fol.24.
Fructus an vendātur in censu consignatiuo.cap.17.n.21.fol.45.
Erumentarius census ad peccuniā reducendus est & traditur ratio, & prosequitur late. c.47.n.10.cū precedēt.& sequent.fol.116.
Frumentaria pensio census,reducitur ad peccuniariam.cap.47.n.5. & 11.fol.116.
Fructus rerum immobilium super quibus census consignandus est debent esse maiores, vel ad minus correspondentes pensioni, ita quā sufficiant ad pensionem, & alimenta censuarij.cap.53.nu. 4. cum sequent.fol.127.
Fructus pendentes vtrum computentur inter mobilia, sui immobilia bona ex eo quā immobilibus cohærent. cap.56. n.2.3.& 4. fol.133.& 134.
Fructus pendētes an sint partes fundi & super eis possit census consignari. cap.56.nu.3. & 4.fol.133. & 134.
Fructus qui dantur marito in dotē an & quando dicantur bona constante matrimonio quęsita. cap. 75.n.5.fol.184.
Fructus præbendarum, & beneficiorum an possint vendi locari, & hypothecę subijci. cap. 77.nu.1. fol.187.
Fructus beneficiorum, & præbendarum, an possint locari ad modicum, vel longum tempus. cap. 77.n.2.fol.187.
Fructus rerū ecclesiarum an possint locari ad vitam vel ad longum tēpus.cap.77.n.5.fol.188.
Fundus quādo dicatur suppositus, & hypothecæ subiectus ex conceptione de fundo vel ex fundo taxatiue, & consequenter census realis, vel personalis. cap.24.n.11. fol.63.
Fundus quando videatur taxatiui, designatus, vt sic formetur hypotheca. cap.25.nume.8.& 9.fol. 65.
Fundans se in narratiua Regię licentię tenetur probare veritatem narrati-

narratiuæ. cap.63. numer.19. fol. 160.
Fundaris si in suplicationibus regia rum facultatum, quoad alienanda, & obliganda bona maioratus, euidenter eam debet probare.cap.63.n.20.& quando narrātur debita pro caussa debita probanda sunt.nu.21. & quod bona quę alienantur ex censibus subij ciuntur debitis correspondeant. cap.63.nu.22.maximi si princeps fateatur concediſſe facultatem, vt quia caussa enarratiua vera sit & fuit,non probanda est.nu.23. & an prædicta probentur per par tis confeſsionem. numer. 2.fol. 160.
Furioſus quando poſsit contrahere, & censum creare.cap.82.numer. 1.fol.198.

## G.

GABELLA venit,census, apellatione. cap.2.num.10. fol.3.
Gabella quando debeatur ex censu reſeruatiuo, & cui gabellario debeatur, & quid in venditionibus conditionalibus. cap.15.n.8. vſq; ad 13.fol.39.& 40.
Gabella debetur in loco vbi bona exiſtunt, & quomodo intelligatur. cap.17.nu.7.18.& 19. fol.43. & 45.
Gabella propius debetur in venditione veteris census.cap.34.nu.3. fol.82.
Gabella vel decima an debeatur ex conſtitutione census. cap.93.n.1. fol.222.
Gabella quando debeatur ex venditione veteris census.cap.93.nu.3. fol.222.
Gabella an debeatur exceſsione, quę ſermone hiſpano vocatur, (traſpaſſo)cap.93.n.3.fol.222.
Gabella ſoluenda eſt in loco vbi ſita ſunt bona cenſualia. cap.93.n.4. fol.222.
Gabella an ſit diſtribuenda inter bona ſita in diuerſis territorijs,& an pro ea quilibet poſſeſſor conueniatur in ſolidum. cap.23.numer. 5.fol.222.
Gabella an ſoluenda ſit ex creatione cenſus ſuper vectigalibus, ſui alijs iuribus regalibus. cap.93.n. 6.fol.222.
Gabella an ſoluenda ſit ex contractu cenſuali nullo, cap.93.nume. 6.fol.222.
Gabella ſeu decima an debeatnr ex contractu emphytheoſis.cap.93. n.8.fol.223.
Gabella ſeu decima an debeatur ex contractu cenſus prædialis. cap. 93.n.9.fol.223.
Gabella quando debeatur ex redéptione cenſus. cap.93. numer.10. fol.223.
Gabella quando debeatur ex reſolutione contractus, vel eius diſtractu.cap.93.n.11.fol.223.
Gabella debetur ex venditione rei immobilis,ſeu cenſus,ex eo tantum quod liberi ad venditorem peruenit.cap.93.n.13.fol.224.

Gabella an debeatur ex censu testamentario.cap.93.n.14.fol.224.
Gabella seu decima quando debeatur ex censu reseruatiuo. cap.15. n.8.ad finem,& cui gabellario debita sit,& quid in venditionibus conditionalibus.n.13.f.39,& 40.
Gener propter onera matrimonij protest recipere fructus dotis retardatæ interim dum sibi non soluitur.cap.10.n.6.fol.27.
Gener an lucretur fructus,& si a principio non fuit promissa certa pensio,dnm dos præstatur:vel quantitas certa non destinatur. cap. 10. num.14.& 15.fol.28.
Gener an faciat fructus suos quandiu dos sibi promissa ab extraneo non traditur. cap.10.n.18.& quid in bidua.n.19.& 20.f.29.
Gener si distullerit petere dotem an sibi præiudicet.ca.10.n.21.& quid in marito solito negotiari. num. 22.fol.29.
Gener vidē, verbo maritus gratia quādo vitietur ex omisione causæ impulsiuæ ę, vel finalis,& quę dicatur causa finalis, & impulsiua.cap.62.n.22.fol.156.

# H.

HABITATIO debetur censuario vsufructuario nō tamen legatario quod ex natura vtriusque procedit. cap.4.n.8.fol.102.
Hæreditates, & possessiones an inter immobilia bona cōputentur. cap.57.n.5.& 13.fol.136,& 138.
Hæredes creditores eodem iure, ac potestate, seu ordinē possunt debitores censuales,conuenire,quo ipse clericus defunctus poterat. cap.95.n.1.fol.227.
Hęredes creditores,si quilibet petat pro parte ballebit petitio,nō pro omnibus licet,ratificetur nisi cæteri sua iura cæsserint petēti,quia iudicium conualescet tanquam intentatum a litis consorte.cap. 95,n.1.fol.227.
Hæredes creditoris quando possint cōueniri pro censu, & an in solidum,vel pro parte.c.95.n.2.f.227.
Hæres creditoris, quando est possessor rei censualis,an possit conueniri in solidum.c.95.n.3.f.228.
Hæres si creditor est hypothecarius, & confecit inuentarium, an confundātur actiones, & quid deficient hypotheca, quando creditor succedens debitori fuit grauatus de restituenda hæreditate. ca. 95.n.8.& 9.fol.229.
Hæres an teneatnr rem legatā quæ subijcitur censui consignatiuo, reseruatiuo, vel emphytheotico liberari a censu, vel legatarius ipse.cap.65.n.10.fol.230.
Hæres recognoscēs cēsum, tenetur soluere redditos,tam præteritos, quam futuros, & limitatur. cap. 99.n.4.fol.242.
Hypotheca tacita nō dat, nisi in casibus a iure expræssis.c.23.n.1.f.59.
Hypotheca an detur in fructibus pēdentibus tempore obligationis. c.23.n.2.& 10.f.59.& 60.

Hypo-

Hypotheca vel ius reale an formetur in censu reseruatiuo, vel consignatiuo. cap.23.nu.5.6.& 7.fol. 60.& quod formetur iusquod dã reale cohærens fundo inseparabiliter fortius & opulentius cæteris omnibus hypothecis regularibus.ibid.n.9.& 10.

Hypotheca licet non inducatur ex sola conceptione de fundo, vel ex fundo, si adest aliqua coniectura, veluti causa alimentorum, aut dispositio testamenti, ea inducitur.c.24.n.4 f.62.

Hypotheca ad solutionem census inducitur ex conceptione de fundo, vel ex fundo quando cum ea conceptione adest expressa supposítio fundi.c.24.n.7.& 8.f.63.

Hypotheca generalis, an afficiat rẽ sicut specialis.cap.57.num.1. fol. 136.

Hypotheca generalis an idem operetur respectu cuiuslibet rei, sicut specialis.c.57.n.9.& 10.f.137.

Hypothecam an iudicat conceptio de fundo, vel ex fundo, quando pensio est perpetua.cap.24.nu.9. & 10.fol.63.

Hypotheca generalis in locatione, an sufficiat, vt conductor non possit expelli peremptorum sicut hypotheca specialis.cap.57.nu.2. & 11.fol.136.& 137.

Hypotheca generalis anterior, an præferatur speciali posteriori. ca. 57.n.3.& 12.f.136.& 138.

Hypotheca extincta, an census extinguatur.cap.58. num.6.fol.139. & num.31.fol.142.

Hypotheca an mutetur vel finiatur ex mutatione qualitatis rei. cap. 60.num.29.fol.149.

Hypotheca secunda cum traditione, an præferatur priori.cap.61.n. 2.fol.150.

Hypotheca, an censeatur prohibita, si prohibeatur alienatio, & an bona ecclesiarum possint hypothecæ subieci.c.73.n.3.f.185.

Hypotheca sola non impedit translationem dominij, licet rẽ ipsam sequatur.c.85.n.11.f.205.

Hypotheca an sit necessaria specialis cum pacto de non alienando, vel sufficiat generalis ad impediẽdam translationem dominij. ca. 85.num.12.fol.205.

Hypotheca specialis an fortior sit, quã generalis, & in quibus differat.cap.85.n.13.f.206.

Hypothecæ speciales an prius euincidebeant.c.96.n.12.f.233.

Hypotheca prior præfertur posteriori, etiam si prior sit generalis, & posterior specialis. cap.111.nu. 6.fol.270.

## I.

INTER vsurium pro miscum, & successibum, quod formatur quando emptor eligit, vel condemnatur restituere rem venditam cum fructibus census, nomine comprehenditur. cap. 2. num.3.fol 3.

Interesse momentaneum, vel casuale, quod debetur ratiode lucre-

cricesantis, vel damni emergentis, census dicitur. cap.2. num.5. fol.3.

Inter vsurium promiscum, & succesibum ratione rei venditæ, non solutæ vocatur Census.lib.1. cap.2.num.6.fol.3.

Impositionum species, quæ præstantur dominis huius regni a vassallis referuntur.cap.8.num.1. fol.20.

Impositionis dominorum contra vassallos in propietate,vel possessione, quo tempore præscribantur? cap.8. num. 2. fol. 20. & an sufficiant duo actus præstationis in possessorio.num.3.& an necessarium sit tempus quadraginta annorum, cum causa soluendi. num.4.& 5.fol.21.

Impositionis dominorum contra vassallos in propietate, an præscribantur per immemorialem. cap.8.n.6.7.& 8.f.21.

Impositionis dominorum contra vassallos an præscribantur per tẽpus triginta annorum. cap.8.nu. 18.& quid in præscriptione ordinaria cum titulo. num.18. & 20. fol.22.& 23.

Inter vsurium pro miscuum omni iure reprouatum est, nisi sub nomine lucriceſſantis, & damni emergentis. cap. 10. numer.1. fol.27.

Inter esse ratione dotis retardatæ quando peti, ac solui possit. cap. 10.num.2.fol.27.

Indubijs,quod minimum est sequitur.c.14.n.5.f.37.

In certitudo vitæ iustificat contractum census ad vitam. capit. 20. numer. 2. vsque ad finem. folio. 51.

Inter esse iustum, & legale atque fere indiuiduum, dicitur, quod adęquat hortem principale viginti annorum. cap.29. num. 4. & 5.fol. 73.

Inter esse iustum, & legale taxatum ad rationem viginti pro vno, quinque scilicet, pro centenario. cap.3.num.9.fol.77.

In vtile, & in validum quando operetur ad emptionem actus valide cap.36.n.20.f.89.

Incorporalia,& inuisibilia,quæ corporibus cohærent inseparabiliter pro re immobili habentur. cap. 56.num.7.fol.126.

Insulę maris an possint inter immobilia bona connumerari. cap.56. num.6.fol.134.

Instrumenta belica veluti balistiæ, bombardę,aut similia quando inter immobilia bona connumerẽtur.cap.56.n.25.f.135.

Infans qui dicatur,& an,& quando possit se obligare,vel censum cõstituere c.81.n.1.f.196.

Inopia non soluentis non liberat quem ab obligatione quantitatis cap.9.n.6.f.217.

Inops censuarius factus quando possit petere dilationem moratoriá ad soluendum de qua in l. quoties, & in l. vniuersa de precibus imperatori offerendis.cap.110.n. 1. & quid in censu emphytheotico.num.3. & quid in censu reseruatiuo

uatiuo vel consignatiuo. num. 4. & 5. fol. 267.
Inops censuarius an possit dimittere rem ceensualem creditori etiam si censum recognobisset late resoluitur. cap. 110. num. 6. & 7. fol. 267. & 268.
Inops censuarius an possit se liberare a censu dando bona creditoribus extimata. cap. 110. num. 8. & 13. fol. 268. & 269.
Ius percipiendi pensionem ex fructibus rei censualis, an vendatur in censu consignatiuo. cap. 17. n. 22. fol. 45.
Iudex potest taxare interesse, & fructus in casibus, quibus peti possunt, & solui debent ad rationem viginti pro vno, quinque scilicet pro centenario. cap. 31. numer. 8. fol. 77.
Iurisdictio quæ cohæret solo materialiter, & passiue, imo fructus iurisdictionis recte dantur in censum reseruatiuum, & super eisdem consignatur. cap. 52. nu. 6. & 7. fol. 125. & 126.
Iurisdictionum commoditates ad quem pertineant. cap. 68. num. 8. fol. 171.
Iurisdictionis cohærent solo inseparabiliter, & quis habeat intentionem fundatam in illis. cap. 68. num. 9. fol. 171.
Iurisdictionis retractus, quo ciuitates hodie vtuntur. cap. 68. nu. 10. fol. 172.
Ius percipiendi pensionem census, an sit eiusdem naturæ: & qualitatis, cuius sunt bona super, quibus constituitur. c. 89. n. 14. f. 213.
Iudices executionem fieri mandantes qui debent esse. cap. 98. num. 4. fol. 238.

## L.

LEGATVM alternatibũ, veluti lego Petro censum, vel decem annuatim iustum est, & vnum vel alterum exigi potest non autem principale. cap. 3. nu. 6. & sequent. fol. 7.
Legatum vxori factum interim dũ dos sibi præstetur an valeat. cap. 3. nu. 12. & 16. fol. 7. & resoluitur affirmatiue.
Legatum annum vsusfructus finitur morte vsufructuarij, & quantum ad perpetuitatem, & extinctionem vtrumque legatum, & vsusfructus, & annum, æquiparantur. cap. 4. num. 1. fol. 9. & in quibus differant late traditur ibidem num. 2.
Legatum annum vel census testamentarius si directæ respiciat personam legatarij vsusfructus est, si vero personam hæredis soluentis dicitur legatum annum. cap. 4. num. 3. fol. 9.
Legatum vsusfructus, & annum legatum in quibus differant, capit. 4. numero 13. & 14. folio 11.
Legatum vsusfructus vel annum relictum reipublicæ perpetuum est cap. 4. num. 15. fol. 11.

Læsio vltra dimidium an habeat locum in contractu emphyteosis. cap.35. numer.4.5.8. & 9.fol. 86.

Læsio enormis vel enormissima an habeat locum in contractibus correspectibis. cap.35.num.11. & 12.fol.87.

Læsio enormis, vel enormissima an habeat locum in contractu locationes. cap.35. numer.13. fol. 87.

Læsio an rescindat generalem omnem contractum. cap.36.num.1. fol. 88.

Læsio an consideretur ad rescindendum contractum tam respectu emptoris quam venditoris.ca.36. num.2.fol.88.

Læsionis remedium an competat scienti verum valorem rei.cap.36 num.4.& 5.fol.88.

Læsio excluditur ex dubio eventu rei. cap.47. num.2.fol.115. & nu. 13.& 14.fol 116.

Legatum rei alienæ ignoranter factum an valeat. cap.61.nu.1. vers. quia quamuis.fol.150.

Liberatio ab obligatione soluendi debitum equiparatur accipienti pecuniam naturaliter. cap.38.n. 10.fol.98.

Libertatis priuatio, an sit intrinsice malum,& an libertas sit præcepti diuini,aut naturalis.cap.58.nu. 3.& 28.fol.139.& 141.

Licere dicitur quod legi vetitum nõ est, quia vbi non datur prohibitio ibi datur permissio. cap.86.n. 7.fol.207.

Liberatio vnius ex correis facta a creditore exponte, per pecuniam vel ex sententia, quando cęteris proficiat. cap.94.numer.16. fol.217.

Locationis pensio ad modicum tẽpus sub censu concipitur. cap.2. num.16.fol.3. idem in locatione ad longum tempus.ibi.n.17.

Locupletari an quamuis possit cum iactura aliena. cap.27.n.9.& cap. 40.num.16.fol.103.

Locationi factæ per debitorem an teneantur stare possessores rerum censualium.cap.108.num.2. fol.263.

## M.

MARITVS non sustinens onera matrimonij fructus non lucratur.c.10 n.11.f.24. & quid si nulla dentur pignora genero, sed solũ dotis promissio interueniat.n.12. vel quando non fuit adiectũ factũ delucrandis fructibus. n. 13.fol.28.

Maritus faciens dilationem in restitutione dotis debet soluere interesse ad rationem viginti pro vno, quinq; scilicet pro centenario,& quid si a principio, designatũ sit huiusmodi interesse.c.31.n.9.f.77

Marito sustinẽti onera matrimonij, in interim dum dos sibi soluitur, præstatur interesse ad rationẽ viginti pro vno.c.3.n.1.& 12.fol.78.

Maioratus res destructa, si reedificetur, an reuiuiscat qualitas maioratus. capit. 60. numer. 18. folio. 149.

Maioratus institutor, an possit dare rem maioratus in censum reseruatiuum quando maioratus rebocabilis, vel in rebocabilis est. cap. 62. numer. 1. & 2. vbi remissiue agitur de subrogatione vnius rei maioratus in locum alterius. fol. 152.

Maioratus institutor an possit censum consignare super rebus maioratus quem instituit. cap. 62. n. 4. fol. 152.

Maioratus successor an possit concedere rem maioratus in censum reseruatibum. cap. 62. num. 5. fol. 153.

Maioratus successor an possit super bonis maioratus, qui non habet expressam prohibitionem alienationis censum consignare absq; regia facultate pro tempore vitæ suæ vel in perpetuum. cap. 62. nu. 6. fol. 153.

Maioratus successor qui habet expressam prohibitionem alienationis, an possit absque facultate regia super bonis maioratus census consignare. cap. 62. num. 7. & quid super vsufructu formali eius maioratus. ibid. fol. 153.

Maioratus successor qui habet expressam prohibitionem alienationis, an & quando possit super nuda commoditate ipsius maioratus censum constituere. cap. 62 num. 8. fol. 153.

Maioratus possessor solus potest petere facultates regias, ad constituendos census super bonis maioratus. c. 63. n. 1. f. 157.

Maioratus successor quando, & qualis citandus sit, ad concessionem facultatis regiæ. cap 63. num. 7. & an sit citandus possessor maioratus absens quando ab vxore petitur licentia, & quid ad soluenda debita maioratus. num. 8. & an successores habituales citentur. num. 9. & an omnes qui habent habitualem spem. num. 10. & an sit necessaria iustissima causa. nu. 11. fol. 158.

Mandatum speciale habens ad recipiendum idem est, ac si dominus recipiat, habens vero generale, & virtuale tenetur, coniecturis probare necessitatem recipiendi. capit. 64. numero. 10. vers. & iterum in medio. folio. 164.

Mandatum speciale habens ad recipiendum mutuum non tenetur conuertere peccuniam in vtilitatem mandantis ad hoc vt ipse obliguetur. cap. 64. n. 11. & 12. f. 164.

Maioratus successor si redimat censum cum facultate regia super eo consignatum an possit ab hæredibus prædecessoris, sortem & vsuras exigere. cap. 65. num. 1. fol. 165.

Maioratus bona semel, & legitime alienata an in perpetuum alienabilia sint. cap. 65. numer. 1. fol. 165.

Maioratus bona nunquam alienari

seu obligari possunt, nisi deficientibus bonis liberis. cap. 65. num. 3 fol. 166.

Maioratus rei quę semel exiuit a corpore illius, an amplius ad ipsum maioratum reuertatur. cap. 65. n. 27. quam fol. 165. & 166.

Maioratus successor qui veterem cēsum super eo constitutum redimit, an possit rem maioratus pro sorte, & vsuris alienare, vel super eo alium censum constituere. ca. 65. num. 10. fol. 167.

Maritus, & vxor simul super re constante matrimonio quæsita recte possunt censum creare. cap. 75. n. 5. fol. 183.

Maritus vel vxor altero mortuo an super bonis constante matrimonio quæsitis censum possunt cōstituere. capit. 75. numer. 3. fol. 183.

Maritus an constante matrimonio possit alienare medietatem bonorum quæsitorum pertinentem ad vxorem. cap. 75. num. 8. fol. 184.

Maritus quando possit censum creare super rebus dotalibus extimatis vel non extimatis. cap. 79. nu. 1. fol. 191.

Maritus an sit iure dominus dotis constante matrimonio vel vxor tantum. capit. 79. numer. 2. fol. 191.

Maritus an super re extimata in dotem sibi data censum constituat. cap. 79. num. 7. fol. 193.

Maritus an rem dotalem extimatam in censum reseruatibum concedat. cap. 79. numer. 8. fol. 193.

Maritus super re extimata in dotem data an possit censum consignare. cap. 79. n. 9. fol. 194.

Medietas bonorum constante matrimonio quæsitorum mortuo vno ex coniugibus ad hęredes recte transit. c. 79. n. 3. f. 183.

Mentecaptus quando possit contrahere, & censum creare. cap. 82. n. 2. fol. 198.

Minimum quando sequatur in dubijs. cap. 18. num. 5. cum sequent. fol. 47.

Minor viginti quinq; annorū quando possit se obligare, vel censum constituere. cap. 81. num. 5. fol. 197.

Motus propius an sit seruandus in creatione census. cap. 16. num. 21. fol. 42.

Modus per quem deuenitur, ad casum prohibitionis reprobatur. c. 34. num. 25. fol. 84.

Molendina an computentur inter bona immobilia. cap. 51. num. 8. 9. & 10. fol. 124.

Molendina non liberat quemquam a satisfatione vel fideiusione, & possunt absque iudicis decreto alienari. c. 51. n. 11. f. 124.

Molendina ita ruynosa, vt periculū sit inmora absque iudicis solemnitate vendi possunt. cap. 51. n. 12. fol. 124.

Molendina, quæ non solum periculo ordinario subiacent, sed quo ad instar nauium super flumina veluti ambulant, neque sunt immo-

immobilia, neq; solo cohærent, & super eis census constitui non potest, & possunt absque iudicis decreto alienari. cap.51. num.13. fol.124.

Monasterra de iure communi subiacebant ordinarijs, licet succedente tempore eximantur, & solus Pontifex eorum exemptiones concedit. cap.78.num.2.fol. 189.

Mutuare aliquid cum pacto pœnali quod si non soluat ad certum tempus præstetur aliquid nomine pœni an liceat, & differentia inter pactum & sententiam. capit. 40. numer.13. folio. 103.

Mulier nullam habet bonorum mariti administrationem, non solũ maioratus, sed neque quæsitorũ constante matrimonio. cap. 63. num.4.fol.157.

Mulier sine licentia mari non potest in iuditio aliquid petere. cap. 63.num.5.fol.157.

Mutuans pecuniam magistro nauis an teneatur prouari euidenter, vel per coniecturas mutuum fuisse conuersum in vtilitatem nauis. capit. 64. numer. 1. in medio,& numer.10.fol.162. & 163.

Mulieres constante matrimonio sine licentia mariti an possit super medietate lucrorum censum creare, & quæ licentia requiratur. capit.73. numer.4. fol. 183.

Mulier constante matrimonio an sit vera domina medietatis lucrorum quæsitorum ad hoc vt possit super eis censum creare. cap.75. num.5.& 6.fol.184.

Mulier an propter delictum perdat bona sua, & maxime medietatẽ lucrorum cõstante matrimonio. cap.75.num.7.fol.184.

Mulier, quæ simul cum marito tanquam fideiussor, & in solidum se obligauit an in totum, impugnare possit obligationem quamuis dicatur conuersam fuisse in eius vtilitatem.cap.94.numer.12. fol.226.

Mulier quæ simul cum marito in solidum se obligauit quid possit facere accedente denuntiatione, vel læsione illius.cap.94.num.13. fol.226.

Mulier qui se, cum marito obligauit in solidum tãquam reus principalis quomodo possit sibi succurrere contra obligationem.ca. 94.num.14.fol.226.

Mulieri quę in solidum se obligauit cum extraneo quò modo succurratur.cap.94.num.15.fol.227.

## N.

NARRATIVÆ veritas prouanda est, ab illo qui facultatẽ impetrat a Principi ad imponendum cẽsum super bonis maioratus,& plura alia. capit.63. num.19. cum sequentib. fol.160.

Naues an inter immobilia bona cõ numerentur. cap.56. nu.8.10. & sequent.fol.134.

Nabis præsumitur peritura potius, quam duratura, & certis limitibus circunscribitur.cap.56.num. 11.fol.134.

Notario solo vel cum testibus quando detur integra fides. cap.44.n. 1.fol.108.

Notarius vel tabellio non potest dare fidem nisi duo.quo fuit rogatus.cap.44.num.4.fol.108.

Numeratio vera peccuniæ, an probetur si depositа fuisset in sacculo.cap.44.n.6.fol.109.

## O.

OBLIGATIO minor in dubijs iudicatur. cap.14. n. 5.fol.37.

Obligatio personalis sola an detur in censu emphytheotico ve simul hypothecaria.cap.23.num.1. fol.59.

Obligatio quæ formatur in censum, an personalis sit, principalis, vel accessoria ad rem. cap. 58. num.5.fol.139. & numer.30. fol. 141.

Obligatio personalis in censu datur.cap.59.num.1.&.2.f.143.

Obligatio est mater actionis.cap.59 num.2.fol.143.

Obligatio realis, & hypothecaria, an possit induci sine actione personali. cap.59.num.3.& 10.folio. 143.& 145.

Obligatio personalis an ex omni contractu, & obligatione oriatur. cap.59. num.4. & 11.fol.143. & 145.

Obligatio personalis an detur cum obligatione hypothecaria. cap. 59.num.6.& 15.fol.144.& 146.

Obligatio personalis effectiua, vel ius reale; aut seruitus cohærens rebus in separabiliter, an detur in censu.cap.59.num.7. per totũ fol.144.

Obligatio personalis, an remaneat extincta, vel per empta re censuali aut subiecta hypothecæ. ca.60. num.2.& 7.fol.146.& 148.

Obligatio competens ratione rei an finitur finita re. cap.60. num. 5.fol.147.

Officia seu dignitates reipublicæ an pretio extimari possint, & vẽdi a rege, vel comittibus, seu dominis vassallorum reipublicæ. cap.55. num.1. fol.131. & sequentib.

Officia seu dignitates, quæ vendi ne queunt, vt militia doctoratus personalis sunt, & cum persona extinguntur. cap.55. num.1. folio. 131.

Officia seu dignitates, quæ iure personalis non sunt, an possint vendi a Rege Comite Marchiones, vel depriuato in priuatum transferri. cap.55. num.2. vers. in primo casu, & num.3. fol.131. & 132. & num.8.fol.133.

Officia reipublicæ an imputentur in legitimam, & inter fratres conferantur, seu diuidan-

dantur. capit.55.numer.4. folio. 132.
Officia reipublicæ, an pro debitis vẽ di seu distrahi possint.cap.55.n.5. fol.132.
Officia reipublicæ pnblica, an possint dari in censum reseruatibũ. cap.55.num.5.vers. tertius casus. fol.132.
Officia reipublicæ an habeant stabilẽ subiectum vt perpetuam existentiam. cap.55. numer.9. & 10. fol.133.
Opere personales quãdo locari possint. cap.58.numer.1.& 26.folio. 138. & 141.
Opere per personalis, an locari possint, in perpetuum.cap.58.n. 2.& 27.f.139.& 141.

## P.

PACTA & conditiones iniusta, quæ multoties adijciuntur in creatione census, an efficiant contractum nullum, vel pro non adiectis cẽseantur.cap.36.nu.21.fol.89.
Pactũ, seu pœnas, vt interim dum soluitur pretium rei venditæ, res siue locata pro tali pretio an valeat.cap.9.n.20.fol.26.
Pactum nudum contrahitur in censu reseruatiuo traditione rei vestitum. cap.15.num.9.11.& 12.fol. 39.& 40.
Pactum redimendi an sit stimabile peccunia. cap.19.nume.8.fol. 48.
Pactum quo emitur census vsq; ad quatuordecim annos vt trãsactis illis sors restituatur. cap.19.nu.9. fol.49.
Pactum vt intra certum tempus redemptio fiat, & ttansacto illo non possit. cap.19.num.10.11. & 12.fol.49.
Pactum iu censu quod si pensio nõ soluatur, sors restituatur: an valeat.cap.19.n.13.& 14.fol.49.
Pactum redimendi intra certum tempus, & si non redimatur, interim fructus alicuius fundi percipiantur.cap.19.n.15.fol.50.
Pactum vt census ematur ad limitatum tempus dando quatuordecim, vt in annos quin decim soluatur vnum annuatim an valeat.cap.19.n.16.fol.50.
Pactum quo confertur facultas redimendi in voluntatem emptotis an valeat.cap.19.n.17.f.50.
Pactum redimendi censum a fideiussore adiectum an validum sit, cap.19.n.18.fol.50.
Pactum assecurandi naues, an valeat?& quid si fiat cum tertio. ca. 21.n.3.fol.53.
Pactum an valeat quod si debitum non præstetur ad certum tempus, soluatur quid annuatim.ca. 40.n.7.fol.102.
Pactum de non alienando cum hypotheca generali an afficiat rem, sicut si accederet especialis hypotheca. c.57.n.8.vers.demũ.f.137.
Pacto an possit quis se subijcere carceribus.c.59.n.5.& 12.fol.142. & 145.

Pactum, quo res in suam pristinam reducatur naturam substinetur. cap.78.n.8.& 21.fol.190.

Pactum de non vendendo rem nisi Petro, an validum sit. cap.86.n.7.fol.207.

Pactum legis comissoriæ, qua iustificationi sustineat, cap.90.num.6.fol.266.

Pactum vt census non possit redimi an valeat. cap.101.num.3. fol.248.

Pactum vt redemptio fiat intra certum tempus,& eo transacto census redimi non possit an valeat. cap.101.n.4.fol.248.

Pactum quo venditor census promittit sortem restituere, si non soluat pensinem per biénium an validum sit.cap.101.numer.5.fol.248.

Pactum de redimendo censu pro maiori sorte, quam fuit creatus, an valeat.cap.101.numer.7.folio.248.

Pactum factuu inter eiues redimẽdi,vel diuidendi inter se censum, certo tempore designato an valeat.cap.101.n.9.fol.249.

Pactum an valeat quod post quatuor annos debitor teneatur dare nouas hypothecas, vel redimere censum.cap.101.num.11.folio.249.

Pactum quod redemptio non admitatur pro parte an validum sit. cap.107.numer.7.& 18.folio.261.& 262.

Pactum an sit validum quo censuarius obligatur ad redimendum integrum censum: & quod pro parte redimere non possit. cap.107.n.20.fol.263.

Pactum quo censuarius obligatur ad redimendum integrum censum an iuramento firmetur.cap.107.n.21.fol.263.

Pactum nequis possit soluere debitum per dationem rei censualis in solidum:an sit validum.ca.110.n.14.fol.269.

Pater transiens ad secundas nuptias,si relinquat vxori, plusquam vni ex filijs, primi matrimonij, an relictum annulletur in totũ. cap.36.n.15.fol.89.

Pascendi ius immobile reputatur, & ideo datur in censum reseruatiuum, & super eo constituitur census consignatiuus.cap.52.n.1.fol.125.

Passagij ius quid immobile reputatur, & inde datur in censum reseruatiuum, & super eo iure consignatur.cap.52.n.2.fol.125.

Pater licet in bonis filij, pleniorem potestatẽ quam cęteri vsufructuarij habeat,iure tamen vsufructuarius est,& formalis. cap.71.num.6 fol.178.

Peccunia verbi, an in sola peccunia verificetur, vel alias species comprehendat. cap.37.nu.7.12.& 26.fol 92.93.& 95.

Peccuniæ verbum an comprehendat debitum. cap.38.numer.3.fol.97.

Peccuniæ appelatione, quando cõprehendatur aurum, vel argentum.cap.39.n.3.& 4.fol.100.

Peccunia destinata ad emendũ bona immobilia an computetur inter ea.cap.56.n.21.fol.135.

Peccunia redacta ex venditione rerum immobiliũ an cõputetur inter immobilia bona. cap.56.nu. 22.fol.135.

Pensio quam soluit colonus annuatim pro terra inculta colenda, & fructibus ex ea percipiendis, continetur sub censu: & in quo iste contractus differat à locatione & vero censu.cap.2.n.18.fol.4.

Pensio, quæ ex contractu libellario soluitur, continetur sub censu, & cuius qualitatis sit prædicta pensio, & in quo differat a vero censu.cap.2.n.19.fol.4.

Pensio quæ ex contractu perpetuario prouenit, census appellatur & in quo differat a vero censu.c. 2.n.20.fol.4.

Pensio quæ prouenit ex contractu fœudali comprehenditur sub censu:& in quo differat à vero censu.c.2.n.22.fol.5.

Pensio quam superficiarius soluit pro superficie sub censu comprehenditur,&in quo differat a vero censu.cap.2.n.23.fol.5.

Pensio vniformis presuponit censum informis locationem. cap. 22.nu.22.fol.58.& an pensio vniformis præstita occasione rei immobilis præsuponat locationẽ, emphiteosim, vel coloniam.nu. 23.24.& 25.ibi.fol.58.

Pensio peccuniaria vel frumentaria, quæ reseruatur ex datione rei in censu, an debet correspondere infimo, medio, vel supræmo pretio rei censualis.cap.29. num. 7.fol.73.

Pensio quæ reseruatur ex creatione emphyteosis, non soluetur pro pretio, sed in recognitionem directi dominij. cap.35. numer. 5. fol.86.

Pensio census consignatiui perpetui, an in peccunia sit constituẽda: & an antiqua frumentaria reducenda sit ad peccuniam.cap. 47.n.1.fol.115.

Pensio censualis an de iure potuisset constitui in frumẽto vel alia specie. cap.47.num.1.f.115.& 12. fol.116.

Pensio census consignatiui redimibilis & perpetui non potest consistere in frumento, vel alia specie,sed in sola peccunia. cap.47. n.5.cum seqnentib.fol.116.

Pensio censualis reseruata, considerata de perse destincta,& separata á solo:an sit quid immobile: vel inter mobilia computetur.cap. 5.nume.1.vers.qua sententiæ.fol. 129.

Pensiones locationis ad modicum vel longum tempus diferunt interse: & à vero censu. cap.2.nu. 17.fol.3.

Pensionis annuæ reseruatio ex fructibus beneficij vt mensæ capitularis:an & quando inducat hypothecam, & obligationem realem.cap.24.n.3.fol.62.

Pensionis annuæ promissio facta in testamento absque causa alimentorum inducit hypothecam:

thecam. cap.24. numer. 5.folio. 62.

Pensionis peccuniariæ iustitia, quæ reseruatur in creatione census reseruatibum prædialis regulanda est ad instar precij rei immobilis in censum datæ.cap.29.nu.2.fol. 73.

Pensionis reseruatæ non in peccunia sed in alia specie iustitia pendet a sortis correspõdentia id est á quantitate fructum rei censualis,quæ loco sortis habetur. c.29. n.6.fol 73.

Pensionis reseruatio an præsupponat sortem & an in pensione aliqua sors detur, substãtia vel qualitas,vel vsura.cap.54.n.1.vers.denique.fol.129.

Pœna adiecta heredi, si decem annua titio non dederis,eidem censum soluere tenearis, non inducit vsurum: quod secus est in contractibus & quare. cap.3.n.9.& 14.fol.7.

Pœna duplex est legalis & conuentionalis.cap.9.n.1.fol.14.

Pœna quæ facti hominis adijcitur seruanda est. cap.9.nu.2.& 3.& an reducatur ad legitimum interesse.n.4.& 5. & quid accedente iuramento.fol.24.& 25.

Pœna adiecta dationi certæ speciei quando sit obseruanda. cap.9.n. 7.fol. 25. & quid si resultet excessiua vltra legitimum interesse. n. 8. & quid si factum hominis vel datio speciei non prẽsuponant interesse.n.9.eod.fol.

Pœna adiecta dationi quãtitatis certa ex testamento veluti quando testatur legauit Petro centum: & interim dum sibi præstãtur,decem annua:an valida sit.cap.9.n. 10.fol.25.

Pœna adiecta dationi quãtitatis certę in contractibus an valida sit.c. 9.n.11.& 12.fol.25. & quid si adijciatur inter solitos fœnerari, vel per dinumerationẽ dierum, mẽsium & annorum.nu.13.& 14.& an differentia prædicta procedat in mutuo.n.15.fol.26.

Pœna adiecta dationi certu quãtitatis per dinumerationem dierum, mensium, vel annorum an possit excedere legitimũ interesse. ca.9.n.16.& 17.f.26.vbi agitur de salario excessiuo & expetis quæ superant legitimum interesse.

Pœna adiecta factu hominis,vel dationi speciei, seu quantitatis certę in contractu nullo, an sit obseruanda.cap.9.num.18.fol.26.& quid si promittatur non allegare nullitatem contractus. num.19. ibid.

Pœna adiecta dationi quantitatis, quando contineat vsuræ prauitatem.cap.40.n.13.fol.103.

Perempta re censuali, an perimatur census. cap.58.n.9.fol.139. & nu. 34.fol.142.

Personalis obligatio an sit principalis vel accessoria. cap.23.num.16. fol.61.

Personalis census quomodo formetur verẽ, & propriè: & quis dicatur.cap.25.n.1 fol.64.

Personalis census an formetur ex simplici

simplici promissione de soluēdo quid annuatim de fundo, vel ex fundo: non ex causa alimentorum neque ex testamento, & an promissio transit in singularem successorem: & inducat hypothecam. cap. 25. numer. 3. & 4. folio. 64. & 65.

Personalis census perpetuus redimibilis seu ad vitā non emit titius: sed ex causa alimentorum, seruitiorum, vel alia similia potest esse frumentarius. cap. 46. numer. 1. & 2. fol. 113.

Personales census quomodo verificentur, & quando liciti sint. cap. 58. numer. 7. folio. 139. & num. 32. fol. 142.

Petitorium formale an detur in annuis præstationibus personalibus, vel tantum competat actio personalis. capit. 26. numer. 1. fol. 66.

Petitoriū formale quid sit, & quod requirātur duo extrema habilia, dominium agentis, & possessio rei conuentę. ca. 26. n. 1. vsque ad finem. fol. 66.

Petitorium formale nō dicitur quādo agitur ad vsum, vel ad vsum fructum, cum defficiat substantia petitorij, scilicet ius reale, licet possit censuarius condemnari ad dandum. cap. 26. n. 2. fol. 66.

Pignorantis iure resoluto, resoluitur totum ius accipientis. cap. 91. n. 9 fol. 219.

Pignorationis contractus an detur in censu consignatiuo. cap. 17. n. 23. fol. 45.

Piscandi ius quid immobile est, & ideo datur in censum reseruatibum, & super eo iure consignatur. cap. 52. n. 2. fol. 125.

Pisces qui sunt in piscina seu lacu, quasi naturaliter vt multiplicentur & crescant, an & quādo computentur inter immobilia bona. cap. 56. n. 23. fol. 135.

Pontifices an debeant obseruare solemnitatem alienationis rerum ecclesiarum. cap. 76. num. 7. fol. 186.

Possessor tertius hypothecæ an possit oponere beneficium excussionis. cap. 23. n. 15. fol. 61.

Possessor tertius rei an possit petere reductionem huius census, de fructu ad pecuniam. cap. 46. n. 17. fol. 115.

Possessor rei dotalis a quo res vendicatur, an liberetur offerendo extimationem dotis. cap. 79. nu. 4. fol. 191.

Possessores iuditiales rerum censualium an verè sint domini: & an teneantur stare locationi factæ per debitorē, & an teneātur restituere fructus, vel compensare in sortem. cap. 108. numer. 1. 2. & 3. fol. 263.

Possessorium formale an detur in annius præstationibus personalibus: vel tantum actio personalis ad soluendum. cap. 26. nu. 3. & 9. fol. 66. & 67.

Possessorium formale an detur pro libertate possidendi ius percipiēdi pensionem annuam. cap. 26. n. 6. fol. 66. & n. 15. fol. 68.

Possess-

Possessorium formale licet non detur in annuis præstationibus: datur tamen status ad quem fit restitutio: & quis dicatur is status cap.26.n.10.& 11.fol.67.

Potentia propinqua actui, habetur pro ipso actu, & paria sunt quæ in actu existunt, vel in via deductionis ad actum. cap.38.numer. 9.fol.97.

Potentia propinqua reducibilis ad actum, an sit habenda pro acto. cap.39.n.5.fol.100.

Pupillus proximus vbertati, quando possit solus se obligare, vel sine tutore censum constituere, c. 81.n.4.fol.196.

Præscriptio immemorialis an requirat contradictionem, & a quo tempore incipiat currere. cap.8.n.23. & 24.fol.23.

Præscriptio an detur in facultate & iure redimendi censum. cap.107. n.8.fol.248.

Præscriptio census emphyteotici, quo tempore & quomodo in perpetuum inducatur. cap.103.nu.21 fol.252.

Præscriptio census reseruatiui, & rei censualis, quomodo a tertio procedat. cap.103.n.3 fol.252.

Præscriptio rei censualis a tertio possessore, an longissimo tempore introducatur: & an præscriptio formetur, si adsit pactum de non alienando, vel qnælibet alia prohibitio, alienationis, cap.103.nu. 41.fol.252.

Præscriptio in tertio possessore rei censualis, an impediat pactum de non alienãdo rem censui subiectam. cap.103.n.7.fol.253.

Præscriptio iuris exequendi competentis virtute scripturæ cẽsualis, quo tempore inducatur. cap.103. n.8.fol.253.

Præscriptio annuarum præstationũ procedentium ex contractu, vel vltima voluntate quomodo fiat: & an sint necessariæ tot præscriptiones, quot præstationes, ca. 104.numer.1.& sequentibus.fol. 254.

Præscriptio annuarum præstationum, vt in numero præcedenti, noua & eleganti sententia declaratur, cap.104.num.3.per totum. fol.255.

Præscriptio census contra tertium possessorem rei censualis an incipiat currere à tempore quo principalis debitor soluere cessauit: vel à quo tertius ipse possessor est. cap.105.n.1.fol.256.

Præscriptio an & quando currat impedito iuris impedimento. cap. 105.n.2.fol.256.

Præscriptio quando requirat scientiam. cap.105.n.6.fol 257.

Præscriptio regulariter incipit currere ab eo tempore quo cessatũ est in solutione, & quomodo hoc intelligatur. cap.105.num.7. fol.258.

Præscriptionem currere contra ignorantes in incorporalibus, vel corporalibus iuribus quãdo possit. cap.105.n.5.fol.257.

Præscriptione omni exclusa an excludatur in memorialis. cap.8.n. 16.&

16.& quid in præscriptione quadraginta annorum cum titulo, num.17.fol.22.
Præscriptionis census materia remissiue demonstratur. cap.103.nu.1. fol.252.
Præstatio annua limitata ex vnica causa an aliquid operetur extra illam.c.7.n.12.f.18.
Præstatio annua facta animo se liberandi, quin inducat liberationem cap.7.n.13.f.18.
Præstatio annua personalis an præscribatur? & consequenter an possideatur.cap.26.num.4.fol.66.& num.13.fol.68.
Præstationes simplices annue non sufficiunt ad inducendam obligationem soluendi in futurum: & si sint triginta annorum: nam debent esse causatæ etiam in causis ecclesiarum, cap.6.nu.9.10. & 11.fol.15.
Præstationes annuæ per decemniũ virtute tituli inualidi, an sufficiãt ad inducendam obligationem soluendi in futurum.cap.7.nu.7. & 8.fol.18.
Præsumptio iuris regulariter transfert onus probandi in aduersarium. cap.45.n.8.f.111.
Pretij reductio quæ respicit publicam vtilitatem non obligat Principem ad restitutionem.capit.32. num.14.fol.80.
Pretij designatio obseruanda est in foro conscientiæ. cap.32.num.9. fol.79.
Pretij excessus restituendus est si cẽsus redimatur venditori, & non emptori. capit.34. numer.8.fol. 82.
Pretij census, ac sortis traditio an sit necessaria in actu celebrationis contractus? c.38.n.7.f.97.
Pretium naturale cuiuscunque rei non est individuum, sed ex communi hominum extimatione formatur.c.27.n.1.f.69.
Pretium naturale an,& quando possit interuenire in censu consignatiuo redimibili, seu ad vitam vel perpetuo, seu constituto ex pretio rei mobilis. cap.27.nu 2. & 3. fol.69.
Pretiũ rei immobilis probatur per extimatores eiusdem rei, & an pensio cẽsualis ad instar eius pretij reseruata iusta sit.cap.27.nu.22 fol.71.
Pretiũ rei immobilis probatur per communem extimationem, & an pensio constituenda sit ad instar eius pretij? cap.27.numer.21. fol.71.
Pretium rei immobilis an probetur ex instrumentis venditionum similium rerum immobilium vicinarum.c.27.n.23.f.71.
Pretium rei immobilis censualis an probetur per extimationem cõmunem.cap.27. nu.20. vel ex fructibus viginti annorum, nu. 24. vel ex qualitate eiusdem rei, nu. 26.fol.71.
Pretium individuum, & legale nullo modo excedi potest absq; culpa, & restitutione, latitudinem non habet.cap.28.num.1. cum sequent.fol.72.

Pretium legale continet publicam vtilitatem, & ideo comprehēdit omnes personas, etiam ecclesiasticas. c. 28. n. 8. f. 72.

Pretium legale, & indiuiduum interuenire debet in census creatione: & quibus exemplis verificetur. c. 28. n. 11. f. 73.

Pretium legale an ex tempore possit variari. c. 28. n. 9. & 10. f. 72.

Pretium rei immobilis datæ in censum, probatur ex extimatione hominum, vel instrumentis antiquis consuetudine extimandi, & denique ex cumulo fructuum ipsius rei viginti, vel triginta annorum. c. 29. n. 3. f. 73.

Pretium census reseruatiui redimibilis an sit res ipsa quæ datur in censu: an vero quantitas pro qua redimendus est. c. 29. nu. 10. f. 74.

Pretium census reseruatiui redimibilis an sit constituendum ad rationem quatuordecim pro vno. cap 29. n. 11. & 12. f. 74.

Pretium census reseruatiui ad vitam quale sit, & eius diuersas formulas. cap. 29. n. 14. f. 74.

Pretium census creati ex pretio rei immobilis venditæ an debeat regulari ad rationem quatuordecim pro vno, vel maiori, seu minori. cap. 30. num. 4. vsque ad finem. fol. 75. & 76.

Pretium census consignatiui perpetui, quantum & quale sit, & a quibus possit designari. cap. 31. nu. 1. fol. 76.

Pretium census consignatiui redimibilis aliquem considerabatur ad rationem viginti pro vno. ca. 32. num. 1. fol. 78.

Pretium census consignatiui ab aliquibus consideratur ad rationem quindecim pro vno. cap. 32. num. 2. aliquando decem pro vno. nu. 3. & in aliquibus prouincijs ad rationem septem pro vno. num. 4. & duodecim pro vno. nu. 5. fol. 78. & 79.

Pretium census consignatiui redimibilis hodie designatur ad rationē quatuordecim pro vno. cap. 32. n. 6. fol. 79. & refertur disceptatio Roderici curantis deffendere ante legem Regiam pretium esse ad rationem viginti, vel triginta pro vno.

Pretium census consignatiui ad vitam aliquem regulabatur secundum coniecturam verisimilem vitæ. cap. 33. nu. 1. aliquando vnius pro sex, alibi ad rationem vnius pro octo, aliás pro duabus vitis ad rationem nomem pro vno, & denique diuersimodē loquebatur. num. 2. fol. 80.

Pretium indiuiduum, & legale census consignatiui ad vitam l. regia designatur ad rationem septem pro vno. c. 33. n. 3. f. 80.

Pretium indiuiduum creationis census designatur a l. Regia, an extendatur ad venditionem veteris vel sit diuersa ratio. c. 34. n. 14. f. 83.

Pretium census an debeat interuenire in pecunia numerata in venditione veteris cēsus. c. 34. n. 41. f. 85.

Pretium census consignatiui, vel reseruatiui an debeat interuenire

in

in pecunia numerata, vel in alijs rerum ſpeciebus mobilibus, vel ſemouentibus. cap.37.nu.1. & 2. fol.92.

Pretium emptionis conſiſtit in pecunia numerata, & pecunia eſt forma, atq; materia pretij. c.37.n. 4.5.13.& 21.f.92.93.& 94.

Pretium cenſus conſignatiui, & reſignatiui an poſsit interuenire in mercibus,& pecunia.c.37.nu.19. & ſequent.f.94.

Pretium an conſtituatur iuſtius in maſſa methali quam in pecunia. c.39.n.9.f.100.

Pretium tranſactionis nõ poteſt dici indiuiduum,& legale: ſed naturale. cap.42.num.2. in medio. fol.104.

Pretium cenſus an debeat interueni re in actu celebrationis inſtrumẽti,coram teſtibus, & notb. ſufficiat ſi anticipetur.c.43.n.1. & ſequent.f.105.

Pretium cenſus qui ſuper bonis maioratus cùm facultate regia conſtituitur,ſi accedat clauſula vt cõuertatur in certam cauſam, an poſsit conuerti in aliam. c.64. n. 1.fol.162.

Pretium creationis cenſus ſuper bonis maioratus cum facultate regia,quod per eam facultatem præcipitur:vt apud ſequeſtrum ad aliquam ſpecialem cauſam deponatur:an poſsit ſolui poſſeſſori maioratus, vel in aliam cauſam conuerti.c.64.n.3.f 162.

Pretium quod prouenit ex facultate Regia in qua non præcipitur, quod in certam cauſam cõuertatur,neq; apud ſequeſtrũ deponatur,an ſufficiat ſi poſſeſſori maioratus ſoluatur c.64.n.4.f.162.

Pretium regulariter,in quacumque cauſa iuris reſiſtentiam habente, conuertendum eſt in vtilitatem eius qui contra iuris reſiſtentiam recipit pretium.cap.64.numer.4. fol.162.

Pretium conuertendum eſt in vtilitatẽ Eccleſiæ rei publicæ ſeu vniuerſitatis.c.64.n.5.& 6.f.163.

Pretium rei maioratui ſubiectæ alienatæ ex facultate Regia, conuerti debet in vtilitatem maioratus. c. 64.n.7.& 8.f.163.

Pretium quod prouenit ex facultate Regia conceſſa ad ſoluẽda debita, an ſit præciſſe conuertendũ in ſolutionem eorum: ita quod vere debita extinguantur. ca.64. n.9.& 10.f.163.

Princeps vel Rex poteſt deſignare pretium legale, & indiuiduum a quo recedi non poteſt. cap.28. n. 2.fol.72.

Princeps,& Reſpublica quando poſſit aſsignare pretium cuiuslibet rei.c.31.n.2.f.77.

Princeps an poſsit pecuniæ conſtituere maiorem valorem quam valet materia ſeu methallum. c.39. num.9.f.100.

Princeps a lege coactiuã ſolutus eſt. c.63.n.6.f.158.

Priuatio libertatis, an ſit intrinſice malum.cap.58.num.3.fol.139. & num.28.f.141.

Priuilegium quod rei factæ com-

petit, competit rei quæ est in fieri c.38.n.9.f.97.

Priuilegio suo quando quis potest renuntiare prorogando iurisdictionem alterius, modo sit priuilegium spirituale, modo temporale, personis, communitate, seu collegio, vel ordini concessum. c.78.n.7.& 10.f.190.

Probatio decem annorum, ex quibus præstationes annuæ factæ sunt: an recipiat probationem in contrarium. cap.6.numer.13.fol. 16.

Probatio vera legitima, & integra numerati pretij quæ dicatur? capit.44.numer.9.10. & 11.folio. 109.

Probatio quãdo requiritur fieri per scripturam an sufficiat si fiat per testes? c.84.n.6.f.201.

Probationis forma aliqua designata, an cæteræ species probationis censeantur excluſæ. cap.44. n. 8. fol.109.

Prodigus quando possit contrahere, & censum reseruatibum, vel consignatibum creare. c.81. n. 4. fol.198.

Prodigus an restituatur aduersus cõtractus a se factos. c.81. n.4.vers. & est sumæ.f.198.

Promissio gratuita in quo differat a promissione pretio facta. capit. 58.numer.4.fol.139.& numer.29. fol.141.

Promissio non alienandi rem quando impediat translationem dominij.c.85.n 2.& 7.f.204.

Promittere gratis aliquid annuatim licitum est.cap.58.num.4.fo.139. & num.29.f.141.

Proprietarius an super nuda proprietate possit censum reseruatibum imponere? cap. 70. num.1. fol.176.

Proprietarius an possit super nuda proprietate imponere censum consignatibum.capit 70.num.2. fol.176.

Proprietarius an possit libere proprietatem alienare. cap.70.num. 4.fol.176.

## Q.

QVALITAS contractus probanda est, & nullus actus probatur, nisi quatenus infertur a causa de necessitate, & sublata causa corruit obligatio. c. 6.num 4.fol 15.

Qualitas probari debet probata substantia. cap.21.numer.8.fol.56.& illa natura, & substantia probantur ex quantitate pensionis, & fructuum. cap 22. num.9.fol. 56.

Qualitas contractus debet probari per eum qui in ea se fundat: & si allegatur factum cum qualitate, vtrumque est probandum. capit.22.numero.16.folio. 57.

Qualitatem contractus alleganspro fundamento tenetur eam probare euidenter. cap.14.nume.10. fol.37.

# R.

RATIONE cessante legum Regni, & extrauagantium loquentium de censu, an earum prohibitio cesset? cap.37. num.18. fol. 93.

Recognitio census an prejudicet recognoscenti, & omnibus ab eo causam habentibus, quamuis nõ appareat de primitiua constitutione census.c.99.n.5.f.242.

Recognitio census si simpliciter, & absque vlla mentione hypothecarum fiat, & absque expressione creationis census, nulla est. c.99. n.6.f.243.& n.7.limitatur in cẽsu reseruatiuo, & emphytheotico.

Recognitio erronea alicuius rei censualis, licet repetita an efficiat eã rem censualem.cap 99.numer.8. fol.243.

Recognitio duplex est expræssa, & tacita,& latè explicatur tacita recognitio.c.99.n.11.f.244.

Recognitionis erroneæ materia traditur bene. cap.99. numer.9.fol. 243.

Redditus anni cum adequantur ad sortem cessat interesse. c.16. n.9. fol.41.& 19.f.42.

Redemptio census pro eodem pretio quo creatus fuit quandocumque potest fieri a censuario.c.101. num.1.f 247.

Redẽptio facta a coherede pro parte, an sit causa vt creditor possit alios cohæredes cõpellere, vt partem, redimant. c 101.nu.11.f.149.

Redemptio an habeat vim solutionis.c.102.n.1.f.150.

Redemptio an sit facienda de sorte integra cum vsuris totius anni incepti, vel decursis pro rata, vel sine vsuris.c.102.n.3.f.257.

Redemptio an debeat fieri in pecunia numerata, sicut creatio cẽsus. c.102.n.4.f.250.

Redemptio census an censeatur facta ex eo, quod creditor recepit pignora præcissa. cap.102.num.5. fol.250.

Redemptio an videatur facta ex eo, quod creditor per executionem accipiat bona censualia. c.102. n. 6.fol.250.

Redemptio census an fiat per graduationem virtute sententiæ factam, vel non obstante graduatione peti potest à correis. c.102. num.7.f.151.

Redemptio an fiat per compensationem, & quæ in effectu operetur compensatio.c.102.n.8.f.251.

Redemptio vere, & proprie fit per consignationem oblationem, & depositionem.c.102.n 9.f.251.

Redemptio non inducitur ex confessione depositarij.c.102.n.10.& depositum debet fieri citato creditore.n.11.& debet esse integrũ. n.12.debet fieri pure simpliciter, & non subconditione.n.13. & cũ iudicis authoritate.n.14. & regulariter debet fieri corã iudice venditoris,& redimẽtis nisi aliud cõueniatur.n.15.f 251.

Redemptio si fiat vsufructuario, an extinguatur vsusfructus census, vel fors sit tradeda vsufructuario? c.102.n.19.f.251.

Redemptio an sit facienda emptori veteris census, seu primo venditori. c.106.n.4.f.259.

Redemptio & solutio partis an debeat continere tantam commoditatem, sicut totum respectu totius. cap.107.num.4.& 15.fol.160 & 162.

Redemptio ex sui natura diuidua est, tam ex natura materiæ, quam ex effectu redemptionis. c.107.n.10.fol.261.

Redemptio census an sit in totum facienda, quãdo emptor alias nõ esset censum empturus. c.107.n.6.f.261.& 17.f.262.

Redẽptio census an possit fieri pro parte ab hærede censuarij. c.107.num.19.f.262.

Redemptione census resoluitur. ca.102.n.1.f.249.

Redemptionem possunt facere debitores censuales, & eius hæredes creditoribus, vel eorum hæredibus, & idem dicendum est in tertijs possessoribus rerum cẽsualiũ, vel fideiussoribus. c.206.n.1.f.258

Redemptionem an, & quando facere possint tutores, curatores, aut prælati, & quando ipsis facienda sit. c.106.n.2.f.259.

Redemptionis pretium tutori traditum si pereat, an liberetur censuarius, & quando soluendo tutoribus consequatur plenam, pleniorem, & plenissimam liberationẽ. cap.106.n.3.f.259.

Redimendi facultas non potest poni voluntate emptoris, sed venditoris. c.101.n.2.f.247.

Redimendi actiones quæ competãt venditori. c.101.n.6.f.248.

Redimendi ius, & facultas, an aliquo tempore possit præscribi. ca.101.n.8.f.248.

Redimendi pactum an contineat rem tradi, & sit diuiduum, vel indiuiduum. cap.107.num.3.f.260.& 14.f.262.

Redimendi censum facultas, est quędam gratia a Pontificibus venditoribus concessa: ideo extenditur vt pro parte fieri possit. cap.107.num.11.fol.261.

Redimere censum libere possunt hæredes censuarij. cap.106.nu.5.& quid in quolibet extraneo. n.6.fol.259.

Redimere censum an possit vsusfructuarius omnium bonorum, vel particularis certæ rei. cap.106.& quid in fideicomissario grauato de restituenda hæreditate. n.8.& quid in maioratus possessore. nu.8.& 9.f.260.

Redimere partem molendini seu alterius rei, an possit sotius quam dedit alicui cum pacto retrouendendi. cap.107.num.2.f.261.& 13.fol.162.

Reductio alicuius contractus ad iustitiam, quomodo procedat, & an in censu consignatiuo admittatur. c.36.n.4.f.88.

Reductio census fundamentarij ad pecuniam fit a lege ipsa, & ideo facienda

cienda est, debitore nolente, & non petente. c. 46. n. 14. f. 114.
Rem liberam ab obligatione tenetur reddere cuius occasione obligata fuit. c. 65. n. 4. f. 166.
Rem maioratus alienans ob inopiæ causa, superuenientibus diuitijs tenetur eam redimere. c. 65. n. 5. & 8. fol. 166.
Rem maioratus consentiens alienari pro soluendis debitis testatoris poterit ab heredibus pretium exigere. c. 65. n. 6. f. 166.
Regula omnino obseruanda est, & ab ea non est recedendum. c. 84. num. 6. f. 201.
Renuntiatio casuum fortuitorū an valida sit. c. 60. n. 11. f. 148.
Requisitum speciale an sufficiat si generali fiat. c. 57. nu. 7. vers. quia quotiescunque. f. 137.
Res propria, quando possit domino seruire. c. 23. n. 2. f. 59.
Res mobilis ad scripta solo an possit dari in emphytheosim. c. 48. n. 15. f. 119. & 16. f. 120.
Res cōmunis quando dicatur mea. c. 68. n. 13. f. 174.
Res omnis pignori, & hypothecæ subijci potest. c. 73. n. 2. f. 180.
Res communis recte alienatur quo ad partem dantis. cap. 74. num. 3. fol. 182.
Res sacræ an sint in comertio hominum, & an possit alienari, & an ex necessitate vrgentissima? cap. 76. n. 1. f. 185.
Res quæ locatur ad longum tēpus, vel cōceditur in emphytheosim, an dicatur exire de familia, vt in ea admittatur sanguinis retractus c. 89. n. 8. f. 213.
Reseruatibus cēsus, vel emphytheosis an præsumatur, vel inducatur ex tempore cum causæ concomitantia. c. 6. n. 1. f. 14.
Reseruatibus cēsus omnibus est frequentior, & creari potest, perpetuus redimibilis, seu ad vitam. ca. 13. n 1. & 2. f. 34.
Reseruatibus census in quo differat ab emphytheosi, & quando, & quomodo ex illis transferatur dominium in censuarium. cap. 13. n. 3. & 4. f. 35.
Reseruatibus cēsus, vel emphytheoticus contractus, non tam ex verbis quam ex effectu, & substantia iudicantur. cap. 13. num. 5. 6. & 7. fol. 35.
Reseruatiui census iustitia fundatur in præceptis iustitiæ commutatiuæ. cap. 13. num. 10. vsque ad finē. cap. fol. 36.
Reseruatibus census an in dubio sit iudicandus perpetuus, vel redimibilis. cap. 14. num. 1. per totum fol. 36.
Reseruatibus census non potest vocari emphytheoticus. cap. 15. n. 1. fol. 38.
Reseruatibus census in quo differat a permutatione, & natura vtriusque. c. 15. n. 2. f. 38.
Reseruatibus census in quo differat a locatione simplici, vel ad longum tempus, & quæ sit natura eorum. capit. 15. numer. 3. folio. 38.
Reseruatibus census an sit vera

emptio,& venditio.cap.15.nu.4. vsque ad finem.f.38.

Reseruatibus census perpetuus redimibilis seu ad vitam, pro maiori, vel infimo pretio creatus, an rescindatur læsione, vel sit nullus in totum, vel reducendus sit ad legitimam quantitatem pretij. ca.35. n.1.& sequent.f.85.

Reseruatibus census, vel consignatibus, an creari possit ex debito cõtracto ex mercantijs, seu alijs rerum speciebus.cap.38.num.1.fol. 96.

Reseruatibus census an formari possit ex debito perpetuo, & successiuo? c.38.n.2.f.97.

Reseruatibus census an formari possit in sententia declarari, si iustè creatus sit vel non. cap.40.num. 1.& 2.f.100.

Reseruatibus census perpetuus redimibilis, seu ad vitam, an possit esse frumentarius? cap.46.n.5.6. & 7.f.113.& 114.

Reseuratibus census frumentarius si iniustus sit ex tempore reducendus sit. cap.46.numer.7.& 8. fol.114.

Reseruatibus census formatur ex rebus verè immobilibus. c.49.n.1. & sequent.f.120.

Reseruatibus census an, & quando præsuponat perpetuitatẽ: & quare formandus sit ex rebus immobilibus.c.49.n.4.f.120.

Reseruatiui cẽsus bona debent esse ex sui natura fructifera, & traditur noua ratio: quare census reseruatibus requirat bona immobilia.c.49.n.5.f.120.

Reseruatibus vel consignatibus census an possit creari ex rebus, quæ licet non sint immobilia soli, neque simpliciter immobilia, sunt tamen cohærentia solo inseparabiliter.c.52.n.1.f.125.

Reseruatibus cẽsus vel emphyteoticus creandus est ex rebus de sui natura fructiferis,& non ex sterilibus. cap.53.nu.1. & per totum. fol.127.

Reseruatibus cẽsus an possit aliquo modo creari ex alio consignatiuo.c.54.n.3.f.130.

Reseruatibus census creandus est ex bonis proprijs concedentis rem in censum.c.61.n.1.f.150.

Reseruatibus cẽsus vel cõsignatibus an,& quãdo accedẽte regia facultate creari possit super bonis, vel ex bonis maioratus qui non habent expressam prohibitionem alienationis, sed solum tacitam: & an regia facultas in eo casu aliquid operetur. cap.69.numer.9. fol.153.

Reseruatio omne illud quod non conceditur reseruat,& ideo pensio reseruata non perdit naturam beneficij resignatiui, imo pars rei,& seruitus quędam dicitur.c. 14.n.6.7.8.& 9.f.37.

Reseruatio in censu prædiali perpetuo, res ipsa quæ datur, succedit loco pretij.c.29.n.1.f.73.

Resolutio iure dantis, resoluitur ius accipientis,& explicatur. cap.111. num.5.f.270.

Resolutio pensionis quæ fit in creatione

tione cẽſus reſeruatiui quid operetur.c.111.n.8 f.271.
Reſciſsio an dicatur legitime, & integre facta ſi defficiat vnicus namus.c.36.n.8.f.89.
Reſtitutio ſtatus datur quando annua penſio perſonalis,quę annuatim ſoluitur eſt cauſata ex cauſa nempe legitima,debita,& præſtita.c.26.n.12.f.67.
Reſtitutio fructuum quæ iubet fieri in ſupremis tribunalibus, an fiat ex gratia,& iuſtitia. cap.108.nu.7 fol.264.
Retentio rei an detur pro expenſis in ea factis, & tranſeat in ſucceſſorem.c.91.n.7.f.219.
Retractus iuriſdictionis reſpectu ciuitatum an habeat locum.ca.68. num.10.fol.182.
Retractus an habeat locum in emphyteuta reſpectu fœudatarij, & è contra:vel in ſuperficiam, & conſanguineo,vel in vſufructuario.c.68.n.61.in med.f.172.
Retractus conditio an minuat pretium venditionis, & in partem eius quo numeretur. cap.86.n.5. fol.207.& 9.fol.208.
Retractus an habeat locum in terminis legis,quoties C.de rei vendicat.in contractu cenſus.cap.86 num.10.fol.208.
Retractus conditio an minuat pretium venditionis, & in partem eius connumeretur?cap.86.nu.5. fol.207.& 9.fol.208.
Retractus ſocietatis etiam habet locum in rebus immobilibus, vel quæ pro immobilibus habentur. c.87.n.2.f.208.
Retractus an habeat locũ inter emphyteotas, ſocios, vel fœudatarios. c.87.n.3.f.209.
Retractus an ſit iuſceſsibile in extraneos, ſimul cum iure directi dominij.c.87.n.4.f.209.
Retractus ſocietatis an habeat locum in cenſu reſeruatiuo.ca.87. num.5.fol.209.
Retractus ſocietatis an habeat locum in cenſu conſignatiuo. cap. 87.n.6.f.209.
Retractus ius an habeat vſufructuarius,dominus vel creditor, c. 87. num.7.& 8.f.209.
Retractus ius communitatis,vel ſanguinis an habeat emphyteota ſuperficiarius,& cenſuarius? cap. 88.per totũ.fol. 210.& vide quodlibet in ſuo proprio verbo.
Retractus ſanguinis an habeat locũ quando res datur in emphyteoſim.c.89.n.1.f.212.
Retractus ſanguinis an admittatur quando res datur in emphyteoſim,vel cenſum cum pacto redimendi,& conditione,quod interim dum fit redemptio, dominium rei non transferatur. c. 89. num.2.f.212.
Retractus tempus currit à die conſtitutionis,& non redemptionis. c.89.n.5.f.212.
Retractus ſanguinis an habeat locũ in cenſu perpetuo, vel redimibili,ſeu ad vitam, ita quod res data in cenſum,poſsit retrahi.cap.89. num.7.fol.213.
Retractus ſanguinis an habeat lo-

cum quãdo res venditur pro certo pretio, & quia ſtatim non ſoluitur, pro eo cenſus conſtituitur. cap. 89. n. 9. f. 213.

Retractus ſanguinis an admittatur quando quis nouiter ſuper bonis ſuis cenſum creauit, & conſanguineus vult retrahere bona cenſualia. c. 89. n. 10. f. 213.

Retractus ſanguinis quis præferatur? conſanguineus, vel concedens rem in cenſum in creatione cenſus, de cenſuario facta, ſuper re ſibi conceſſa in cenſum. cap. 89. n. 15. fol. 213.

Retractus iuriſdictionis quo ciuitates hodie vtuntur. c. 68. n. 10. f. 213.

Retrahere an poſsit conſanguineus creationem cenſus conſignatiui à conſanguineo ſuper bonis eius factam. c. 89. n. 13. f. 213.

Retrahere an poſsit conſanguineus rem emphytheoticã ab emphytheota venditam. c. 89. n. 16. f. 214.

Retrahere an poſsit conſanguineus commoditatem emphytheoſis, ab emphytheota venditam. cap. 89. n. 17. f. 214.

Retrahere an poſsit conſanguineus ius directi dominij à domino vẽditum? c. 89. n. 18. f. 214.

Retrahere an poſsit conſanguineus rem venditam á cenſuario, quæ ſibi data fuit in cenſum reſeruatibum. c. 89. n. 19. f. 214.

Retrahere an poſsit conſanguineus penſionem reſeruatam in vẽditam à concedente rem in cẽſum qui eam ſibi reſeruauit. cap. 89. n. 20. fol. 214.

Retrahere an poſsit conſanguineus veterem cenſum ab emptore vẽditum. c. 89. n. 21. f. 214.

Retrahere an poſsit conſanguineus rem cenſualem â cenſuario venditam? c. 89. n. 23. f. 214.

Retrahere an poſsit cónſanguineus redemptionem cenſus, & deffice re quod non redimatur. cap. 89. num. 24. fol. 215.

Rex an habeat fundatam intentionem in terminis. c. 68. n. 11. f. 172.

Roderici conciliatio l. 1. quæſt. 7. n. 8 & 21. impugnatur. c. 36. n. 34. f. 91.

## S.

SArmiento dicens in cenſu ad vitam non formari emptionẽ, ſed aleatorium contractum impugnatur. c. 17. n. 24. f. 45.

Scriptura cõtractus an præſumatur ex tempore. c. 6. n. 1. f. 14.

Scriptura in cenſu quid operetur. c. 18. n. 4. f. 47.

Scriptura an pro ſubſtantia emphytheotici contractus requiratur. c. 22. n. 2. f. 56.

Scriptura an ſit neceſſaria in contractu emphytheotico. cap. 84. n. 1. fol. 201. & 9. fol. 202.

Scriptura regulariter non eſt neceſſaria ad perfectionem, & ſubſtantiam contractuum. cap. 84. nu. 5. fol. 201.

Scriptura contractus, & ipſe contractus in quibus differant. cap. 84. num. 8. fol. 202.

Scriptura an ſit de ſubſtantia contractus

ctus, quando partes de contrahẽdo in scriptis egerunt.
Scriptura in censu necessaria nõ est, ad obtinendum possessorium. c. 98. num. 1. fol. 238.
Scripturam qui tenetur conficere, an teneatur ad conficiendam publicam vel priuatam. cap. 84. nu. 14. fol. 203.
Sententia debet esse conformis libello. c. 40. n. 8. f. 102. & n. 14. limitatur & intelligitur. f. 103.
Sententia quando possit confirmare cẽsum à principio iniustè creatum. c. 41. n. 1. & sequent. f. 103.
Sententia habetur pro veritate, & non admittit cõdictionem in debiti. c. 41. n. 1. f. 103.
Sententia in causa census iniusti an & quando possit transire in rem iudicatam. c. 41. n. 3. f. 103.
Sententia lata contra extrauagantes, ex ipso iure est nulla. cap. 58. num. 23. fol 140.
Seruitia personalia quo tẽpore præscribantur. c. 8. n. 22. f. 23.
Seruitus seruitutis an aliquo modo possit constitui, & an seruitus in abstracto aliquid sit, & an sit qualitas vel substantia. c. 54. n. 1. vers. dicens. f. 129.
Seruitus seruitutis, pensio pensionis & pecunia ex pecunia, an possint ab aliquo dari, vendi, seu cedi. c. 54. n. 3. vers. ex qua. f. 130.
Seruitus super rebus alienis constituta an teneat. c. 61. n. 4. f. 150.
Seruitus vrbana, vel rustica an detur in censum, vel super ea consigne tur. c. 73. n. 2. f. 180.
Seruitus super parte rei communis à domino constituta, an sit in suspenso, donec alij socij consentiãt c. 74. n. 4. f. 182.
Seruitus constituta, & constituenda differunt, & differentia inter illas assignatur. c. 74. n. 5. f. 182.
Seruitutes omnes rusticæ, vel vrbanæ alienari possunt, & quomodo procedat. c. 73. n. 4. f. 181.
Seruitutes an super re communi cõsistere possint. c. 74. n. 2. & 3. f. 182.
Seruitutes promissore mortuo, quilibet ex hæredibus tenetur in solidum, c. 74. n. 6. f. 182.
Seruitutem esse indiuiduã quomodo intelligatur, c. 74. n. 7. f. 183.
Seruitutibus vrbanis, vel rusticis an census consistat. c. 73. n. 1. f. 180.
Solariegus census quomodo probetur, latè traditur. cap. 12. num. 9. & 10. fol. 34.
Solemnitas quæ requiritur interuenire in alienatione rerum ecclesiæ, an sufficiat si sequatur. ca. 76. num. 10. fol. 187.
Solemnitas extrinseca, vel intrinseca quando, & quomodo probetur, vel præsumatur. cap. 83. num. 3. fol. 199.
Solemnitas extrinseca, vel intrinseca, an præsumatur ex immemoriali tempore, vel censum annorum. c. 83. n. 4. & 5. f. 200.
Solemnitatem alienationis, an sufficiat interuenire, vel sit necessariũ quod constet interuenisse. ca. 76. num. 12. fol. 187.
Solemnitatem interuenisse in creatione census minorum, ecclesiarum,

rum, vel similium probare tenetur qui se fundat in censo. ca.83. n.1.fol.199.

Solemnitatem interueniſſe in census creatione an ſit præſumendũ ex aliquo temporis curſu.cap.83. n.2.fol.199.

Soluens penſionem cenſualem virtute illegittimæ ſcripturæ an in futurũ compellatur ad ſoluendũ. cap.84.n.12.fol.22.

Solutio primi & vltimi anni, decem annorum an ſufficiat ad inducẽdam obligationem ſoluẽdi in futurum.cap.6.n.12.fo.16.

Solutio impoſitionum a vaſſallis prẽſtita an prẽſumatur ex coactione dominorum, an ex ſpontanea voluntate. cap.8.n.8.& 10.fol.21. & an talis præſumptio in vaſſallis dominorũ qui non recognoſcũt ſuperiorem.nu.11. & 12.& an immemorialis excludat probationem in contrarium.n.13. & quid quando vaſſalli compelluntur a iudice.n.14.fol.22.

Solutio pretij cenſus non probatur per coniecturas, & præſumptiones.cap.44.n.10.fol.109.

Solutio probanda eſt ab eo qui in ea ſe fundat, & ſolutio eſt quid facti,& non præſumitur. cap.45. n.7.fol.100.

Solutio & traditio pretij quotieſcunq; requiritur vera & naturalis: non ſufficit ſi probetur cibilis & confeſſa: quia aliud eſt confiteri aliquid recepiſſe, & aliud vere illud recipere. cap.45.numer.9. folio.111.

Solutio penſionis emphyteoticæ, vel cenſualis quando in loco creditores & expenſis cenſuarij facienda ſit. cap.92.n.1.f.220.

Solutio pẽſionis an extinguat obligationem reſpectu creditoris & fideiuſſoris ſimul & an ſolutione hypotheca extinguatur. cap.105. n.3.fol.257.

Solutio à cenſuario facienda creditoribus in rebus hypothecatis, an debet habere ſolemnitates textus in authenticæ hoc niſi debitor.C. de ſolutionibus. cap.110. nu.15. & quid ſi cum iuramento ſit renuntiatum dictæ authenticæ.n.16 fol.270.

Solutione decemnali, ſi titulus inualidus ſit, authoritate iuris publici propter deffectum ſolemnitatis, vt in cauſa teſtamenti an cenſus inducatur. cap.7.numer.5.& 6. fol.17.

Solutione decemnali,& titulo inualido, odio recipientis, an inducatur cenſus.cap.7.n.4.fol.17.

Solutionem particularem an & quãdo compellatur creditor recipere. capit.107.numer.1.& 12.folio. 261.

Solutiones omnes præcedentes & præterite an probentur per tres ſolutiones poſteriores. cap.98.n. 14.& an hæc probatio habeat locum contra tertium ſucceſſorẽ. n.15.fol.242.

Sors nulla neq; pretio ex parte recipientis licet non interueniat, cẽſus poteſt dari & afferuntur variæ conceptiones inſtituendi cẽſum teſta-

testamentarium. capit. 2. numer. 4. fol. 6.
Sortis traditio ad iustitiam creationis census reseruatiui, an debeat interuenire in actu celebrationis contractus. capit. 43. numer. 23. fol. 108.
Sortis traditio creationis cēsus quo modo probetur latè traditur. ca. 44. n. 1. cum sequent. fol. 108.
Spes considerabilis vel in certa quādo consideretur in materia vendibili, vt dicatur quid sit vendibile. cap. 17. n. 25. fol. 46.
Specialis prouisio multoties magis operatur, & influit quam generalis. cap. 85. n. 14. fol. 206.
Speculatoris doctrina pōderatur. c. 25. n. 2. fol. 64.
Stipendia quæ annuatim militibus præstantur seu officialibus rei publicæ census appellatione veniunt, a vero tamen censu distinguntur. cap. 2. n. 21. fol. 4.
Subreptio semper causatur ex omissione causæ finalis non semper causæ impulsiuæ. cap. 63. nu. 15. fol. 159.
Subreptionis & obreptionis materia, & differentia inter eas latè cō numeratur. cap. 63. num. 16. & 17. fol. 159.
Subrogatum quando sapiat naturā eius in cuius locum subrogatur. cap. 60. n. 15. & 18. fol. 149.
Successor maioratus an citandus sit ad concessionem facultatis regię, ad imponendum censum super bonis maioratus, & alia plura. cap. 63. n. 7. cum sequent. & vide verb. Maioratus, & verb. facultas. fol. 150.
Successor maioratus, vide verb. Maioratus.
Successor Maioratus, vide in verbo. Maioratus successor.
Superficiarius quis ducatur. cap. 69. n. 2. fol. 174.
Superficiarius ex donatione quis sit, & quādo possit censum superficie creare. cap. 69. n. 3. fol. 174.
Superficiarius super superficie, vel dominus super solo an censum creare possit, & quando. ca. 69. n. 6. fol. 175.
Superficiarius ex datione soli ad cōficiendam superficiem an possit censum reseruatibum vel consignatibum creare. c. 69. n. 5. f. 175.
Superficiarius quando habeat ius retractus & præferatur consanguineo. cap. 83. n. 3. fol. 201.
Superficies quæ sit. cap. 69. nu. 1. fol. 174.

## T.

TABELLIO an puniatur conficiens scriptura cō tra l. Regni. cap. 32. num. 8. fol. 79.
Tabellio si dat fidem de actu precedenti de quo non fuit rogatus, & in ea fide mentitus sit, an cōmittat falsitatem. c. 44. n. 4. cum sequent. fol. 108.
Tabellioni danti fidem de receptione sortis, vel testibus contrarium deponentibus standum sit.

cap.44. numer 5. per totum.fol. 109.
Tabellionis fides de receptione seu traditione sortis, excludit omnẽ simulationem contractus. ca.43. n.16.fol.107.
Tabellionis falsitas euidẽter est probãda quia semper pro tabellione præsumitur. cap.44.n.3.fol.108.
Tempus sine concomitanti causæ quando possit inducere vel tollere obligationem.c.5.n.2.fol.12.
Tempus non solũ non est causa inducẽdi obligationẽ, sed neq; ipso tantũ probari potest obligationẽ inductam fuisse.cap.5.n.6.fol.12.
Tempus non est modus inducẽdæ obligationis, neq; confirmandæ inualide, licet sit modus probandæ obligationis efficatia. cap.7. n.10 fol.18.
Tempore inmemoriali sine alterius causæ concomitantia, an induci possit obligatio census, disputatur. cap.5.nu.9.10.11.& 12.& tandem resoluitur negatiuè.f.13.
Termini an sint proprij vniuersitatum quoad dominium propietatem vel comoditatem tantum. cap.63.n.11.fol.172.
Tempus inmemoriale habet vim tituli, & inducit præsumptionẽ, quod vassalli soluunt non ex tirãnide, sed ex spontanea voluntate.cap.8.n.9.fol.21.
Tertij possessores rerum censualiũ triplici modo conueniuntur de recognoscenda via ordinaria & adsoluendos redditus decursos similiter via ordinaria deniq; via executiua pro pensione. cap.96. n.1.& sequent.fol.230.
Tertij possessores rerum censualiũ an conueniantur in solidum, vel pro parte tradit late.cap.96.n.14. fol.233.
Tertius rei possessor an teneatur personaliter actori c.96.n.2.f.230.
Tertius possessor rei in censum reseruatibum datę an possit conueniri via ordinaria vel executiua. cap.96.n.6.fol.230.
Tertius possessor rei census consignatiui an possit cõuenirivt recognoscat:vel executiuè vt soluat pẽsionem.cap.96.n.7.fol.231.
Tertius possessor rei in cẽsu emphytheotico via executiua cõueniri potest, licet non interueniat pactum de non alienando rem cũ hypotheca.cap.96.n.8.f.231.
Tertius rei censualis possessor an cõueniatur nulla prius facta executio debitoris principalis quando renuntiatur beneficio excussionis vel non facta renũtiatur eius beneficio.cap.96.n.6.fol.232.
Tertius possessor rerum censualiũ an teneatur recognoscere censum, & si post recognitionem vendiderit rem censualem an liberetur. cap.99.n.2. &3.fol.242.
Tertius possessor rei cẽsualis recognoscens censum, tenetur soluere redditus, tam præteritos, quã futuros:nisi creditor propter negligentiam præteritos non recuperauit.c.99.n.4.f.242.
Tertius opositor executioni dicens præferendum esse:an efficiat causam

ſam ordinariam: & an tali caſu ſit neceſſaria cautio: & an ſtatim debeat docere de iure ſuo. c. 109. n. 1. 2. & 3. fol. 265.

Tertius oppoſitor executioni vt faciat cauſam ordinariã, an ſit neceſſaria humana cognitio & probatio, vel ſufficiat ſola oppoſitio. cap. 109. n. 4. fol. 265

Tertius oppoſitor poſt ſententiam quæ vocatur de trance ad impediẽdam venditionem bonorum, quomodo admittatur & impediat: & an ſententia præſtita cautione exequatur. cap. 109. n. 5. fol. 266.

Tertius oppoſitor non ſolum poſt executionẽ ſed poſt poſſeſsionẽ bonorum creditori datam admittitur: & quomodo? & an habeat reuocatoriam, & quando illa detur. ca. 109. n. 6. & quid erit quando tertio res adijcitur pendente concurſu creditorũ. n. 7. fol. 266.

Tertius qui ſe opponit coadiuuando cauſam principalis quomodo admittatur, & in quo ſtatu negotium accipere debeat. cap. 109. n. 8. fol. 266.

Teſtamentarius cenſus ad alimenta conſtitutus an duplicem hypothecam habeat. c. 3. n. 5 fol. 7.

Teſtamentarius cenſus ſub hac conceptione: lego titio centum & interim dum præſtantur decem annua: an iuſtus ſit. cap. 3. n. 11. & 12. fol. 7.

Teſtamentarius cenſus in quo mentio fit de vſufructu, vel de annuo legato eius naturam non mutat. cap. 4. n. 4. fol. 9.

Teſtamentarius cenſus directus ad cenſuarium petendus eſt actione confeſſoria contra quemlibet poſſeſſorem, directus vero ad rẽ, petitur actione perſonali. ca. 4. n. 5. fol. 10.

Teſtamentarius cenſuarius ſi ſit vſu fructuarius, tenetur reficere prædium, & ad illius tributaria onera: ſi vero legatarius ad id non tenetur. c. 4. n. 6. fol. 10.

Teſtamentarius cenſuarius ſi vſufructuarius ſit propria auctoritate capit cẽſum, ſi legatarius minimè. cap. 4. n. 7. fol. 10.

Teſtamentarius cenſus relictus ad vſumfructum perit extincta re, ad annum legatum conſeruata. cap. 4. n. 9. fol. 10.

Teſtamentarius cenſus relictus ad vſumfructum confiſcatur vſufructu confiſcatu, quod ſecus eſt in cenſu annuo. cap. 4. nu. 10. fol. 10.

Teſtamentarius cenſus vniuerſitati vel mnnicipibus relictus, quãdo temporalis ſeu perpetuus iudicandus ſit. cap. 4. n. 11. fol. 9.

Teſtantium volũtates an Reges mutare poſsit. cap. 62. n. 18. f. 155. & ſequere ſub hoc ſigno.

Titulus vt præſumatur ex cenſu decennij deber accedere iuramentum. cap. 6. n. 14. fol. 16.

Titulus vitioſus cum annuis præſtationibus an inducere poſsit obligationem ſolueudi in futurum: & quid ſi memorialis præſtatio allegetur. c. 7. nu. 14. 15. & 16. f. 19.

Traditio vera & corporalis requiritur

tur ad translationem dominij rerum corporalium, & ad translationem rerum in corporaliū solo cohærentium. c.52. n.12.f.126.
Transactione an & quando constituatur iustè cēsus consignatibus. cap.42.n.2.cum alijs fol.104.
Transactione an & quādo confirmetur cēsus iniustè a principio creatus.cap.42.n.3.& 4.fol.105.
Tutor & curatur an debeant interesse, & redditus ad rationem viginti pro vno, quinq; scilicet pro centenario: & an â principio taxari posit huiusmodi interesse. cap.31.n.10.fol.77.
Tutor infantis,quando posit nomine pupilli rem alienari, vel censum constituere. ca.81.n.2.f.196.
Tutor vel curatur an posint molēdina vel alia bona similia, quæ obnoxia sunt mundationi sine decreto iudicis alienare.c.81.n.6. vers.reijcit.f.197.
Tutores seu Prælati an posint redimere censum & quando ipsis facienda sit.cap.106.nu.2.fol.258. & vide verbum redemptio quò ad cæteras personas.
Testamēto &donatione cōstitui potest census & declaratur Felicianus.cap 3.n.1.fol.6.
Testamento rectè potest contrahi. ibi.nu.2. ratioq; ex qua id potest contingere, declaratur. ibid.n.3.

## V.

VASSALLI si solū præstationes ratione alicuius fundi,seu terrę, an præsumatur doactus seu ex voluntate soluisse.ca. 8.n.15.fol.22.
Vassalli an liberi sint. cap.12.n.4.& 5.fol.32.
Vassalli vulgo solariegos an aliquo modo posint solium transfere in alios. cap.12.n 7.fol.33.
Vassalli huiusmodi an posint expelli propter non solutam pensionem,& ad quid teneantur. ca. 12.n.8 fol.33.
Vassallorum impositiones continētur sub nomine census. cap.2.n. 13.fol.3.
Vectigalia & regalia iura immobilia reputantur, & inde super eisdem census consignatur, & ex eisdem resignari potest.cap.52.n. 3 fol.125.
Vehetria quid dicatur & in quo differat à solariego. ca.12.n.2.fol.32.
Vendens rem maioratus ad dotem constituendam,ob ipsius ægestatem, superuenientibus diuitijs tenetur aliam rem in eius locum subrogare.c.65.n.7.fol.166.
Vendere rem vni potius quam alteri in aliquibus casibuspermissum est c.86.n.7.fol.207.
Vendi an posit census semel legitimè constitutus, minori pretio. cap.34.n.1.& sequen.fol.81.
Vendi an posit minori pretio quā a principio creatus fuit reseruatibus vel emphytheoticus census. cap.34.n.4.& quit in censu consignatiuo perpetuo.n.5.fol.82.
Vendi an posit minori pretio consignatibus cēsus redimibilis creatus

tus a principio maiori pretio quã à lege designatum est. cap.34.n. 6.fol.82.
Vendi an possit minori pretio census consignatibus constitutus ad rationẽ quatuordecim pro vno. cap.34.n.7.fol.82.
Vendi an possit cẽsus litigiosus minori pretio quam a principio fuit constitutus.cap.34.nu.34.fol.85.
Vendi potest ius percipiendi pensionem ex rebus semouentibus. c.50.n 1.fol.121.& 13.& 14.fol.122.
Venditio an possit fieri pretio suprę mo pecunia credita ad tempus, & quid vtroq; iure sit obseruandum.ca.27.n.7.cum alijs.fol.69.
Venditio nominis seu actionis valet regulariter ideo non datur in ea venditione enormis læsio, sed habetur communis extimatio hominum.cap.34.n.10.fol.82.
Venditio veteris cẽsus proprius est emptio & venditio, quam contractus nouæ creationis vt quia magis in eo casu præexistat materia vendibilis. cap.34.n.11.fol.82.
Venditio veteris census an causetur egestate venditoris, sicut venditio fundi vel an detur in his casibus diuersa ratio.ca:34.n.14.f.83,
Venditio veteris census facta minori pretio quam fuit creatus, an in totum sit nulla vel reducatur ad statum iustitiæ. cap.36.n.22.f.90.
Venditio rei alienę quando valeat. cap.61.n.1.fol.150.vers.quia licet.
Venditio secunda cum hypotheca, an prẽferatur priori, vel è contra. cap.85.n.6.fol.204.
Venditio non dicitur duratura quę retrahi potest.c.86.n.1.& 8.f.207.
Venditor cẽsus tenetur soluere impensas conficiendi instrumẽta cẽsualia & quando. c.28.n.6.fol.72.
Venditor obligatus nominatim ad census euictionem atque solutionem redditus, an adhuc valeat vẽditio veteris cẽsus minori pretio facta,c.34.n.35.f.85.
Venditor census consignatiui redimibilis an possit agere ex læsione ad rescindendum contractum.c. 36.n.6.f.88.
Venditor census an teneatur manifestare emptori veteris census rerum censualium.cap.53.n.6.& 7. fol.128.
Venditor non committit crimen stellionatus, quando emptor sciebat priorem hypothecam rei censualis.c.53.n.8.f.128.
Venditor an teneatur emptori de euictione quando res abdicatur per conditionem retractus. cap. 86.n.4.& 8.fol.207.
Verba de fundo, vel ex fundo recte explicantur, & reprobatur intellectus aliquorum. c.25.n.7.f.65.
Verba quæ possunt intelligi naturali & ciuiliter, naturali sunt intelligenda.cap.37.n.6.fol.92.
Verba enuntiatiua quando inducant probationem. cap.45.n.10. fol.111.
Verbum, vitia, denotat per emptionem census quæ per alluuionem causatur. cap.1.n.3.fol.1.
Verbum, res, an comprehendat bona mobilia & immobilia, corporalia,

ralia,& incorporalia.cap.49.n.2. fol.120.
Veſtimentorum appellatione, an pannus comprehendatur. ca.39. n.5.fol.100.
Vniuerſitas an habeat interdictorio actiuam, & paſsiuam iuriſdictionem, & fundet in ea contra regem ſeu dominum vel è contra.cap.68.n 8.fol.171.
Vniuerſitas & actus ſingulorum de vniuerſitate in quo differant. ca. 68.n 14.fol.174.
Vniuerſitatis adminiſtratores an poſsint incarcerari pro debito cenſuali vniuerſitatis.cap.68.nu. 17.fol.174.
Vſuarius ſyluę ſeu montis an æquiparetur vſufructuario. cap.71.n. 4.fol.179.
Vſura quæ prouenit ex ordinatione montis pietatis, appellatur cenſus.cap.2,n.4.fol.3.
Vſura non poteſt reperiri in cenſu teſtamẽtario conſtituto per modum annui legati. cap.3.n.7.fol. 7.neq; interpretatiua,ibid.nu.8.
Vſura non datur ſine ſorte neq; fructu. cap.5.n.13.fol.13.
Vſura, an ſit aliqnid recipere propter aſſecurationem periculi. cap. 21.n.8.fol.53.
Vſura datur mutuo atq; in alijs contractibus.cap.21.n.11 fol.53.
Vſura & intereſſe ſi promittantur exceſsiuæ vel vbi non debentur, an promiſsio reducatur ad legitimam quantitatem. cap.36.nu. 23.fol.90.
Vſuræ in legatu & fideicommiſſo poſt moram, hæredis debentur. cap.3.n.15.fol.8.
Vſuræ vſurarum quando peti poſſint, & iuſte debeantur.cap.38.n. 11.fol.98.
Vſurarius eſt recipiens aliquid vltra ſortem: & vſura eſt quicquid ſorti accedit.cap.16.n.4.& 13.fol.41.
Vſurarum prohibitio ad cõtractus, non ad teſtamenta prætenditur. cap.3.n.18.fol.8.
Vſus in quo differat ab vſufructu,& an vſus poſsit alienari. cap.72.n. 1.fol.178.
Vſus an contineat ſub ſe commoditatem, ſicut vſusfructus, itaq; recte detur cõmoditas vtriuſq; ſuper qua cenſus conſiſtit,&in quo differat comoditas ab vtroq;. ca. 72.n.2.fol.179.
Vſus comoditas quomodo poſsit conſiderari, & an detur in vſu ſicut in vſufructu, & an ſit perſonaliſsimum ius vtendi.cap.72. n. 3.fol.179.
Vſus & habitatio an detur in cenſum reſeruatibum, vel ſuper ea cenſus cõſignatibus ſuſtineatur. cap.72.n.5.fol.179.
Vſusfructuarius an ſuper nuda proprietate cenſum poſsit conſigare, vel ex ea reſeruare, aut hypothecam conſtituere. cap.70.num.6. fol.176.
Vſusfructuarius ex propietate ſermonis an veniat appellatione domini.cap.71.n.1.fol.177.
Vſufructuarius an poſsit tanquam dominus vti remedio reſtitutorio. ca.71.n.2.fol.177.

Vſuf-

Vsusfructuarius an posit super vsufructu censum creare, pignorari seu vendere. cap. 71. numer. 2. fol. 177.
Vsusfructuarius an habeat ius retractus societatis. cap 87. numer. 7. fol. 209.
Vsusfructuarius vel creditor an habeat ius retractus. cap. 87. num. 8. fol. 209.
Vsusfructuarius an posit redimere censum & quid in fide comissario, & possessore maioratus. cap. 106. n. 7. 8. & 9. fol. 260.
Vsusfructus commoditas rectè venditur seu alienatur, licet vsus formalis non. cap. 71. numer. 3. folio. 177.
Vsusfructus formalis an posit alienari per venditionem, locationem, seu pignorationem non autem per cessionem. ca. 81. n. 4. vers. venit etiam. fol. 178.
Vsufructu alienato an extinguatur & consolidetur cum proprietate. cap. 81. n. 4. fol. 177.
Vtile per inutile quando vicietur. cap. 36. numer. 14. folio. 89. & 30. fol. 91.
Vxor non potest contrahere sine licentia mariti, & ex tali contractu non nascitur obligatio naturalis. cap. 63. n. 6. fol. 158.
Vxor quando habeat rei vendicationem directam, vel vtilem. ca. 79. n. 2. fol. 191. & 7. fol. 193.
Vxoris obligatio standi in iuditio, vel cpntrahendi fundatur in iure diuino. cap. 63. numer. 6. fol. 158.

FINIS.

IVRA

# IVRA HOC LIBRO DE censibus explicata sequenti indice reponuntur.

## EX IVRE PONTIFICIO.


TEXTVS in cap. saluberiter de vsuris capio num. 3. 4. & 7. cum sequentibus fol 27.

Textus in cap. 1. de fœudis cap. 10. num. 16. fol. 28.

Textus in cap. constituende de religiosis domibus cap. 13. num. 3. & 4. cum sequent. fol. 35.

Textus in cap. fin. de vsuris cap. 21. num. 4. & 5. fol. 12. & sequent. fol. 53. & 54.

Textus in cap. per vestras de donationibus inter cap. 21. numer. 8. fol. 54.

Textus in cap. fin. de restitutione spoliatorum cap. 26. num. 6. & 15. fol. 66. & 68.

Textus in cap. quærelam de electione cap. 16. num. 8. 17. & 18. fol. 67. & 68.

Textus in cap. cum dilecti de emptione, & venditione cap. 27. n. 18. fol. 71.

Textus in cap. constitutus de religiosis domibus cap. 49. numer. 2. fol. 120.

Textus in cap. 1. de in integrum restitutione cap. 49. numer. 2. fol. 120.

Propius motus Pij Quinti, cap. 50. numer. 1. 2. 16. & 18. fol. 121. 122. & 123.

Extrauagantes Calixti, & Martini, cap. 50. numer. 4. & 6. vsque ad fin. fol. 121. & cap. 57. numer. 4. & 13. fol. 136. & 138. & cap. 58. num. 8. 9. 33. & 34. fol. 139. & 142.

Extrauagantes Nicolai. 5. & Gregor. 13. pro regno Siciliæ circa obligationem personalem censuarij, cap. 58. num. 10. 35. & circa creationem census super re mobili. numer. 11. & 36. fol. 139. & 142.

Motus propius Pij Quinti super forma creandi censum, cap 92. n. 5. fol. 221.

Extrauagantes Martini Quinti, & Calixti, cap. 37. num. 6. & 22. fol. 92. & 94.

Propius motus Pij Quinti, cap. 37. numero. 22. 23. & 24. folio. 94.

Textus in cap. licet heli de simonia, cap. 40. n. 18. f. 103.


## EX DIGESTIS vetereri.


LEX si quis ita legauerit, ff. de vsufructu. l. defuncta versic. sempronio, capit. 4.

pit. 4. numero. 3. folio. 9.
L. an vsusfructus. 56. de vsufructu, cap. 4. n. 13.
L. cum de in rem verso. ff. de vsuris, capit. 5. numer. 1. & 4. fol. 12. & cap 6. num. 3. fol. 14. & cap. 26. n. 4. fol. 66.
L. finalis §. fin. ff. de contrahenda emption. cap. 24. num. 1. & 4. fol. 62. & cap. 25. numer. 4. 5. & 6. fol. 65.
L. neque vllam §. fin. ff. de petitione hæreditatis, cap. 26. n. 5. & 14. fol. 66. & 68.
L. in caussæ. §. idem Pomponius: de minoribus, capit. 27. numer. 5. 11. & 12. folio. 69. 70. & 71.
L. fundi partem. ff. de contrahenda emptione, cap. 28. numer. 3. fol. 72.
L. placuit, l. pecunia fœnebris. ff. de vsuris, capit. 36. numer. 24. fol. 90.
L. rogasti. §. si tibi. ff. si certum petatur, capit. 40. numer. 13. fol. 103.
L. 1. §. sotius. ff. de vsuris, cap. 40. nu. 19. fol. 104.
L. creditor qui non idoneum. ff. si certum petatur, cap. 54. num. 6. fol. 139. & numer. 31. folio. 142.
L. creditor qui non idoneum. ff. si certum petatur, cap. 60. num. 8. fol. 142.
L. finalis, ff. de exercitatoria actione, capit. 64. numer. 10. folio. 163.
L. liuerto. ff. de negotijs gestis, cap. 64. n. 11. fol. 164.
L. 1. §. non autem. ff. de exercitatoria actione, cap. 64. numer. 12. fol. 164.
L. si vsusfructus. ff. de iure dotium, cap. 71. n. 5. fol. 178.
L. arboribus. §. vsusfructuarius. ff. de vsufructu, capit. 71. folio. 178.
L. sed neque locabunt. ff. de vsu, & habitationi, cap. 72. numer. 3. fol. 179.
L. 21. l. per serbum. l. vsus aquæ. ff. de vsu, & habitatione, cap. 72. nu. 3. fol. 179.
L. Diuus Adrianus, ff. de vsu, & habitatione, ibidem.
L. fundi, ff. eodem titulo, ibidem.
L. si is qui. §. fin. ff. de pignoribus, cap. 73. n. 3. fol. 180.
L. sed an viæ. l. si is qui. §. iura prædiorum. ff. de pignoribus, cap. 73. num. 4. fol. 181.
L. 2. ff. de seruitutibus, cap. 74. nu. 3. fol. 182.
L. 2. §. ex his. l. via itineris, ff. de seruitut. cap. 74. num. 3. & 6. fol. 181. & 182.
L. fundi partem, ff. de contrahenda emptione, cap. 85. nu. 3. & 9. fol. 204. & 205.
L. si creditor. §. finali, ff. de distractione pignorum, cap. 85. num. 8. fol. 204.
L. cum manusata. §. nemo, ff. de cõtrahenda emptione, cap. 89. n. 2. & 4. fol. 212.
L. quidam existimauerunt, ff. si cer-

tum petatur, capit. 127. numer. 12. fol. 261.
L. tutor. §. Lucius Titius, ff. de vsuris, cap. 109. numer. 18. folio 262.

## EX DIGESTO nouo.

LEX obligationum fære, §. plaut. ff. de obligationibus, cap. 5. numer. 3. folio 12.
L. pecunia de verborum significatione, cap. 37. num. 12. & 26. folio 93. & 95.
L. 2. ff. ad legem aquiliam, cap. 39. n. 4. & 11. fol. 110.
L. modestinus, ff. de solutionibus, capit. 43. numer. 2. & 20. folio 105. & 107.
L. fructus. 75. de regulis iuris, cap. 71. num. 5. fol. 178.

## EX DIGESTO INS fortiato.

LEX annua. §. final. ff. de annuis legatis, cap. 4. nu. 12. fol. 10.
L. cum quidam, ff. eodem titul. cap. 4. num. 16. fol. 11.
L. Gaius Cæcus, ff. de annuis legatis, capit. 24. numer. 5. folio 62.
L. secunda, ff. de alimentis, & cibaris legat. cum l. cum ijs, §. si vni, ff. de tranxact. cap. 24. nu. 6. fol. 63.
L. quidam de testament. ff. de legatis. 1. capit. 25. numer. 9. folio 63.
L. si sic, §. 1. de legatis. 1. ibidem.
L. ex his verbis, ff. quando dies legati cedat, & l. Paulus Callimacus, §. Iulli. de legat. 3. ibidem.
L. Quintus Mutius. §. 1. ff. de auro, & argento legati, cap. 39. num. 2. fol. 99.
L. vestimentorum eodem titul. cap. 39. num. 5. fol. 100.
L. quæsitum, §. illud, ff. de legatis 3. cap. 39. num. 6 fol. 100.
L. fundum quem, ff. de annuis legatis, cap. 58. numer. 5. fol. 139. & num. 30. fol. 141.
L. Lucius Titius, ff. de alimentis, & cibaris legati, cap. 59. numer. 15. fol. 146. & cap. 60. numer. 9. folio 148.
L. mulierem, ff. de curatori furiosi, cap. 81. num. 6. fol. 199.

## EX CODICE, ET authenticis.

LEX si certis annis Codice de pactis, cap. 7. numer. 7. & 8. fol. 18.
L. 1. Codice de fideicommissis, ibidem.
L. si quis argentum Codice de donationibus, cap. 31. numer. 4. & 12 fol. 77. & 78.
L. si quis argentum. §. si autem donator Codice de donationibus, cap. 32. num. 8. fol. 98.
L. ab Anasthasio Codice mandati, cap.

cap.34. num.25. & sequentibus, fol.84. & cap.45.numer.14.folio 111.
L.per diuersas Codice mandata,ibidem.
L.finalis Codice de iuri emphytheotico,cap.37. num.5.13. & 21. folio 92.93.& 94.
L.pretij Codice de rescindenda véditione,cap.37.num.15. & sequétibus,fol.93.
L. prima Codice de rerum permutatione,ibidem.
L.si pro mutua Codice si certum petatur,ibidem.
L. si prędium Codice de euictionibus,cap.38 num.4.fol.93.
L. finalis Codice de vsuris, cap. 38, num.12.fol.98.
L.si pro auro C. de vsuris, cap. 39. num.9.& 15.fol.100.
L. finalis Codice de fideicommissaris libertatibus, cap.40. num.18. fol.103.
L.traditionibus C. de pactis cum §. adeo instit.locate, cap.48.num.5 10.& 11.fol.119.
L. secunda Codice de alubionibus, cap.58. num.15. & 40. fol.139. & 142.
L. 3. Codice sine censu vel reliquis, capit.58.numer.15. & 40. fol.139. & 142.
L. quoties C. de rei vindicatione, caq.61.num.2. fol.150. & cap.66. num.6.fol.168. & cap.67.num.1. fol.168.
§.item ij de vsu,& habitatione,cap. 72.num.3.fol.179.
L.in rebus Codice de iure dotium, cap.79.numer.3.5.6. & 7. fol.191. & 192.
L.contractus Codice de fide instrumentorum, capit.84. numer.13. fol.203.
L. quoties C. de rei vendicatione, cap.86.num.10.fol.208.
L.1.C.de dolo,cap.100.num.4.& 7. fol.245.& 246.
L.2.C.de fideiussoribus, cap.100. n. 11.fol.246.
L.1. & 2. C. si aduersus creditorem, cap.93.n.3.fol.252.
L. 1. & 2. C. si aduersus venditionem, capit.93. numer.3. folio 252.
L.si quis argentum §. sui.C. de donationibus, capit.110. numer. 7. fol.278.
Authentica hoc nisi debitor C. de solutionibus,capit.110.numer.15. fol.269.
L.quoties l.vniuersa.C. de precibus imperatori offerendis, cap.110.n. 1.fol.267.
L.in rebus. C. de iure dotium, cap. 111.num.10.fol.271.

## EX IVRE REGIO.

LEX. 3. titul. 15. lib.5. compillationis, cap.1.numer.11. fol.2.
L. 26. titul. 13. part. 7. numer. 17. fol.11.
L. 63. tauri, & l. 6. libr. 4. compillationis, capit.5. numer.7. folio 13.
L.9.tit.15.lib.4.compillationis,cap. 5.num.

5. num. 8. fol. 13.
L. 3. titul. 15. libr. 5. compillation. cap. 17. num. 5. 14. & 16. folio. 43. & 44.
L. 8. tit. 15. lib. 5. compillat. cap. 20. n. 6. fol. 52.
L. 6. titul. 15. libr. 5. compillat. cap. 28. num. 9. & 10. fol. 72. & cap. 29. n. 11. & 12. fol. 74.
L. 4. & 6. titul. 15. libr. 5. compillationis, capit. 32. numer. 6. folio. 79.
L. 9. titul. 15. libr. 5. compillationis, & l. 8. eodem titul. libr. 6. & l. 8. & 10. tit. 15. compillationis, cap. 33 num. 7. & 8. fol. 81.
L. 21. titul. 15. libr. 1. compillationis, capit. 36. num. 4. & 5. fol. 88.
L. 1. tit. 11. lib. 5. compillatio. ibidem, num. 1.
L. 56. titul. 5. part. 5. ibidem, numer. 2.
L. 6. titul. 15. libr. 5. compillationis, & l. 8. eodem titul. & libr. capit. 36. num. 6. fol. 88. & num. 26. fol. 90.
L. 8. tit. 15. lib. 5. compillationis, cap. 37. num. 9. & 28. fol. 93. & 95. cum sequent.
L. 8. tit. 15. lib. 5. compillationis, cap. 39. num. 14. fol. 101.
L. 10. titul. 15. libr. 5. compillationis, capit. 43. numer. 5. & 22. fol. 105. & 108.
L. 64. tit. 15 part. 3. cap. 43. numer. 4. fol. 111.
L. 4. titul. 15. libr. 5. compillationis, cap. 46. numero. 3. & 4. fol. 113. & numer. 14. & 16. fol. 114. & 115. & cap. 47. nu. 1. 3. & 16. fol. 115. 116. & 117.
L. 7. titul. 15. lib. 5. compillationis, capit. 47. numer. 1. 4. 17. & 19. fol. 116. & 117.
L. 10. tit. 15. lib. 5. compillationis, cap. 15. num. 4. 16. & 17. fol. 121. 122. & 123.
L. secunda, titul. 15. lib. 5. compillationis, cap. 53. numer. 6. & 7. fol. 128.
L. 4. titul. 16. libr. 5. compillationis, cap. 53. numer. 10. & 11. fol. 128.
L. prima, secunda, & 4. tit. 15. libr. 5. compillationis, cap. 58. numer. 25. fol. 140.
L. 19. titul. 21. libr. 4. compillationis, capit. 59. numero. 13. folio. 145.
L. 63 tit. 5 part. 5. cap. 61. numer. 6. fol. 151.
L. secunda, titul. 15. libr. 5. compillationis, capit. 61. numer. 7. folio 151.
L. 24. tit. 31. part. 3. cap. 72. num. 2. fol. 179.
L. 27. titul. 31. part. 3. cap. 72. numer. 5. fol. 179.
L. 10. titul. 31. part. 3. cap. 74. numer. 3. fol. 182.
L. 5. tit. 9. lib. 5. compillationis, cap. 75. num. 1. fol. 183.
L. 77. & 78. tauri, capit. 75. numer. 7. fol. 184.
L. 28. titul. 8. part. 5. cap. 84. numer. 9. fol. 201.
L. 74. tauri, capit. 88. numer. 6. folio. 209.
L. 55. titul. 5. part. 5. cap. 87. numer. 6. fol.

fol. 209.
L. 68. tauri, cap. 90. num. 1. & sequentibus, fol. 215. & cap. 91. numer. 1. fol. 218.
L. prima, titul. 16. libr. 5. compillation. cap. 98. numer. 3. fol. 224.
L. 61. tauri, cap. 94. n. 12. fol. 228.
L. 27. titul. 29. part. 37. cap. 93. num. 3. fol. 252.
L. 29. tit. 13. part. 5. cap. 103. numer. 2. fol. 256.
L. 1. tit. 26. part. 4. cap. 103. numer. 6. fol. 256.
L. 63. tauri, capit. 103. numer. 9. fol. 256.
L. 41. tit. 4. lib. 3. compillat. cap. 109. num. 1. fol. 265. l. 32. & 33. titul. 18. & l. 4. tit. 24. part. 3. cap. 110. num. 1. fol. 267.

FINIS.

UNIVERSITÄTS